PARAPHRASIS
IN XIIII. ARISTOT. LIBROS
DE PRIMA PHILOSOPHIA

CVM

ADNOTATIONIBVS ET QVAESTIONIBVS
IN LOCA OBSCVRIORA

ANTONIO SCAYNO SALODIENSI
AVCTORE

AD

SERENISSIMVM FRANCISCVM MARIAM
FELTRIVM DE RVVERE II. VRBINI DVCEM VI.



ROMAE

Apud Bartholomæum Grassium.


M. D. LXXXVII.

CVM PRIVILEGIO, ET SVPERIORVM PERMISSV.





SERENISSIMO FRANCISCO MARIAE FELTRIO DE RVVERE II. VRBINI DVCI VI.



ANTONIVS SCAYNVS F.

NON poterit, vt ego video, summopere non admirari, Princeps Serenissime, quisquis humana studia perpendens illud cogitarit, ex hominibus ita paucos inueniri, qui admirabilis sapientię pulchritudine incensi eam capessere illa mente studeant, vt eius immensa voluptate fruantur. cùm pręsertim in omnium ferme ore versetur cōmunis illa existimatio; omnes nos natura trahi ad scientiæ & cognitionis cupiditatem. Quod & hominum ingenio maxime consentaneum videtur: quando Deus nobis diuinum largitus est intellectum, cuius proprium munus est (id omnes sentiunt) sapere, & intelligere. Vnde igitur tam ingens humano generi detrimentum, vt adeo præstanti, generosæq; sibi collatæ naturæ ita pauci sint obsequentes, qui mentem suo decore ornare, & honestissimo, suauissimoque pabulo pascere & exaturare velint? Diluit (vt ego iudico) hanc quæstionem vir ille sapientissimus, qui libros de diuina philosophia ita est auspicatus. *Omnes homines natura scire desiderant*. cum hanc aliam deinde subiunxit grauissimam sententiam. *Hominis naturam in plerisq; esse seruam*: tanquam hinc rationem redderet, cur pauci admodum sapientiam rerum omnium præstantissimam amplexentur. Quę certe cum sit libera, & solum sui ipsius gratia existens, indecens esset, vt seruis & mancipijs subderetur omnium scientiarum domina. Quæ autem sint ea, propter quę vinculo seruitutis irretiantur homines etiam valentes ingenio, haud obscurum est intelligere. Adest enim in primis (cui obnoxia est magna hominum multitudo) pauperies, eàrum rerū egestas, quæ ad victum cultūq; corporis sunt necessarię: quarum qui indigent, vt eas sibi prouideant, aut alijs ancillari coguntur, in diuitumq; seruitutem se abdicare; aut munere seruili artes exercere illiberales. qui quidem, si ex inopia a studijs philosophiæ abstinent, digni sunt venia: quin maximopere illorum est commiserandum, quòd ipsorum ingenia, quæ præclara sępenumero fulgent in multis egenis, in sapientiæ doctrinis collocare fas illis non est. Quod si facerent, opibus adiuti opulentum (vt charitas illa postularet, qua omnes propensi esse debemus erga genus humanum) vberrimi sane fructus ex eorum industria in omni genere scientiarum iure expectarentur. Quid vero illos commemorem, qui diuitijs affluentes, ocio turpissimo vacantes, vitam transigunt more bestiarum, in obscenis voluptatibus immersi? Quis vere hos seruos non dixerit? in quorum animis

quàm maximam exerceat tyrãnidem nefaria concupiſcientia, cuius facti ſunt mancipia non inuoluntaria? aut quomodo philoſophiæ hi vmquam apti eſſe poterunt? quæ nõ niſi bene morata, ac virtutibus prædita admittit ingenia. Eſt vero & magna eorum caterua, qui inanis glorię cupiditate inflati, ſtudia litterarum eo animo aggrediuntur, vt doctoris inſignia aſſequentes, aliis, qui hoc carent honore, antecellant; viri amantes in conſeſſu multorum inter primos videri, & vocari a populo doctores; cum tamen vix primoribus, vt aiunt, labris, aut iuris peritiam, aut philoſophiam attigerint. Quorũ quàm ingentem numerum habeat hæc noſtra ætas, nemo eſt qui neſciat: vt minime ſit mirum, ſi hiſce noſtris temporibus, in tanta litteras profitentium turba, tam pauci in vllo ſcientiarum genere excellant; in tanta præſertim florentiſſimorum librorum copia, quos longo labore congeſtos, ſuperiorum ætatum viri clariſſimi ad multam ſtudioſorum cõmoditatem poſteris reliquere. Eſt & aliud genus hominum, quibus ſeruile ineſſe ingenium nemo (vt exiſtimo) inficias ierit, cũ turpi lucro ſe manciparint. Et hi ſunt, qui in philoſophiam inſultant. Verum ſine vllo acumine, ſine auctoritate, ſine vllo lepore. Ab his ſtolidæ illæ voces emanarunt. Abi pauperrima, & omnibus ſubſidiis deſtituta philoſophia. Ex huius ſtudiis paleæ; ex alijs grana colliguntur. Quid his vocibus turpius? quid homine libero indignius poteſt audiri? Sum mihi & ipſe conſcius de hac hominum ſecta quoſdam audiſſe, qui rationes meorum ſtudiorum ſcrutantes, ea quàm maxime deteſtarentur, tanquam ad locupletandum non idonea. quod vel eo argumento comprobare autumarent, quòd me tot annis in hac aula Romana verſantem nulla vmquàm fortuna auctam conſpexerint: cui, neque tot in litteris ſuſcepti labores profuerint, neque edita, & ijs (qui plurimum auctoritate pollerent, quique plurimum ſe mihi debere prædicabant) dicata volumina quæſtum vllũ pepererint. Quibus ego illud vere affirmare poſſum, atque teſtari (quod & plurimos non latere ſcio) non me ad lucubrationes illas meas contexendas, & in lucem emittendas, in quibus certe multum temporis & laboris impendi, impulſum fuiſſe turpis lucri gratia; quaſi hinc me diuitem euaſurum exiſtimarim. ſed, vel vt animum meum nobiliſſimo illo ſtudiorum genere oblectarem: vel vt etiam talentum, quod Deus mihi demandauit, non inutiliter expendens, nõnullis prodeſſem. quod & aliqua ex parte me aſſecutũ, proborum atque doctiſſimorum virorum teſtimonio comprobatum gaudeo. Philoſophiam autem a calumniatorum conuicijs vendicare, non eſt cur ego adlaborem; aut immenſum aggrediar pelagus ſuarum laudum. Ipſa enim ſeſe magnifice extollit laudabilis, & admirabilis ſapientia. Cuius quidem inexplicabilis pulchritudo ſi oculis cerneretur, mirificos (vt dixit Plato) amores ſui excitaret: quibus omnes ita accenderentur, vt eam præ omnibus rebus expeterent, omnique ſtudio inſequerentur vt conquirerent: conquiſitam ita colerent, vt ab eius amplexibus diuelli numquã vellent. Quod quidem eorum virorum præclaro teſtimonio eſt comprobatum; qui ſapientiæ ſtudio vere incenſi, eamq; venantes, in eius arcana ſe totos tradiderunt. Viri clariſſimi, & in maxima sẽper veneratione habiti apud omnes nationes. Thales Mileſius, Democritus, Mercurius ille termaximus, Pytagoras, Anaxagoras, Empedocles, Socrates, Plato, Ariſtoteles, & alij quàm plurimi: qui in ſtudijs philoſophiæ varijs temporibus floruerunt, multaq; commoda ſuis vigilijs ad ſcientias capeſſendas humano generi pepererunt. Paucis quidem id datum eſt, vt optatiſſima ſapientia potiantur, quòd tam eximiæ atque diuinæ rei poſſeſſio non niſi diutino tempore, neque ſine multo impenſo labore acquiri poteſt. Verum quibus eam adipiſci dij immortales dederunt, cum ijs procul dubio bene beateque actum, exiſtimãdum eſt. Quippe qui Deo Opt. Max. (cuius optima vita eſt ſita in intelligentia ſuæ diuiniſſimæ eſſentiæ) ſimiles reddantur, & arcta quadam cum ipſo amicitia coniungantur. Vnde ſententia illa Ariſt. in Ethicis emanauit: quòd, qui mente operatur, & eam colit, optime diſponitur, & dijs immortalibus amiciſſimus eſſe videtur. Huius ego admirabilis ſapientiæ amore incenſus ab ineunte vſque ætate, tam & ſi mearum tenuitas fortunarum vagari me, & aulicam etiam ſeruitutem ſectari aliquot annos cõpulerit:

pulerit:

pulerit; attamen ab illis studijs numquam destiti, quæ potissimum in scriptis Aristotelis meditandis contuleram. In quibus eam operam impendi, vt ferme in omnibus lucubrationes quasdam confecerim. Quarum aliquas iam pridem edidi: nempe paraphrasim in morales, & in politicos libros, licet Italico sermone confectam, vt optatis quorumdam nobilissimorum hominũ satisfacerem. reliquas etiam (Deo fauente) sum editurus; vt quicquid ex meis laboribus prodierit, id totum extet in publicam iuuenum vtilitatem. Nouissime vero omnes ingenij mei vires (quas non ignoro esse perexiguas) in libris illis Arist. perlegendis atque commentandis contuli, quos de diuina contexit philosophia, vulgo nuncupant Metaphysicam. In quibus (quãtum fert humanum ingenium) vir ille acutissimus sapientiam nobis explicauit: de primis altissimisque huius vniuersi causis edisserens: in primisq; de Deo Glorioso, vnde & Theologiæ nomen diuinum hoc opus est consequutum. In quo enodando, fateor me immensam operam, plurimumque studij contulisse. Cumque has meas vigilias iudicio, atque censuræ doctissimorum hominum meorum amicorum subiecerim; eorum hortatu atque consilio, in publicum eas emittere non recusaui: quòd ex his vtilitatem aduenturam philosophię studiosis (quibus non prodesse, dum modo possem, inhumanum existimarem) adiudicarint. Quibus etiam eo libentius annui; quòd ex hac Arist. theologia, tanquam gradu quodam, peruiũ sit iter ad verã illam sacramque theologiam, quæ ex sancta scriptura diuinitus inspirata est percipienda. Ad quam denique omnes nostræ cogitationes, & studia sunt dirigenda; vt in huius diuinæ sapientiæ intelligentia, tanquam in portu quodam, mens nostra conquiescat: ad laudem illius (a quo bona cuncta procedunt) excelsi & immortalis Dei: cui has meas lucubrationes, omniaq; mea studia, quicquid commodi conferre possint humano generi, & accepta refero, & eius glorię dicata semper intelligo.

Cum vero & animo versarem meo, cui nam in terris has meas commentationes commendarem, cuius auctoritate atque patrocinio suffultę tutius in lucem hominum prodirent, a maleuolorum ictibus protectæ: tu mihi vnus omnium occurristi Princeps Serenissime: qui inter omnes magnos & claros ætatis nostrę Principes (absit longe inuidiæ liuor, & omnis assentandi suspicio vbi veritas ipsa loquitur) tanquam lumen fulgentissimum splendes. quòd ad eximias præclarasque tuas animi virtutes dignas homine principe, ornamenta quoque scientiarum (quod perraro in principibus viris inuenitur) adiunxeris: ita sapientiæ cupidus & amator, vt nihil tibi sit antiquius, quàm in artium omnium liberalium disciplinas incumbere, & philosophiæ contemplationibus, sacrarumque litterarum iucundissima frui lectione. Quod agis sine vlla intermissione, dum tibi his studijs vacare ab occupationibus illis conceditur, quibus detineris in optima imperij tui administratione præstanda. Adeoque ob illustrem ingenij tui laudem, atque diligens impensum studium, in omni doctrinarum genere iam excellis, vt nihil sit tam arduum, quod actutum non comprehendas; nihil tam inuolutum, quod non facile explices; vt de laude in his studijs cum illis hominibus possis decertare, qui soluti ab omnibus aliarum rerum curis, se totos studijs litterarum abdiderũt. Hinc apud omnes exteras quoque nationes de tuis laudibus magna emanauit gloria. hinc litterati omnes in te vnum ora cõuerterunt: te suspiciunt, admirantur, venerantur que; & vt egregium Principem, & maximum litterarum fautorem colunt. Sunt sane plurima, quæ tuæ celsitudinis diuulgant magnitudinem. Tuæ ditioni subiecti populi numerosi, florentes ingenio, & virtute militari maxime pollentes. Ornatissimæ ciuitates & ad mare, & in continenti positę: omnes munitissimæ, & ad hostium vim propulsandam aptissimę. Sunt tibi & magna & illustria palatia: horti amœnissimi, & iucundissimi secessus in varijs tuæ regionis partibus dispositi: & huius generis plurima, quæ tui dominij decorant maiestatem. Verum hæc & alijs plurimis sunt communia: neque hinc decus, & vera pendent ornamenta virtutis. Accedit & antiquæ perillustris familiæ, a qua ducis originem, maximus splendor. Magna ac plurima maiorum tuorum numina fulgent, quæ præcesserunt. Heroum, tuorum progenitorum, eximiæ virtutes, & insi-

gnia

gnia facinora extant æternis monumentis commendata. Quorum tu nepos cum sis & heres, & earumdem sectator virtutum, magnam & eximiam ex tanta nobilitate tibi accumulas claritatē, & amplitudinem. verumtamen maiorum præclarę res gestæ sunt externæ, & non propriam tuarum virtutum attingunt laudem; licet illam non mediocriter illustrent, atque decorent. Quòd vero tu Princeps Serenissime, eiusdem laudis, qua maiores tui floruerunt, sis cupidissimus: quòdq; sanctissimā religionem amplexatus, in primis illam summa cum pietate colas: quòd iustitia, liberalitate, mansuetudine, atque paterna beneuolentia subiectos tibi populos, vt bonus pastor, modereris: quòdque cōmendatissimis hisce virtutibus, sapientię quoque studium, & scientiarum omnium ornamenta, & oblectamenta adiunxeris: hæc sunt, quæ te in primis celebrem, atque summopere gloriosum tua propria ex virtute, atque laude reddunt, & extollunt. Magnum illum Alexandrum vetus commendat historia, quòd auctoritate maxima qua polleret, potentissimis suis opibus, & latissimis imperij finibus, diuino Aristotelis ingenio librorum immensam copiam ex omnibus mundi partibus vndequaque coactam subministrauerit; & multorum hominum industriam, qua vteretur in perscrutandis rerum omnium naturis eidem suppeditauerit. ex quo factum est, vt tam multa & tam præclara vir ille præstantissimus de rebus omnibus conscripserit volumina, quæ maxima sua cum laude posteritati commendauit. Quid ni igitur omnes magna te laude dignum censebunt? qui librorum in omni doctrinę genere, ac præsertim insigniorum, refertissimam bibliotecam comparasti, eamque in dies magis ac magis, nullo parcens sumptui, augere, atque ornare non desinis? Sed & te, cur in hoc genere studiorum præstare illi magno Alexandro non dixerimus? quòd non solum alijs hac tanta librorum copia comparata prospexeris, vt possint commode philosophari, quod Rex ille vni præstitit Aristoteli: verum etiam (a qua laude longe abfuit alioquin gloriosus ille Imperator) quòd tu metipse, Princeps Serenissime, maxima cum laude philosopharis? Quamobrem si beatam tunc demum fore illam ciuitatem cecinit Plato ille sapientissimus & eloquentissimus, in qua aut philosophus imperaret, aut Princeps philosopharetur philosophię præcepta dominationi coniungens; vtique beatos tibi subiectos populos dixerimus, qui te tantum Principem & Philosophum, iuxta sapientiæ præcepta ducem habent, atque moderatorem: cuius exemplo, atque stimulis mire excitari possunt ad bene beateque viuendum. Hæc itaque tanta, tamque insignia tuarum præclarissimarum virtutum, quæ in omnium ore versantur merita, mirifice me impulerunt, vt has meas vigilias tibi dedicarem, Principi tum opibus atque dominij potentia florentissimo, tum in primis sapientissimo: qui marte tuo de alienis scriptis, vt optimus Aestimator, æquum dare iudicium valeas: eademque iuxta iudicij tui approbationem summa tua auctoritate protegere, atque ab omni maleuolorum impetu tueri libentissime consuescas. Id autem eo potissimum consilio facere aggressus sum, vt hinc aliquod apud omnes pręclarum extaret eximiæ erga te meæ obseruantiæ testimonium; qua & me tibi deuinctum coeteri intelligant, & tu eiusdem cognitor, in eorum me numero adscribere non dedigneris, quos tua beneuolentia & gratia amplexaris, & foues.

LECTO-

LECTORI S.



OPVS, candide lector, quod conscripsit Aristoteles de diuina philosophia, plurimis scatere difficultatibus, vno ore omnes illi fatentur, qui huius eximij philosophi doctrinam sectantur. quas & ego, dum in his eius scriptis meditandis plurimos annos consumpsi, maximas sum expertus, vel ob operis immensam rerum tractationem quasi syluam, a qua haud facile expedire se quispiam potest, vt omnium inuicem nexum probe complectatur: vel ob ipsarum met rerum, de quibus agitur, abstrusam valdeque reconditam contemplationem: vel ob plurimorum locorum tortuosos, inuolutosque orationis contextus: vel ob perturbatum etiam, immutatumque quorumdam (vt ego sentio) librorum ordinem. quæ omnia ingentem mihi laborem pepererunt, dum conor hoc genus philosophiæ, quantum possem, meis lucubrationibus dilucidare. Quamobrem diligenter omnia euolui Commentaria, quæ in hoc opus Aristotelis a doctissimis viris extant confecta, tum Græcis, tum Arabibus, tum Latinis. a quibus omnibus, numquam inficias irem, multum me adiumenti percepisse. Vt autem verum fatear, a nemine ita me adiutum sentio, quemadmodum ab ipso operis Auctore, quo magistro, in ipsomet explicando, præcipue vsus sum. idq; egi, dũ vniuersum hoc eius opus sæpius euoluo. loca locis eiusdem philosophi confero, in quibus eadem quæ hic aut tacta, aut luculentius explicata fuerunt. orationis contextus diligenter perpendo: vt, quomodo præcedentia consequentibus cohæreant, deprehenderem. Maximam autem in primis in librorum ordine obseruando curam adhibui atque diligentiam, vt scopum tutius, faciliusque assequerer, quem sibi propositum haberet Aristoteles in hac suprema philosophia. Quo quidem studio aliquid me, Dei beneficio, profecisse mihi videor: quod quantum fuerit, cæteri iudicabunt. Illud certe mihi fuit in animo, vt doctrinam huius eminentissimæ scientiæ innumeris pene difficultatibus tanquam scopulis oppletam, ita explicarem, vt in ea facilius versari possent in posterum iuuenum ingenia. Quapropter in primis has meas lucubrationes Paraphrasi quadam expedita complexus sum: huic subyciens non græcum contextum (cum munus verbum verbo interpretandi non susceperim) sed latinum, eum, quem reddidit vir doctissimus Bessario Cardinalis; vt is cum mea Paraphasi conferri possit. Huic deinde addidi Adnotationes ad loca obscuriora dilucidanda. Quæstiones præcipuas, quas ad rem maxime conferre adiudicaui, compendiosa oratione cõplexus sum: eas argumentationum sedes attingens, & tractans, quæ ex verborum atque sententiarum Aristotelis visceribus emanant, & vere exoriuntur. Huc accessit singulo cuique libro proprium argumentum: & generalis Præfatio ad totius operis dilucidationem, faciliorem que comprehensionem. Cumque ex diuturno accuratoque illo studio, quod in his scriptis Aristotelis euoluendis perpendendisque consumpsi, animaduerterim, & ex certis maximisque coniecturis id mihi significantibus & demonstrantibus iudicarim, quorumdam horum librorum ordinem esse commutatum (de qua re extat propria nostra in Præfatione dilucidatio) studiosorum vtilitati atque commodo consulens, quòd ob priorem consuetum ordinem plurima obscuritas, atque confusio suboriatur, hincque non mediocriter diuini huius operibus præstantiæ derogetur, ut facile intelliget quisquis vtriusque ordinis rationem recte perpenderit: Idcirco ordinem, quem mutandum censui, mutatum in mea Paraphrasi secutus sum, ad id doctissimorum virorum stimulo compulsus, quorum iudicio atq; censuræ in primis hæc omnia subieci. Quod tu lector candide, æquo animo perpendens, si perspexeris hunc ordinem ad rei veritatem attinere, non me tanquam audacem in permutando librorum ordine, sed vt veritatis studiosum, & vtilitatis alienæ cupidum (vt spero) iudicabis, approbabisque. quod vt agas & opto, & te etiam atque etiam rogo. Vale.



ELEN-

ELENCHVS CAPITVM QVAE IN HOC OPERE CONTINENTVR.





In Librum Primum.

In Librum Secundum.

In Librum tertium.

In Librum Quartum.

In Librum Quintum.

In Librum Sextum.

In Librum Septimum.

In Librum Octauum.

In Librum Nonum

In Librum Decimum.

In Librum Vndecimum.

In Librum Duodecimum.

In Librum Decimum tertium.

In Librum Decimumquartum & vltimum.



INDEX
EORVM QVAE NOTATV DIGNA IN OPERAE CONTINENTVR.

A

I N D E X

E

Experti

INDEX

tiini &


FINIS.



PRAEFATIO IN VNIVERSVM OPVS PRIMÆ PHILOSOPHIÆ ARISTOTELIS

CAPVT I.

In quo ratio aperitur detegendæ, constituendæq; supremæ omnium scientiæ.



VT facilius (diuino fauente numine) scopum Aristotelis consequamur, eiusq; doctrinam traditam in libris eminentissimæ scientiæ, quam multoties primam philosophiam, ac sapientiam, nec non etiam theologiam appellauit, nunquam autem, quod pateat ex eius scriptis, metaphysicam; licet eius interpretes hoc quoque nomen ipsi accommodauerint: illud in primis nobis est aperiendum; optimo sane consilio a sapientibus institutum esse, vt rerum diuersarum, diuersæ quoque & inter se distinctæ scientiæ traderentur: vt puta, cùm aliud sit de rebus notitiam sumere, quatenus in motu versantur; & eas secundum rationes dimensionum seorsum à sensibilibus contemplari; aut in numerorum speculatione concludere; hinc iure merito tria scientiarum genera sint conflata, secundum triplices has speculandi de rebus diuersas rationes: quarum prima ad philosophiam pertinet naturalem de sensibilium rerum natura differentem: altera ad geometriam magnitudines contemplantem: altera vero ad arithmeticam, quæ circa numeros versatur. Quæ scientias hunc in modum distinguendi ratio, & norma, apprime consona & concors est regulis illis methodi demonstrandi, quas in Analyticis tradidit Aristoteles seorsum a scientijs particularibus; eo scopo; vt illis, tanquàm certo instrumento, inniteremur ad scientias contexendas. siquidem ibi ex communi hominum consensu constitutum est; tunc demũ a nobis vnumquodq; simpliciter, atque proprie sciri; cum causam cognoscimus, propter quam res est; ita vt, certa atque determinata causa, in rem determinatam, sub certa quadam considerandi ratione referatur; & conclusio probanda; & propositiones itidem ad eam probandam assumptæ in eodem conueniant genere, & non fit de vno genere transitus in aliud genus; neque vnius rei consideratio cum alia, quæ fit naturæ toto genere alienæ, inuoluatur atque commisceatur. Huius autem approbatæ docendi normæ, vti præcipuus architectus extitit Aristoteles; ita quoque in omni eius philosophia componenda, religiosissimus fuit obseruator. Antiquiores vero philosophi fere omnes huius artis Analyticæ ignari (quemadmodum eis obijcit in hoc opere Aristoteles) idcirco nil mirum, si a recta speculandi ratione longe recesserunt; omnia simul permiscentes; nec distinguentes, quæ inuicem distinguenda erant. Florebant autem temporibus Aristotelis mathematicæ disciplinæ; in quibus vel, theoremata, quæ magnitudini continuæ conueniunt, à geometris tradebantur; vel quæ propria essent numerorum, ab ipsis arithmeticis. Verum plurimi philosophantium (ex ijs præsertim, qui essent præcipui nominis) contemplationes proprias latius protendentes: alij, sicuti Pythagorei, numeros, & numerorum principia, rerum omnium principia statuebant. Alij magnitudines, solidum, ac superficiem, lineam, atque puncta, tanquàm communia omnium principia supponentes; hæc ad rerum omnium notitiam conuertebant. Quidam (inter quos Plato) distinguentes res omnes, partim in sensibiles, mutationiq; subiectas; partim in mathematicas; ac partim in ideas; has ipsas, & idearum principia, quæ numerorum aptata naturæ statuebant, ad rerum omnium constitutionem, atq; cognitionem accommodare profitebantur. Nonnulli alij, vt philosophi naturales, ad res tantum sensibiles, sensibilia

etiam principia accommodantes; siue vnum, vt puta aquam, aut aerem, aut ignẽ; siue plura, aut omnia simul elementa statuerent (prout variæ eorum opiniones extitere) in his quoque ab ipsis suppositis principijs, vniuersalem rerum omnium contemplationem conclusere. Vnus Aristoteles, quod nobis constet, is fuit; qui primus de rebus sensibilibus, motuique subiectis philosophiam construxit, seiunctam illam quidem non solum a theorematibus magnitudinum, atque numerorum, de quibus, vti de proprijs subiectis tractant geometræ, & arithmetici; verum etiam distinctam a suprema illa contemplandi methodo, quæ res vniuersas sua sub ditione complectitur. Conspiciebat siquidem vir ille oculatissimus, res sensibiles, & mutationi obnoxias, partim a mathematicis magnitudinibus, atque numeris certo quodam proprio sciendi genere distingui; partim etiam cum ijs ipsis in eo supremo genere conuenire; quo hæc omnia inuicem & entia sunt, & nominantur: ac proinde contemplationem communem, atque vniuersalem, sub ratione & natura entis, de ijs omnibus simul haberi posse, & institui debere animaduertit: nempe, & de rebus sensibilibus natura constantibus, & de mathematicis, tum geometricis, tum arithmeticis; ac de omnibus alijs, quæ aliquo modo ad entis nominationem referuntur. Hanc autem vniuersalem de ente contemplationem, locum non habituram, seiunctam a philosophia naturali adiudicauit: nisi pro comperto haberetur, dari substantiam aliquam immobilem, & æternam: quæ libera, & immunis ab omni materia, non solum naturali, atque sensibili; verum etiam intelligibili (qualis est materia rerum mathematicarum) per se ipsam subsisteret, rerum omnium existens principium. Alioqui, hac non supposita substantia, naturalem scientiam, primam philosophiam, atque sapientiam extituram; cui hoc incumberet munus, de rebus omnibus contemplandi: non solum quatenus motui subduntur; verum etiam in quantum ad communem entis nominationem, atque naturam reuocantur. Quemadmodum in texto huius operis libro, & alibi etiam Aristoteles testatus est: id ex eo potissimum deducens fundamento: quoniam scilicet natura, res omnes mutationi obnoxias, sua sub ditione complectens, hoc ipsum vniuersum, quod conspiciendum nobis propositum est, ita sub materia quadam contentum comprehendit, vt nihil ipsam effugiat: quando etiam res mathematicæ, extra mentis cogitationem acceptæ, non nisi in rebus ex materia sensibili constitutis conspiciantur; neque sine sensibili substantia consistere queant. Ex quo patet, quòd naturalis philosophia, hanc sibi prouinciam vendicaret, vniuersalem absoluẽdi de rebus omnibus contemplationem: nisi aliqua supponeretur substantia immunis ab omni motu, & seiuncta a quacunque materia; cuius contemplatio, iure suo, & de vniuerso ente speculationem sibi associat. Cum autem huius naturæ substantia inueniatur, quam demonstrandam opportuno loco sibi supposuerat Aristoteles; proinde aggressurus hanc de vniuerso ente philosophiã, eò sibi deducendam contemplationem adiudicauit; vt primo patefaceret (quod præstitit in initio lib. 4. & alibi repetijt) quonam pacto communis, vnaq; scientia de ente, sub ipsa ratione entis institui & posset, atque deberet: mox vero ostenderet, id muneris ei scientiæ conuenire, cui etiam competit nomen theologiæ: vt pote illi, quæ Dei naturam (quatenus licet homini ex præscripto luminis naturalis) contemplatur. Vnde, cum Deo nulla notio aptari queat; quæ motum concernat, quæ vè vllam materiæ vel sensibilis, vel intelligibilis rationem præseferat (cum Dei natura ab omnibus ijs conditionibus abhorreat) hinc factum est, vt quæ de Deo contemplatio secundum captum humanum haberi posset, ea contemplationibus illis tantummodo aptaretur, quæ entis rationem, seu mauis nominationem referunt; qualis est notio illa; qua Deum, substantiam, aut actum purum nominamus. Vnde etiam optima ratione factum est; vt huic de Deo contemplationi, vti scientiæ super omnes alias eminentissimæ, nomen primæ philosophiæ, ac sapientiæ, aut theologiæ adscriberetur; in ipsaque vniuersalis de ente

tractatio comprehenderetur: sub qua, tanquàm ancillæ, omnes aliæ scientiæ, artes, & facultates continentur; prout & cœlum, & vniuersa natura pendet ab hoc ipso principio. Verum, non statim primo in ingressu huius primæ philosophiæ Aristoteles demonstrandum sibi existimauit, substantiam hanc primam dari liberam ab omni motu, & seiunctam ab omni materia; sed ad postremam huius operis partem id ipsum sibi exequendum reseruauit, sapienti admodum consilio: tum, quoniam operæ pretium erat, vt ab ijs, quæ nobis sunt notiora, à substantiarum scilicet sensibilium tractatione, mens humana ad rerum absconditarum intelligentiam deduceretur: tum quoniam, cum innumeræ propemodum quæstiones, atque difficultates sese obijcerent; expurganda ab ijs omnibus prius erat huius eminentissimæ scientiæ doctrina: tum denique, quòd cum variæ antiquorum sententiæ de rerum omnium principijs minime cum placitis Aristotelis consentientes circumferrentur, hæ quoque prius examinandæ; neque indicta causa, sed iusto & æquo examine condemnandæ erant; vt hinc postea, qui animum ad hæc legenda appellerent, tutius, atque facilius manuducerentur ad eam notitiam tum percipiendam, tum approbandam, quæ de Deo opt. max. rerum omnium principio traderetur. Itaque Aristoteles, hoc iacto fundamēto; nimirum, immateriali, atque æterna sibi supposita substantia (quam opportuno deinde loco dari esset ostenturus) vniuersalem de rebus omnibus, primam ipsam philosophiam contexit tribus illam præcipuis partibus complectens, iuxta tria genera substantiarum, quæ ex multorum opinione esse censebantur. Ac optima quadam ratione, ad substantiæ perscrutationem vniuersæ huius doctrinæ ordinem, atque statum accommodauit. Quandoquidem, etsi plura, atque varia sint rerum genera, plurimæq; entis nominationes existant; attamen ad substantiæ contemplationem, vti primam, atque potissimam partem totius entis, à qua omnia alia pendent, iure merito cæterarum rerum omnium trahitur perscrutatio: quemadmodū in 4. huius operis libro, & in 7. quoque, & alibi pluribus sermonibus Aristoteles patefecit. Cum autem in initio lib. 4. asserat tot esse philosophiæ partes, quot sunt substantiæ; hinc tres huius primæ philosophiæ partes, e tribus diuersis substantiarum generibus conflatas hunc in modum distribuimus. Nam vna quidem pars, quæ primum locum obtinet, exurgit ex ea contemplatione, quæ habetur de substantia sensibili; quæ notissima, ac bipartita est; tum in substantiam corruptibilem (cuiusmodi est mundus iste inferior cœli lationibus subiectus, elementa, ignem, aerem, aquam, & terram, & ex ijs constantia mista complectens, & in continuo obuersans ortu & interitu) tum in incorruptibilem, mobilem autem secundum locum, ipsam scilicet orbium cœlestium substantiam. Secunda vero pars huius philosophiæ complectitur illam omnem disputationem, quam Aristoteles expendit in examinandis, atque confutandis placitis illorum philosophorum; qui, præter substantias sensibiles, alia quoque genera substantiarum inducebant: dum quidam principia mathematica, nempe puncta, lineas, superficies, & corpora inter substantias statuerent: alij vnitatem & numeros: quidam autem præter hæc, idéas quoque seiunctas illas quidem à rebus sensibilibus, sed ipsarum tamen imagines præseferentes, omnium maxime substantias esse contenderent: quorum omnium placita in certis huius operis libris, valentissimis rationibus Aristoteles impugnat, atque reijcit. Vnde, quoniam hæc vniuersa disputatio consummatur in eorum explodendis opinionibus, qui inter substantias aut eà collocarent, quæ neque omnino inter entia censenda sunt (prout de ideis ostendere profitetur Aristoteles quòd non sint, iuxta illam saltem rationem, quam Plato inducebat) aut ea; quæ, si existerent, non tamen inter substantias adnumeranda forent; sicuti de numeris, & alijs principijs mathematicis ostenditur: idcirco, huic quoque tractationi, altera huius primæ philosophiæ pars iure assignanda videtur: vtpote ea, in qua de substantiarum natura, iuxta aliorum placita, differitur; licet

hæc ipſa impugnentur. Tertia vero atque poſtrema pars huius philoſophiæ continet (tanquam præcipuum tractatum æternæ, immaterialiſque ſubſtantiæ, Dei opt. max. rerum omnium principij; a quo hæc prima philoſophia ſuam duxit originem; cui adiuncta eſt etiam ſpeculatio aliarum ſubſtantiarum abſtractarum, quæ ſunt poſteriores ab illo primo principio, iuxta ordinē, & numerum cœleſtiū lationum: necnon & omnium aliorum primorum principiorum explicatio; quæ ad huius vniuerſi conſtitutionem pertinent, atque notitiam; in qua clauditur huius eminentiſſimæ ſcientiæ ſcopus, omnium cognitionem, quatenus ſunt entia, complectens: vti ex ſequentibus ſpeculationibus apparebit. Has autem prædictas huius philoſophię partes tres, quas recenſuimus, & iuxta variam circa ſubſtantias conſiderandi rationem diſtinximus, inuicem ita cohærentes diuerſis in huius operis libris abſolui iam animaduertimus. Et dicimus priorem partem, quæ pertinet ad ſubſtantiam ſenſibilem, tractari in duobus his libris; nempe 7. & 8. dum agitur de natura tum materiæ, tum formæ, quatenus inuicem conueniunt ad conſtituendam entitatem, ſeu eſſentiam ſenſibilis ſubſtantiæ; prout ſub hac ratione, & non quatenus motum concernunt, in hac philoſophia conſiderantur. Et hanc quidem tractationem, tanquam ex propoſito confectam, teſtatum reliquit Ariſtoteles in calce cap. 2. lib. 8. dum inquit. *Manifeſtum itaq; ex dictis eſt, quæ nam ſenſibilis ſubſtantia, & quomodo ſit: etenim hæc quidem vt materia, hæc autem vt forma, quoniam actus, tertia vero ex his*. Et in hanc quidem ſententiam ſubſcripſerunt Auerroes, Alenſis, & B. Thomas, quòd de ſubſtantia ſenſibili tractatur in lib. 7. & 8. quibus & librum 9. adiungimus maxime illis coniunctum; tanquam eum: in quo agitur de actu, & potentia, quæ multum cònferunt ad exactiorem notitiam materiæ, & formæ; cum hæc ad actum pertineat; illa vero ad potentiam. Et hæc quidem quo ad priorem partem huius philoſophiæ ſint dicta. Huic vero cohærentem ſecundam partem dicimus eam eſſe, in qua agitur de ſubſtantia, vt immobilis, & non ſenſibilis ſupponitur, iuxta aliorum ſententiam; qui conſtituunt aut magnitudines mathematicas, aut ideas, aut numeros inter ſubſtantias: quorum tamen dogmata ab Ariſtotele impugnantur longa, & acerrima diſputatione. Hāc autem ſecundam partem abſolui dicimus, partim in lib. 10. in quo agitur de vno & eius ſpeciebus, & affectionibus; vt ſit tanquam ſeminarium, & principium quoddam totius huius diſputationis; partim in duobus poſtremis huius operis libris; videlicet 13. & 14. quos nos conſequentes ſupponimus ipſi decimo; vt poſtremi euadant, qui locum vndecimum, & duodecimum prius obtinebant: quod quàm rationabiliter opinati fuerimus; deinde propria indagine, atque ſpeculatione diſcutiemus; &, niſi mea me fallit ſententia, demonſtrabimus. Diſtingui autem hanc tractationem a præcedenti, & ipſe Ariſtoteles ſignificauit: dum in initio lib. 13. quem 11. conſtituimus, ita locutus eſt: *De ſenſibilium itaq; ſubſtantia, quænam ſit dictum eſt in methodo quidem naturalium, de materia, poſterius vero de actu*: quibus verbis manifeſte inſinuatur prima tractatio huius philoſophiæ, quæ complectitur methodum circa ſenſibilem ſubſtantiam. In lib. autem 14. quem ad locum 12. ſubſtituimus, in calce cap. 3. hæc habet: *Verum quoniam de mundi factura, at naturaliter hæc dicere volunt, decens eſt eos aliquid de natura exquirere; & ab hac methodo dimittere, quærimus nanq; principia, quæ in immobilibus ſunt*: hæc effatus de pythagoreis, qui propriam philoſophiam ex numeris aſtruentes, eam ad naturalia aptare profitebantur; vnde eos adiudicat dimittendos; quo ad rerum naturalium ſpeculationem, quam ex numeris inferebant; propterea quòd a propoſita in eo libro methodo, in qua de principijs immobilium agendi ſuſcepta erat prouincia, longe abeſſet huiuſmodi naturalis eorum contemplatio. Hæc igitur erit ſecūda pars huius philoſophiæ: quæ tribus prædictis libris abſoluitur: nempe 10. 11. & 12. iuxta noſtram penes ordinem eorum librorum inductam computationem. Qui tractatus eatenus dicendus eſt ad ſubſtantiæ perſcrutationem pertinere, quatenus in eo perpen-

perpenduntur eorum opiniones, qui huiusmodi immobilia, aut magnitudines mathematicas, aut ideas, aut numeros inter substantias adnumerabant: non autem quod re vera huius generis substantiæ inueniantur, quas Aristoteles impugnat, & omnino reijcit. Reliqua vero tertia, atque postrema pars, in qua agitur de vere immobili, & penitus immateriali substantia, eademq; æterna, & omnium rerum prima causa, atque principio; libris ijs duobus absoluitur: videlicet 11. & 12. quos postremos huius operis iam recensuimus; ita tamen, vt in priori libro varia doctrinæ capita præmittantur, quæ sequenti speculationi erant consentanea. In postremo autem lib. differitur de prima immobili substantia, atque alijs posterioribus substantijs immaterialibus; cum ea tamen additione, vt simul omnia prima principia explicentur huius vniuersi: quòd quàm apta & conuenienti ratione sit factum (ne omnia hoc loco congeramus) opportuniori loco manifestum fiet. Hanc vero postremam partem, ab alia substantiæ sensibilis tractatione distingui, idem Aristoteles insinuauit: dum in postremo libro (iuxta ordinis nostri suppositionem) in initio cap. 2. cum distinxisset substantiam in sensibilem, & immobilem; postea subiunxit: naturalis esse philosophiæ munus agere de sensibili, siue æterna, siue corruptibili substantia: de immobili vero, ad aliam scientiam pertinere, si tamen ijs diuersis substantijs nullum esset commune principium: innuens ijs verbis, generalem tractationem omnis substantiæ, quam habet sub communi entis nominatione primus philosophus. Item in eodem lib. in initio cap. 6. sic ait: *Cum vero tres sint substantiæ, duæ quidem naturales, alia autem immobilis, de hac est dicendum, quòd necesse est perpetuam aliquam, & immobilem substantiam esse.* Quare (sicuti iam constituimus) tres erunt partes hunc in modum distributæ circa substantiæ tractationem; quibus, vti præcipuis, absoluitur opus huius primæ philosophiæ. Nam reliqua, quę entis aliquam rationem referunt, & in hoc opere considerantur; aut ad substantiæ contemplationem reducuntur, prout se habet speculatio aliorum omnium prædicamentorum, quæ seorsum a substantia non subsistunt: aut sunt huiusmodi, vt prætermittenda animaduertantur, vel quoniam in nullam cadant determinatam causam (vnde de eiusmodi, scientia haberi nequit, cuiusmodi sunt accidentia, quæ per accidens appellantur) vel quoniam in anima res inuicem componente aut diuidente, veri vel falsi entitatem obtinent, & rerum, quæ sunt extra animam, imaginem referunt: ex quo fit, vt rerum, seu conceptionum in anima existentium contemplatio (sub entis ratione) tanquam superuacanea sit omittenda; vbi earundem, quatenus existunt extra animæ conceptiones, propria sit futura perscrutatio. Nonnullæ vero aliæ speculationes, quæ in ijs libris continentur: partim deseruiunt ad constitutionem huius philosophiæ: partim, ad habendas recta cum ratione has omnes contemplationes, nos manuducunt. Etenim aggressurus Aristoteles supremam hanc philosophiam, quadam accommodata methodo ad hanc ipsam constituendam atque explicandam accessit; nonnulla præmittens veluti initia scientiæ, quæ ad eruditionem (Pediam in libro 1. de partibus animalium appellatam) conducunt; prius quàm ad rerum subiectarum tractationem sese conferat. Quod omnibus suis in operibus semper obseruauit. nempe; vt, præter pediam illam generalem, scientijs omnibus communem, quæ tradita est in libris Analyticis, quandam etiam aliam particularem attulerit; prout cuique rerum contemplationi conferre adiudicauit: quod non solum in philosophia naturali præstitit, verum etiam in libris de moribus, & in illis de Repub. quemadmodũ in nostris lucubrationibus italico sermone confectis in politicos libros copiosa oratione manifestauimus. Neque vero dubium esse debet, quin plurimum conferat ad statuendas scientias apud nos certiores, atque illustriores; si, antequam rerum scientia tradatur, vnde modus sciendi cuique scientiæ accommodatus pendeat, prius in conspicuo proponitur. Verum non existimandum, quòd ratio illa eruditionis, atque norma sciendi, quæ tradita est in li-

bris Analyticis, huic quoque aptetur primę philosophiæ; quasi & ipsa eisdem regulis, & legibus subiaceat, quibus obstrictæ sunt scientię omnes particulares, quæ sunt demonstratiuæ: veluti, quòd subiectum adsit, circa quod existentes ipsi passiones, ex certis, ac proprijs quibusdam principijs demonstrentur: non enim huius normæ, atque modi sciendi omnino capax est hęc prima philosophia; quę ens vniuersum, quatenus est ens, contemplatur: & principia illa, quę ab inferioribus scientijs, in proprijs ipsarum demonstrationibus assumuntur, verissima, atque certissima esse iure suo patefacit; ac normam, certamque tradit rationem definitionum struendarum, quibus omnes scientiæ constituuntur. Veruntamen neque inficiamur, quin adsit etiam in hac prima philosophia, tum subiectum, circa quod versatur: vt puta, substantia ipsa composita, tum huius principia, atque passiones: verum hęc demonstratione, tanquàm ex principijs passiones subiecti ostendente non probantur; vti fieri consueuit in scientijs inferioribus: sed quadam alia diuersa docendi ratione fiunt manifesta; de qua alius erit dicendi locus. Quę vero attinebant ad eruditionem, atque pediam pro hac construenda, atque explicanda philosophia; hæc quidem ab Aristotele præmissa fuerunt admodum vtilia, huicque tractationi maxime congruentia. Nam, cum eminentissima hæc scientia primum in omni genere cognitionum locum sibi vendicaret; vti ea, a qua omnes aliæ scientiæ pendent: idcirco perspicacissimi hic vir iudicij, opus hoc præstantissimum eo auspicatus est aptissimo procœmio, quo totius nostræ cognitionis initium, atque progressus detegitur: ac paulatim notæ illæ subinducuntur, & manifestantur, quæ ex communi hominum consensu sapientię tribuuntur: vt hinc opportuno loco ostenderetur, quatenus huic scientię iure merito conueniat nomen sapientiæ: quod ad sequentes speculationes vsui futurum erat: ac præsertim ad hoc insinuandum, quòd de omnibus rebus in genere, & de primis, atque præcipuis principijs agendi huic munus competeret. Præterea, cum rerum omnium principia, atque causas in ijs libris inuestigaturus, atque traditurus esset, ex quibus præcipue constituitur scientia hæc eminentissima: illud optimo consilio sibi pręstandum adiudicauit, vt prius generatim palam faceret rerum adesse principia, atque causas: ipsasque non plures, neque pauciores esse illis ipsis generibus, quæ in libris de physico auditu tradita, atque explicata fuerunt: ita quidem, vt omnia principia, aut ad efficientem, aut ad materialem, aut ad formalem, aut ad finalem causam reuocari doceat: dum in 1. huius operis libro, antiquorum omnium, & suę etiam ætatis philosophorum sententias persequens, atque perpendens, nullum aliud genus causæ, præter prędicta genera, ab alijs excogitatum præclara disputatione concludit. Quemadmodum postea in lib. 2. qui a Gręcis minor Alpha inscribitur; hoc aliud etiam principium statuit, quod ad hanc scientiam stabiliendam pariter pręmittendum, atque supponendum erat: videlicet, in causis omnibus esse statum, & non abiri in ipsis ad infinitum. Alioquin, nisi hoc pro comperto constitutum esset, superuacanea futura erat omnis contemplatio, quæ de rerum principijs institueretur: cum illud constantissime sit receptum (quod & in Analyticis ostensum est) infinitorum scientiam haberi nō posse. præterea in hoc eodem libro (de quo nonnulli addubitarunt etiam viri doctissimi, num ad scientiam naturalem attineat, an ad hanc primam philosophiam, vti nos supponimus; huius quæstionis disputationem in opportuniorem locum transferentes) diuersa quędam præcepta, seu regulæ assignantur, quæ ad omne genus contemplationis sunt accommodatæ; sed præcipue ad supremam illam scientiam, quæ ijs in libris erat contexenda. Ad hęc, cum Aristoteles inuestigaturus, atq; constituturus esset genus illud scientiæ, quod ab alijs scientijs inferioribus maxime disiunctum, atque diuersum est, ac propterea plurimę, ac non exigui momenti difficultates circa conceptum opus sese obijcerent; has minime sibi prætermittendas censuit, sed commemorandas: atque ideo, vnde singulæ exorirentur, ante oculos posuit; omnesque

simul

ſimul in 3. huius operis libro, ſapienti admodum conſilio cōgeſſit: propterea quòd id maxime conferret, tum ad proſpiciendum, qualis nam ſcientia ijs in libris conſtituenda foret: tum vt mens harum difficultatum non ignara, & ab ipſis erepta, ad ſupremæ veritatis indaginem tuto ſeſe perduceret. Propoſitarum autem quæſtionum, ſeu difficultatum, aliæ ſunt, quæ attingunt ipſum genus ſciendi: vt puta, num omnium ſubſtantiarum vna poſſit eſſe ſcientia: num eadem etiam paſſionum omnium ſit demonſtratrix: num omnium ſcientiarum communia principia ab vna ſcientia expendi, atque probari debeant: num principiorum & elementorum notitia iuxta vniuerſalem ipſorum rationem ſit tradenda; an potius vt reſident ſingula in quaque re ſingulari: & alia huiuſmodi, quæ ad normam ſciendi pertinent. Aliæ vero quæſtiones reſpiciunt ipſamet principia rerum, ac res ipſas: veluti: num principia, & ipſa ſint ſubſtantiæ: num rerum corruptibilium & incorruptibilium eadem ſint principia: num, præter ſubſtantias ſenſibiles, alia quoque exiſtant genera ſubſtantiarum: num numeri ſint ſubſtantiæ: num ideæ: num & entia mathematica: videlicet ſolida, ſuperficies, lineæ, & puncta; quæ, ex quorundam ſententia, res mediæ ſupponuntur inter ideas, & ſubſtantias ſenſibiles; & alia huius generis quæſtiones, quæ ex aliorum philoſophorum placitis excitabantur, neque diſſimulari poterant, aut debebant. Verum non ignorandum eſt, ex difficultatibus, quę in hoc 3. libro proponuntur, nonnullas eſſe, quę minime diſſoluantur: ſed in robore argumentationis ex aduerſo factæ relinquuntur; vtpote illæ, quæ attinent ad explodenda, & extirpanda illa philoſophorum dogmata, quæ falſa, & erronea ab Ariſtotele ſunt adiudicata. Plurimæ autem aliarum dubitationum cadent, atque tollentur (vt apparebit) ex illa poſitione, quæ eſt initium lib. 4. nempe; quòd eſt vna ſcientia, quæ contemplatur ens, quatenus eſt ens: vbi etiam, quomodo id muneris abſoluatur ab hac ſcientia, aperitur: cæteræ ſparſim, alię alijs in locis (prout Auctori huius philoſophię opportunius viſum eſt) in operis progreſſu diſſoluentur. Quæſtiones igitur hę omnes proprijs adiunctæ argumentationibus, in 3. operis libro proponuntur. In 4. autem conſequenti libro, exordijs ijs omnibus iam præmiſſis, conſtituit Ariſtoteles, vnam eſſe ſcientiam, quæ ens, quatenus eſt ens, contemplatur; & cum ente ipſum etiam vnum complectitur: propterea quòd inuicem ſeſe inferant & conuertantur; vt vbi ſit ens, ibi quoque præterea ſit vnum, & e conuerſo: & ſimul patefacit, quo nam pacto de vniuerſo ente vna poſſit inſtitui ſcientia: ſupponens præterea ens ipſum, neq; genus eſſe vniuocū, neq; æquiuocum: ſed eius generis quoddā commune, quod ſeorſum a rebus ſingulis nullā ſui notionem referat; quādoquidem ens, tantummodo chategorema eſt, vox quædam, quę de omnibus rebus prædicatur: ſicuti in progreſſu operis Ariſtoteles declarat, ac præſertim in lib. 7. 8. & 10. ſed eius notio in alicuius determinati entis, ſeu determinatæ rei notione ſolū cōſiſtit, vt minime aliquid ſit ens ipſum, niſi aut ſubſtantia, aut quantū, aut quale, aut aliquod aliud prędicamentorum, habensque, quatenus commune eſt, ſuum fundamentum in ſubſtantia, cui res omnes aliæ (vti eius accidentia) inhærent, & propter ipſam ſunt. Vnde etiam ab Ariſtotele in hac prima philoſophia, entis perſcrutatio, in ea potiſſima contemplatione eſt conſtituta, quæ pertinet ad principia ſubſtantię explicanda. Deinde vero, prædicto iacto fundamento, in hoc eodem 4. libro aggreditur diſputationem de principio illo omnibus ſcientijs communiſſimo, quod non contingit aliquid opinari ſimul eſſe, & non eſſe, quod præmittendum erat, antequam de vlla entis parte ſpeculatio inſtitueretur: quemadmodū etiam in ſcientijs inferioribus præponi ſolent principia illa, quas dignitates appellant, quę ad rerum, quę in quaque ſcientia tractantur, probationem, atque dilucidationem aſſumuntur. Verum, quòd attinet ad huius generis principia, maximum eſt diſcrimen inter alias ſcientias inferiores, & hanc ſupremam philoſophiam. In alijs ſiquidem ſcientijs, huiuſmodi principia tantummodo aſſumuntur, atque ſupponuntur, vti notiſſima,

notiſſima, atque probatiſſima. In hac autem prima philoſophia, commemoratum antea principium, & reliqua, quæ ad ipſum conſequuntur, ita confirmantur, vt in oppoſitum dubitandi nullus locus relinquatur. Ipſum autem ante vnãquamq; aliam entis determinatam tractationem, præmittendum, atq; ſtabiliendum erat: tum, quoniam huic primæ philoſophiæ magno vſui futurum erat (cum huic principio potiſſimum innitantur demonſtrationes, ſi quæ hic afferuntur ducentes ad impoſſibile, nec non omnes propemodum huius philoſophię probationes, & explicationes) tum quoniam ex aſſertione huic principio aduerſaria, quam aliqui induxerunt; nempe, quòd contingeret opinari idem ſimul eſſe & non eſſe, deducebatur illud falſum dogma, quòd res non eſſent, niſi vt vnicuiq; viderentur; vnde nil certi eſſe aſſerendum videbatur. Quocirca, pro extirpanda hac erronea opinione, ex qua conſequenter ipſum philoſophari auferebatur: non ſolũ vtile, verum etiam neceſſarium fuit, dictum principium ſtabilire, priusquàm de ente aliqua tractatio inſtitueretur. Poſtea vero in 5. libro explicationes afferuntur vocum maxime vniuerſalium; quarum vſus in omnibus ferme ſcientijs adhibetur: id enim muneris iure ſuo ſibi vendicauit hæc prima philoſophia, quæ rerum omnium eſt contemplatrix. Simul autem hæ omnes explicationes in hoc libro congeſtæ ſunt; quòd conſequentibus ſpeculationibus magno vſui eſſent futuræ: hanc enim rationem docendi, & mathematicæ diſciplinæ, aliæq; ſcientiæ ſectantur: dum præmittunt explicationes terminorum, quibus ſunt vſuræ in ſuorum theorematum demonſtrationibus. In 6. autem libro, entis tractatum aggreſſurus, in primis ſtatuit, quòd ſcientia, cui hoc munus incumbit de omnibus rebus ſpeculandi, non eſt actiua, ſed contemplatiua: non quidem naturalis, aut aliqua ex ſcientijs mathematicis, ſed longe alia, atque diuerſa: vtpote illa, quæ verſatur circa ſubſtantiam immunem ab omni motu, atq; materia; quæ & exiſtere ſupponitur: ſicuti poſtea demonſtrabitur: a cuius contemplatione, pro explicanda eius natura, abſunt longiſſime & naturalis, & omnes ſcientię mathematicæ. Mox vero entis tractationem aggreditur, hunc admodum rationabilem ordinem obſeruans: vt quæ entis rationem minus veram, ac propriam præſeferunt: hæc primo breuiter percurrat, prætermittendaq́; eſſe doceat, vt ad proprij, verique entis tractatum hæc prima properet philoſophia. Itaque in 6. libro, entis, quod per accidens nominatur, quale eſt, quòd Socrate deambulante fiat tonitruum, vel quòd qui albus eſt homo, ſit & muſicus, & alia huius generis naturam (ſi qua ipſius eſt) detegit: oſtendens ipſam quidem incertam eſſe, atque ita ſine cauſa determinata; vt ſtatuendum ſit, hanc ipſam potius non eſſe, quàm exiſtere: ac propterea huius generis entis conſiderationem, de qua nulla certa poſſit eſſe ſcientia, omnino negligendam, atque prætermittendam eſſe ſtatuit. Ad hæc, quæ in mente tantum humana ſubſiſtunt entia, ipſum ſcilicet verum & falſum; quoniam circa res verſantur, quę ſunt extra animam, nilq́; aliud proprij referunt, quàm quandam animæ noſtræ paſſionem, cui contingit aut verum aut falſum concipere; idcirco huius quoque generis entis tractationem, omittendam animaduertit; cum ſit ſatis rerum, quę ſunt extra animam (ad quas referuntur animæ omnes conceptiones) contemplationem inſtituere: tam etſi in fine libri 9. quę ad diuiſibilium, ſeu indiuiſibilium animę conceptionum perſcrutationem attinerent, breuiſſimo quoque tractatu complexus ſit. Ab hac itaque entis per accidens, & entis ſumpti pro vero conſideratione diſcedens Ariſtoteles, in 7. ſubſequenti libro aggreditur proprium entis tractatum: nempe earum rerum, quarum propter quid ſint, certiſſima, atque determinata principia, & cauſæ afferri poſſunt. Et cum huiuſmodi ens diuidatur in ſubſtantiam, & in alia prædicamenta; patefacto, quòd omnia alia prędicamenta, vti non propria entia, neque per ſe exiſtentia, ſubſtantiæ tanquàm ſuo fundamento adnituntur: hinc ad ſubſtantiæ contemplationem, potiſſimum conuertit ſermonem: a qua entis rationem, primum, proprie, atque po-

tissimum pendere docet. Exordiens autem, vt ratio docendi postulabat, ab his, quæ sunt nobis notiora, a substantia scilicet rerum naturalium, quę supponitur constare ex materia, & forma: explicat, quidnam materia conferat ad existentiam, siue essentiam substantię, & quid forma: de qua, vti potissima essentię rerum omnium causa, plurima tradit theoremata ad hoc ipsum respicientia: vt ex hac doctrina elucescat in genere, quomodo essentia rei emanat ab ipsa forma: vel si substantiæ compositę considerentur; vel ipsarum accidentia: & non solum in rebus naturalibus, verum etiam in mathematicis, omniumq; artium, & facultatum definitionibus: quandoquidem ex habita in hoc libro contemplatione, tanquam ex fonte, quomodo ipsum quod quid est se habeat quo ad omnes eius partes, innotescit. Id quippe muneris ad hanc primam philosophiam attinebat, quę res omnes contemplans in genere, quomodo se habeant ad esse, & ad definitionem, quæ esse rerum continet, generatim quoque explicare debebat. Nulla autem aliarum particularium scientiarum id præstare poterat: cum res, vt entia sunt, non speculentur: vnde neque ipsum quod quid est, quod attinet ad ipsum ens contemplari debent: id enim esset manum ponere in messem alienam: & de genere proprio in alienum genus transitum facere. Scientiæ autem omnes particulares, & artes, & facultates, rerum de quibus agunt, proprias definitiones vel sensu, vel alia quadã via supponentes: ex ijs deinceps passiones proprijs subiectis inhærentes demonstrant: de rerum autem essentia, quonam modo ex ijs, vel illis partibus construatur; quidque subiectum conferat ad existentiam accidentium; aut quomodo substantię propriũ esse ex materia & forma consequantur; & quid ex vna, & quid ex altera parte; & alia huius generis problemata minime aggrediuntur: sed in vniuersa hac perscrutatione, scientiæ alię omnes, & artes pẽdent ab ijs, quę in hac prima philosophia explicantur: vel a libris etiã Analyticis: vbi agitur de methodo definitiua: quamquàm excellẽs magis, ac magis vniuersalis sit hęc speculatio, quæ de ipso quod quid est traditur a primo philosopho, quàm ea, quæ habetur in libris Analyticis: idq; propter quid contingat, opportuniori loco patefaciendũ erit. Et hæc quidem, quæ pertinent ad ipsum quod quid est in genere, in 7. & 8. libro absoluuntur, in quibus de natura formę, atque materiæ naturalium rerum agitur, quatenus ad ipsum quod quid est reducuntur. Vnde & hic primam claudi partem huius primæ philosophiæ, iam antea animaduertimus: illam nempe, quæ complectitur tractatum, seu methodum substantiarum naturalium, tum quo ad formam, tum quo ad materiam secundum entis naturam explicatarum. Huic deinde tractationi succedit doctrina illa vniuersalis, quam liber nonus complectitur de actu, & potentia: quibus quidem notionibus, vniuersum ens, iuxta omnia prædicamenta diuiditur. Quæ speculatio, quando in ea explicatius edocetur, tum id, quod attinet ad materiæ cognitionem, cuius essentia proprie sita est in ipsa potentia; tum illud potissimum, quod conuenit formę, ad quam actus proprijssime pertinet; quædam primæ dictæ partis appendix verè dici potest: cum tamẽ de potentia, & actu perscrutatio, ad vlteriorem quoq; de substantijs abstractis futuram contemplationem quàm maxime conferat: quando ipsa prima substantia, tanquam actus purus, id est ab omni potentia immunis, sit supponenda, atq; (vt nobis licet) explicanda. In libro autem 10. cum iam actum esset de ente in genere, quatenus est ens, vel secundum accidens, vel secundum quòd in mente residet, vel vt proprie est ens extra animam, iuxta ordinem prædicamentorum, ac præsertim secundum partes constitutiuas compositæ substantiæ naturalis; agitur postea de vno: non eo tantum consilio, vt explodatur eorum opinio, qui asserebant vnum esse substantiam per se subsistentem, & non alteri rerum generi vt puta igni, aut homini inhærentem (pro vt ob hanc causam agi de vno asseritur in commentarijs, quæ nomine Alexandri Aphrodisiei circumferuntur, quæ tamen an sint Aphrodisiei, aliqui in dubium reuocarunt) verum etiam, quoniam & ad primum

quoq; philosophum spectabat de vno tractationem instituere: quando (vti dictum est antea) vnum conuertitur cum ente; & de opposita similiter vni multitudine; & de omnibus eius speciebus, & affectionibus: nempe, de eodem, æquali, simili, & horum oppositis, vt est diuersum, inęquale, dissimile, contrarietas, & differentia: circa quæ omnia in dicto libro 10. varia & pulchra theoremata explicantur: quæ, tanquam seminarium quoddam continent eius doctrinæ, qua vsurus erat Aristoteles in oppugnandis eorum dogmatis, qui ex numeris omnia constare asserebant; & numerorum principia, quæ etiam idearum constitutioni aptabant, omnium principia rerum statuebant. Quod in libris illis duobus præstat, qui in postremo huius operis loco constituti erant: nos autem illos ad 11. & 12. locum (vt antea diximus) substituimus, tanquam optimo nexu cohærentes prædicto lib. 10. In quo vna cum ijs alijs duobus absoluitur huius philosophiæ pars secunda principalis: in qua disseritur de dimensionibus mathematicis, de corpore, superficie, linea, & punctis, de vno, atq; numeris, nec non de ideis: quæ singula, iuxta diuersorum philosophorum placita, inter substantias, atq; principia substantiarum constituebantur; quorum tamen sententiæ, tanquam erroneę, ab Aristotele exploduntur. Huic deinde parti, optimo nexu, post explosa falsa dogmata circa principia vniuersi, cõsequitur pars postrema: in qua, tanquam in fastigio totius philosophiæ, de primis causis, atque principijs rerum omnium differitur: sed potissimum de potissimo rerum omnium principio, substantia ipsa immobili, & ab omni materia seiuncta: a qua (vti diximus antea) ortum duxit hæc suprema scientia; quæ & ob id sapientiæ nomen, & munus de vniuerso ente speculandi iure suo sibi vendicauit: vnde simul differitur de omnibus primis principijs, & causis, seu elementis rerum omnium: quatenus ad constitutionem vniuersi pertinent sub ratione substantiæ compositæ, primo; atq; potissime considerati; vt paulò post explicabimus. Spectãdum est autem sapientissimum huius viri consilium, summopere sane commendandum, in hac postrema parte exaranda. Qui, cùm in libris præcedentibus tractatum de ente in communi quo ad substantiam, & alia prædicamẽta, nec non de vno prolixa admodũ oratione persecutus esset; & de omniũ pene philosophorũ placitis longas disputationes contexisset, innumerasq; propemodum illas quæstiones in 3. lib. congestas, non ordinatim, sed sparsim (prout susceptæ tam amplæ contemplationis occasio postulabat) non adhuc pleno numero dissoluisset, manum postremam huic diuino operi impositurus; ac præcipuam totius philosophiæ partem explicaturus; in huius gratiam (tanquam ab ouo exordiens opus) in lib. 11. apud nos 13. compendio quodam, præcipua nonnulla capita præstrinxerit; quę in libris præcedentibus iam tradiderat. Veluti, dum iterũ aperit huius eminentissimæ scientię scopũ contemplãdi rerũ omniũ principia: & ex difficultatibus antea commemoratis quam plurimas recenset: huic scientiæ munus incumbere statuit, de ente prout ens est, in genere contemplari: eandemque, vti præcipuam sapientiam, distinguit, ac separat ab alijs duabus partibus philosophię contemplatiuæ; videlicet a naturali scientia, & a mathematicis disciplinis: quod vt faceret, maxime conueniens fuit; cum eam philosophię partem, quæ propriam concernit theologiam, esset auspicaturus. Principiũ illud, quod non contingat idem simul opinari esse, & non esse, strictiori tamen quàm antea oratione confirmat: ens per accidens, vti non capax scientiæ, reijcit: & ens rationis, quod vero aut falso limitatur, omittendum similiter docet; cum veri entis prima principia esset iam traditurus. Adhuc in hoc eodem libro, agitur de motu, in genere tamen: de infinito: nonnullaque alia theoremata ex physicis desumpta afferuntur: vti ea, quæ ad tradendam exactam, & omnibus numeris absolutam rerum sequentium doctrinam, tum vtilia, tùm necessaria erant: quemadmodum in horum explicatione diligentius animaduertendum erit. Quæ omnia si accurate perpenderint, nec non & ordinis librorum, quem immutandum innuimus, rationem haberi illi voluerint, qui diuinissimum hoc opus damnare sunt ausi, tanquàm

quam inconcinne, atq; superuacanee contextum: fortasse contingeret, vt ab hac ipsorum sententia discederent, & oculatissimi philosophi consilium approbarent, hancq; ipsius philosophandi rationem: cuius formulam, tanquam typo quodam, in hac nostra præfatione describimus. Quare, vt reliqua prosequamur, dicimus in lib. 12. (quem postremum huius operis constituimus) tanquam fastigio totius philosophiæ, agi de primis rerum omniũ principijs, seu causis, & elementis, quatenus ad huius vniuersi constitutionem pertinent, sub ratione substantiæ compositæ potissimum accepti: & hunc quidem esse propositum scopum in hoc opere, quam plurima Aristotelis dicta manifesta insinuant. Nam in 1. libro cap. 3. in initio habet. *manifestum esse, quod oportet accipere scientiam primarum causarum; quoniam putamus scire vnumquodque, cum causam primam cognoscimus.* Et in libro 4. cap. 2. ita ait: *necesse est philosophus* (antonomastice primum philosophum ipsum ens contẽplantem intelligens) *inquirat causas & principia substantiæ.* Et in lib. 6. in initio. *entium principia, & causæ quæruntur: manifestum autem quòd quatenus entia sunt.* sed etiam in hoc libro, de quo nunc agimus, in initio explicatius etiã significauit scopum in hoc opere propositũ; dũ inquit. *Præsens contemplatio est de substantia, quoniam principia, & causæ substantiæ inquiruntur.* ex ijs enim perspicuũ est, quòd scientia hic habenda complectitur notitiã principiorũ, & primarũ causarũ rerũ omniũ, quatenus sunt entia, & præcipuę ipsius substãtiæ; quæ, inter oĩa genera prædicamẽtorũ, primum in vniuerso ente locum obtinet; substantiæq; compositæ; cum proprie elementa, & principia, quæ hic inquiruntur, non nisi rerum sint compositarũ. Quòd autem hæc contemplatio ad vniuersi naturam explicandã dirigatur potissimum sub ratione substantiæ considerati: idem huius operis auctor insinuauit: dum in hoc postremo libro, post verba paulo ante adducta, immediate hæc alia subiunxit. *etenim siue vt totum aliquid vniuersum est, substantia prima pars est.* & in calce eiusdẽ libri, dum ait: *qui vero dicunt mathematicum numerum primum, & ita semper aliam attiguam substantiam, ac alia cuiusq; principia, inconspirantem, ac minime cohærentẽ vniuersi substantiam faciunt.* sed in libro 14. apud nos 12. cap. 5. de vniuerso in ijs libris esse considerationem, significantius etiam ostendit, inquiens. *At etiam nec is recte putat, qui vniuersi principia, animalium plantarumq; principio assimilat.* Hęc autẽ quæ supposuimus, præstari in hoc libro, & iuxta rationẽ, quam induximus; haud difficile erit manifestare: exponentibus nobis, quæ hic traduntur. Etenim, cum vniuersum hoc sensibile, quod nobis apparet, partim diuidatur in substantiã orbium cœlestium, qui ex placitis Aristotelis supponuntur ingenerabiles, & incorruptibiles; & partim in substantiam rerum corruptibilium, quæ infra globum lunæ continentur; & harum sint principia partim externa, & partim interna, quæ proprie dicuntur elementa, ex quibus constituuntur res generabiles: hæc in primis (exordio sumpto à notioribus nobis) explicantur: quæ nam, & quot sint: nempe, quòd sunt materia, forma, & priuatio: prout etiam in physicis constitutum est: quæ tamen non in respectu motus, vt ibi; sed vt pertinẽt ad entis & substantię rationem, hic considerantur: & explosis iam aliorum philosophorum placitis, qui & alia principia immobilia statuebant (quod non est acceptum, & monstratum in physicis, quoniam solius scientiæ vniuersum ens contemplantis id munus erat) statuitur, hæc sola esse inexistentia elementa, quæ vere ad internam pertinent generabilium constitutionem. non ideas: non numeros: vel horum principia. Simul autem, quæ nam sint prima omnium huius generis principia aperitur: dum significatur, primam corruptibilem formam, esse calidum: & primam priuationẽ frigidum; & materiam primam, eam, quæ ad vtrunque horum principiorum sit apta. Et mox alia inferiora principia, seu elementa aperiuntur: videlicet, quòd sint anima, corpus, intellectus, & appetitus: ex quibus quoquo modo constant res omnes generabiles. Siquidem per corpus & appetitum, res omnes inanimatæ constituantur: per corpus, & animam stirpes, & animalia: per corpus autem animam

animam & intellectum humana constituitur natura · Et cũ hæc sint interna principia constitutiua substantiarum sensibilium, atque corruptibilium: alia vero omnia genera entium, ipsa accidentia, à substantia pendeant (quemadmodum in alijs huius philosophiæ sermonibus huic postremo libro pręcedentibus ostensum est) consequenter, & hęc eadem esse principia quodammodo accidentium substantijs corruptibilibus inhærentium, manifestatur: licet & esse cuiusq; generis magis appropriata quædam principia significetur, prædictis tamen elementis substantiarum proportione respondentia. Et hæc quidem quo ad interna principia, & elementa rerum, quæ ortui, & interitui sunt obnoxia. Quod vero attinet ad earundem rerum causas externas: pro efficiente assignatur, tum agens propinquum, atque particulare; veluti quòd homo hominem generat: tum remotum, & vniuersale, sol ipse, & vniuersum cœlum, a quo hæc inferiora reguntur: tum primum omnium mouens immobile, a quo cœlum pendet & natura Pro causa autem finali, tum bonum vniuersi assignatur, tum potissimum ipse Deus: qui & ordinis ipsius vniuersi: & omnium, siue mobilium, siue immobilium, vltimus atque perfectus est finis. Cum vero & orbium cœlestium, iuxta singulas quasq; sphærarum lationes, singulæ substantię inmateriales, & immobiles, tanquam causę, & principia supponantur: mundus autem hic inferior sit cœlestium lationibus contiguus, vt inde omnis virtus gubernetur (vt scriptum reliquit Aristoteles in initio libri 1. Meteor.) sequitur, vt eadem principia in genere causę mouentis, licet remotius, ad statum pertineant vniuersi, secundum etiam hunc mundum inferiorem. De cœlesti autem substantia, nulla afferuntur elementa interna, ex quibus constitui orbes sit dicendum; quando huius generis substantię (quę supponitur actu substantia citra potentiam corruptioni obnoxiam) non possunt esse elementa: vt significauit expresse Aristoteles in lib. 14. apud nos 12. cap. 2. dum inquit. *Quod si verum vniuersaliter est, quod nunc dicitur nullam substantiam æternam esse, si non sit actu, elementa vero materia substantiæ sint, nullius profecto æternæ substantiæ elementa erunt, ex quibus inexistentibus sit.* Idcirco & in libris de cœlo, nuspiã comperitur expositum, cuiusnam sit naturæ cœlum: tantummodo, ex motuum natura argumentatione colligitur, quòd non sit graue cœlum, non leue; quemadmodum etiam longa disputatione colligere nititur Aristoteles; quòd cœlum non sit generabile, non corruptibile, non augmento, aut alicui corruptiuę alterationi obnoxium: sed quidem corpus esse cum potentia secundum locum mutabili: æternũ autem esse, & sempiterno motu cieri Quod & in hoc postremo libro explicatũ est; dum dicitur: quòd cœlum habet materiam mobilem secundum locum, at non generabilem: cuius etiam immortalitas magis præclare quodammodo insinuatur: dum ostenditur esse cœlum illud ens sensibile, quod à primo immobili principio immediate pendet: vt censendum iure sit, quod semper motum est, æternum esse mobile; vt quod ab æterno motore moueatur. Causæ vero externæ cœlos mouentes, eædem quæ dictæ sunt, & ad ipsam orbium substantiam quàm maxime pertinebunt: tum principia, ipsæ singulis lationibus sphærarum præsidentes intelligentiæ; tum primum omnium mouens immobile; tum boni, & optimi finis causa; quæ totum respiciens vniuersum, præcipue pertinet ad cœlorum perennem & immutabilem ordinem. Quamobrem (vti supposuimus) patefactum est, in postremo huius philosophiæ libro, rerum omnium (iuxta statum, atque constitutionem vniuersi) tradi doctrinam; qua & rerum, quæ pendent ex principijs, & simul principiorum habetur notitia, & ita rerum omnium saltem in genere. Distincta autem de primo principio traditur explicatio, eatenus tamen, quatenus respicit hoc vniuersum, vt patebit magis ex sequentibus. Cum autem primæ causæ tractatio pertineat ad eam naturam, quæ optima & omnium rerum est præstantissima, summeq; honorabilis & admiranda; hinc fit, vt hæc contemplatio sit omnibus alijs præstantior; quæ & theologiæ, & sapientiæ nomen merito sibi vendicauit; &

uit, & ius quoddam, seu facultatē de omni ente differendi; huic philosophiæ acquiuit. Distincta est autem a naturali scientia; quatenus naturalis considerat substantias sensibiles, vt sunt motui subiectæ, ipsarum naturas secundum vnam quanque speciem distincte pertractans: hæc vero prima scientia res naturales sub entis ratione, & in genere tantum speculatur. Distinguitur autem postrema prædicta huius philosophiæ pars, ab alijs duabus præcedentibus. A secunda quidem; quoniam in ea falsa dogmata impugnantur eorum, qui substantias esse asserebant, quæ non sunt substantiæ. A prima vero parte, quoniam in ea agitur de substantia sensibili, vt constituitur in natura entis per materiam, & formam; dum consideratur quid materia conferat, quidve forma; & quomodo ad rerum definitionem & quiditatem pertineant. In hac vero postrema parte agitur de omnibus huius vniuersi principijs: & de eo potissimum, quod est inter omnia primum, mouens omnia, substantia immobilis, & æterna, a qua omnia pendent, & nomen theologiæ huic inditum est scientiæ.

Breuis dilucidatio circa subiectum primæ philosophiæ. Cap. II.

IAM vero cum ex enarratis, quasi per epitomen quandam, satis perspicuum esse possit, quænam in hoc vniuerso opere pertractentur, rem gratam, & non inutilem me facturum ijs existimaui, qui veritatis, & non inaniū contentionum sunt cupidi, si paucis, & simplici quadam tractatione hic explicauerim (quod deinde opportuniori loco in propria quæstione exactius examinabo) quidnam potissimum sit statuendum subiectum huius eminentissimæ scientiæ: num ens ipsum vniuersum prout est ens; an substantia composita; an prima causa, seu primum rerum omnium principiū, Deus Opt. Max. a quo etiam pendet huius primæ philosophiæ constitutio, quæ & theologia a Dei tractatione nuncupatur. Proinde quòd ens vniuersum sit subiectum huius philosophiæ, innuisse videtur Aristoteles in initio libri 4. dum dixit. *quod est vna scientia, quæ cōtemplatur ens, quatenus est ens, & ea quæ enti insunt secundum se*: quod & præstari ab ipso in hoc opere hinc debet esse perspicuum. quandoquidem speculatur non solum substantiam; verū etiam alia omnia prædicamenta, & non ita ens solum contemplatur, quatenus est per se, ac propriè extra animam subsistit, vt omittat agere de ente per accidens, & de eo quod residet in anima sub ratione veri, & falsi, quorum facit non negligendum tractatum: quin & ipsarum priuationum, & negationum entis habet rationem: vnde ens subiectum huius philosophiæ statuendum esse videretur. Quod tamen nullo pacto admittendum censemus, & manifestabimus hac facta suppositione, quam verissimam iudicamus. Ens scilicet ita generatim acceptum, & non limitatum ad aliquod genus prædicamentorum, vagum tantummodo nomen esse, & nullam propriam naturam aut notionem importare: quod docuit Aristoteles in lib. 10. cap. 3. vbi ait: *quod neque vnum, neque ens est aliquid determinatum; sed commune, & solum chategorema existunt*, vox scilicet de omnibus dicta, sed nil seorsum a rebus singulis significans. Quod etiam insinuauit in lib. 4. cap. 2. dum patefacit, ens genus esse non æquiuocum, neque vniuocum; sed eiusmodi, quale est sanum, & medicinale, & alia huius generis: quæ dicuntur communia ad vnam quandam primam naturam nominis communis, ad quam omnia alia eiusdem nominis referuntur, in eaque conueniunt; & genus analogum, seu attributionis a nostratibus appellatum est. ibique statuit, substantiam inter omnia genera prædicamentorum, eam esse, cui in hac entis communi nominatione hęc competit prærogatiua, vt ad eius naturā tanquam primam, atque præcipuam, reliqua omnia genera prædicamentorum reuocentur, vt in ea conueniant, tanquam in vno quodam ipsis omnibus communi, & a qua dependeāt vt sint. Ex quo patet, quòd ens nullam per se notionem importat, nisi in quantum applicatur ipsis determinatis prædicamentis;

camentis; ita vt primum in ſubſtantia conſiſtat: ac mox ob ſubſtantiam in alijs generibus. Vnde etiam exploditur opinio Scoti., conſtituentis ens vniuoci generis habere rationem: cuius fundamenta alibi perpendemus: & diſſoluemus. Quòd autem ens acceptum vti deſcripſimus, ſubiectum ſtatui non poſſit, facile (vt iudico) hoc deuincitur argumento. Siquidem ſequeretur, indeterminatum ſupponi ſubiectum; quod tamen certum, atq; determinatum debet eſſe in vna quaq; ſcientia. Aſſumptum autem inconueniens hunc in modum deducitur, atque manifeſtatur. etenim entis nominatio conuenit & ſubſtantiæ, & quanto, & quali, & cuique aliorum prædicamentorum: necnon & enti per accidens, & vero, & falſo, quæ dicuntur entia in anima reſidentia: quæ omnia, & ſingula, cum inter ſe differant, ideo non apparet, quomodo ens, vt eſt commune nomen ijs omnibus, poſſit eſſe ſubiectum determinatum: ſed, cum omnibus hiſce diuerſis generibus conueniat, neceſſe eſt dicere, quòd indeterminate ad hæc omnia ſe habet; vt non potius ſubſtantia, quàm quantum, aut quale, aut aliud entis habens appellationem ſubiectum dici, aut intelligi debeat: vnde ens indeterminatum ſubiectum erit: atque ideo non ſubiectum ſtatuendum, niſi ad aliquod genus certum limitetur. Quod ſi fiat, iam non ens ſecundum nomen commune erit ſubiectum, ſed genus illud, ad quod applicitum determinetur. Ex ijs inferimus, quòd, cum neceſſe ſit ſupponere aliquod ſubiectum determinatum, circa quod vniuerſalis exiſtat contemplatio huius primæ philoſophiæ: id ipſum erit ſubſtantia compoſita: ad quam non ſolum alia omnia prædicamenta referuntur: verumetiam quæ per accidens, aut quouis alio modo entia appellantur. Quippe id ipſum Ariſtoteles clare ſignificauit (vt paulo ante diximus) in initio libri 4. dum docuit: quòd cum pluribns modis ens dicatur, omnes tamen ad vnum principium, ad ipſam nempe ſubſtantiam tanquam primum, & præcipuum ens reuocantur. Ad hæc, illud in quaque ſcientia ſubiectum ſtatuendum eſt, cuius principia, & cauſę in eadem inquiruntur, & aſſignantur: ſed ſubſtantia compoſita eſt ea, cuius principia, & cauſæ in hac philoſophia inueſtigantur, & aſſignantur in lib. 12. apud nos poſtremo, vt patet ex ijs quæ in hanc ſententiam iam antea in præfatione adducta ſunt: idq; pręcipue ſignificatum eſt illis verbis, quibus librum illum Ariſtoteles ita auſpicatus eſt. *De ſubſtantia eſt contemplatio, ſubſtantiarum enim principia & cauſæ quæruntur:* quare ſubſtantia compoſita ſubiectum erit. Et cum antea oſtenderimus hoc vniuerſum eſſe illud, cuius principia, & elementa traduntur, tum ſecundū ſubſtantiā, tum ſecundū accidentia, quæ ſubſtātiæ inhærent: propterea concludendū eſt hoc vniuerſum vt ens determinatū, & extra animā ſubſiſtēs, in quo & ſubſtātiæ & accidentia comprehendūtur, eſſe ſubiectū huius philoſophiæ: circa quod iuxta rationē ſubſtantiæ compoſitæ (quæ primū locum obtinet inter omnia genera prædicamentorū) aſſignantur principia & cauſæ; vti conueniunt primo ſubſtantiæ; deinde & ob ſubſtantiā accidentibus: omiſſo ente per accidens, cuius cauſæ nullæ determinatæ afferri poſſunt. Sed dubium maximū remanet diſſoluēdum circa primum ipſum principium, Deum opt. max. qui eſt ſubſtantia illa, iuxta quam hęc prima philoſophia conſtituta eſt; quā & ob id theologiā appellari a Dei contemplatione diximus. Nam cum de ea, exacta, atque determinata (prout fert imbecillitas noſtri intellectus ad lucidiſſimum illum comparata) explicatio habeatur in hac philoſophia; propterea, cenſendum maxime videretur, Deum ſubiectum eſſe huius ſcientiæ; cum pręſertim ob hanc immobilem ſubſtantiam hæc philoſophia in in lib. 6. fuerit diſtincta a ſcientia naturali, & a ſcientijs mathematicis: & diſtinctio ſcientiarum propriæ iuxta ſubiecti rationem inferri debeat. Cui dubitationi hunc in modum occurri poſſe exiſtimamus. Dicimus enim, Deum opt. max. proprie ſtatui non poſſe ſubiectum, circa quod hæc ſuprema ſcientia verſetur: quandoquidem ipſius Dei, cum ſit primum omnium principium, cauſæ, aut principia & paſſiones eſſe non poſſunt; cum ab ijs omnibus ſit ſeiuncta eminentiſſima atq; diuiniſſima

diuinissima illa natura; quæ tamen requiruntur in ijs, quæ in ſcientijs ſubiecti rationem obtinent. quare dicimus, Deum hic conſiderari, vti præcipuum, atque præſtantiſſimum ens, ſed in reſpectu tamen huius vniuerſi, tãquam omnium principium, atq; cauſa. Nam quòd ſub hac ratione, Dei habeatur in ijs libris contemplatio, pluribus in locis ſignificauit Ariſtoteles. Primum quidem in lib. 1. cap. 2. dum ait. *Deus etenim tum cauſa omnibus eſſe uidetur, tum quoddam principium.* Deinde in lib. 11 apud nos 13. cap. 6. vbi dicitur. *Et ſi qua talis in entibus natura ſit, illic profecto diuinum eſſet & hoc erit primum, & principale principium.* in lib. autem 12. apud nos poſtremo cap. 7. in explicatione eſſentiæ diuinæ, hæc habentur. *Ex neceſſitate itaq; eſt ens, & prout neceſſitas bene eſt, & ſic principium.* ibidem etiam paulo poſt. *ab eiuſmodi ergo principio, tum cælum, tum natura pendet:* ex quibus patet, Deum in hac philoſophia conſiderari ſub ratione principij, vt refertur ad vniuerſum. Quod etiam inſinuatum eſt: in fine libri: dum circa ſubſtantiam vniuerſi concluditur; *quod entia nolunt male gubernari; non eſt bonus plurium principatus: vnus eſt princeps.* Et huius etiam ſententiæ fuit D. Thomas in expoſitione Boetij de trinitate: vbi ait: theologiam humanam verſari circa abſtracta, quatenus ſunt principium entium: theologiam vero diuinam circa ſubſtantias abſtractas, vt circa proprium ſubiectum. Quapropter, quemadmodum materia, & forma, de quibus agi diximus in prima parte huius philoſophiæ, & ſi ſint ſubſtantiæ, & ipſorum natura aperitur; attamen ſubiecti rationem non ſubeunt; ſed ſolum conſiderantur, vt ſunt principia, & elementa ſubſtantiæ compoſitæ; materiæ enim, & formę nõ ſunt alia principia, ex quibus conſtituãtur; ita quoq; multo minus conuenit cenſere, Deum, qui eſt ſuper omnia principia, primum principium, nullam habens ſupra ſe cauſam ſubire ſubiecti rationem in hac ſcientia: neque refert, quòd in hac ſcientia, Dei natura exacta (quantum licet humano captui) explicetur: nam hæc explicatio eo tendit, vt cognoſcatur, quomodo ſe habeat principium, a quo pendet hoc vniuerſum. Quod vero attinet ad illud, quod dictum eſt, diſtingui ſcientiam hanc theologicam a naturali, & a ſcientijs mathematicis, ob ipſam primam ſubſtantiam immobilem, atque ab omni materia ſeiunctam: id quidem veriſſimum eſt: ſed & illud adijciendum, quòd ob hanc ſubſtantiam ab omni motu, & materia ſeparatam, huic theologicæ ſcientiæ munus obtigit, ſpeculandi omne genus entis, quatenus eſt ens; atq; ita vniuerſi huius contemplationem ſub entis ratione ſuſcepit: cuius, vti diximus, quod omnium primum, atque præſtantiſſimum & diuiniſſimum eſt ens Deus, eſt principium; vt, a quo pendet; & regitur vniuerſum. Alioquin, non exiſtente huiuſmodi principio, atque ſubſtantia immobili, philoſophia naturalis eſſet illa, cui nomen primæ philoſophiæ, atque ſapientiæ competeret; incumberetq; onus entia omnia, quatenus ſunt entia, contemplandi: ſicuti teſtatus eſt Ariſtoteles in lib. 6. cap. 1. dum inquit. *Si igitur non eſt aliqua alia ſubſtantia præter eas, quæ natura conſistunt; phyſica profecto prima ſcientia eſt;* quibus verbis hæc alia ſubdens. *Quod ſi eſt aliqua ſubſtantia immobilis, hæc prior & philoſophia prima, & vniuerſalis, ſic, vti prima eſt: & de ente prout ens eſt, ac quid eſt, & quæ ei inſunt, prout ens ſpeculari huius eſt:* innuit theologiæ munus eſſe verſari circa totius entis, vt ens eſt, tractationem. Quare concludendum (vti antea explicauimus) hoc vniuerſum, ſub ratione ſubſtantiæ compoſitæ, quo ad naturam entis primo, atq; potiſſimum conſideratæ, eſſe ſubiectum huius primæ ſcientiæ; cuius præcipua contemplatio ad Dei tractationem pertinet; vti principium primum, a quo pendet ipſum vniuerſum.

De ratione probandi adhibita in prima philoſophia. *Cap.* III.

VT autem genus docendi, quo vtitur Ariſtoteles in hac philoſophia, dignoſcatur; haud ignorandum eſt, ſupremam philoſophiam, non omnino illis

ſubiacere legibus, quæ traditæ ſunt de ſcientia demonſtratiua in libris Analyticis: hæ enim proprie, particulares reſpiciunt ſcientias; quæ (vt dicitur in initio libri 4. & lib. 6. huius operis) abſcindentes partem entis, circa illud propria accidentia demonſtrant. Vnde huiuſmodi ſcientijs præſcriptum eſt, tum genus quoddam entis ipſis ſubiectum ſupponere, circa quod ſpeculentur; tum principia quædam præmittere, quæ dignitates appellantur; necnon definitiones cuique ſcientiæ accommodatas; vel eas ſupponendo vt ſolent mathematici, vel ſenſu manifeſtando, vt facit naturalis: & ex ijs omnibus deinde, proprias ſubiecti paſſiones ſyllogiſmo dicente propter quid demonſtrare. Atqui huiuſmodi legibus non ſubijcitur hæc prima philoſophia: quamuis enim ſubiectum habeat, ipſam nempe in genere ſubſtantiam compoſitam, vt antea conſtituimus, circa quod ſuas dirigat ſpeculationes; necnon principia, & cauſas contempletur, quæ ad ſubſtantiæ prædictæ compoſitionem, atque conſeruationem attinent; ac præterea paſsiones quędam eſſe ſupponantur ad ens, & ad vnum attinentes; attamen non id agit, aut molitur primus philoſophus, vt huiuſmodi paſſiones ineſſe ſubiecto colligat per rationem demonſtratiuam, vt ſolent aliæ ſcientiæ inferiores. Verum ipſa quidem prima philoſophia (vti ſuprema eſt omnium ſpeculatrix ſcientia) quæcunq; proponit, ea patefacit; & nil, quod primo notum non faciat, aut ex ſe non ſit notum, affert in medium; quum & principia, quæ vt axiomata, ac dignitates ab inferioribus ſcientijs aſſumuntur, certiſſima eſſe ſtatuat, atque confirmet: quemadmodum etiam, via a priori, ordinem, atq; vniuerſam definiendi rationem tradit, ac vnde prodeat circa totum ens patefacit: & hæc quidem omnia tradit, certa atque clara cognitione, procul tamen ab ipſo oſtenſiuæ demonſtrationis vſu. Sed, vti diximus, ex prius traditis explicationibus, aut ex alijs ſuppoſitionibus iam manifeſtis, comprobat ea, quæ conſequuntur: veluti, quæ ad vnum & ad multa paſſiones ſunt conſequentes (vti eſt ipſum idem, ſimile, & æquale, diuerſum, diſſimile, differens, & contrarium) ex aſſignatis de vno, & de multitudine explicationibus oſtenduntur: quemadmodum etiam ſenſibili quadam & clara inductione, omnes traduntur explicationes: & argumentationibus ſumptis a locis maxime notis & approbatis, aliena placita impugnantur; propriaq; confirmantur; & vbi contingit neceſſitas, axiomate in hac ſcientia confirmato, quòd non contingit idem ſimul opinari eſſe, & non eſſe: aut illo alio, quòd de quocunque oportet affirmare, vel negare; per deductionem ad impoſſibile plurima theoremata roborantur. Et quoniam ſuprema hæc philoſophia ens, genus rebus omnibus commune ſpeculatur, hinc fit iure merito, vt reliquæ omnes artes, tàm actiuæ, quàm effectiuæ, & ſermocinatiuę, necnon omnes ſcientiæ ſpeculatiuæ, tanquam ſubalternę, huic veluti reginæ, & dominę omnium ſpeculationum ſupponantur: non quòd ipſa ſubiectarum artium, atque ſcientiarum ſuppoſitiones, aut ſubiecta per demonſtrationem oſtendat, vt fit in alijs ſciētijs inferioribus inuicem ſubalternis: in quibus ſuperior, ratione cauſam propter quid continente demonſtrat id, quod ſupponitur in ſcientia inferiori: ſed quoniam, quæ in omnibus artibus, atq; ſcientijs communia ſupponuntur principia; quæ ve communes explicationes terminorum, atq; definiendi regulæ generales in omnibus adhibentur; ex ipſius primæ philoſophiæ fonte, eo, vti dictum eſt modo, confirmatæ hauriuntur. Quid autem philoſophia naturalis ad primàm hanc philoſophiam conferat, opportuniori loco erit diſcutiendum.

Opus eſſe Ariſtotelis, & non imperfectum. *Cap. IIII.*

OPVS autem horum librorum, in quibus agitur de ente vniuerſo, prout eſt ens; quod decem & quattuor librorum numero continetur, Ariſtotelis eſſe, nemo in dubium reuocauit. Siquidem, vt ſæpius teſtatus eſt Alexander Aphrodiſeus

diseus in comment. huius primæ philosophiæ (si tamen sui sunt)locutionis series, & docendi caracter per quam similis alijs scriptis, quę, citra vllam controuersiam, Aristoteli adscribuntur; id facile persuadet: quod etiam confirmant quàm plurima loca in his libris citata ex philosophia naturali, quam ab ipso confectam auctor huius alterius operis præsupponit: nec non & illud, quod Aristoteles attulit in calce primi libri physicorum, dum dixit. *De principio autem secundum formam, num vnum, vel plura sint, & quale, vel qualia sint, exacte discernere munus est primæ philosophiæ: quare in illud vsq; tempus differatur.* Vtrum autem opus hoc perfectum existat, & rectone ordine sit contructum: Nicolaus quidam Damascenus (vt refert Auerroes in suo proœmio libri 12. huius philosophię, censuit inconcinne id ipsum confectum esse ab Aristotele: atque ideo perfectius hanc scientiam a se traditam in quodam suo volumine sibi assumebat: cui tamen obsistit Auerroes loco citato, suppones hoc opus primæ philosophiæ ab Aristotele optimo ordine fuisse tractatum. Nonnulli vero, ex eo quod inspiciant eadem sæpius in his libris repetita; idcirco existimarunt, extremam, & elaboratam manum huic operi non impositam ab Aristotele. Qui quidem, si genus huius scientię diligentius perpendissent (quod est ab alijs scientijs quam maxime diuersum, tanquam illud, in quo vagum genus entium omnium consideratur, & omnia fermè aliorum philosophorum placita examinantur, simulq; & scientiæ huius constituendæ ratio habetur, & eadē traditur)minime forte mirum illis visum esset, si qua minus vsitata in alijs scientijs docendi ratio, in hac prima scientia ab alijs maxime diuersa appareret; neque eam improbandam omnino iudicarent: ac præsertim, si in his libris eum ordinem admitterent, in quem continuandos esse nos opinamur: sicuti paulopost palam facere tentabimus. Illud autem inficiari non debemus, ab Aristotele, ob affectatam in suis scriptis obscuritatem, multa quoque in his libris obscure, atque confuse esse tradita: sicuti in lib. 12. apud nos postremo comment. 5. asserit Alexander: qui etiam refert in lib. 7. commentario 34. ab Eudemo, qui opera Aristotelis collegit, multa fuisse separata, vt multis in locis ordine transposita sint verba; pro vt idem Alexander sæpius animaduertit in suis commentarijs.

De operis inscriptione. *Cap. V.*

INSCRIPTIO autem operis, quæ constet ex verbis Aristotelis pluribus in locis huius operis, est varia; cum & prima philosophia, & sapientia, necnon etiam theologia ab ipso appelletur. Ac prima quidem philosophia, iure nuncupanda, vt quæ dignitate, & excellētia pręstet omnibus alijs partibus philosophię. Sapientia vero, quoniam rerum omnium, ac maxime primarum, atq; difficillimarum sit contemplatrix. Theologia autem, quoniam tractet de Deo, & a Deo potissimum hęc sapientia obtineatur: quēadmodum in 1. huius operis libro cap. 2. Aristoteles explicauit. Omnes autem ferme interpretes horum librorū, hoc opus alio quoque nomine nuncuparunt; Græci quidem τῶν μετὰ τὰ φυσικά: latini autē metaphysicam. Cuius inscriptionis quicunque hanc causam attulerunt, appellari scilicet metaphysicam hoc opus, quoniam in ipso de ijs agatur, quæ sunt post naturalia; idest, de substantijs immobilibus; hanc maximam in oppositum patiuntur difficultatem. Nam, etsi de Deo in his libris agatur, qui est ens post naturalia, ac supra naturam se habens, vt qui ab omni motu, atq; materia sit seiunctus; attamen, cum hic etiam agatur de substantijs naturalibus (quod nemo potest inficiari) quarum principia, & causæ assignantur, licet non modo naturali considerentur: hinc sequi videtur, quòd ratione huius partis, quæ non est exigua, libri hi dictam inscriptionem non apte suscipiant. Huic autem difficultati non subiacet Alexander Aphrodisieus, neque Ioannes Philoponus; quorum vterque, opus hoc metaphysicam appellari supponit. Nam Alexander initio libri 3. ita habet. *Scien-*

tia, quam quærimus, & de qua nobis est sermo susceptus, sapientia ista est & theologia, quæ ex ordine metaphysica inscribitur, quoniam posterior est quo ad nos naturali doctrina. Philoponus autem in exordio horum librorum ait. *Metaphysica inscripta est tractatio hæc non secundum habitum rei, sed secundum ordinem lectionis: differt enim etiam hic de principijs physicis.* vnde dicendum est, ob hanc rationem, scientiam hanc, vti posterius habendam a naturali scientia, metaphysicam inscribi potuisse: quamuis (vt diximus antea) nullibi appareat, ita appellatam ab Aristotele. Vtrum autẽ priori loco (quod nonnulli addubitarunt) philosophia naturalis a nobis esset capessenda, an hęc scientia, quæ theologia appellatur, aliàs erit discutiendum.

De ordine mutando in quibusdam libris primæ philosophiæ. Cap. VI.

NEMINEM, vt existimo, qui vel mediocriter sit versatus in studijs philosophiæ, latere debet, quanti faciendum sit, vt in scientijs tradendis congruus ordo seruetur: quemadmodum & vnicuique, qui scriptis Aristotelis operam dederit, illud potest esse perspicuum; hunc ipsum philosophum in suis texendis & explicandis speculationibus, eam semper docendi viam atque rationem adhibuisse, quæ ad docẽdum esset maxime accommodata, quod & in hac suprema omnium scientia, quæ ad theologiam pertinet, summa cum religione eum obseruasse, iure statui a nobis debet. Quamobrem id postulat sagax prudensque iudicium, ac veritatis indagandæ studium, vt, si quid in operibus huius ordinatissimi philosophi inueniatur, non concinne positum, sed ab eius institutis & sententijs ita alienum, vt merito suspicari possimus, alicuius inscitia, seu incuria perturbatum ordinem, & id validis detigi possit coniecturis: id eorũ opera corrigatur, qui communi philosophantium vtilitati consulunt. Hac ego cogitatione, atque zelo excitatus, & impulsus, operæpretium me facturum existimaui (quando ex longis, & maximis meis lucubrationibus, quas in euoluendis scriptis huius primæ philosophiæ impendi, in eam veni sententiam, vt censeam libros duos, qui in codicibus omnibus, tam Græcis, quàm Latinis postremi in ordine inueniuntur, nempe 13. & 14. non rectum ordinem esse sortitos, non eum, quem illis auctor operis concesserit; hincq; maximam obscuritatem subortam esse iudicẽ, propter quam fortassis factum est, vt scopus philosophandi, quem Aristoteles in his libris sectatus sit, exacte vt deceret, non fuerit detectus, atque ideo confusam atque imperfectam hanc doctrinam nonnulli etiam melioris notæ viri existimarint) si duos prędictos libros germano, ipsisque decenti loco restituerem, quem denique hunc fore adiudicaui: si duo illi libri, qui ante hos postremos sunt collocati; nempe 11. & 12. ab hoc ordine dimoueantur, vt in serie horum omnium librorum vltimi disponantur, & ad eorum locum accedant, qui in vulgata ordinatione sunt postremi. Quæ uero nos in hanc sententiam impulerunt; plurima (& ut putamus) non leuia argumenta extitere. Inter hæc, hoc primũ, quod innititur huic uerissimo fundamento. Constat enim, in more positum esse apud Aristotelem, ut in explicanda philosophia, siue sit practica, siue speculatiua, prius aliorum sententias & placita proponat, eademque diligenter examinet; quod & optima ratione fieri dicendum est; eo nempe consilio, ut, si quid non recte dictum ab alijs comperiatur, illud expungatur, atque uitandũ animaduertatur: quod uero bene dictum sit, id, ut approbatum accipiatur, siquidem fit, ut ex inuentis aliorum, qui prius philosophati sunt, posteriores exactiorem rerum notitiam consequantur. Deinde uero sua proponit, atque confirmat placita. Hanc docendi rationem Aristoteles, & in libris de repub. obseruauit, & in uniuersa eius philosophia, quam tradidit de natura; quemadmodum omnibus, qui in eius scriptis sunt uersati, potest esse perspicuum. Atqui, hac docendi lege usus non esset Aristoteles, sed ab ea longe abscessisset in hac prima philosophia tradenda; si eam eo ordine digestam nobis reliquisset, quo dispositi eius libri inueniuntur.

niuntur. Assumptum autem ita manifestatur. Nam, haud dubium est, quòd in duobus libris illis, qui in omnibus codicibus postremum locum habent, ueterum philosophorum placita examinantur, penes entia mathematica, ideas, & numeros a quibus entium omnium pendere principia non posse (vt auctores opinionū eorum asserebant) validissimis argumentationibus deuincitur. In libro autem, qui in serie vulgata est 12. propriam Aristoteles de principijs rerum omnium statuit sententiam, vnde ne transgressorem suæ approbatæ consuetudinis eum faciamus, sed obseruatorem consueti ordinis tueamur, statuere oportet, ordinē librorum, præter eius sententiam, esse perturbatum: ita quidem, vt 12. & huic coniunctissimus liber 11. in quibus, ex propria sententia, de rerum omnium principijs tradit Aristoteles, sint posteriores collocandi ad illos duos; nempe ad 13. & 14. in quibus aliorum sententiæ de entium principijs examinantur, & impugnantur. Neque vero huic difficultati satisfactum iri ab eo existimamus: qui diceret, in primo huius philosophiæ libro, Aristotelem prædictum ordinem obseruasse: dum veterum diuersas sententias persecutus est, easdemque non carere absurdis simul patefecit. Nam, quemadmodum in eius libri argumento & enarratione animaduertimus, ibi Aristoteles aliorum philosophorum placita proposuit, atque perpendit, eo scopo, nimirum (vt sæpius ipse testatur in eodem libro) vt notum faceret, quidnam ab alijs circa genera causarum (quæ supponenda sibi constituerat) inuentū, atque traditum esset: hincque confirmaret, nullum aliud genus causæ inueniri, præter illa quattuor, quæ in physicis explicauerat: nempe, efficientem, finalem, materialem, & formalē: necnon (addamus nos) vt simul ex absurdis, quæ consequi ostenderet opinionibus aliorum circa veritatis indaginem, nobis insinuaret; non immerito aliam a se viam philosophandi institui, ab antiquorum placitis, & institutis alienam. sed & illud asserendum est, non exacte & adamussim in 1. lib. antiquorum dogmata recensita, & impugnata esse; sed potius per quandam transennam commemorata fuisse, & eo, vt dictum est scopo. Vnde hanc prouinciā, cumulate persequendi aliorum opiniones, & præcipue eorum, qui maioris nominis essent in philosophia, & rerum omnium tam mobilium, quàm immobilium principia tradere profiterentur, in aliud tempus & locum opportuniorem differre intēdens, dum placita pythagoreorum in 1. libro aliqu aliter attigisset, cap. 8. hæc verba subiunxit: dimittendum interim eam disputationem, quoniam sat esset, ea (quæ attulerat aduersus pythagoreos) attigisse; quorum deinde sententias vna cum reliquis aliorum philosophorum opinionibus statuentibus de rerum omnium principijs exacta, & omnibus muneris absoluta disputatio habetur in libris duobus postremis; quos, propterea quòd in ijs aliorum placita extermināntur, vt erronea, & non consistentia: dicimus esse præponendos illis alijs duobus, in quibus propria traditur sententia Aristotelis circa rerum omnium principia: vt ita congruus eius ordo in docendo seruetur, quem semper ipse obseruauit. Sed & hanc nostram sententiam, ex sententia esse Aristotelis, vt patefaciamus; ad quædam magis particularia descendentes, plurima eius dicta iam adducimus; ex quibus id comprobari, facile colligi potest. Ac primo quidē nobis sese offert magni ponderis auctoritas, desumenda ex illis verbis, quę habet in initio libri 13. quem iam 11. constituimus, dum inquit. *De sensibilium itaque substantia, quænam sit dictum est in methodo rerum naturalium, de materia, posterius vero de actu: cum autem hæc consideratio sit, vtrum, præter sensibiles substantias, aliqua sit immobilis & æterna, nec ne: & si sit, quænam sit; primum quæ ab alijs dicuntur, speculandum est: vt tum, si quid non recte dicant, non simus eiusdem consilij, tum si quod nobis, & illis commune dogma sit, hoc separatim non contra nos grauiter feramus*. Ex quibus quidem verbis, manifestissime sententia quam adduximus, confirmatur; vt posterior a lib. 13. & huic consequente 14. inuicem connexis, debeat constitui liber 12. in quo inquiritur, & traditur id, quod in initio 13. inquirendum supponitur de substantia immobili, & æterna: cum præsertim in eodem loco causa

eo causa assignetur ab Aristotele, propter quam velit, & debeat aliorum placita examinare, prius quam propriam de hoc explicet sententiam; vt ita veritas (quo ad propositum a nobis librorum horum ordinem) vndequaque sibi respondeat. Quod autē in illis duobus libris, quos nos a postremo loco remouendos ducimus, prætteritur quod suppositum est; perspicuum esse debet: quando in eorum priori complectitur Aristoteles eorum omnium sententias; qui, præter sensibilia, alias quoq; substantias constituebant; siue entia mathematica, ipsas magnitudines; siue numeros; siue ideas; siue hęc omnia simul; disputans in oppositum, ac plurimis argumentationibus patefaciens, quòd huiusmodi entia non subsistunt: quemadmodum constituebant earum opinionum auctores. In posteriori vero consequenti libro, eorundem philosophorum placita percurrens, aperit, quomodo principia prima rerum omnium ab ipsis constituantur: modumq; constitutionis singulorū, vt erroneum, & non consistentem explodit: vt deinde, explosis aliorum dogmatibus, ipse suam philosophiam texeret, in assignandis, & explicandis huius vniuersi causis primis, atq; principijs. Et hæc quidem ex eiusdem verbis colliguntur, quæ habet in lib. 13. quem nos 11. constituimus cap. 9. dum inquit. *De primis vero principijs, primisq; causis, & elementis, quæcunque quidem dicunt, qui de sola sensibili substantia determinant, quædam in naturalibus dicta sunt, quædam non sunt præsentis scientiæ: quæcunque vero aiunt, qui dicunt, præter sensibiles, esse alias substantias, consequens est dictis speculari. Cum igitur quidam ideas, ac numeros tales esse dicant, elementaq; eorum, elementa principiaq; entium esse; considerandum de his quid, & quonam modo dicunt.* Hoc autem præstatur in libro (secundum ordinē vulgatum) 14. ex quo colligitur, hos duos libros inuicem esse connexos, & consequenter simul remouendos a postremo loco ordinis horum librorum, vt qui impugnationes aliorum dogmatum circa entium principia continent: post ipsos autem, duos illos alios collocandos; in quibus propria Aristotelis sententia explicatur circa rerum omnium principia; de eoq; differitur principio, quod est omnium præcipuum, & primum, de Deo glorioso. sed & ex eodem libro, quem modo citauimus, in cap. postremo hæc habentur verba. *nam si quis substantias non ponat esse separatas, & hoc modo, sicuti entium singularia dicuntur, perimet substantiam: quemadmodum dicere volumus:* ex quibus (ex postremis scilicet verbis) perspicuum redditur, Aristotelem innuere speculationē de substantia seiuncta a materia (quam supponit rem singularem esse) quam esset habiturus; quoniam nondum eam confecisset: vnde confirmatur, librū 12. in quo hoc præstatur, illo posteriorem esse, in quo innuitur huiusmodi speculatio habenda; atque ideo ad postremum locum in ordine huius philosophiæ redigendum esse. Accedit, quòd in libro 13. apud nos 11. in fine cap 3. defendens ibi Aristoteles, quòd in mathematicis etiam sit pulchrum, & bonum; adeo quòd in immobilibus reperiatur ipsum cuius causa; de hac re se in alijs acturum magis aperte subiunxit, inquiens: *magis autem aperte in alijs dicemus.* hoc autem præstat in lib. 12. apud nos 14. cap. 7. ex quo sequitur, vt hic tractatus, & consequenter liber, in quo continetur, sit posterior ab illo alio. Neque vero ad hanc nostram sententiam confirmandam exigui momenti censeri debet: quòd nonnulla inueniantur in libris, qui in vulgato ordine sunt postremi, distinctè explicata; quæ, vt iam patefacta, accipiuntur in illis duobus libris, quos postremos constituimus. quemadmodum in initio libri 14. patefit, quòd substantiæ nihil potest esse contrarium; & quòd principia ideo non sunt contraria; quod accipitur vti iam notum in initio libri 11. apud nos 13. vbi dicitur: *at principia contraria non sunt.* Item in calce libri 13. apud nos 11. explicate admodum dissoluitur illud magni momenti problema: num principia sint singularia, an vniuersalia; & quomodo scientia possit haberi, si nihil præter singularia re vera inuenitur: huius autem dissolutionis conclusio, vt iam patefacta, accipitur in lib. 12. apud nos 14. cap. 4. dum ibi dicitur, non esse re vera causas vniuersales, sed omnes esse singulares: & nihilhominus secundum rationem vniuersalē

rerum


rerum haberi definitionem. Adhuc in lib. 14. apud nos 12. cap. 2. distincte explicantur tres modi ipsius non entis: qui deinde, vt iam explicati, accipiũtur in lib. 12. apud nos 14. cap. 2. vbi dicitur: *dubitare vero quispiam posit, ex quo non ente generatio fiat: tripliciter enim non ens dicitur*. neque vero, qui sint hi tres modi non entis hic explicatur, sicuti fit in alio libro, quem citauimus: vnde fit admodum rationabile, q libri illi, qui continent hæc quæ adducta sunt, vt iam explicata; debeant antecedere eos, in quibus eadem explicantur: & consequenter, ꝙ proposita nostra sententia sit vera. Præterea in lib. 11. apud nos 13. cap. 1. hæc habentur: *ideæ enim quod non sint, manifestum est.* Quod enunciatũ, vt iam patefactum, positum esse censendum est: & hinc coniectura non leuis ducenda, quòd liber ille, qui coniunctissimus est libro 12. apud nos 14. sicuti in præcedentibus ostendimus, supponat disputationem, tanquam penitus absolutam circa opinionem idearum: quod quidem perfectum est in duobus illis libris, qui iuxta ordinem vulgatum sunt postremi: quare vt anteriores, iure ab hoc loco sunt remouendi. Denique (quod maximi ponderis esse debet ad hoc idem confirmandum) perpendendus est diligenti studio periodus, quo clauditur liber 12. apud nos postremus: siquidem in ipso summatim, paucisque verbis afferuntur absurda, & impossibilia, tanquam iam ex alia disputatione deducta, & manifesta; quibus colligit Aristoteles, aliorum philosophorum placita circa rerum omnium principia, nequaqum posse consistere; suis autem dogmatibus, iuxta propriam philosophiam, huiusmodi absurda & impossibilia vitari: omnibusq; difficultatibus occurri, & satisfieri. Quę ratio differendi admodũ manifestat, & probat, in eiusmodi libro concludi extremum totius operis finem. Quod etiam confirmat enunciatum postremorum verborũ, quibus finis libro imponitur, ijs nempe: non est bonum pluralitas principatuum, vnus ergo princeps.

Quædam Censura circa Commentaria adscripta Alexandro Aphrodisieo in libris primæ philosophiæ. *Cap. VII.*

COMMENTARIA, quæ in hos libros primæ philosophiæ sub nomine Alexandri Aphrodisiei edita inueniuntur, a Ioanne Genesio Sepulueda latinitate donata, an fuerint illius Alexandri, de quo antiquitas ita sensit, vt nemo peripateticus haberetur, qui non esset idem Alexandreus; non mediocris existit ambiguitas. Etenim ipse Sepulueda huius ipsius Aphrodisiei commentaria esse censuit, ad hanc etiam astruendam opinionem diuersa afferens argumenta, quæ licet inspicere in altera eius præfatione, quam habet ante librum sextum huius operis dicatam ad Clementem vij. Pont. Max. Nonnulli vero alij in contrariam sententiam ierunt: qui, cum in his commentarijs non eam differendi grauem, atque exactam rationem agnoscerent, quæ in alijs Aphrodisiei scriptis elucescit: idcirco non huius hoc opus, sed alterius cuiusdam Alexandri esse existimarunt: aut forte ipsius Michaelis Ephesij; aut saltem posteriores libros, qui sequuntur ad librum quintum in ordine, nullo pacto Aphrodisieo adscribendos esse. Quæ vero circa hanc horum commentariorũ ambiguitatem obseruanda mihi visa sunt inter cætera, subijciam nonnulla loca insigniora, ex quibus non esse Aphrodisiei huius operis vniuersum volumen, non leuis coniectura deduci potest. Etenim in calce vltimi commenti libri octaui hæc habentur. *Quo in loco diuinum viri huius artificium admirari licet, quo a posterioribus (neque enim aliter hoc fieri posit) nobisq; notis, viam ad Deum Opt. Max. ac omnium parentem & conditorem cognoscendum nobis cum ratione aperit, docens, ut faber ærarius causa est, ut æs & globus unum sint, sic facultatem unitricem ipsiusve efficientem causam esse rerum omnium, ut sic habeant, quemadmodum sese habent*. Quam sententiam expressam etiã habemus in scholijs sub nomine Ioannis, Philoponi nuper editis: quæ, vt verissima est, & maxime consentiens nostræ religionis fidei, ita longe abest ab Aphrodisiei doctrina, qui Deo causam efficientem rerum nunquam adscripsit. Præterea in lib. 11. apud nos 13. comment. 2. hæc habentur. *Nam principium, quod quærimus, expers est materia,*

riæ, ſed nec aliud quidpiam eſt principij huius efficiens, quippe quod omnium primum eſt, & cunctarum rerum cauſa, & formam omnem excedit, cum ſit ipſum formarum efficiens. Quod enunciatum nequaquam doctrinam peripateticam reſonat; ſed omnino Platonicam. Adhuc comment. 24. lib. 12. apud nos poſtremi, hæc ſcripta inueniuntur. *Intellectus enim ſumens intellectæ rei formam, ipſamq; a materia ſecernens, illam actu intelligibilem facit, & ipſe actu intellectus efficitur.* & ibidem paulo poſt. *Itaque quas formas intellectus a materia ſecernit, atque efficit intelligibiles.* Quæ pronunciata minime conſentire videntur doctrinæ Aphrodiſiei, qui cenſuit, intellectum agentem & ſecernentem formas a materia, eſſe Deum, & non partem animæ noſtræ intellectiuæ, vt cenſuit Simplicius Platonicæ doctrinæ admodum adſcriptus. Cum autem Auerroes adſcribat nonnullas interpretationes Alexandro, quæ tamen non leguntur in comment. ipſi Alexandro aſſignatis, ex hoc ducitur coniectura, quòd non ſint hæc omnia eius comment. quæ habemus latinitate donata a Sepulueda.

ARGVMENTVM LIBRI PRIMI.



GGRESSVRVS Ariſtoteles ſcientiam illam, quæ ad rerum vniuerſitatem pertinet, omniumque eſt ſuprema, & maxime generalis; iure illud etiam præmiſit proœmium, quod eſt maxime vniuerſale, huicq; ſcientiæ accommodatiſſimum. Illud eſt eiuſmodi; vt in primis in eo detegatur origo omnis cognitionis, quam vel bruta animalia, vel homines conſequantur. Deinde vero multiplex atq; varia cognoſcendi ratio aperitur, vt diſcrimen hinc appareat, vnde nam cognitio cognitioni præſtat: & conſequenter notæ illæ, ſeu prærogatiuæ aſſignantur, quæ ex communi hominum exiſtimatione, ſapientiæ, & ſapientiæ tribuuntur. Quod eo conſilio factum eſt ab Ariſtotele, vt ex his præmiſſis explicationibus, in ſcientiam hunc in modum iam depictam, quæ eſt omnium eminentiſſima, ſtudium ſuum commodius collocaret; noſq; facilius ad eandem capeſſendam manuduceret, & excitaret. Mox vero in calce proœmij, methodum rationemq; docendi aperit, quam ſit in hoc opere ſequuturus: eam nempe; vt dogmata ab alijs philoſophis adinuenta proponantur, & examinentur, num recte ſeſe habeant circa veritatem principiorum, & cauſarum: an aliter ſit de ipſis ſtatuendum. Ac propterea dubitationes, quæ in hac vniuerſali ſcientia contingere poſſunt, omnes in lib. 3. excitabit, ſimulque coaceruabit; vtpote eo ſcopo, quòd ex harum conſideratione, atque diſſolutione veritas illuſtrior, & certior hunc in modum ſit euaſura. Ad hoc deinde proœmium, conſequitur contemplatio circa quattuor illa genera cauſarum, quæ in lib. 2. Phyſ. ex ipſa rerum ſenſibilium animaduerſione, ſuppoſita & explicata fuerunt; vt hinc determinate ſtatuatur, has quidem cauſas, nempe efficientem, materialem, formalem, & finalem reperiri in ordine huius vniuerſi: & non plures ijs vllum aliud genus cauſæ inueniri. Quæ veritas eatenus confirmatur; quatenus veterum omnium philoſophorum placita in medium afferuntur, & ex ijs ipſis manifeſtatur, a priſcis illis philoſophis, nullum aliud genus cauſæ tactum, aut inuentum fuiſſe præter enumerata: ex omnibus autem horum ſententijs (licet obſcure & non exacte de cauſis, & principijs tradiderint) veritatem colligi dictorum quattuor generum cauſarum. Veterum autem ſententias circa principia, & cauſas rerum omnium, Ariſtoteles in hoc libro contemplatur dupliçi quidem ſcopo; quorum alter eſt potiſſimus, vt ſtatuatur, dari genera quædam cauſarum, & quæ ſint hæc conſtituatur ex aliorum etiam placitis, non aduerſantibus, ſed potius confirmantibus hanc poſitionem: hoc enim non ſuppoſito, vlterius contemplandi in hac vniuerſali ſcientia, ſublata omnis eſſet occaſio. Siquidem, cum ſcientia ex cognitione cauſarum conſtituatur, non exiſtentibus cauſis, deficeret ſcientia: quemadmodum eadem etiam tolleretur, ſi in cauſis infinita eſſet abitio, cum infinitorum non poſſit eſſe ſcientia. Vnde, ſicuti in hoc 1. libro dari genera cauſarum, & quæ ſint manifeſtatur; ita & in ſequenti, minori Alpha a Græcis nuncupato, palam fit, non eſſe proceſſum infinitum in cauſis: vnde & duo hi libri, tanquam proœmia ad hanc vniuerſalem philoſophiam ſunt ſupponendi. Alter vero ſcopus examinandi aliorum philoſophorum placita circa principia, & cauſas rerum, is fuit non mediocris etiam momenti apud Ariſtotelem; vt, detectis difficultatibus, & abſurdis, quibus ſunt obnoxiæ aliorum opiniones; hinc nobis pro comperto relinqueret, non immerito ab ipſo propriam operam nauari circa philoſophiam; eamq; longe alia ratione contexi diuerſa a veterum inſtitutis; quæ libera ſit ab illis incommodis, & abſurdis, quibus ſubijciuntur reliqui philoſophi, qui ipſum præceſſerunt. Vnde in calce libri 12. apud nos poſtremi, epilogans huius primæ philoſophiæ tractationem; breuibus colligit abſurda, quæ ad aliorum placita conſequantur; a quibus ſuam iam explicatam doctrinam, ſolutam eſſe, ac liberam manifeſtat. Hunc vero ordinem, in enarrandis, & exponendis aliorum ſententijs, obſeruat Ariſtoteles: vt priori loco eas perpendat, quæ fuerunt illorum philoſophorum, qui vel ætate alios anteceſſerunt: vel qui (vti rudiores) minus exacte & docte ſunt philoſophati. Deinde vero illorum placita examinat, qui maioris auctoritatis viri in philoſophia, & doctiores in explicandis rerum cauſis cenſebantur. Inter quos enumerantur pythagorei, & præcipuus ſuper omnes, Plato: cuius placita Ariſtoteles diligentiſſime perpendit, ac pluribus impugnat argumentis; tractans, & examinans in hoc libro eius opinionem de ideis, & normam docendi, quam ſecutus erat Plato: plurima ei obijciens grauiſſima abſurda; quæ ad eius poſitiones conſequuntur: idq;, vt ſtatim manifeſtum, teſtatumq; relinqueret, non iniuria a placitis præceptoris ſeſe diſcedere; tanquam illum philoſophum, cui in primis veritas (vt decet virum optimum) eſſet amica: aliamq; propterea philoſophandi rationem moliri, atq; inſtituere. Rurſus vero in lib. 13. apud nos 11. & in alio huic conſequenti 14. apud nos 12. Eiuſdem Platonis placita perſequitur, eo ſtudio, atq; conſilio, vt determinet veritatem circa cauſas, & principia huius vniuerſi; præſertim circa ſubſtantiam: quæ venari in hac philoſophia, erat ſibi propoſitum: vnde & mathematicorum, & pythagoreorum ſententiæ ibi cumulate tractabuntur. ſiquidem in hoc præſenti libro ſtrictius, & veluti compendio, eadem proponuntur, atq; reijciuntur, eo ſcopo (vt dictum eſt antea) vt nobis innoteſcat de numero generum cauſarum; & ſimul, quòd ij omnes a recta philoſophandi ratione longe receſſerunt: atq; ideo eorum placitis non eſſe inhærendum: adeo quòd nullum eſt inconueniens, quòd eadem bis tractentur ſub hac diuerſa conſiderandi ratione, quam aduertimus: quanquam tota tractatio duobus dictis libris contenta, & ratio tractandi, ab hac præſenti non mediocriter diſſideat: quemadmodum in eorum librorum explicatione, exactius manifeſtabitur. Et hæc quidem ſint ſatis ad explicationem argumenti huius primi libri

IN LIBRVM PRIMVM PRIMAE PHILOSOPHIAE ARISTOTELIS PARAPHRASIS.

De origine, & humanæ cognitionis perfectione. Cap. I.



CVM scientiam illam indagaturi, simulq; pertractaturi simus, cui per se competit præcipua, supremaq; cognitio: idcirco operæ pretium est, typos, notasve prius aperire, quæ ex communi hominum sententia, supremæ omnium scientiæ tribuuntur, vt harum notionum lumine suffulti, ad ipsam venandam, tractandamq, facilius deueniamus. Id autem vt commode præstemus, ab eo pronunciato sumendum est initium, vnde, tanquam ex fonte, fluxit origo omnium nostrarum cognitionum. Id ipsum est; omnes homines, duce natura, cognoscendi studio, atque cupiditate teneri. Cuius veritatis hoc adest præclarum signum, nostra scilicet sensuum dilectio; cum (seorsum ab illis commodis, quæ nobis sui ministrant) ipsi per se sensus, ob id ipsum munus quod præstant sentiendi, a nobis diliguntur mirum in modum: sed inter omnes, præcipue nobis est carus sensus oculorum; quando non solum ob id vt agamus, quæ nostra intersunt; verum etiam, & si nihil acturi essemus, ipsum tamen actum videndi anteponimus omnium aliorum sensuum operationibus: id ita dixerimus, respicientes ad eam cognitionem, quam parit aspectus, ipsamq; comparentes cognitioni, quam nobis suppeditare possint alij sensus. Quòd autem ita carum habeamus aspectum, est in causa; tum quòd hic sensus (præ cæteris omnibus) in rerum determinatam notitiam nos maxime ducit, cum ex aspectu, magis quàm aliunde nobis res sæpius sentiendi, atque ita distinctius eas cognoscendi sese occasio offerat: tum quod etiam multæ rerum differentiæ per huncipsum sensum nobis deteguntur: vnde magna atque multiplex rerum plurimarum notitia hinc nobis paritur. Hoc igitur cognoscendi studio cum duce natura teneamur; iam explicandus est ordo, quo noster in habenda cognitione fit progressus; vt hinc ad illam supremam scientiam detegendam perueniamus; quæ (sicuti omnibus alijs cognitionibus antecellit) ita quoque, præ omnibus alijs, a nobis optari, atque perquiri summopere debet. Quapropter illud in primis est supponendum (quod etiam notissimum est) animalia cuncta gigni a natura sensu prędita: discrimen autem esse inter ipsa; quòd nonnullis ipsorum (veluti sunt conchilia) non fit ex sensu memoria perceptarum sensationum. aliquibus autem innascitur ex sensu quoq; memoria: & ob id ex animalibus [illegible] quædam, eo quòd memorare possunt, fiunt quodammodo prudentia; dum instinctu naturæ ea obeunt munia, quæ homines consultatione vtentes agerent cum prudentia. Huiusmodi est opus, quod faciunt formicæ, dum æstiuo tempore rem frumentariam congregant, & in certas areulas inter cauernas terræ eam recondunt. Pariter nonnulla alia animalia, eo quòd possunt memorare, redduntur docibiliora illis alijs, quæ nequeunt memorare ea, quæ ipsis vt docerentur, proponuntur. Verum nil prohibet quædam etiam animalia esse prudentia absque quod discant; illa nempe, quæ sonos non percipiunt; veluti sunt apes, & si quod aliud est huius generis animal. Discunt autem ea omnia animalia; quæ præter memoriam, sunt etiam prædita sensu auditus. Cæterum, vt summatim hæc colligamus, vniuersa animalium genera, vitam transigunt imaginationibus, atque memorijs: experientiæ autem non omnia, sed ipsorum tantum nonnulla, & hæc ad modicum participant; vtpote, quæ perpauca in rebus exercent hanc vim experiendi, & ad vsum vitæ parum illis inseruit experientia. Hominum vero genus, cum arte (quæ absque imaginationibus, atq; memorijs non conficitur) tum ratiocinationibus, quibus consulte se regit, suam agit vitam. Experimentum autem hominibus comparatur ex memoria: multæ enim alicuius rei recordationes simul collectæ in imaginatione, vnius experimenti vim perficiunt, atq; facultatem quandam pariunt; qua deinde ad operandum homo disponitur. & videtur ferme quid simile esse scientiæ, & arti ipsa experientia; quatenus scilicet ex notitia, & existimatione experimenti homo disponitur, & ducitur ad operationes: quemadmodum etiam in scientia ex principijs conclusiones deducuntur: & in arte, ex eius itidem principijs certa desumuntur præcepta. Scientia autem, & ars hominibus experientia comparantur: experientia enim (vt in Gorgia recte dicit Polus) artem efficit; inexperientia autem facit fortunam; nempe, quatenus apud inexpertem multa fieri contingit præter scopum agentis; vnde fortuiti prodeunt euentus. Ars vero tunc exurgit, cum ex pluribus experientiæ notionibus, vniuersalis quędam innascitur de rebus similibus existimatio. Nam habere existimationem, quòd & Calliæ huiusmodi morbo laboranti, tale medicamentum contulerit ad salutem, & Socrati, & alijs quàmplutibus singillatim; id quidem attinet ad experimentum: habere autem existimationem, quòd omnibus in vna determinata specie contentis, nempe labo-

laborantibus eodem genere morbi, vt puta omnibus, qui ægrotauerint pituita, vel bili, vel febri ex æstu aliquod medicamentum contulerit; id ipsum ad artem pertinet, in qua morbi causa vniuersalis comprehenditur; iuxta quam etiam morbi curandi generalis regula præscribitur. Verum, si spectentur agéda, nulla in re experientia differre videtur ab arte: neque ei primas concedere; quinimmo videmus expertos magis compotes fieri propositi finis in rebus; quàm eos, qui absque experientia rationem tantummodo habent cur hæc, vel illa sint facienda. Et huius rei hæc est assignanda causa; quoniam scilicet experientia, in rerum singularium cognitione versatur; ars vero circa vniuersalia; actiones autem, & generationes omnes sunt penes singularia: non enim medicus curat hominem in quantum est homo, nisi secundum accidens; sed illum ipsum curat, qui est hic Socrates, vel Callias: cui (quòd attinet ad curationem quam patitur) accidentarium est quòd sit homo. Hinc fit, vt qui sine experientia rationem obtinet rerum agendarum, & cognoscens vniuersale, rem singularem in ipso vniuersali comprehensam ignorat, is a curatione morbi sæpenumero aberret: siquidem singulare magis pertinet ad curationem: vt puta hæc particularis febris, non febris in genere; & hæc bilis certis simptomatibus affecta, non bilis vniuersaliter accepta. Quòd igitur attinet ad agendum; rem ita se habere inter experientiam & artem existimamus. Quòd vero spectat ad cognoscendum, & intelligendum; longe præstare artem experientiæ censemus; & artifices sapientiores expertibus autumamus; tanquam in id coeat cómunis hominum consensus; quòd ex ipsa cognitione magis quàm aliunde, sapientiæ nomen adueniat vniuersis: & artifices quidem ob id sapientiores existimamus illis alijs, qui solum rerum habent experientiam; quoniam illi causam norunt effectuum; hi autem ignorant: expertes enim sciunt, quòd ita se res habeat, facti autem causam ignorant: artifices vero ipsum propter quid norunt, & rerum causam. Hinc etiam cuiusuis artis architectos maiori honore dignos existimamus; & magis scire, sapientioresq; esse illis, qui manibus opera conficiunt; quæ ab architectis, quomodo sint facienda, illis ipsis præscribuntur: idq; propterea quòd architecti causas norunt operum faciendorum; vt puta, cur nauis sit construenda sub hanc, vel illam figuram & formam; quam deinde suis manibus opifices conficiunt; qui quidem huiusmodi in opere, consimiles sunt rebus anima carentibus; quæ, vt constat de igne comburenti ligna, agunt absque quòd norint operationem, quam faciunt: etenim & ij opifices agunt suis manibus operantes (non ducti quidem natura, prout res inanimatæ) sed consuetudine; non cognoscentes & ipsi rationem operationis, quam efficiunt; vt hinc pateat, homines sapientiores esse, non ex eo quòd rerum faciendarum peritiam habeant: sed ex hoc ipso, quòd rationem teneant, & causas cognoscant rerum quæ fiunt. Omnino autem (vt magis etiam generalis assertio hæc habeatur quam contexuimus) illud passim receptum est ab omnibus: signum, & indicium haberi, quòd quispiam sit sciens ex hoc ipso, si ad docendum alios fuerit idoneus. & ob id existimamus artem scientiæ nomen sibi magis vendicare, quàm experientiam; quoniam artifices docere possunt alios, vt qui effectuum causas tradere valeant; non illi, qui tantummodo rerum pollent experientia. Ad hæc, accedat & hæc alia notissima assertio; nullum a nobis sensum existimari sapientiam, tam etsi sensuum cognitiones sint proprijssimæ, & exactissimæ circa singularia, circa quæ versantur. verum, quoniam de nulla re dicunt propter quid? vt puta, propter quid ignis sit calidus; sed quòd calida res sit ignis, tantummodo nobis præbent sensationem; ideo longe absunt sensus, vt pro sapientia censeantur. Hinc igitur valde est simile veri; eum, qui primus aliquam artem præter communes sensus adinuenerit, ab hominibus in magna habitum fuisse admiratione; non solum ob vtilitatem, quam hinc humano generi comparauerit; verumetiam, quoniam & sapientem, & ideo alijs præstantiorem sese ostenderit. Cum autem plures fuerint adinuentæ artes, (harum nonnullæ ad suppeditanda nobis necessaria, sicuti mechanicæ vt coquinaria; aliæ ad ociandum & ad degendum cum voluptate vt citharistica) vtique has, quæ ad degendum inseruiunt, semper illis alijs sapientiores existimamus; idque propterea quòd harum scientiæ ad vsum rerum necessariarum non pertineant: vnde est censendum, harum artium inuétionem, tanquam ab excellentiori, & magis a curis humanæ vitæ soluto ingenio profectam, scientiæ quoque vim atq; dignitatem maiorem obtinere. Ex quo etiam profectum est; vt rebus omnibus comparatis, quæ ad vitæ necessitatem & voluptatem attinerent, mox illæ scientiæ adinuentæ sint, quæ neq; ad necessaria suppeditanda, neque ad vulgi voluptatem comparandam essent intentæ. Ac primo quidem illis in locis, vbi frui ocio hominibus concessum est: quemadmodum ob hanc causam artes mathematicæ in Ægypto sunt exortæ; propterea quòd ibi sacerdotibus permissum est ocio vacare. De discrimine auté, quod est inter artem, & scientiam, & alios habitus nostri intellectus, exacte in ethicis in lib. 6. explicatum est. Cuius autem causa hunc instituerimus sermonem, istud est: quòd omnes passim existimant, eam facultatem, quæ sapientia nominatur, versari circa primas causas, atque principia: cui sententię & nos quoque subscribimus: quod & vt magis pateret, ex pręcedentibus hæc omnia induximus. Nempe, expertem sapientiorem esse eo, qui quemuis sensum rerum habeat: & artificem experto: & architectum opifice sapientiorem: & facultates contemplatiuas itidem actiuis esse sapientiores. Ex quibus colligitur, quòd, cui sapientiæ nomen conuenit, hæc non potest non versari circa causas, atque principia: quando in vniuerso genere cognitionum, ex communibus assertionibus patefactum est, cognitionem cognitioni, & facultatem facultati præstare ex hoc ipso, quòd causarum notitia in vna habeatur, & non in alia: vt omnino statuendum sit, quòd vbi adest principiorum & causarum cognitio, ibi quoque scientiæ præstantia inuenitur.

TEX.

TEX. BESSARIONIS.



MNES [a] homines natura scire desiderant. [b] Signum autem est sensuum dilectio. nam & absque vsu propter seipsos amantur. præ cæteris autem, qui per oculos fit. non enim vt agamus solum, verum etiam nil acturi, [c] ipsum videre præ omnibus alijs, vt ita dicam, eligimus. causa autem est, quod [d] sensuum hic vel maxime nos cognoscere quicquam facit, multasque differentias manifestat. Natura itaque animalia sensum habentia fiunt. a sensu vero quibusdam eorum non innascitur memoria, quibusdam vero innascitur: & ob hoc [e] alia prudentia, alia disciplinarum capaciora sunt, quam illa quæ memorari non possunt. Prudentia quidem absque eo quòd discant, quæcunque scilicet audire sonos non possunt, [f] vt apes, & si quod aliud animalium genus simile est. Discunt autem quæcunque vna cum memoria hunc quoque sensum habent. Cætera igitur imaginationibus, ac memorijs viuunt: [g] experientiæ vero parum participant. [h] humanum autem genus arte etiam ac ratiocinationibus. Fit autem ex memoria experientia hominibus [i]: multæ etenim eiusdem rei memoriæ vnius experientiæ vim efficiunt. Quare experientia pene simile quid scientiæ, ac arti esse videtur. per experientiam autem ars, & scientia hominibus efficitur. experientia enim, vt recte ait Polus, artem efficit, inexperientia vero fortunam. [k] Fit autem ars, cum e multis experimentalibus conceptibus vna de similibus vniuersalis opinio fiat. opinari etenim quod Calliæ hoc morbo laboranti hoc conducit, similiter Socrati, ac sigillatim alijs multis, experientiæ: quod autem omnibus huiuscemodi secundum vnam speciem determinatis hoc morbo laborantibus conduxit, vtpote pituitosis, aut biliosis, aut febre ardente febricitantibus, hoc artis proprium est. Ad agendum itaq; nil videtur experientia differre ab arte. quinimmo videmus expertos magis id, quod intendunt, consequi quam illos, qui rationem absque experientia tenent. Causa vero est, quòd experientia singularium, ars autem vniuersalium cognitio est. [l] actiones autem, ac generationes omnes circa singulare sunt. non enim hominem, nisi per accidens sanat qui medetur, sed Calliam, aut Socratem, aut alium quempiam eorum, qui sic dicuntur [m] cui accidit hominem esse. Si quis itaque rationem absque experientia teneat, & vniuersale quidem cognoscat, quod autem sub eo particulare est ignoret, sæpenumero errabit à sanando. [n] id enim magis sanabile est, quod singulare est. [o] Nihilominus scire, & cognoscere magis arti, quàm experientiæ arbitramur inesse: ac eos, qui artem tenent, quàm eos, qui experientiam habent, sapientiores esse putamus: eo quòd sapientia propter scientiam magis omnes sequitur. hoc autem, quoniam illi quidem sciunt causam, hi vero minime. experti etenim sciunt quidem quod est, propter quid autem nesciunt: illi vero propter quid, & causam cognoscunt. Quare & eos, qui in quaque re architecti sunt, honorabiliores & doctiores, ac eis, qui manibus operantur, sapientiores putamus: quoniam causas eorum, quæ fiunt, sciunt, illi vero, sicut & quædam inanimata, faciunt quidem, sed nescientia faciunt ea quæ faciunt, vt ignis comburit. sed inanimata natura quadam horum singula faciunt: [p] manibus laborantes, propter consuetudinem, tanquam sapientiores sint, non quatenus actiui sunt, sed prout rationem habent, causasque cognoscunt. [q] Et prorsus signum scientis est, posse docere. quare artem magis quam experientiam scientiam esse putamus. illi enim possunt, hi vero minime possunt docere. [r] Præterea sensum nullum putamus sapientiam esse. tametsi singularium hæ maxime propriæ cognitiones sunt, at nullo tamen dicunt propter quid, vt propter quid calidus ignis, sed solum quod calidus. Primum itaque cuiuscunque artis [s] supra communes sensus inuentorem, nō solum quoniam vtile esset, quod inuentum erat, verum etiam vt sapientem, & cæteris præstantem (vt verisimile est) homines admirabantur. Cum autem plures artes inuenirentur, quarum aliæ ad necessaria, aliæ [t] ad degendū essent, semper tales sapientiores illis esse putamus, quòd eorum scientiæ non ad vtilitatem essent. Quo fit, vt huiusmodi iam omnibus institutis, illæ sapientiarum, quæ neque ad degendum voluptariæ, neque ad necessaria conducunt, inuentæ sint: & in illis locis primo, vbi vacabant: quare circa Aegyptum Mathematicæ artes constitutæ sunt. illic enim gens sacerdotum vacare permissa est. Dictum autem in Moralibus est, quænam sit artis & scientiæ differentia, ac cæterorum, quæ eiusdem generis sunt. [u] Cuius autem gratia nunc sermonem facimus, illud est, quod appellatam sapientiam circa primas causas, & principia omnes arbitrantur versari. Quare, vt dictum est prius, expertus quidem sensum quemcunque habentibus sapientior esse videtur, artifex vero expertis. architectus etiam manibus laborante: speculatiui autem factiuis. Quòd igitur sapientia circa aliquas causas, & principia scientia sit, patet.

ADNOTATIONES.

MNES [a] homines natura scire desiderant. si homines natura duce appetunt cognitionem: omnibus igitur hominibus supponendum est hanc inesse cupiditatem. Cognitio autem, de qua hic est sermo, videtur accipienda in vniuersum, ita quidē, vt & a sensibus subministrata notitia, ab hoc pronunciato non abhorreat: prout & verbum, εἰδέναι, hoc loco appositum, ad omne genus cognitionis accommodatur. Et id quidem colligitur, tum ex hoc ipso, quòd multa cupimus videre, & audire, & olfacere, & tangere: tum ex eo, quòd Aristoteles dixit, diligi a nobis sensus, ac maxime sensum oculorum; quoniam, præter commoda, quæ nobis confert ad vitam degendam, ip-

sum

ſum aſpectum magnifacimus ex hoc ipſo, quòd nobis rerum plurimam ſubminiſtrat cognitionē, quam percipimus in aſpiciendo res ipſas. Neque vero propoſita ſententia oppugnanda venit; vel, ex eo, quòd non omnes homines ſtudium impendere velint in ſcientijs capeſſendis; ſed plurimi hunc defugiunt laborem; vel ex eo, quòd homines moleſta cognoſcere non appetant, ſed potius recuſent: his enim obiectis facile occurret, qui dixerit; aliud eſſe, quòd homines ſimpliciter appetant cognoſcere, vt continet propoſitum pronunciatum, & veriſſimum eſt, in quo omnes aſſenſum præſtabunt; & aliud eſſe, quòd moleſta cognoſcere renuant, vel laborem impendere recuſent, vt ſcientes efficiantur: huiuſmodi enim homines renuent laborem, atque moleſtiam, non autem ipſam cognitionem. Neque etiam illud opponi poteſt, quòd appetitus cognoſcendi non inſit hominibus, ex eo quòd ita fiat interdum, vt ſcientiam, quam quiſpiam appetat, non aſſequatur: vnde incaſſum appetitus inerit. Nam dicimus, non eſſe ſupponendum, quòd ad quæcunque homo appetitu feratur, horum omnium compos fieri ſemper debeat: nam & animalia bruta conſpicientia diuerſa genera ciborum, illa appetunt, quæ ſemper non conſequuntur: & ex hominibus multi diuitias concupiſcunt, & palatia, & dignitates, & alia huius generis plurima, quæ tamen ſæpe non adipiſcuntur. Vnde non aſſerendum, quòd non inſit animalibus appetitus rerum diuerſarum; propterea quòd interdum in ipſis aſſequendis non expleatur: ſatiantur ſiquidē animalia bruta in multis, quæ concupiſcunt; & homines pariter plurima, quæ habent in optatis, ſæpe conſequuntur; licet in multis horum cupiditates ab optato fine fruſtrentur. Stabit igitur hoc pronunciatum, quòd omnibus hominibus, qui præter naturam non ſint conſtituti (vt mente capti) ineſt cognoſcendi cupido; ita quidem, vt ab omni rerum cognitione penitus non fruſtrentur; tam etſi vniuerſam, quam optarent notitiam, non adipiſcantur. Illud etiam pro aſſerto pronunciato ſupponendum videtur: quòd homines in ſciendi cupiditatem non feruntur, niſi præuia quadam cognitione: non enim fieri poteſt, vt homo (quatenus eſt compos rationis) aliquid appetat, cuius notitiam non obtineat: non quòd dicere velimus; quòd illud, quod aueat cognoſcere, prius cognoſcat, id enim eſſet dicere ſimul aduerſantia; quoniam idem cognoſceret, & ſimul non cognoſceret; ſed ita intelligendum; quòd in homine aliqua ſemper præexiſtit cognitio, ex qua inducitur ad appetendam aliam cognitionem. Veluti, vt exemplo res doceatur, Socrates, perſpecta epiſtola in manibus Platonis, iam ſciens quòd in ſcriptis vocibus ea continentur, quæ ſunt in mente hominum; hinc in cupiditatem fertur cognoſcendi, quænam in epiſtola illa ſint conſcripta. Sed & illud certiſſimum eſt, a primordio natiuitatis, quaſi illico gigni per ſenſus in anima noſtra multarum rerum cognitionem; & multa pariter ab alijs audita, variam in nobis parere notitiam; ex qua poſtea, alia cognoſcendi, quæ quiſpiam ignoret, tangi cupiditate poteſt: veluti, cur luna patiatur deliquium luminis, quod iam perſpexerit: aut cur fiat tonitruum, quod prius auribus perceperit. Quod quidem cognoſcendi ſtudium longe abeſt ab illis animalibus, quæ carent illa vi rationis, qua homo excitatur ad cauſas venandas rerum, quas prius ſenſu perceperit. Accedit, quòd cum homo ſit præcipue homo ob intellectum, quo præditus eſt; eiuſque beatitudo præcipua pendeat ex primarum, diuinarumque rerum contemplatione (vt docet Ariſtoteles in lib. 10. Ethic.) hinc inferendum eſt; quòd, vt homo appetit beatitudinem duce natura; ita quoque a natura inſitum habet ſciendi appetitum; quo ad capeſſendam beatitudinem perducatur, quæ præcipue ſita eſt in contemplatione primarum cauſarum: ad quem tamen beatitudinis, & ſupremæ cognitionis appetitum non deducitur, niſi præuia quadam craſſa cognitione, qua deinde ad præſtantiorem defertur. Vnde illud, quod quidam (dictum pronunciatum interpretantes) dixerunt; quòd ex eo quòd intellectus noſter eſt potentia quædam ad intelligendum, appetens intelligibilia, quemadmodum & materia appetit formas; ideo omnibus hominibus, quoniam omnes ſunt prædití hac facultate intelligendi, ineſſe a natura appetitum cognoſcendi; id minus proprie, neque ad mentem Ariſtotelis dictum videtur. Primo quidem: quoniam alia eſt potentia intelligendi, intellectus ſcilicet ipſe poſſibilis; & alia eſt potentia appetendi: cum hæc ad voluntatem ſpectet, ſeu ad concupiſcentiam: illa vero ad intelligentiam. Ac propterea, ſi homo appetit ſcire, id quidem per potentiam voluntatis, non per potentiam intellectiuam præſtat; non ſine tamen præuia quadam cognitione, vti dictum eſt antea. Et ſimilitudo quidem inducta de materia corporea, formas appetente, non huic noſtræ refragatur ſententiæ: nam dicimus materiam corpoream, & intellectum poſſibilem in hoc conuenire: quòd, ſicuti materia formas appetit ſenſibiles, vt hinc ad ſuam perueniat perfectionem, quod facit per impreſſum ſibi appetitum naturalem, a nulla propria cognitione ducta, ſed directa ab intelligentia non errante; ita quoque intellectus poſſibilis, ob impreſſum ſibi a natura appetitum, appetit formas intelligibiles, vt ad ſuam perducatur perfectionem: quod agit, nulla in ipſo exiſtente cognitione, ab eadem intelligentia non errante directus: vnde non inferendum, ex potentia, quam obtinet intellectus poſſibilis, vt in formas intelligibiles formetur, quòd ideo homines appetant cognitionem, quæ nulla in intellectu poſſibili (quatenus eſt poſſibilis) reperitur: ac præſertim, quòd cognitionis genus vniuerſum, de quo hic eſt ſermo; non ſolum intellectiuam complectitur notitiam, verum etiam ſenſitiuam; cuius quoque homo cupidus eſſe poteſt, vt dictum eſt antea. Accedit, quòd Ariſtoteles dicit, quòd homines appetunt ſcire, & non de intellectu poſſibili hoc pronunciauit. Sed & illud aduertendum, non conuenienter dici, quòd intellectus appetat ſcire ſecundum placita huius philoſophi: qui in primo lib. de anima aſſerebat,

hat, ita abſurdum eſſe dicere, quòd anima ſentiat, aut intelligat; perinde ac ſi quis dixerit, quod anima texit, aut ædificat: & ideo ita loquendum, quòd homo, anima mediante, has, & alias huiuſmodi promat operationes; vt ſit ipſe, qui vi ſenſitiua ſentiat; appetitiua appetat, intellectiua intelligat, qui etiam ex notitia ſenſitiua ad intellectiuam ducitur: & ab effectibus perſpectis, ad cognitionem cauſarum; nec non ab intellectiua cognitione confuſa, ad magis diſtinctam intellectiuam cognitionem progreditur. Quorſum autem dirigatur hoc pronunciatum, quòd omnes homines natura ſcire deſiderant; adſcripta Alexandro Alphrodiſieo in hos libros commentaria afferunt, huc ipſum tendere, vt oſtendatur, quòd hæc ſcientia ſit nobiliſſima, ex eo quòd cognitio ſit præſtantior actione. Etenim deducit Alexander ex adductis in hoc proœmio; quòd, ſi in rebus agendis cognitio actionibus antefertur: ideo dubitari non debere, quin nobiliſſimum ſit ipſum maxime intelligere, quod maxime præſtat cognitio principiorum, & hæc ſapientia nuncupatur: ſapientia igitur omnium eſt nobiliſſima. Cui expoſitioni adhærent quoque ſcholia nouiſſime in hos libros edita ſub nomine Ioannis Philoponi, qui ferme in omnibus, non niſi Alexandri abbreuiator cenſeri poteſt. Verum ab his non explicatur, quomodo pronunciatum accommodetur huic ſcopo, quem inſinuant. Quidam interpretati ſunt; ex hoc, quòd homines natura ſcire deſiderant, concludi, quod maxime ſit appetibilis hæc ſcientia, quæ in ſciendo primum locum obtinet. Quidam alij dixerunt ex adducta propoſitione deduci, quòd, cum homines natura appetant ſcire, non in vanum igitur quæri hanc ſcientiam, quam aliqui incuſabant, vt inutilem, & alienam a vita ciuili. At nobis erit interpres huius quæſtionis ipſemet Ariſtoteles; qui dixit prope finem huius capitis, ſeſe huius pręclari exordij orationem (qua explicatur initium, & progreſſus totius noſtræ cognitionis) eo conſilio contexiſſe, vt hinc colligeret, ſapientiam, quam eſſet indagaturus, in id muneris incumbere, vt rerum primas cauſas, atque principia ſpeculetur: quod deducit ex communi hominum ſententia: qui, vt natura cupiditate cognoſcendi tenentur, ita quoque hanc præcipuam cognitionem eſſe fatentur, quæ circa cauſas verſatur: ex quo deinde deduxit Ariſtoteles illud, quod habetur in fine cap. ſequentis; quænam ſit natura huius eximiæ ſcientiæ. Idcirco dicimus, hoc pronunciatum, quòd omnes homines natura ſcire deſiderant, deſeruire ad deſumendum id, quod accipit Ariſtoteles ex communi hominum conſenſu, qui huius rei ſupponuntur indices, quænam ſint notæ, & prærogatiuæ, quæ conueniant præſtantiſſimæ omnium ſcientiæ, atque ſapientiæ; vt illam hic quæri intelligeremus; & præmiſſarum de ipſa notionum lumine ſuffulti, ad ipſam venandam alacri accingeremur ſtudio. Verumtamen non inficiamur, quin Ariſtoteles in explicandis illis notis, quæ ſapientiæ tribuuntur, hoc etiam induxerit; dignam hanc eſſe ſapientiam, quæ ab homine potiſſimum appetatur; vt hinc etiam eius præſtantiam, atque dignitatem magis patefaceret. Haud dubium enim alicui eſſe debet, quin ea ſcientia, quam texit Ariſtoteles in hoc diuiniſſimo opere, in primo atque præcipuo ſcientiarum loco habita fuerit ab ipſo, & talem cenſeri debere quoque ab alijs adiudicauerit; & vt cenſeretur tanquam regina omnium doctrinarum, nullam rationem omiſerit eam ipſam laudibus extollendi; quam idcirco & primam philoſophiam, & ſapientiam nominauit, & dignam vere libero homine eſſe ſtatuit. [b] *Signum autem eſt ſenſuum dilectio*. hoc pronunciatum, quòd homines natura ſcire deſiderant, verum eſſe comprobat Ariſtoteles ex ſenſuum dilectione; quos ſi diligimus, quoniam per ipſos in rerum cognitionem ducimur, hinc igitur ſumi poteſt argumentum, quòd ſciendi deſiderio teneamur. ſiquidem, propter quod vnumquodque, & illud magis: vnde, ſi diligimus ſenſus ob cognitionem, quam nobis ſubminiſtrant: multo igitur magis amamus cognitionem. Neque vero inconuenit, quòd pronunciatum; quod habet locum axiomatis, ad ampliorem ipſius manifeſtationem, per loca illa comprobetur, quæ iuxta ea quæ tradita ſunt in Topicis, deſeruiunt ad magis explicanda, atque roboranda principia ſcientiarum: quæ quidem loca inuenire, ſicuti munus eſt philoſophi omnia contemplantis: ita quoque ab eodem in philoſophia tradenda adhibentur; alio tamen ſcopo, aliaque via ab ea, cui inſiſtit dialecticus; qui & ipſe eadem loca venatur, vt ſuum diſputandi genus in vtramque partem contradictionis obeat: quemadmodum in initio libri 8. Topic. Ariſtoteles explicauit. [c] *Ipſum videre præ omnibus alijs (vt ita dicam) eligimus*. non dicit abſolute Ariſtoteles, quòd eligimus actum videndi præ omnibus operationibus aliorum ſenſuum; adeo quòd etiam pro actu vitæ aſpectus ſit alijs ſenſibus præferendus; id enim falſum eſt, cum tactus pro vita agenda omnibus aliorum ſenſuum functionibus anteponatur; ſed id tantum quo ad cognitionem intellexit: nempe, quòd ſi daretur nobis optio pro cognitione comparanda: num aſpectu, an alijs ſenſibus potius carere vellemus; proculdubio alijs omnibus carere, & frui aſpectu eligeremus; tanquam eo ſenſu, ex quo cumulatiorem, & optabiliorem cognitionem conſequi valeamus. Hinc cadunt, & diſſoluuntur illæ difficultates, quibus probari videretur, quòd ſenſus tactus, & guſtus ſint nobis cariores, tanquam magis neceſſarij: ſicuti indubie ſunt ad vitam degendam, cum ſine ipſis viuere nequeamus: qui tamen non ita ſunt nobis vtiles ad cognitionem comparandam, vt ſenſus oculorum. Quod ſi etiam auditus nuncupatur ſenſus diſciplinę, vnde præferendus aſpectui videretur; quoniam ſcilicet per ipſum ſcientiæ fere omnes diſcantur: illud ex aduerſo penſandum eſt, quòd origo plurimarum, & maximarum cognitionum fluxit, & innotuit nobis auxilio oculorum aſpectus multo magis, quàm ab his, quæ ſubminiſtrauerit auditus: qui deinde pro addiſcendis ijs, quæ

Alexand.

Philop.

fuerint adinuenta, & a viris sapientibus in artes, & scientias distributa, absque dubio principem locum obtinet inter omnes alios sensus. Verum hoc loco de initijs cognitionum, & non de scientijs
D. Tho. iam constitutis est sermo. d. *Sensuum hic vel maxime nos cognoscere quicquam facit*. Diuus Thomas ita interpretatur hunc locum: quòd sensus oculorum maxime facit nos cognoscere, quoniã perfectius cognoscit: quod conuenire potentiæ visiuæ, magis quàm alijs sensibus ex hoc arguit; quoniam aspectus est immaterialior; vt qui vna cum medio deferente obiecta, mutationem tantum spiritualem patiatur; non autem materialem, qua alij sensus vna cum medio afficiuntur. Pro comperto autem accipit, quòd quæ potentiæ sunt magis spirituales, etiam perfectius cognoscunt; vt si dixerimus, quòd cognitio intellectiua, est perfectior sensitiua. Verum hoc loco non videtur esse sermo de ea præstantia cognitionis, qua, eadem res sub eodem subiecto comprænhensa, perfectius cognoscatur per vnam potentiam quàm per aliam; sicuti inter intellectiuam & sensitiuam notitiam caderet hac ratione comparatio in cognoscendo eodem obiecto, vt puta colore: qui & sensu percipitur, & ab intellectu perfectius spirituali quadam cognitione comprehenditur: sed est comparatio inter ipsos sensus, quorum obiecta sunt diuersa; vt ideo non possit esse consideratio circa idem obiectum, quatenus aut perfectius, aut imperfectius cognoscatur; aut quòd sensus alius alio præstet, quoniam minus altero addictus sit materiæ; sed ex hoc ipso pendet comparatio vnius sensus ad alium; quatenus plenior, & cumulatior cognitio de rebus subministretur nobis ab vno sensu quàm ab alio: in qua re apparet, aspectum reliquis omnibus sensibus præstare; tum pro singula quaque re plenius cognoscenda; tum pro suppeditanda rerum plurimarum cognitione. Nam (quòd attinet ad singulam quamque rem cognoscendam) hanc sæpius visu, quàm alio sensu perlustramus: manet enim, & sese offert res quæcunque continue sub specie & obiecto visibili: non ita sub sonoro, aut odorabili; quæ semper non assistunt rebus: vnde frequentior occasio ex aspectu, quàm ex auditu, vel olfactu desumitur singulam quamque rem percipiendi. gustatui autem non ita facile, sicuti aspectui res quæque subijcitur; quando & plurima gustu percipere abhorremus, sicuti & tangere. Accedit, quòd singulas & varias cuiusque rei particulas sensu oculorum, non ita alio sensu attingimus: & rem simul totam certa quadam figura circumscriptam complectimur, ac varijs partibus distinctam notamus; vnde de quaque re (vt puta animali) distincta varia membra, & in membris varias particulas comprehendimus, caput, brachia, crura, pedes; & in capite oculos, nares, os, aures; in manibus, & pedibus digitos, & alia innumera. Vnde fit vt plenior, & magis varia atque distincta cognitio hinc nobis de singula quaque re comparetur, quàm aliunde ex quibusuis aliorum sensuum functionibus. Hinc euenit, vt & de re ante a nobis ope sensuum percepta, num sit eadem nec ne, sensu oculorum, quàm alterius sensus ope, atque iudicio certiores reddamur. Neque refert, quòd sensu tactus de ligno, quod in aqua fractum apparet, certi reddamur, quòd non sit fractum; quando & hoc idem aspectu comprobatur, cum extractum fuerit lignum ab aqua. Illud vero quod quidam enunciarunt, quòd sensus oculorum in præclariorem notitiam nos ducit, quàm faciant cœteri sensus; quoniam alij sensus magis quàm aspectus a proprijs obiectis alterentur, non omnino apte dictum videtur: quandoquidem omnes sensus in hoc conueniunt, vt circa proprium obiectum & errare possint, & certam etiam obire sensationem; vt penes hoc, ab alijs sensibus non differat aspectus ipse; qui pariter, vt & alij, falli potest circa proprium obiectum. Verum hoc loco perpendendum est, constanter legi in omnibus græcis cod. quòd aspectus facit nos maxime cognoscere aliquid, addita hac particula τι, quam omnes interpretes (excepto Bessarione) omiserunt; neque ab vllo expositore apparet esse perpensa; qua tamen voluit nobis Aristoteles innuere cognitionem, quam nobis parit aspectus de singula quaque re; ita vt concludat, circa notitiam cuiusque rei singularis, ex sensu oculorum maximam nobis gigni cognitionem, vt explicatum est. Quod quidem dictum est aliud ab eo, quod subiun-
Philop. xit de eodem aspectu, inquiens; quòd *& multas manifestat differentias*: quæ verba ita Philoponus exponit, dicens; quòd per visionem discimus multoties & dulcedinem mellis, & suaueolentiam rosæ, & grauitatem mirrhæ; sed per accidens id fieri. Verum (vt antea supposuimus) hoc innuit Aristoteles, quòd ex aspectu multarum rerum notitia nobis suppeditatur; non quidem per accidens, sed per se, cum plurimæ rerum differentiæ ex aspectu nobis innotescant: non quòd plures sint differentiæ obiecti proprij, quod est tantum color, ad hunc sensum oculorum pertingentis; cum plures sint illæ, quæ pertinent ad tactum, veluti calidum, frigidum, humidum, siccum, durum & molle, & aliæ huiusmodi: sed quoniam ex aspectu plurimæ rerum differentiæ detegantur, accedente ipso quoque sensu communi ad communia obiecta pertingente; vnde varia rerum genera manifestantur: & id quidem est perspicuum. Nam (vt omittamus quòd & cœlestium rerum vnus hic sensus, inter omnes, nobis præbet notitiam) in hoc quoque mundo inferiori, qui superioribus lationibus coniungitur, clare patet, quòd ex visione plurimæ nobis rerum differentiæ deteguntur; tum in eodem genere; tum in diuersis rerum generibus, quæ sub aspectum nostrum in magna varietate cadunt affectæ coloribus: qui oculorum sensum, vt ipsius proprium obiectum feriunt: sine quo neque figurarum, neque locorum, aut motuum, aut quietum, & temporum, seu noctium & dierum differentiæ nobis vnquam innotuissent. Vnde merito dicendum est, ex aspectu cumulatissimam nobis comparatam esse rerum plurimarum notitiam:

atq;

atq; ideo, præ omnibus alijs ſenſibus, iure nobis carum habendum: quemadmodum hoc loco aſſeruit Ariſtoteles paucis complectens hæc omnia, quę enarrauimus; quorum plurima ad problematum naturalium diſcuſſionem attinentia, ad rem ſuam accommodauit: vt ſui moris eſt, commodo auxilio vtens cyclopedię: ſine qua earum rerum, quæ inuicem ſunt coniunctæ, exacta cognitio haberi non poteſt: prçſertim ſi hominum ingenijs cumulate ſatisfacere ſtudeamus; quod in vniuerſa philoſophia; ſed in hac quàm maxime præſtitit Ariſtoteles. [e] *Alia prudentia; alia diſciplinarum capaciora ſunt, quàm illa, quę memorare non poſſunt.* variat hoc loco lectio apud Alexandrum, qui in ſuis cõment. loco huius Alexand.
dictionis *prudentia*, legit *prudentiora*, & ita interpretatur: quòd quæ animalia habent memoriam, ſunt & prudentiora & dociliora ijs, quæ non poſſunt memorare. Verum, præterquàm quòd in omnibus grçcis cod. legitur *prudentia*, græce, φρόνιμα, non autem, φρονιμώτερα, ideſt prudentiora: non etiam conueniéter dici videtur, quod quædã animalia ſint prudentiora ijs, quæ nequeunt memorare, quaſi vero & hæc alia, quæ memoriam non habent, ſint prædita prudentia, quod eſt manifeſte falſum. Neq; vero par eſt ratio prioris dicti cum hoc alio: quòd aliqua animalia dicantur dociliora, ſeu diſciplinarũ capaciora ijs, quæ nequeunt memorare: nam inter hæc cadit aliqua comparatio ratione docilitatis hunc in modum: quoniam aliqua animalia ſunt apta ad ſonos percipiendos; & ita ſunt docilia, quatenus obtinẽt ſenſum auditus, qui eſt ſenſus diſciplinæ: ſed cum poſtea ſint inepta ad memorandum, hinc minus docilia redduntur. Illa vero animalia euadunt dociliora, quæ vna cum ſenſu auditus quem habent, ſunt etiam apta ad memorandum; Vnde propoſitio hæc Ariſtotelis, partim eſt abſoluta, quo ad hoc, quòd quædã animalia apta memoriæ, ſunt prudentia: & partim eſt conditionata penes hanc comparationem; quòd aliqua ſunt dociliora ijs, quæ nequeũt memorare: ſupponitq; Ariſtoteles; quòd quæ ſunt dociliora, prudétia quoq; euadant per diſciplinam, cum tamen & aliqua animalia ſint prudentia inſtinctu naturæ, abſq; quòd diſcant: veluti ea, quæ carent ſenſu auditus, ſed memoria ſunt prædita. vnde ſubiunxit: *prudentia autem abſq; quòd diſcant, ſunt, quę carent ſenſu auditus*: hic innuens aliqua eſſe animalia, quæ ex eo ꝙ diſcant, euadunt prudentia per diſciplinam. Verum adnotandum eſt, animalia nuncupari prudentia (vt colligitur ex lib. 6. Ethic.) quatenus vim prouidendi, quæ pertinet ad prudentiam, habere videntur; non quod prudentiam ita obtineant, vt conſilio vtantur, præterita ad futura conferendo; vt ſolent homines, qui ſunt ratione præditi: qui quidem actiones gerendas eatenus cum prudentia prouident, quatenus præhabita conſultatione eligunt, quæ ad finem ſibi propoſitum conducunt; vt hac ratione, quæ ad vitę functiones attinẽt, ab ipſis recte & proſpiciãtur, & prouideantur. Alia vero animalia, aut inſtinctu quodam naturali (vti directa ab intelligentia non errante) aut per diſciplinã imitantia & operantia quæ didicerint, ea factitant opera, quæ ex quadam ſimilitudine accedunt prope ad humanam prudentiam: quoniam ſcilicet ſi & hæc a nobis agenda forent, ita quoq; ageremus, conſilio tamen, & ratione vtétes; a qua longe abſunt bruta animalia. Sed non ignorandum eſt, quòd Ariſtoteles ſuos ſermones accõmodans communi loquendi conſuetudini, in lib. de hiſt. anim. in 1. 8. & 9. meminit de prudentia & intelligentia: necnon de virtutibus, atq; vitijs, quibus ſupponit etiam animalia eſſe prædita, ita quidem, vt in lib. 9. c. 3. agens de elephantis, dicat: nonnulla animalia habere, νοῦν, ipſam ſcilicet mentem: quæ tamen omnia accipit vt impropriè dicta per quandam ſimilitudinem; qua videntur bruta animalia multis in rebus conuenire cum humano genere. Vnde in lib. 8. eiuſdem hiſt. c. 1. dicit, quòd vt in homine ſapientia, ars, & intelligentia, ſic in animalibus irrationalibus ineſt quædam altera, & diuerſa vis naturalis; quæ repræſentat illa, quæ ſunt hominis vnde ſupponendũ eſt, abuſiue, & improprie hæc dici de animalibus brutis. Quod etiam inſinuauit in 1. de hiſt. anim. cap. 1. dum dixit: quòd ſolus homo eſt conſiliatiuus, & poteſt reminiſci: ex quibus apparet, ab ijs muneribus, & omnino ab vſu conſiliandi, atq; a vera prudentia excludi bruta animalia. Quòd autem attinet ad diſciplinam, cuius ſint capacia animalia, obſeruandũ eſt id, quod habet Ariſtoteles in lib. 9. de hiſt. anim. c. 1. dum inquit; animalia aliqua eſſe diſciplinarum capacia, tum inter ipſa ab ipſiſmet (vt patet de auibus cantus diſciplinam in filijs producentibus) tum etiam ab homine; nempe, quæcunq; participant auditum, & non ſolum ſonos; verum etiam ſignorum differentias percipiunt. vbi, per differentias ſignorum, intelligenda eſt diuerſitas ſonorum, ſeu vocum, quibus variæ affectiones, ſeu conceptiones ſignificantur: prout a brutis quoq; variæ voces emittuntur, per quas, ipſorum variæ paſſiones, quibus commouentur iuxta iucunda atq; moleſta, inuicem ſignificãtur: non autem ſecundum obiecta, quæ ſint vtilia, vel damnoſa; honeſta, aut turpia; iuſta, vel iniuſta; de quibus homines (vti compotes rationis) inuicem ſermocinantur, obtinentes a natura loquendi facultatem, qua carent animalia irrationalia: vt explicatum eſt ab Ariſtotele in lib. 1. Polet. cap. 2. [f] *Vt apes*; ſupponit hoc loco Ariſtoteles, apes carere ſenſu auditus; cum tamen experientia ſit cognitum, ipſas educi ex alueo ad quendam perſonantem ſonitum: quin idem lib. 9. cap. 40. de hiſt. anim. ait: dubium eſſe, num apes audiant, quamuis ſecundum aliquos gaudeant tinnitu æris, quo conuocantur; cum tamen ſit dubium, num id faciant ob voluptatem, an ob formidinem. Idem lib. 4. de hiſt. anim. cap. 8. tractans de inſectis, inquit: quòd omnia habent omnes ſenſus; vbi tamen, cum id probet de alijs ſenſibus, non affert probationem de ſenſu auditus: vnde dubius videtur fuiſſe Ariſtoteles circa hoc problema, num inſectis inſit ſenſus auditus nec ne, Plinius autem lib. 11. Plinius.
aperte ſupponit, apes audire, & ipſas quoque ſonos edere inter ſe, & varios iuxta varias operationes, quibus ſint intentæ. Verumtamen inhęrentes nos doctrinæ Ariſtotelis iam propoſitę, ex cap. 7. lib. 9. de hiſt. anim. (quòd illa ſint diſciplinę capacia animalia & inter ſe, & ab homine, quæ

 poſſunt

possunt percipere non solum sonos, verum etiam differentias signorum) difficultatem motam hunc in modum existimaremus posse dissolui, dicendo, quòd etsi apes habent sensum auditus, quo & flagorem, quem edunt naturalem, possunt percipere, & æris tinnitum, qui dicto flagori assimilatur: attamen non obtinent eam audiendi facultatem, qua possint distincte percipere differentias signorum per sonos editorum; sed solum confuse audiunt: & idcirco, cum perfecte hoc sensiterio audiendi non fruantur, vt solent plura alia animalia; hac ratione apes carere sensu auditus iure dici possunt. g *Experientia autem parum participant*, concedit Aristoteles, bruta animalia vitam ducere tum imaginationibus (quod cõmune est omnibus etiam imperfectissimis animalibus) tum memorijs ea, quæ sunt perfectiora: sicuti & quæ adhuc antecellunt alijs, vti perfectiora, experientiam quoq; participant: sed parum id inquit esse.

Alexand. Quam sententiam perpendens Alexander inquit, ex pluribus sensationibus atq; memorijs, in animalibus fieri quandam consuetudinem ad aliquid sequendum, vel fugiendum, quod experimento respondet, cum tamen non sit proprie experimentum.

Philop. Philoponus autem inquit: cum phantasijs viuant etiam irrationalia, phantasia vero vniat; ob id etiam aliquatenus experientia est irrationalis: homines vero ex multis memorijs illam colligunt. Idcirco, secundum horum interpretum explicationem, dicẽdum est; animalia irrationalia idcirco parum experientiæ participare; propterea quòd plene, atque perfecte experimentum non colligunt: aut, quoniam ad paruum vsum vitæ, & paucis in rebus vtantur experientia: in plurimis autem sensu, & imaginatione, vel etiam memoria regantur. Interest autem, quòd animalia viuant memorijs, aut experientia; siquidem, ex memoria iam perceptæ sensationis accedunt ad potionem, ad ædulium: redeunt ad stabulum, & alia huius generis præstant munera. Quæ vero animalia participant experientiam; agunt, seu prosequuntur, vel fugiunt nonnulla; propterea quòd ea sæpe numero perceperint: vt puta, si baculo sæpius fuerint verberata: vt quodammodo in ijs edocta reddãtur, ex pluribus eiusdem rei memorijs in eorum imaginatione repetitis; non quòd proprie bruta, vt solent homines, plurium memoriarum collectionem faciant. Vnde optime dixit Alexander; quòd animaliũ experientia est quædam assuetudo ad aliquid sequendum vel fugiendum. Qua in re aduertendum, non inconuenire, vt aliquod eiusdem speciei animal, alio magis expertum inueniatur: quod etiam contingit circa humanum genus. h *Humanum autem genus arte etiam, ac ratiocinationibus*. duo hic afferuntur tãquàm diuersa, quibus vitam ducit genus humanum. Nam circa facienda, artem adhibet; circa autem actiones, vtitur prudentia, quæ non est sine consilio, & ratiocinationibus: quibus quæ ad vitæ commodum conferant, deliguntur; & quomodo conferant, in consultatione ponuntur; quæ quidem de illis hominibus sunt intelligenda, qui in rebus faciendis, aut agendis recte se gerunt; quod omnibus non est commune; cum multi sæpenumero vitam transigant more brutorum. Spectanda autem hoc loco mira Dei prouidentia; qui viuentia in inferis huius mundi partibus ita disposuerit, vt quibus minimum virtutis internæ ad viuendum impertierit, ijs pabuli extrinsecus sumendi, ac vitæ faciliter sustentandæ plurimã dederit commoditatem: e contra vero præstantioribus viuentibus, pro vitæ munere obeundo, multas atq; præclaras dotes concesserit; facilitatem autem pabuli sumendi denegauit: vt ope virtutis condonatæ, atque propriæ industriæ opera, alimenta sibi prouiderent. Etenim cum arboribus, & plantis vim sentiendi, qua cibùm discernerent, non concesserit, facillimam his ipsis ad viuendum facultatem tribuit; cum alimentum quærere non indigeant; sed illud hauriant e terra sibi semper paratum: quod quidem non ita præsto est animalibus; quæ, vt virtute sentiendi sunt prædita, ita quoque iuxta proprium sensus interni iudicium, opus habent pabulum secernere, quod ipsis conueniat: quod sane factum longe abest ab ea facultate, qua plantæ nutriuntur. sed & ex animalibus, quæ sunt imperfectiora, & prope accedunt ad naturam plantarum, vt conchilia, & spongiæ, quæ viuunt affixæ lapidibus, faciliorem viam ad viuendum illis alijs, quæ sunt perfectiora, sunt consecuta: cum studiose per varia loca victum sibi quæritare non indigeant, quem perpetuo natura illis subministrat; vt facere cogũtur illa animalia, quæ progrediendi vim habent, & sunt prædita memoria, quæ illis deseruit ad viuendum: quemadmodum etiam, quæ sensum obtinent audiendi, suntq; docilia, ex ipsa quoq; disciplina, cuius sunt capacia, instruuntur ad venanda sibi alimenta: quod quidem absq; propria quadam industria non perficiunt. Sed & humanum genus, præstantissimum existens inter omnia hæc viuentia, omnium miserrimum nasci videtur; vtpote cui neque tegumentum ad tutelam sit datum, quod omnibus ferme alijs animalibus tributum est; neque concessa ea cibi sumendi commoditas, qua gaudent reliqua viuentia; cum longo primæ ætatis curriculo homo permaneat minime aptus ad sibi ex sese prospiciendum: sed deficeret, nisi a parentibus (a quibus ortum ducit) magna cura in ipso nutriendo diutino tempore adhiberetur; qui tamen, ob mentis ingenijq; diuinitatem, qua præditus est, inter omnia huius mundi inferioris viuentia, euadere potest præstantissimũ; vt non solum vitam transigere, sed etiã bene, atq; beate viuere solus possit inter omnia animalia. i *Multa etenim eiusmodi rei memoriæ vnius experimenti vim efficiunt*. hinc patet, quod dictũ est antea; distingui in animalibus, tũ viuere ex memoria, tũ viuere ex experientia: siquidem memoria potest esse vnius sensationis in imaginatione asseruatio, in quam respiciens animal; atq; ita memorans, ad cibum mouetur: at in experientia, ex pluribus memorijs circa eandem sensationem repetitis, quædã acquiritur facultas, qua ad aliquid operandũ anima disponitur, a Græcis dicta δύναμις: qua voce vis, & potentia, seu virtus quædã ad agendum denotatur: quẽadmodum qui expertus iam fuerit in plurimis ægrotãtibus, quòd reubarbarum purgat choleram; is facultatem dicitur cõsecutus; quia tanquam expertus, nouit propinare petite reubarbarum cholera laborantibus

rantibus. k *Fit autem ars.* hoc loco affertur discrimen inter artem,& experimentum; & est huiusmodi secundum Alexandrum. Nam (inquit) experientia est cognitio quædam vniuersalis alicuius singularis memoria sæpe repetiti: Ars vero est summa multarum experientiarum: nam experientia est, scire laborantibus hoc morbo hoc medicamentum opitulari: Artis vero scire tali morbo ægrotantibus talia medicamenta conferre: quamobrem ars similia conspicit ijs,quę ab experientia sumpta sunt. Hęc Alexander, qui hanc pati videtur difficultatem: quòd non sit experientia vniuersalis quædam cognitio,vt ipse asserit. Nam Aristoteles clare dicit,quòd experientia est cognitio circa singularia,ars vero est vniuersalium cognitio: vnde non cadit in intellectu cognitio, quæ attinet ad experientiam: & consequenter non potest dici, quod experimentum sit cognitio vniuersalis,vt conuenit artis cognitioni: nisi forte dicere velimus,Alexandrum intellexisse,quòd experientia sit vniuersalis cognitio eiusdem singularis memoria sæpe repetiti, ad hunc sensum: quoniam plurium singularium numerus significetur, & ita vniuersalis quædam comprehensio, seu facta simul collectio innuatur: non quòd re vera vniuersalis propositio intellectiua circa experientiam consistat a singularibus abstracta. Vnde etiam adnotandum,vocem hanc ὑπόληψις, quæ ipsi quoq; experimento accommodatur, accipi debere,non pro existimatione intellectiua,quatenus concernit experientiam; sed pro acceptione, seu comprehensione quadam in imaginatione residente; per quam expertus plurimorum singularium habet collectionem, in quibus est expertus; qui tamen a cogitatione eorum singularium non discedit, vt fit in illa hipolypsi, quæ pertinet ad id, quod complectitur existimationem plurimarum conceptionum ad experientiam attinentium. & hæc est artis comprehensio ad intellectum pertinens: dum in ipso vniuersalis constituitur comprehensio, & existimatio omnium similium sub vna specie contentorum: ita quidem,vt nõ respiciantur singularia,circa quæ experimentum est desumptum; sed species ipsarum,quarum sit experimentum. etenim ars non cogitat, quod Socrates & Plato & Callias laborantes febri biliosa, hoc vel illo medicamento sanitatem sint consecuti, prout fit in apprehensione experientiæ; sed illud meditatur,quòd omnibus similibus sub vna specie contentis, ac genere quodam morbi laborantibus, sanitas per huius generis medicamentum conferatur: hæc enim existimatio,cum primum in anima constiterit,principium euadit vniuersale; & ita ars constituitur: quod tamen principium generatur ex memorijs, quæ deseruiunt experimento: sicuti docet Aristoteles in calce lib. 2. post: Analyt. & locus ille hinc conferendus,& maxime est animaduertendus, ad exactiorem notitiam eorum, quæ hic traduntur de arte & experientia. Sed & illud notandum est: voculam illam ἐννοημάτων, quam Bessario expressit his duabus vocibus, *experimentalibus conceptionibus*, non debere accipi pro notionibus intellectus; nam palam est sermo de experientia, cuius notitia nequaquam pertinet ad intellectum; sed pro cogitationibus, seu notionibus sensitiuam facultatem concernentibus; ex quibus deinde quiescentibus sub vna vniuersali comprehensione præter multa singularia, ingenerãtur habitus in intellectu: ars ipsa, quæ versatur circa rerum generationem. sicuti scientia,quæ est contemplatio circa ipsum ens, gignitur ex plurimis notionibus experientiæ acceptis de rebus singulis per inductionem: sicuti in allegato loco Analyt. explicatum est. vbi pariter ostensum fuit,quomodo hæc ita fieri contingat circa animam sua ex natura aptam ad concipienda principia, cum artis,tum scientiæ. Nam licet singularium præcedat cognitio, quæ [illegible] notitiam gignere non potest: attamen ope intellectus agentis, vniuersalium conceptionum fit in anima ingeneratio: dum ex singularium phantasmatum inspectione, ab intellectu agente fit eorundem a materialibus conditionibus seiunctio: & ita consistit in anima principium,seu propositio vniuersalis: vt dicitur in eodem lib. Analyt. Si quis autem obijciat, nonnullos artium notitiam consequi absq; experientia; ad id occurrendum est dicendo; contingere quidem,vt iam inuentis & constitutis artibus, quispiam earum regulas vniuersales discat, & ita artium theoriam consequatur: at non praxim,quæ consistit in experientia; quam qui non calluerit, artium opera aut nullo pacto,aut vix poterit exercere: aut si exerceat,sæpenumero a scopo aberrabit,vt assertum est ab Aristotele in hoc proœmio. Non enim qui ab arte iam tradita didicerit,quòd contrario morbo sunt adhibenda medicamenta contraria, sine experientia cognoscet vel morbum peccans in atra bili esse huius, vel illius naturæ, nec quæ sint medicamenta huius morbi generi conferentia; & alia huiusmodi. Verum hoc loco est sermo de prima artium inuentione,& constitutione; quæ certe sine experientia non sunt constitutæ. Cum autem Aristoteles constituerit experimentum construi ex multis eiusdem rei memorijs, hinc colligitur,vanam esse illam quæstionem,quam nonnulli induxerunt; num,sicuti ex vna sensatione fit memoria,ita quoq; ex vna memoria constitui possit experimentum: nam ita addubitare, est contra suppositam experimenti naturam; adeo quòd qui vellet ex vna memoria constitui experimentum; is iam aliud non diceret esse experimentum,quàm memoriam. Atqui experimentum est quid diuersum a memoria,quatenus est vna plurimarum memoriarum de eadem re comprehensio: multę autem eiusdem rei memoriæ perficiunt (inquit Arist.) vim seu facultatem experimenti; innuendo facultatem operandi,quam obtinet qui in re aliqua est expertus. Vnde perperam interpretantur,qui dicũt, vim efhci experimenti ex memorijs; id est, multæ memoriæ æquipollent vni experimento: id enim minime sonant græca verba Aristotelis; qui voluit innuere, quòd, sicuti ex actibus citharam pulsandi, acquiritur facultas citharam pulsandi; ita ex multis memorijs simul collectis fit, & acquiritur experimentum: & ita facultas operandi per experimentum.

Mouent autem nonnulli hoc loco quæstionem,quomodo experimentum faciat artem & scientiam, vt videtur

vt videtur dicere Aristoteles: siquidem non apparet, quòd in aliquo genere causæ id possit competere experimento. Ad quam quęstionem plurimi respondent, quòd in genere causæ efficientis id pręstet experimentum, quemadmodum & propositiones concurrunt, vt causa efficiens conclusionis; non tamen completam esse causam experimentum ipsius artis & scientiæ; idq; fieri dicunt ex occasione inductionis factæ circa singularia: ex quibus deinde ab intellectu colligitur vniuersale, ex quo, tum sciētia, tum ars constituitur. Verum huic responsioni obstat, quòd singularia collecta non efficiunt, neque efficere possunt vniuersale quod pertinet ad intellectum, alterius rationis & cognitionis existens ab ea, quę est cognitio singularium spectans ad sensum. Quidam alij, vt Albertus Magnus dixerunt, quòd experimentum est causa dispositiua scientiæ eo modo, quo motus est causa generationis rerum; vt sicuti ignis generat ignem in ligno, prius disponendo ipsum, calefaciendo, exsiccando, & rarefaciendo; ita (dicunt) quòd experimentum causat artem, dum disponit intellectum: qui, comparando singularia adinuicem, excitatur ad abstrahendam speciem & similitudinem illam communem singularibus. Sed hæc opinio supponit, tum quòd intellectus noster percipiat singularia; tum quòd abstrahat speciem a singularibus; quæ duo dicta non videntur esse ex mente Aristotelis; neq; quòd intellectus noster sit ille, qui abstrahat speciem, cum hoc munus, ex communi sententia Peripateticorum, tribuatur intellectui agenti, qui supponitur Deus, vt expresse sensit Alexander: neque etiam percipit singularia intellectus noster, vt hi supponunt; quod infra in propria quæstione dilucidabitur. Propterea nobis videtur hunc in modum dissolui posse propositam quæstionem, si dixerimus: non asseri ab Aristotele, quòd experientia, tanquā causa quædam, faciat artem, aut scientiam: sed adhibens hanc dictionem græcam, ἀποβαίνει, quæ significat, prouenit, vel contingit; voluit innuere, quòd succedit scientia, & ars, gignturq; in nobis, præcedente experientia facta circa singularia in imaginatione existentia: circa quæ (tanquam circa materiā) fit dispositio quædam ope intellectus agentis: adeo vt phantasma consistat, & fiat in intellectu nostro species, & similitudo communis omnibus singularibus: ex qua deinde, aut scientia gignitur, si sit circa ea, quæ considerentur quatenus sunt; aut ars, si existat circa rerum operationes. Vnde aduertendum, discrimen esse inter constitutionem artis, & scientiæ: & inter constitutionem sensus, imaginationis, memoriæ, & experimenti. Nam in his omnibus concurrit causa efficiens hunc in modū, vt sensibilia obiecta concurrant, vt causa efficiens ad constitutionem sensationis factæ in organis sensuum exteriorum, & hinc transeat effectus ad constitutionem sensus communis. Mox vero species sensibilis excitata, & apparens, constituit imaginationem. Deinde sensibilis eadem species repetita, causat memoriam; ac denique ex multis memorijs eiusdem sensibilis repetitis, & collectis, perficitur experimentum, quo facultas quædam obtinetur operandi iuxta ordinem singularium perceptorum. At ars, & scientia non proueniunt ab experimento, tanquā a causa efficiente: sed (vt docetur ab Aristotele in calce lib. 2. post Analyt.) singularia plurima consistentia in phantasia & memoria, tandē ita illustrantur ab intellectu agente, vt separentur phantasmata a conditionibus singularibus; & ita constituitur species in intellectu, existente causa efficiente, intellectu agente, concurrentibus autem phantasmatibus, tanquam materia, circa quam fit collustratio; & inde sequitur constitutio speciei, ipsiusq; vniuersalis: quod (vt dictum est) aut arti, aut scientiæ deseruit; ex quo proprie vterq; habitus constituitur. vnde dictum hoc loco Aristotelis de Polo ex Gorgia Platonis, quòd recte dixerit, enuncians quòd experientia facit artem, inexperientia vero fortunam, clare patet, non ita accipiendum, vt voluerit, quòd experientia, tanquam causa efficiens, faciat fortunam; sed quòd ad inexpertos sequitur, vt multa fiant fortuita ab ipsis, & ita etiam ad experimentum consequi artem asserere voluerit. [l] *Actiones autem & generationes omnes circa singulare sunt &c.* græce loco huius vocis, *actiones*, habetur πράξεις, quæ proprie pertinent ad functionē vitæ humanæ, quatenus bene vel male traducitur, vt docetur in 6. lib. Ethic. ibi enim verbum, πράττειν, quod est agere distinguitur ab hoc alio verbo, ποιεῖν, quod est facere; & appropriatur arti, vnde ars ποιητικὴ, id est factiua dicitur. Hoc autem loco πράξεις accipiuntur pro omnibus operationibus, tam vitam moralem & ciuilem concernentibus, quàm ipsamet arte facta, vt deinde per hanc aliam dictionē, *generationes*, intelligantur opera naturæ circa ea, quæ generantur. Aut per πράξεις, tantummodo intellexit Aristoteles actiones, quibus homines bene, aut male viuunt: per generationes vero complexus est, tum ea, quę ab arte proueniunt; tum ea quæ fiunt a natura. Quòd autem hæc sententia sit verissima; quòd omnes actiones & generationes sint penes singularia; hinc debet esse perspicuum: siquidem singularia sunt ea, quæ cadunt sub sensum: vt hic homo, Socrates, & hoc album: & cum substantijs inhęreant accidentia; ideo oportet statuere; quòd, quemadmodum nulla datur substantia, quæ non sit singularis, hæc, vel illa; ita quoque nullum accidens reperitur, quod huic, vel illi substantiæ singulari non inhæreat; vnde & ipsum sit singulare. hinc sequitur, necessarium esse, vt omnes operationes (siue sint propriæ hominum, siue a natura proficiscantur) a substantia quadam singulari, vel ab accidente itidem singulari proueniant; nec non expediantur circa substantiam aliquam singularem, aut circa accidens singulare: adeo quòd & omnes nostræ appetitiones, ad singularia quædam diriguntur: vt dicendum sit, quòd qui appetit fœlicitatem, in rem, aut actionem quandam determinatam suo appetitu fertur. Et quamuis omnibus hominibus cupiditas fœlicitatis insit, vt declaratur in lib. 1. Ethic.) attamen inter ipsorum appetitum potest esse varietas, atque discrimen: propterea quòd alius in diuitijs possidendis: alius in voluptatibus fruendis; alius in honoribus obtinendis, suam propriam statuat fœlicitatem; ita tamen, vt propter hanc vnusquisque, has, vel illas determinatas res suo studio sectetur. [m] *Cui accidit*

homini

Albertus Magnus.

homini esse ... dicit hoc loco Aristoteles, quòd medicus curat Socratē, aut Calliam, cui accidit, quòd sit homo: quod dictum videtur esse suspectum: siquidem Socrates sua ex natura est homo, & ita per se homo. Verum aduertendum est, prius dictum fuisse ab Aristotele, quòd medicus curat Socratem per se, hominem autem per accidens; & id quidem, quoniam medicus in curatione morbi, per se considerat huius corporis, vel illius propriam complexionem, & morbum, quo affectum sit; vt per artem medicā, peccatum, morbumque corrigat: quòd autem huic corpori insit anima rationalis, per quam homo cōstituitur, de hoc minime considerat medicus, cum ad artem medicam id non pertingat: vnde homo hac ratione per accidens competit Socrati, in ipsa scilicet curandi ratione. hocq; dictum simile est dicto illi in prædicamentis cap. de relatiuis, quòd seruus per se refertur ad dominum, per accidens autem est quòd sit homo: id nempe, quoniam, quatenus est seruus, per se refertur ad dominum: non autem, quatenus est homo, nisi per accidens. [n] *Id enim magis sanabile est, quod singulare est.* id non intelligendum (vt aliqui interpretantur) de homine singulari, qui comparatus homini vniuersali, sit magis sanabilis: nam iam dictum est, quòd homo, vt vniuersalis, per accidens curatur a medico; vnde nō congruit inter ipsos comparatio: sed ad ægritudinem id referendum est; nempe, quòd ægritudo singularis, talis scilicet humor peccans, magis cadit sub curationem, quàm vniuersalis ægritudo; ad quam etiam sapiens artifex respicit, vt hac praeclarius vniuersali cognitione suffultus, in particularem ægritudinem, quæ est præ manibus, suas deinde dirigat operationes. [o] *Nihilominus scire, & cognoscere.* græce hæc his verbis exponuntur: εἰδέναι καὶ τὸ ἐπαΐειν, vt dicat Aristoteles: quòd inest ipsi arti magis quàm experientiæ, tum ipsum *scire*, nempe causas operationum & accidentium; tum *intelligere*; nempe principia: siquidem intellectus est principiorum, vt explicatum est in lib. 6. Eth. & in Analy. [p] *Manibus laborantes propter consuetudinem.* quòd ex consuetudine iam habita opifices sua prodeant opera, dictum est quoq; ab Aristotele lib. 2. Ethic. vbi docetur, quòd homo euadit iustus, & continens eo modo, quo etiam artifex suam assequitur artem, sicuti faber ærarius, dum in artis operibus se exercet; quod consuetudine perficitur: licet deinde, ob excellentiam habituum, qui ad mores hominum pertinent, ipsa consuetudo apud græcos, ἔθος dicta, tanquam propria ad morales actus, & habitus fuerit accommodata. [q] *Et prorsus signum scientis est posse docere.* huc pertinet hæc assertio; quòd in genere competit omni scienti, vt possit docere; adeo quòd qui potest docere, signum præbet, quòd sit vere sciens. Neq; vero addubitandum de hac assertione, quin sit verissima: nam qui fieri potest, vt quispiam alium doceat, nisi ipse prius scierit, quæ velit alium docere? assertioq; prædicta allata est ab Aristotele pro ijs, quæ postea inferet circa typos, & notas sapientiæ; inter quas erit & ista, quòd qui fuerit præditus sapientia, maxime erit aptus ad docendum: non autem propter hoc solum, vt inferat (sicuti Suessanus asserit) quòd ars sit magis scientia quàm experientia, quoniam artifices possunt docere causas; expertes autem non possunt; sed magis lata est accipienda sententia. Suessan. [r] *Præterea sensum nullum putamus sapientiam esse.* hæc quoque assertio deseruit ad deducendum, quòd præstans cognitio, ipsaq; sapientia, non debeat dici a quacunque notitia: etiam quòd esset in suo genere certissima, proprijssima, & exactissima, qualis est cognitio sensitiua circa singularia; quæ proprijssime, & exactissime a sensibus percipiuntur: ita quidem, vt nulla alia potentia cognosci possint exactius singularia (vt singularia sunt) quàm cognoscantur ab ipsis sensibus. Veruntamen, quoniam hæc sensuum cognitio nō affert causam, nempe dicit propter quid ita se res habeant; ideo non digna, quæ sapientiæ nomine nuncupetur, quæ ad aliam cognitionem, vti præstantiorem est transferenda. [s] *Preter sensus communes.* ita habent omnes latini codices, præter illum Bessarionis, qui ita legit: *supra communes sensus inuentorem*: & ita etiam conuertit interpres Alexandri; cum tamen non sit dissimulandum, in aliquibus græcis cod. legi, περὶ, loco huius dictionis, παρὰ, quam omnes sequuntur; quam tamen Alexander non ponderat; sed solum hoc dicit, hinc probari cognitionem esse admirabiliorem actione: quoniam inuētores artium sint honorati, vt sapientes, & non solum ob vtile, quod cōtulerint hominibus. Aliqui vero hunc locum ita interpretantur. quòd in honore habiti fuerint, si qui, super communem sensum, artem inuenerint. Atqui, cum præter communes sensus non potuerint artes inueniri, cum necesse sit, vt in sensu communi fiant impressiones experientiæ, & ex hac artes deinde constituantur; idcirco dicendum videretur, quòd, qui artem aliquam inuenerunt, circa communes sensus (idest circa impressiones in cōmunibus sensibus factas) his innixi eam inuenerunt, atque composuerunt: quæ interpretatio ad illam vocem, περὶ, esset consentanea; Aut legendo, παρὰ, ita interpretari possumus: quòd, qui præter communes sensus, id est, præter cognitionem ex sensibus prouenientem omnibus communem (iuxta illud, quod dicitur cap. sequenti quòd sentire est commune omnibus) artem aliquam inuenerunt, constituentes regulas vniuersales, & causas effectuum assignantes; ij iure in honore habiti sunt; non solum propter vtile, quod hominibus contulerint; verum etiam multo magis ob sapientiam, quam ex huiusmodi inuentis præ se tulerint. [t] *Ad degendum.* græce habetur πρὸς διαγωγὴν, id est, ad degendum: qua voce frequēter vsus est Aristoteles in lib. de repub. præsertim vbi tractat de musica; & vitę quoddam veluti ocium delectabile significatur, quod ad vitam degendam inseruit: vnde infra lib. 12. (quem nos omnium horum librorum postremum constituimus) Deo quoque attribuitur ipsa diagogi, seu vitæ traductio; quę sane non nisi in actu intelligendi se ipsum diuinissimum obiectum est posita. Hoc autem loco, pro hac ipsa, diagogi, intelliguntur artes illæ, quæ ad voluptatem sunt inuentæ: vt homo, qui (vt inquit Alexander) eget alterna requie; artium operibus recreetur: veluti sunt, quæ ad musicam pertinent, & ad spectacula; Alexand.

Alexand.

ſpectacula; vti eſt tragedia,& comedia, & huiuſmodi: quæ differunt a contemplationibus: quoniam prædictæ artes habent pro fine actionum ſuarum voluptatem, vt inquit idem Alexander: at in contemplatione, voluptas eſt aſſecla contemplationi. Ac propterea cap. ſequenti Ariſtoteles reijcit ab ipſa primaria, præcipuaque ſapientia, artes omnes, quæ ob neceſſitatem, vel ob voluptatem ſunt adinuentæ ad communem vſum vitæ: vbi etiam animaduertit, poſt huiuſmodi artes, inuentas eſſe ſciẽtias, quæ per ſe ſunt expetendæ: vti illæ, in quarum facultatibus apex ſummæ fœlicitatis humanæ conſtituitur. [u] *Cuius autem gratia nunc ſermonem facimus*. quo tendat ſermo hactenus habitus, colligit hoc loco Ariſtoteles inquiens; hæc antea ſe præfatum eſſe, vt oſtenderet (quemadmodum interpretatur Alexander, ſpeculatiuas artes actiuis eſſe nobiliores; & ſapientiam eſſe primorum principiorum
Alexand. cognitionem. Verum non conſtat, hoc deduci ab Ariſtotele: ſed iſtud quidem: ex communi hominum exiſtimatione cenſeri, ſapientiam verſari circa prima principia, & cauſas. Cui ſententiæ tanquam veriſſimæ & ipſe Ariſtoteles ſubſcribens, eamque confirmans, ſubiunxit; idcirco hæc omnia antea a ſe fuiſſe deducta; nempe, quòd expertus eſt ſapientior habente quamcunq; ſenſationem: & artifex experto; & architectus ipſo opifice; & ſpeculatrices artes ſunt ipſis actiuis ſapientiores: ex quibus deinde hanc intulit concluſionem; quòd ſapientia eſt ſcientia, quæ verſatur circa cognitionem cauſarum, atq; principiorum.

De notis, & prærogatiuis ſapientiæ, & de methodo obſeruanda in hac ſcientia. Cap. II.

P A R A P H R A S I S.


QVONIAM autem eam ſcientiam inquirimus, cui nomen competit ſapientiæ, & munus ſimul incumbit, cauſas & principia contemplandi; iam videndũ eſt, circa quas cauſas & principia huius verſetur contemplatio; vt hinc & natura huius ſcientiæ detegatur, & ad ipſam venandam, explicandamq; recta nobis pateat via. Id igitur vt facilius aſſequamur, præmittendæ ſunt exiſtimationes illæ; quas ex communi hominum conſenſu, de ſapientia, & ſapiente receptas habemus. Harum prima eſt, vt ſapiens exiſtimetur, qui maxime ſcit omnia, quatenus contingit ſcire omnia, ſub quadam notitia vniuerſali, non habendo de rebus ſingulis particularẽ ſcientiam, ſeorſum ab ipſa vniuerſali. Secunda exiſtimatio: quòd ſapiens eſt, qui valet cognoſcere difficilia cognitu, & non plana homini, ſicuti eſt ſentire, quod eſt commune omnibus, ac propterea facilis eſt eius operatio, & nil continens ſapientiæ. Tertia exiſtimatio eſt: quòd in quaq; ſcientia ſapientior eſt, qui certiorem, & exactiorem obtinet de rebus cognitionem. Quarta eſt: vt ſapientior in quaq; ſcientia ſit, qui cauſas rerum magis valeat tradere, & docere. Quinta pertinet ad ſcientias: vt ſcientiarum illa magis ſapientia cenſeatur, quæ eſt gratia ſui ipſius, & propter ſcire expetenda; quàm ea, quæ ob aliud, ob commoda ſcilicet, quæ ab ipſa proueniunt, eligatur. Sexta, atque poſtrema eſt exiſtimatio: quòd ſcientia illa eſt magis ſapientia, quæ magis eſt princeps, & imperans; quàm ea, quæ alteri adminiſtrat; ſi quidem non eſt decens, vt ſapienti præcepta dentur, & alicuius ipſe ſubdatur imperio; ſed debet alijs ipſe præcepta dare: & qui minus eſt ſapiens, eius dictis obediens eſſe. Hæ igitur, & tot ſunt exiſtimationes, quas habemus de ſapientia, & de ſapiente: Quomodo autem ſingulæ ſint accipiendæ, aperiendum eſt. Ac primum quidem, quod requiritur in ſapiente, vt maxime ſciat omnia; ex hoc ipſo pendet; ſi maxime vniuerſalem calleat ſcientiam: qui enim hanc obtinet, quodammodo ſcit omnia, quæ vniuerſo generi ſunt ſubiecta: veluti, qui ſcientiam entis habuerit, quatenus eſt ens (cum entis ambitus ſit maxime vniuerſalis) is ſciet omnia, quæ enti ſubijciuntur: ideſt vniuerſa, quatenus vniuerſa entis referunt naturam. Secunda vero conditio, quæ requiritur in ſapiente, huic iam explicatæ eſt affinis, atque coniuncta: nam, qui ſcientiam obtinet maxime vniuerſalem, hunc cenſendum eſt etiam habere notitiam rerum maxime difficilium: ſiquidem difficillima cognitu hominibus, ferme ſunt, quæ maxime ſunt vniuerſalia: vti ea, quæ a ſenſuum perceptione abſunt longiſſime, paucis cum ſint arctata, & affecta conditionibus; quæ plures in rebus magis particularibus reperiuntur & apparent: vt propterea & hæ ſenſibus noſtris magis ſint obuiæ, & nobis conſequenter magis notæ. Nil tamen prohibet, quin res aliquæ, quæ ſunt magis particulares, ſint nobis cognitu difficiliores nonnullis alijs, quæ magis vniuerſalem referunt naturam. Tertium enunciatum, quòd ſcientiæ illæ ſint maxime ſapientię quæ ſunt exactiores, ita manifeſtatur. Nam huiuſmodi ſunt illæ ſcientiæ, quæ maxime primorum habent contemplationem; hæ autem, cum de rebus ad pauciores conditiones arctatis tractent, exactiorem cognitionem afferunt, illis alijs, quæ verſantur circa res pluribus affectas conditionibus: quemadmodum in libris Analyt. conſtitutum eſt; vt propterea arithmetica ſit ſcientia exactior, quàm geometria; quoniam illa tantum de numeris, abſq; vlla alia materiæ appoſitione tractet: hæc vero alia de lineis, & alijs magnitudinibus materiam quandam concernentibus. Vnde ſcientia, quæ contemplatur ens, hac tantum conditione, quatenus eſt ens, cum verſetur circa id, quod maxime primum eſt, minorique arctatum conditione, quàm ſint numeri, qui ad entis naturam habent & hoc adiectum, vt ſint numeri,

numeri, omnium scientiarum erit exactissima. Quartum enunciatum, quo decernitur, ad sapientiam maxime accedere illam scientiam, quæ magis tradit, & docet notitiam causarum, hunc in modum facile aperitur. Nam quæ scientia magis est contemplatrix causarum, hæc proculdubio est aptior ad docendum, siquidem illi docent, qui circa vnunquodq; causas afferunt; cum scire, & ad sciendam præcipuam peruenire, pendeat ex cognitione causæ; prout in Analyt. ex communi sententia constitutũ est. Idcirco, quæ scientia omnes causas magis contemplatur, qualis est, quæ speculatur ens inquantum ens, cum ad a[illegible] contemplationem causarum perficiat; vtique ad docẽdum maxime omnium erit apta, & idonea: ac consequenter maxime sapientia. Quintum autem enunciatum hunc in modum dilucidatur, vt pro confesso habendum sit, quòd cognoscere, & scire ob id ipsum vt cognoscatur, atq; sciatur, quàm maxime illi competit scientiæ, quæ est de re maxime scibili. Nam nemini dubium esse debet, quòd quicunque eligit scire ob id ipsum vt sciat, & non ob aliud; is scientiam, maxime scientiam existentem, eligit: hæc autem proculdubio illa erit, quæ agit de re maxime scibili: maxime autem scibilia sunt ea, quæ sunt prima, & habent rationem causæ; propter hæc enim ex ijs cognoscuntur & alia. & non prima ex illis, quæ ipsis sunt supposita, nota fiunt. Sextum denique, & vltimum enunciatum, ad principaliorem, & alijs præsidentem scientiam attinens, hũc in modum manifestatur; vt scientia illa dicatur scientiarum principalissima, & magis principium sciendi continens quàm ministrans; illa nempe, quæ cognoscit, cuius rei gratia quodq́; sit agendum; quod quidem est ipsum bonum cuiusq;. Quemadmodum [illegible] ratione equestris facultas, est principalior arte frenifactiua; cum illa cognoscat, ad quid vtile sit frenum, & quomodo sit construendum: & ideo equestris arti frenifactiuæ, quæ sibi ministrat, normam præscribit freni fabricandi. Omnino autem & in vniuersali, illud, cuius gratia est quodq;, est ipsum optimum in vniuersa existens natura: ex quo sequitur, vt quę scientia hoc ipsum optimum speculatur, hæc inter omnes alias sit principalissima. Ex ijs autem enunciatis, & existimationibus, quas habemus de sapientia, optime colligitur, in vnam eandemq; scientiam cadere quæsitum nomen sapiẽtiæ. Siquidem oportet hanc ipsam esse speculatricem primorum principiorum, & causarum; inter quas & bonum (ipsum cuius gratia) continetur; cum finis sit vna causarum. Vnde, cui scientiæ competit has primas causas contemplari, inter quas & finalis comprehenditur, eidem omnia oportet vt conueniãt, quæ sunt attributa sapientiæ: nempe, vt & maxime vniuersalium, & difficillimarum rerum sit contemplatrix, & consequenter exactior scientia: & causarum itidem maxime demonstratrix, & sui ipsius causa existens: & inter omnes alias scientias primatum, atque dominium tenens: hæc enim singula ad positionem, quòd sit scientia contemplatrix primorum principiorum, consequuntur; vt percurrenti inductione circa omnes existimationes, quæ sunt de sapientia, potest esse perspicuum. Quòd autem hæc scientia, cui supponimus competere nomen sapientiæ, non sit effectrix: colligitur ex primis philosophantibus; qui quidem (vt & nunc) ita quoque prius ex eo quòd admirarentur, & dubij essent de rebus, quas conspicerent, cęperunt philosophari: primo quidem circa res faciliores, quæ præ manibus aderant: mox vero paulatim & ad grauiora procedentes, affectiones lunæ, & solis, & astrorum, & vniuersi [illegible] omnium generationem contemplati sunt. Quòd si admirabantur, addubitabantque de ijs, de [illegible] proculdubio supponendum est, quòd ea ignorabant, circa quæ admiratione afficiebantur. Ex quo [illegible], quod propter ipsum scire, & non ob vllam aliam vtilitatem scire affectabant, nempe, vt [illegible] ignorantiam: vnde etiam philosophus est quodammodo philomithos, id est amator fabularum, quæ ex admirabilibus constituuntur. Hoc idem etiam docet, & comprobat [illegible] rerum euentus. Siquidem, rebus iam inuentis & comparatis, quæ ad facilem & commodam vitam agendam, necnon ad voluptatem perfruendam pertinerent; hæc deinde prudentia, atque hoc studium sciendi cœptum est quæri. Vnde supponendum est, hanc scientiam, quam dicimus esse sapientiam, [illegible] typos & notas scientiæ attributas, nullum ob vsum, aut vtilitatem a nobis inquiri: sed, quemadmodum dicimus, quod homo ille est liber, qui est sui causa, & non ad alterius voluntatem delegatus; ita quoque hæc scientia, sola est libera inter omnes scientias; vt quæ sola sit sui causa: vnde etiam huius scientiæ possessio, iure non esse hominis censeretur, quòd hominis natura per plurimum est serua; ob illas scilicet necessitates, quibus homo opprimitur; vel etiam ob irrationabiles appetitiones, quibus est obnoxius. Et propterea (secundum sententiam Simondis) Deus solus hunc sibi vendicat honorem, vt hac præstantissima fruatur scientia. Verum (si vera loqui velimus) indignum est homine, vt non perquirat scientiam, quæ ipsi congruit: vt minime (sicuti dictum est in lib. 10. Ethic.) audiendi sint, qui aiunt, homines humana, & mortales mortalia curare debere: quin ob diuinam intellectus naturã, qua præditus est homo, vt hanc pręcipuam scientiam in primis consequatur, omne suum studium, & omnem operam nauare debet. Quòd si quid dicunt poetę, & diuinitatem affectus inuidię tangere potest, in hoc maxime verisimile est, quòd dij, ob hanc scientiam, hominibus inuiderent: & ita contingeret ipsos esse infœlices, qui omnium sunt pręstantissimi. Verum, non contingit diuinitatem tangi affectu inuidię: sed (vt est in prouerbio) multa mentiuntur poetę; prout & in hoc, quod modo dictũ est. Neque vero existimandum; quòd hac scientia, quam descripsimus, vlla alia sit honoratior: siquidem, quę diuinissima existit, eadem proculdubio est honorabilissima: diuinissima autem scientia duplici ex capite cõtingit esse; aut si sit ea, quam vel solus Deus, vel maxime obtinet; aut si circa diuina versetur: hęc autem, quam nominauimus sapientiam, horum vtrunque consecuta est scopum. Nam hanc Deus, vel solus, vel maxime habet: & cum Deus omnibus videatur esse causa, & principium quoddam;

hinc

hinc ad scientiam,causas & principia contemplantem attinet & de hoc principio,de Deo scilicet contemplari: atq; ideo scientia agens de Deo,erit diuinissima,ac consequenter omnium honorabilissima. Quare concludendum est,quòd aliæ omnes scientiæ,sint magis necessariç, nulla autem hac ipsa, quam descripsimus, præstantior. Iam vero oportet quodammodo constituere ordinem,qui sit seruandus in hac scientia pertractanda, oppositus nempe inquisitionibus habitis a principio, cum primum cœperunt homines philosophari. Nam (vt dictum est antea) omnes incipiunt ab admiratione, dubij & ancipites,num ita se res habeat,vel circa solis conuersiones,vel circa lateris immensurabilitatem; adeo vt ijs ipsis contingat illud,quod euenit & ijs,qui circa illa mira arte facta,quç per se mouentur (de quibus agitur in quæstionibus mechanicis) dum nondum causam motus ipsorum inspexerint, admirantes atq; dubij manent, num nec ne ita se habeat id, quod ipsorum oculis apparet: ita enim quoque prima in inspectione,mirabile cunctis videtur,si quid eorum, quæ minima sunt, non mensurentur; vt diameter lateri mensurari non possit. Atqui oportet contrariam hic inire rationem; & (iuxta prouerbium) in melius desinere: vt quemadmodum & ijs alijs contingit in melius desinere, cum causam discunt rerum, quarum prius admiratione tenentur,& ipsis ignotæ erant: ita quoque in hac alia philosophandi ratione,quid simile obtineatur. Siquidem nihil tam admirabitur vir geometricus, quàm si diameter esset mensurabilis costæ: vnde nobis sic est inquirendum,vt perscrutemur,num subsistant, quæ inuenta,& allata sunt prius; an aliter possint se habere: vt hac ratione,in ista scientia ordo doctrinæ in melius perficiatur; dum omnia exactius discutiuntur, & explicantur. Hactenus igitur dictum est, quænam sit natura scientiæ quæ inquiritur: & quisnam sit scopus,quem assequi habeat proposita inquisitio, & vniuersa methodus hic explicanda.

T E X T V S.

QVONIAM autem hanc scientiam quærimus, hoc vtique fuerit considerandum [a] circa quales causas, & qualia principia scientia sapientia est. Si itaque repetat quispiam,quas de sapiente opiniones habemus,fortassis ex hoc magis appareat. Primo igitur opinamur sapientem maxime omnia, [b] vt possibile est scire,non habentem singulariter eorum scientiam. Deinde illum,qui difficiliora,neque scitu facilia homini cognoscere possit,sapientem existimamus. sentire enim omnibus commune est: quamobrem facile,& neutiquam sapiens est. [c] Item illum,qui certior,ac magis docere valens causas reddat,sapientem in omni scientia esse. Scientiarum quoque illam, quæ gratia suiipsius, & propter ipsum scire, quàm illam,quæ aliorum gratia eligenda sit,magis sapientiam esse: Et principaliorem, quàm ei subministrantem, potius sapientiam esse. non enim vt sapienti præcipiatur, sed vt ille prçcipiat: nec vt ille ab altero, sed vt ab eo minus sapienti suadeatur, decet. Opiniones itaque tales,ac tot de sapientia, & sapientibus habemus. Horum autem hoc quidem,omnia inquam scire, illi, [d] qui maxime vniuersalem scientiam habeat,necesse est inesse. hic enim quodammodo omnia subiecta scit. [e] Fere autem & difficillima hominibus cognitu sunt ea,quæ maxime vniuersalia sunt,siquidem remotissima sunt a sensibus. [f] scientiarum autem illæ certiores sunt,quç maxime primorum sunt.nam quæ sunt ex paucioribus certiores ijs sunt,quæ ex additione dicuntur: vt Arithmetica quàm Geometria. [g] At vero illa magis docet, quæ causas speculatur. ij enim docent,qui causas singulorum dicunt. [h] Intelligere autem, & scire eorum ipsorum gratia, illi prçcipue scientiæ inest, quæ eius est, quod maxime scibile est. qui enim scire eius ipsius gratia eligit. eam, quç maxime scientiam est, prçcipue eliget. talis autem est eius, quod maxime scibile. [i] Maxime autem scibilia sunt ipsa prima & causç: propter hçc enim & ex ijs cçtera cognoscuntur, sed non hæc per subiecta. [k] Principalissima autem scientiarum, & principalior subministrante est,quæ cognoscat id, ob quod quodque agendum sit. hoc autem est bonum cuiusque, & vniuersaliter quod in omni natura optimum est. Ex omnibus itaque dictis, in eandem scientiam cadit, quod quæritur, nomen. oportet etenim primorum principiorum, & causarum eam speculatiuam esse. nam & bonum, & cuius gratia vna de causis est. Quòd autem non factiua, etiam ex primis philosophantibus patet. propter admirationem enim & nunc, & primo cœperunt homines philosophari. a principio quidem admirando ea, quç de dubitandis faciliora erant: deinde paulatim vlterius procedentes, etiam de maioribus dubitando, vt de passionibus Lunç, & eorum, quç circa Solem, & stellas fiunt,ac de generatione vniuersi. Qui vero dubitat & admiratur, putat se ignorare. [l] Quare Philosophus amator fabularum quodammodo est,eo quòd fabula ex mirandis constat. Quare,si propter fugam ignorantiç philosophati sunt, patet quòd causa cognoscendi, & nullius vsus gratia ipsum scire prosequebantur. Testatur autem id ipsum,quod contingit. fere enim omnibus inuentis,quç ad necessaria, & facilitatem, ac ad degendum conducant, [m] huiusmodi prudentia quçri cœpta est. Patet itaque,quòd ob aliam nullam vtilitatem quçrimus, sed,quemadmodum dicimus, liber homo de eo,qui suiipsius, & non alterius gratia est,ita & hçc,sola scientiarum libera est: siquidem sola hçc suiipsius gratia est. Quare merito non humana eius possessio putabitur. natura etenim hominum in plerisque serua est. Quapropter secundum Simonidem Deus vtique solus hanc habet dignitatem. Hominem vero indignum non quçrere illam, quç sibi conuenit,scientiam. Quòd si quid Poetç dicunt,& natura comparatum est vt diuinitas inuideat,in hoc maxime id verisimile est contingere, [n] & infælices omnes esse,qui altiora se quçrunt. Sed nec diuinam naturam inuidam esse conuenit. Poetçque,secundum prouerbium,multa mentiuntur. [o] Nec aliam quàm huiuscemodi

huiuſmodi decet honorabiliorem putare. quę enim diuiniſſima, eadem etiam honorabiliſſima eſt. Talis vero [illegible] *vtiq; fuerit. nã & illa, quam maxime Deus habeat, diuina ſcientiarũ eſt, & ſi qua eſt, quę diuinorum ſit. hęc autem ſola vtrunq; conſecuta eſt.* [p] *Deus etenim tum cauſa omnibus eſſe videtur, tum quoddam principium.* [q] *& talẽ aut ſolus, aut pręcipue Deus habet.* [r] *Cæteræ itaq; omnes magis ea neceſſariæ ſunt, nulla vero melior.* [s] *Oportet autem quodammodo eius ordinem in contrarium nobis inquiſitionũ, quę a principio erant, conſtitui. incipiunt etenim omnes, vt diximus, ab admiratione, an ſic ſe habeat, ſicut de præſtigiis, quę per ſe ipſa mouentur, illi, qui nondum ſpeculati ſunt cauſam. aut de ſolſtitijs, aut de* [illegible] *admirabile enim omnibus videtur, ſi quid, cum non ſit minimũ, non menſuretur. decet autẽ in contrariũ, & in melius, ſecundũ prouerbiũ, conſummare, quemadmodũ in his fit, cum didicerint. nil enim magis vir Geometricus admiraretur, quàm ſi diameter cõmenſurabilis fieret. Quęnã igitur natura eius ſcientię, quę quęritur, & quę intentio, quam debet quęſtio, & totus tractatus conſequi dictũ eſt.*

ADNOTATIONES.

CIRC. 4 [a] *quales cauſas, & qualia principia ſcientia, ſapientia eſt.* dicit hoc loco Alexan. ꝙ ex hac diſciplina oportet petere cognitionẽ remotã principiorum, & cauſarũ; ſubinferẽs, ꝙ hæc ſunt entis velut principia, per quæ exiſtunt ſingula entia, de quibus eſſe prædicatur: & huiuſmodi principia & cauſæ (inquit) ſunt vt primę, & quæ proprijſſimæ ſubſtantiæ eſſe intelligũtur. hæ namq; ſunt ſubſtantiarũ principia; ſubſtantiæ vero cæterarũ rerũ: ideſt ſubſtantiæ, quorũ ſunt principia, ipſæ ſunt principia ipſorũ accidentium. Vbi notandũ eſt, hæc dicta Alexandri conuenire cum doctrina [illegible] in lib. 12. apud nos poſtremo, dũ ibi explicatur, quæ, & quot ſint principia ſubſtantiarũ cõpoſitarum; quarum principia intrinſeca aſſignantur materia & forma; quæ etiã ſunt ſubſtantiæ; licet magis ſimplices: ibiq; additur, ꝙ ſubſtantiæ compoſitę ſunt principia accidentium, quorũ etiã dici poſſunt prima principia illa eadem, quæ ſunt principia ſubſtantiarum cõpoſitarum. Ex quo patet, ſcopum huius philoſophiæ dirigi potiſſimũ ad contemplationẽ principiorum & cauſarũ, quæ pertinent ad huius vniuerſi compoſitas ſubſtantias. [b] *Vt poſſibile eſt ſcire.* conſtituit ſapientẽ eſſe, qui maxime cognoſcit omnia; hanc autẽ de omnibus rebus cognitionem limitari dicens: quatenus contingit ſcire omnia, habendo cognitionem vniuerſalẽ, & non ſingularem de rebus ſingulis: etenim qui ſcierit res aut mathematicas, aut naturales ſub entis ratione; eas ſciet in vniuerſali, non aũt ſecundum ſingularẽ, & magis diſtinctã cognitionem, quæ de eiſdẽ haberi poteſt ſub magis particulari conſiderandi ratione; ſecundũ quam vnuſquiſq; artifex ſpeculatur proprium ſubiectũ; non vt ſapiens vniuerſalis, ſed vt doctus, & ſciẽs circa ſuum ſubiectu: atq; ideo cum primus philoſophus contempletur ens, quatenus eſt ens, rerum omniũ quidditates in genere contẽplatur. ſingularum autẽ rerum definitiones particulares nõ perſequitur, ſed eas relinquit explicãdas ſcientijs particularibus. Neq; ignorandum huiuſmodi cõparationẽ in alijs [illegible] ſcientijs poſſe perpendi: vnde dixerimus, ꝙ arithmeticus magis ſcit omnia, quàm muſicus; propterea [illegible] arithmetica numerũ in genere contẽplatur; muſica vero, vt a ſono limitatur, de quo arithmetica non [illegible] quæ tamen ampliorẽ complectitur conſiderationẽ, dum tractat de numero in vniuerſum [illegible]. [c] [illegible] *qui certior ac magis docere valens cauſas reddat, ſapientẽ in quaq;* [illegible] [illegible] conditiones attributæ ſapienti, vt adnotauit etiam Alexan. Altera eſt, [illegible] exactior. altera [illegible] magis [illegible], & docere poſſit cauſas; & vtraq; conditio circa omnẽ ſcientiam cadere poteſt. Et prima quidẽ aderit, vel vbi ipſum quia, & ipſum propter quid ſimul tradatur; hæc enim exactior erit ſcientia, quàm ea, in qua habeatur ipſum quia ſeorſum ab ipſo propter quid, vt conſtitutũ eſt in lib. 1. poſt. Analyt. c. 23. vel etiã erit exactior ſcientia, ſi exiſtat circa ſubiectum, quod ſit ad minores conditiones arctatũ; quàm ſi ad plures conditiones diffundatur; vt propterea arithmetica cenſenda ſit exactior ſciẽtia, quàm geometria; ſicuti eodem loco Analy. explicatũ eſt; & de hoc etiã paulo infra dicetur. Alia vero cõditio ad hoc pertinet, ꝙ magis ſit ſapiẽs, qui magis docere poteſt cauſas rerũ: de quo latius quoq; infra dicetur. [d] *Qui maxime vniuerſalem ſciẽtiam habeat.* explicat quomodo conditio ſciendi omnia, cõpetit illi artifici, qui maxime vniuerſalẽ habeat ſcientiã. Cuius propoſitionis hanc a ſimili deducit Alexander probationẽ, inquiens: ꝙ ſicuti qui nouit principia quarundã rerũ, etiam quandam illorũ vniuerſalẽ habet cognitionẽ: ita quoq; qui nouit omniũ rerũ principia, rerũ etiã omniũ quandam habet vniuerſalẽ notitiã. Ariſtoteles autẽ hanc propoſitionẽ ita explicauit ſubiungens: ꝙ qui habet maxime vniuerſalem ſcientiã, is quodãmodo nouit omnia, quæ huic ſcientiæ vniuerſali ſunt ſuppoſita: nempe dũ cognoſcit hęc, quatenus cõprehenduntur ſub vniuerſali cõſideratione: non aũt diſtincte ſecundũ aliã ſcientiã, quę magis particularis de ipſis haberi poſſit. Et cũ dicat, ꝙ omnia cognoſcũtur, quatenus ſubiecta ſunt vniuerſali ſciẽtię: hinc clare innuit, vniuerſalia (de quibus loquit') non ſolũ accipi debere vt vniuerſalia in cauſando tantũ, vt plurimi cenſent; verũ etiã in prædicãdo, vt dicunt ſcholæ; ita quidẽ, vt cõceptus vniuerſalis, qualis eſt ipſius entis, prędicetur de oĩbus contentis in hac ſcientia: nõ quidẽ modo vniuoco, ſed analogico: vt alio opportuniori loco explicabit'. & ita cognoſcẽs in vniuerſali (vt dicit Ariſt.) quodãmodo ſuppoſita cognoſcit: quia in vniuerſali, nõ in particulari cognoſcit. [e] *Ferme autẽ & difficillima hominibus cognitu ſunt ea, quæ maxime vniuerſalia ſunt.* huius aſſertionis hanc affert Ariſtoteles probationem; qm̃ ſcilicet vniuerſalia longiſſime abſunt a ſenſibus, a quibus cũ omnis noſtra cognitio pendeat, hinc ſequitur, ꝙ quæ ab his abſunt longiſſime, ſint nobis difficillima cognitu, vt quæ

Alexand.

Alexand.

Alexand.

minus cadant sub sensum: hæc autē dicit esse illa entia, quæ maxime sunt vniuersalia: idest, quorū notiones sunt huiusmodi, vt cõmunes pluribus maxime sint: & huiusmodi sunt ea, quę simplicissimę sunt naturæ, neq; pluribus particularibus cõditionibus sunt affectæ; qualis potissimū, & super omnia est Deus benedictus. deinde alię intelligentiæ. Adhęc cœlū, & simplicia elementa: nec nō principia, & partes cõstitutiuæ plantarum, & animaliū; si ijs cõparentur, quæ sunt naturæ magis compositæ. siquidē plantæ & animalia, vt pluribus particularibus conditionibus sunt insignitæ, & ideo sensibus nostris magis sese obijciunt, ita etiā sunt nobis notiorés, quàm ipsorum partes, & principia: & inter substantias cõpositas, quæ magis ét compositæ sunt, solent nobis esse notiores illis alijs, quę simpliciorē obtinent naturā. Hęc autē omnia, quæ sunt simplicioris naturæ, notiones seu conceptiones magis vniuersales obtinent: illas nempe, quæ pluribus conueniunt secundū vniuersalē considerandi rationē. Veluti de Deo opt. max. nō possumus enunciare, nisi notiones, quæ ad entis nominationē pertinent: vt ꝙ sit ens. Vnde dictum fuit Moysi a domino. *Ego sum qui sum*; aut quòd sit actus perfectus. Quæ notiones (nempe ipsius entis, & ipsius actus) maxime sunt generales, pluribus aptandæ rebus: licet deinde Dei natura (quatenus nobis permissum est) ab alijs rebus secernatur quibusdā proprijs additionibus, de quibus alibi dicēdū est. De cœlo autē notiones, quę sunt magis particulares, enunciabimus, addendo alia ad entis vniuersales cõceptiones tū substantiæ, tum actus vel potentiæ: vt puta ꝙ sit corpus quoddā mobile, principiū atq; naturam habens sese mouendi: quodq; mouetur indesinenter, luminis affectū qualitate, maxime iuxta astra, quibus est ornatū; per quæ omnia, cęli natura nostris sese ostentat oculis cognoscenda. At Dei essentia, & si vbiq; vigeat sua diuinitate, atq; potentia; nullo tamen simulacro, quo eius natura proprie cõtineatur, vspiam apparet; neq; nobis in hac vita apparere potest; quoniā (vt scriptū est) *Deum nemo vidit vnquam*. Eatenus autē a nobis comprehenditur; quatenus huius vniuersi machina, a nostro percepta intellectu, de eius diuinitate vestigiū, & eximiū nobis præbet argumentū: dum per mundum nobis significatur, Deum rerū omniū esse motorem, atq; conseruatorē in genere causæ finalis, iuxta placita Aristotelis. Aut (vt est rei veritas iuxta fidem nobis reuelatam) ipsum esse rerum omniū, quæ prius non erant, creatorem, gubernatorē, atq; conseruatorem. Et quo magis a cœli natura discedentes, peruenerimus ad res illas, quæ sunt magis cõpositæ, & ita pluribus affectæ conditionibus; eo quoq; maior eas cognoscēdi occasio nobis subministrabitur. Ac propterea de animalibus, & pręsertim de perfectioribus, notitia plurima, & facilis nobis est obuia: ꝙ non solum entis notiones generales omnibus cõmunes præseferant, & naturam corporis mobilis vt cœlum, & generabilem & alterabilem vt elementa: sed etiā vita viuunt, vt plantę, ac sensibus pręterea sunt prædita: vnde & plurimis qualitatibus sunt affecta, & varijs addicta operationibus; ex quibus omnibus plurima de ipsis ad nos emanare potest notitia. Hęc autē sententia, ꝙ quæ sunt maxime vniuersalia, sint nobis cognitu difficillima, eo ꝙ longissimæ absint a sensu; habetur etiam in lib. 1. post. Analy. cap. 2. vbi addit Aristoteles; ꝙ singularia sunt nobis notiora, vt quę sensui sint magis propinqua, & obuia; intelligendo per singularia, res illas, quæ pluribus singularibus conditionibus sunt affectæ. Dicit autē in hoc loco, ꝙ vniuersalia sunt ferme difficillima cognitu: id quidē, quoniā contingit aliquando, ꝙ nonnullæ res, quibus notiones magis vniuersales cõpetunt, & si tot particularibus conditionibus non sint præditæ, quibus nonnulla alia entia sunt affecta, nihilominus tamen erunt nobis cognitu faciliores: sicuti dixerimus, notitiam quattuor elementorū, videlicet ignis, aeris, aquæ, & terræ, nobis esse promptiorem; quàm sit ea, quę de nonnullis animalibus percipi possit, ambientibus inter naturā plantæ, & animalis: idq; ob horum magis latentē propriam naturā. Vnde etiā in hanc sententiam dictū est in 1. lib. de anima in initio: ꝙ scientia de anima, quæ rebus competit maxime cõpositis, est vndequaq; & penitus difficillima, ob varias scilicet, atq; plurimas, & maximas difficultates, quę contingunt circa eius contemplationē. Neq; vero huic sententiæ, ꝙ quæ sunt vniuersalia, nobis sint cognitu difficillima, aduersatur illa alia; quæ habetur in procemio phys. ꝙ confusa, græce συγκεχυμένα, & intelligũtur vniuersalia, sunt nobis notiora; singularia vero magis nota naturæ. Nam dicimus, in hac dictione *vniuersale*, hanc esse æquiuocationem; ꝙ vniuersale potest accipi, tum pro ea rerū natura, quæ sit maxime vniuersalis: vt, quoniā sit valde simplex, ideo conceptio circa eam sit iuxta notionē admodū generalem, quæ pluribus potest esse cõmunis: tum etiā pro ipsa generali notione seorsum accepta ab hac, vel illa determinata rerum natura; quatenus de pluribus est apta prædicari. vnde dicimus: ꝙ si accipiatur vniuersale secundum rerū naturam determinatam, & non quatenus de pluribus prædicatur: ita verū est, ꝙ maxime vniuersale erit difficillimum cognitu; vti hoc loco dicitur; quoniā huiusmodi natura paucis affecta conditionibus, minus potest esse obuia sensibus; cuius tamen notio in genere pluribus accõmodatur rebus. Quòd si accipiatur vniuersale, quatenus confusam & generalē rerum notitiam cõcernit, & comparetur notitiæ, quæ magis distincta haberi potest de rebus præter vniuersalem, & cõfusam cognitionem, vtiq; hæc notitia vniuersalis est notior, nobisq; promptior, atq; prior ea notitia, quę de eisdem rebus magis distincta, atq; dearticulata tradatur: quod constitutum est in procemio physicorum. Vnde Aristoteles ibidem, a notioribus nobis exordiens, prius de principijs rerum naturaliū, veluti quid pro materia, aut forma, aut priuatione sit intelligendum, egit ita in vniuersum, in communi, & in confuso. deinde vero in sequenti philosophia, quam tradidit de cœlo, de elementis, de mistis, & animalibus; ad notitiam distinctam principiorum huius, vel illius rei naturam determinatam concernentium progressus est: & id quidem iure merito: quando distincta huiusmodi notitia, absque illa alia præcedente confusa & vniuersali, de re vlla non obtineatur. Et valde quidem est rationi consonum, vt quæ notio, seu

mo, [illegible] conceptus in pluribus rebus reperitur; nobis notior in genere euadat: atq; ideo cũ entis natura, [illegible] maxime vniuerſalis, eadem quoq; iuxta confuſam notitiã, erit ſuper omnia nobis manifeſtiſſima, cum omnia, quæ ſeſe nobis offerunt, entis referant naturam. Diſcrimen autẽ maximum eſt inter entis & aliorum communium generum notionem: Nam etſi vnicuiq; vniuerſali (quatenus confuſe [illegible]) id competit, vt quatenus eſt vniuerſale, aut nihil ſit, vt dicitur in lib. 1. de anima, aut quid poſterius, nempe poſterius a diiuncta cuiuſq; rei natura, attamẽ in alijs generibus (excepto ente omnium communiſſimo) id inerit, vt de illis aliqua notio ſeiuncta a rebus particularibus comprehendatur, quæ [illegible] omnibus particularibus ſub illo contentis. Veluti vniuerſalis notio, quæ aſſignatur de forma, ꝙ ſit illud, per quod quodq; eſt hoc aliquid, vnicuiq; rerum omniũ formę cõuenit, vt quæq; hanc vniuerſalẽ habeat explicationẽ quæ licet confuſe, cuiq; tamen generi formarum accommodatur. At entis natura, aut notio nulla habetur ob ſuam ſupremam amplitudinem, qua explicari poſſit: cum ſit ſolum quoddã chategorema (vt dicitur lib. 10. cap. 3.) ideſt, vox ſolũ nomen referens, non aliquam concernẽs naturã ſeparatam; adeo vt ſolum in ſingulis rebus, aut ſecundũ ſubſtantiam vel ſimplicẽ, vel compoſitã, aut ſecundũ accidens poſſit explicari, nõ quidem vna omnibus communi notione; ſed modo quodam analogico, ab ipſa ſubſtantia, vti præcipua in genere entis, ad alios modos entis procedendo: pro vt lib. 4. latius explicabitur. Interim autem ſtatuendum eſt, entis cognitionem ſecundũ modum vniuerſalem, & maxime confuſum, nobis ſuper oẽs confuſas & vniuerſales notitias, eſſe familiariſſimã, atq; promptiſſimam: eiuſdem vero cognitionem, acceptam ſm entis determinatam naturam, eſſe omnium difficillimam circa res ipſas ſimpliciſſimas, quæ entis notionem ſimpliciſſimã obtinent, vti de Deo immortali dictum eſt antea. [f] *Scientiarum autem illæ certiores ſunt, quæ maxime primorum ſunt*. Huius ſententię, ꝙ ſcientiæ illæ ſint certiores, quæ verſantur circa maxime prima, hanc reddit rationem Ariſtoteles, q̃m ſcilicet huiuſmodi ſcientiæ ſunt ex minoribus, & conſequenter exactiores, vt patet ex traditis in 1. poſt. Analyt. cap. 23. Alexander aũt ait, hanc probationem ſumptam ex Analyt. ꝙ quæ ſcientiæ ſunt conſtitutæ ex demonſtrationibus medio carentibus, ſunt certiores; propterea ꝙ aliæ ex ipſis notæ redduntur. Quod dictum Alexandri eſt veriſſimum; ſed non conſentaneum videtur huic præſenti conſiderationi. ſiquidem hoc in loco non eſt ſermo de ſcientijs ſubalternis, neq; de varijs, atq; diuerſis demonſtrationibus, quæ habeantur in eadem ſcientia, vt videtur ſupponere Alexander: ſed eſt vnius ſcientiæ ad alteram cõparatio; quarum vna conſtet ex minoribus; alia vero ſit ex appoſitione: vt patet ex adducto exẽplo de arithmetica ad geometriam comparata. Et ſcientia quidem conſtans ex minoribus, abſolutiorẽ affert doctrinam: tum quonia ſit ſuperior alijs ſcientijs, quæ habent ſubiecta ex appoſitione (vnde eminentiores rationes in ea quoq; afferuntur,) tum etiã quoniam, vbi minora contingit ſpeculari, in ijs nihil propemodum omittitur, quod non exploretur, & explicetur; quod maxime conuenit ſcientiæ, quæ ſpeculatur ens, quatenus eſt ens: quo, vt nihil ſuperius eſt, ita conſequenter nil aliud inuenitur, quod ſecũdum ſubiectum genus cuiuſuis ſcientiæ in arctiorem ſeu minorem conceptionẽ cadat, quàm idipſum. Verum de exacta ſcientiarũ cognitione, cumulatius prope finem libri ſequentis conſiderabitur: vbi eſt mentio de aſtrologia mathematica. Alexand. quoq; aduertit, non aduerſari ſententiam huius libri, ꝙ vniuerſalia [illegible] difficillima cognitu, illi alteri in prooemio phyſic. vbi dicitur, ꝙ totum eſt nobis notius [illegible] vniuerſale aũt eſt quoddam totum: ipſe enim huic apparenti contradictioni reſpõdet, inquiens non eſſe idem primũ & vniuerſale: Nam prima cauſa motrix, de qua ipſi propoſitũ eſt agere, eſt prima, non tamẽ vniuerſalis, vt ſunt genera. Ad hæc ſubiungit, ibi non dictum eſſe, ꝙ vniuerſale, quod dicitur genus, ſit primũ, quod ſenſu percipiatur; ſed id, quod cõmunius eſt. Quæ dicta Alexãdri hæc in primis patiuntur difficultatẽ, quomodo poſſit eſſe, vt quod eſt communius, non ſe habeat vt genus: deinde etiã non eſt abſolute ei concedendum, ꝙ id, quod eſt primum, non ſit etiã vniuerſale, cum in lib. 1. poſt Analy. cap. 5. ſtatuatur, illud quod eſt vniuerſale, eſſe quoq; primum. Illud aũt eſt admittendum ipſi Alexandro; ꝙ Deus, qui eſt primum principiũ, non eſt aliquod vniuerſale, quod de pluribus prędicetur: ſed propterea nõ inficiandum, quin conceptio de Deo, quatenus eſt ens, ſit vniuerſalis, & omnium maxime vniuerſalis; vnde neq; ab re eſt dicere, ꝙ ſcientia tractans de ente, & de ijs, quibus eſt oẽs entis nominatio, ſit de maxime primis, & maxime vniuerſalibus notionibus. Dubitat etiã Alexãder, quomodo cognitio principiorũ ſit difficillima, vt dicit Ariſtoteles, ſi per hæc cognitio per demonſtrationẽ eſt nobis expeditior. Cui dubitationi volens ſatisfacere inquit; dari principia cognitionis, vti ſunt axiomata, & per hęc expeditiorẽ fieri notitiam per demonſtrationem; alia vero eſſe principia eſſendi, & eſſe difficillima cognitu. Et ſi quæratur, quõ ergo hæc principia eſſendi cognoſcantur, rñdet, & hęc per demonſtrationẽ ſciri: nam demonſtrationis horũ, ſententiæ quoq; ſunt principia. Et ſi quis inſtet, ꝙ demonſtratio eſt ex prioribus, & ideo iſtis primis aliqua erunt priora; ait Alex. non eſſe abſurdũ, ꝙ aliqua ſint priora, quæ ſimpliciter ſecundũ eſſe non erunt priora. Aduerſus quæ rurſus inſtat dicens: at demonſtratio eſt cognitio per cauſam; ergo horũ cauſa erit, & ita prior illis. Reſpõdet; non omnẽ demonſtrationẽ fieri per cauſam. hæc Alexander. Verũ, quòd attinet ad primã eius difficultatẽ, ꝙ prima ſint difficillima cognitu, & per hęc tamẽ ſit expeditior doctrina per demonſtrationẽ: vtiq; fatendũ, quo ad nos maxime difficillima cognitu eſſe ea, quæ maxime ſunt prima; ſicuti dictũ eſt antea de ijs, quæ ſunt maxime vniuerſalia: ſed dicimus, ꝙ patefactis illis, quæ in ſua natura ſunt notiſſima, licet quo ad nos difficillima, alia poſtea ex illis demõſtrantur. Quòd aũt attinet ad axiomata, dicimus hæc deſeruire vniuerſali cognitioni, tũ rerum primarũ, ac magis ſimpliciũ, tum compoſitarũ. Primæ vero cauſæ, & principia,

Alexand.

inductione manifestantur per ea, quæ cadunt sub sensu: ex quorum collectione, vti dictum est antea, gignitur in anima intellectiua primorum principiorũ comprehensio, quæ ad scientiam demonstratiuam deseruiunt. [g] *Et aptior ad docendum, quę causarum magis est contemplatrix*. ita enim conuerti debere græca verba videntur, quæ ita se habent: διδασκαλική γε ἡ τῶν αἰτιῶν θεωρητικὴ μᾶλλον: vt non recte conuertisse videatur Bessario, ita habens: *at vero illa magis docet, quæ causas speculatur*. etenim ponit Aristoteles in his verbis notã, quæ conuenit sapientiæ sub comparatione diuersarum scientiarũ, quæ causas speculentur; vt dicatur, ꝙ quæ magis est contemplatrix causarum, hæc sit magis sapientia, & aptior ad docendum. istud autẽ præcipue erit, si sciẽtia contempletur omnia genera causarum: & maxime, si maxime supremas in quoq; genere causas; quod præstat scientia, quæ ens contemplatur: vnde hæc erit præcipua sapientia. [h] *Intelligere autem, & scire*. grece, τὸ δ᾽ εἰδέναι, καὶ τὸ ἐπίστασθαι, quibus vocibus vsus est quoq; Aristoteles in initio proœmij physic. vt vox illa, εἰδέναι, ad cognitionem, seu intelligentiam causarũ referatur: illa vero alia, ἐπίστασθαι, ad scientiã demonstratiuam, quæ est cognitio habita per causam: sed & hæ voces impromiscue accipiuntur. [i] *Maxime autem scibilia sunt ipsa prima, & causæ*. hoc ita probat Aristoteles; quoniã ex ijs alia cognoscuntur, & non ipsa ex subiectis eorum. siquidem ex primis omnia alia, quæ sunt inferiora demõstrantur: & hac ratione scientia tractans de ente, antecellit omnibus alijs; vt quæ consideret ipsa prima: patet aũt ex causis in quacunq; scientia cognosci ea, quæ depẽdent a causis. Est autem aduertendũ hunc in modũ probari ab Aristotele, cum sit eligibilis scientia, quæ est sui causa, ꝙ maxime eligibilis erit illa, quæ versatur circa maxime scibilia; quoniã huiusmodi maxime sui causa scire expetantur, cum sint maxime scibilia: siquidẽ qui eligit scire propter ipsam scientiam; maxime eliget scire ea, quorum est maxime scientia. Hęc aũt supponuntur esse ea, quæ ipsum maxime scire complectuntur, & sunt ipsa prima, & causæ; quod patet ex hoc loco communi; quoniã scilicet magis ac maxime scibilia sunt ea, ex quibus alia cognoscuntur: siquidem (vt dicitur lib. 1. post Analy. cap. 2.) propter quod vnumquodq; & illud magis: vnde, si posteriora sciũtur propter prima, & propter causas; sequitur ergo, ꝙ multo magis sciantur prima, atq; causæ; & consequenter horum cognitio, vti potior atq; principalior, erit eligibilior: quare hæc primarum causarũ cognitio maxime competet scientiæ, quæ est maxime sui causa, & maxime eligibilis. Cum autẽ dicat Aristoteles hoc in loco, ꝙ non cognoscuntur prima; per ea, quæ ipsis sunt subiecta: ita est intelligendũ, ꝙ non cognoscuntur per modum sciendi potissimũ; qui est per causam; licet per posteriora aliqualis priorum possit afferri notitia. [k] *Principalissima autem scientiarum & principalior*. græce hæc ita habentur, ἀρχικωτάτη, καὶ μᾶλλον ἀρχική; nonnulli tamen legũt loco huius vocis, ἀρχικωτάτη, idest, princeps: quam vocem Bessario vertit *principalior*: interpres autem Alexandri hæc verba ita conuertit: *princeps quoq; scientiarum, ac magis quàm subministrans*. Cum aũt constanter in gręcis cod. legatur, ἀρχή, Idcirco hanc retinentes lectionem, dicimus per hanc dictionem, ἀρχικωτάτη, denotari primum locum dignitatis, quem obtineat aliqua scientia: per hanc vero aliã, ἀρχή, significari potestatem, seu dominiũ, quod habet suprema scientia cõparata ad alias inferiores: quemadmodum in libris de rep. frequenter Aristoteles hanc vocem, ἀρχή, vsurpat pro potestate; qua magistratus (vti superior & princeps reip.) disponit alia, & imperat alijs in ciuitate. Etenim hoc in loco consideratur, quænam scientia sit magis præcipua, & princeps, magis imperans; & præscribens alijs normam, ob quam existunt omnes aliæ scientiæ; & propter quid ea, de quibus agũt, sint agenda: nempe, propter bonum cuiusq;, & omnino propter ipsum optimũ, quod est in vniuersi natura. Huius autem boni cuiusq; quod comprehenditur sub optimo vniuersi, quæ scientia erit cognitrix, hæc proculdubio erit principalissima, & magis princeps, ordinansq; quæ sub alijs scientijs comprehenduntur, quorsum dirigi debeant: siquidem omnia ad illud optimum, quod residet in vniuersa natura, diriguntur; & ad ipsam primam causam, quæ est omnium bonorum optimum: & hæc explicantur in hac philosophia in lib. 12. apud nos postremo; vnde hęc erit principalissima, & magis princeps scientia cunctis alijs. Et quidẽ quid simile conspicitur in alijs scientijs; vbi vna, vt magis princeps, leges pręscribit inferiori circa eius opera: quemadmodum equestris frenifactiuæ pręscribit normã freni construendi. Scientia autem omniũ principalissima, omnia in genere reducit ad entis bonitatẽ; ad imitationẽ nempe primę causæ summũ bonum complectentis. vnde dictũ est in Eth. in lib. 7. in tract. de volup. ꝙ inest omnibus rebus quoddam diuinum, ad quod feruntur, licet ab inanimatis, & carentibus ratione nõ percipiatur, vt dicant illud, vel sciant exponere quid nam sit. Verum hic exurgit dubitatio, quoniam in lib. 1. Eth. c. 1. dictũ est, ꝙ politica facultas est omniũ architectonica, vnde sapientia non erit omniũ principalissima, vti hoc loco suppositũ est. Cui dubitationi ita occurrendũ est; ꝙ in ambitu totius ciuilis facultatis continetur etiã sapiẽtia, quæ inter omnes alias partes principẽ locum obtinet; vti ea, in cuius possessione suprema cõsistit fęlicitas; cuius etiã erit munus in genere contẽplari, quod nam cuiusq; rei sit bonũ, & ipsius vniuersæ naturæ; in quo etiã bonum includitur actiuæ fœlicitatis: & ideo sapientia erit omniũ facultatum maxime architectonica, tum ob dictam causam, tum etiã quoniã ab ipsa pendet notitia rerum præcipuarum; vt quæ explicet naturam primarum causarum, quæ spectant ad hoc vniuersum: & insuper tradit notitiam communium terminorũ, & definiendi normam præscribit, ad quam reliquæ oẽs scientiæ & artes sunt conformandę; quæ deinde tanquã ancillæ, illi subministrãt effectus rerũ particulariũ, circa quas versatur vna quæq; ars, atq; scientia. [l] *Quare philosophus amator quodãmodo fabularũ est*. inquit, ꝙ philosophus est amator fabularum, idest, respondet similitudine quadam ipsi amatori fabularum; cum & ipse philosophus (vt sonat nomen) sit amator sapientiæ: cui mirabilia contemplanda subijciuntur; quemadmodum

dum & fabulæ ex mirabilibus constituuntur, illæ præsertim, quæ peripetiam & agnitionẽ aptam continent vt docet Aristoteles in lib. de poetica facultate. Alexander autem ait fabulas constare ex admirandis, & fidem non capientibus. Alexand. ^m *Huiusmodi prudentia quæri cœpta est*. græce habetur φρόνησις, cum tamen hoc loco sit sermo de sapientia; vnde dicimus per prudentiam intelligi ab Aristotele, optimũ studium, dicendo vir prudente, qui se occupet in scientia acquirenda eorum, quæ sunt maxime scibilia: vel prudentia pro sapientia vsurpata est: quemadmodum & in hunc sensum accipitur infra lib. 3. cap. 4. in disputatione habita contra Empedoclem: aduersus quem hoc deducitur inconueniens, quòd contingeret (iuxta eius placita) Deum qui est omnium fœlicissimus, minus esse prudentem, idest sapientem; cum ibi de cognitione simpliciter sit sermo. ^n *Et infœlices omnes esse, qui altiora quærunt*. græce legitur τοὺς περιττούς, quàm dictionem Bessario interpretatur transferens ad præstantiam, dum ita habet: *et infœlices omnes, qui altiora se quærunt*: legitque, πάντας, in accusandi casu: quam lectionem sequitur etiam Argiropylus, ita vertens: *qui hæc superflua quærunt*. Perionius autem sequens lectionem, quæ habetur in græcis exemplaribus in generandi casu, πάντων, hanc coniungit vocem cum illa alia, τοὺς περιττούς, ita conuertens: *eos esse miseros, qui rerum omnium abundantia excellunt*: & iuxta hãc conuersionem, interpretandum est, hoc dictum referri ad Deos, quibus contingeret, si inuidia percutiãtur, esse infœlices: siquidem inuidia (vt explicatum est ab Aristotele lib. 2. Reth.) est dolor de prosperitate alterius propter existimationem, qua inuidus putat quòd ex illa proprij boni diminutio accedat. Non autem congruum videtur interpretari (vt faciunt nonnulli) ꝙ ille, cui aliquis inuideat, hinc reddatur infœlix, dum dicunt quòd si Deus alicui inuideat, male cũ eo cui inuideat, ageretur: Nam quòd attinet ad ipsum actum inuidendi, ex quo desumitur argumentatio, ipse quidem (vt patet ex assignata definitione inuidiæ) non in inuisum, sed in inuidẽtem eius malitia, seu dolor emanans ex inuidia retorquetur. Propterea sequentes paraphrasticam nostram explicationẽ, dicimus de dijs hunc esse sermonẽ: qui si homini inuiderent, sequeretur quòd qui in rebus omnibus sunt abundantes, essent infœlices: vnde non putandum, quòd inuideant: sed mentiuntur poetæ, qui ita dixerint. Neq; vero absonum est, quòd plurali numero dij iuxta hanc vocem, τοὺς περιττούς, quæ est etiam secundum numerum plurium significentur, cum apud gentilitatem plures dij censerentur; licet prius in singulari numero dictum sit, quòd ipsum θεῖον, nempe diuinum inuideret: nam huiusmodi tropo orationis vsus est quoq; Aristoteles loco ante citato ex 3. lib. cap. 4. huius philosophię in disputatione habita de placitis Empedoclis: vbi cum prius Deus plurium numero iuxta verba Empedoclis nuncupasset; postea subiunxit, ad eius opinionẽ consequi hoc inconueniens; quòd vita fœlicissima esset minus sapiens alijs: intelligens per hæc, vitam Deorum, de quibus antea fuerat sermo: vt dictum hoc quodammodo respondeat huic alio presenti, quòd si dij carerent sapientia, quam habeat homo, essent infęlicissimi; vt qui hac præclara virtute carerent, & ob ipsam inuiderent humano generi. ^o *Nec aliam quàm huiusmodi decet honorabiliorẽ putare*. hinc patet honorem tribui scientijs: quod etiam colligitur ex eo quod dicitur in initio libri 1. de anima, vbi connumeratur scientia inter res pulchras, & honorabiles, & id quidem merito: quoniã scientia est res quæ ab omnibus veneratur ob suam admirabilem præstantiam: quemadmodum iuxta hanc rationem fœlicitas honorabilis habetur, vt patet ex determinatis in lib. 1. Ethic. ob eius excellentiã; vt quæ sit res maxime perfecta. Sapientia autem hic ponitur honorabilissima, tãquam regina omnium scientiarũ: Scientia vero de anima, quam philosophus naturalis tractat, antecellit alijs cuiusuis generis scientijs: primos autem honores illa concedit sapientiæ. Num autem honor tribuendus esset scientijs, tanquã bene actiuis, iuxta descriptionem habitam de honore in 1. libro Reth. si quis hoc statuerit, quoniam ex scientijs multa commoda percipi possunt, vt habet Aristoteles in hoc cap. id quidem secundum hanc considerandi rationem posset dici de aliquibus scientijs, quæ commoda conferunt humano generi; at non de sapientia, quæ est sui ipsius causa tantum, & non ad necessitatẽ vitæ deseruit, vt dicetur postea ^p *Deus etenim tum causa omnibus esse videtur, tum quoddam principium*. aduertendum hoc loco græce legi, πᾶσιν in dandi casu, idest, omnibus; cum tamen nonnulli ad generãdi casum transtulerint, ita interpretantes quod Deus videtur rerum omnium esse principium; quod quidem est verissimum: sed forte id voluit Aristoteles, quòd Deus videtur omnibus, idest, censetur ab omnibus hominibus, saltem ab ipsis philosophis esse causa, & principium quoddam. Non ab re autem, postquã dixerat, quòd Deus videtur esse causa, subiunxit & principium quoddam, hinc innuens, quòd Deus non concurrit vt materia, vel vt forma pro rerum cõstitutione, sed sub ratione quadam principij; vti optimũ illud, cuius causa sunt omnia; sicuti hunc in modum consideratur in lib. 12. apud nos postremo ex quo colligitur, Deum considerari in hac philosophia, quatenus est quoddam principium vniuersi. ^q *Et talem, aut solus, aut pręcipue Deus habet*. dicit hoc loco Aristoteles, quòd sapientia hæc, quæ est de primis causis, & principijs rerum, aut solus Deus, aut maxime possidet præ alijs omnibus: id quippe; quoniam Deus seipsum perfectissime intelligens, atque cognoscens, qui est rerum omnium principium, perfectissime quoq; hanc quæ est de rebus omnibus sapientiam, obtinet: homo autem, cum non possit assequi Dei cognitionem in hac mortali vita, nisi tanquam in speculo, & in ænigmate (vt dicit Apostolus Paulus in priori epist. ad Cor.) hinc, si spectetur perfecta sapientia, ad quam humanis viribus nemo potest peruenire, dicendum erit, quòd homo sapientiam non assequitur; cum careat Dei perfecta notitia; & multæ res ipsum etiam lateant: sed aliqualẽ quidem, & illam vmbratilem attingere scientiã potest, si ad Dei sapientiam conferatur. vnde iure dictum est ab Aristotele, quòd Deus, aut solus, aut pręcipue obtinet sapientiã.

D 3 ^r *Cæteræ*

[a] *Cęteræ itaque omnes magis ea necessariæ sunt.* dicit Aristoteles de sapientia, quòd est scientia sui ipsius causa, & sola libera; & quòd aliæ scientiæ, & facultates sunt ea magis necessariæ. Circa quod dictum adnotandum est, quòd omnes artes constitutæ sunt, vel ob necessitatem, vt panifactiua; vel ob voluptatem vitæ, vt musica: sermocinales autem facultates, quæ logicam concernunt, & si in quadam contemplatione consistant, attamen ad vtilitatem aliarum facultatum & scientiarum diriguntur; vnde & organi, seu instrumenti nomen sunt consecutæ. Philosophia autem naturalis est huiusmodi, vt ex ea percipiantur quàm plurima commoda, tum ad facultatem medicam exercendam, tum ad vsum multarum aliarum facultatum: vt colligi potest præsertim ex his, quæ in libris metheorologicis traduntur ad plurimam humanæ vitæ vtilitatem. sed & ex mathematicis scientijs (vt explicatur in libro huius philosophiæ 13. apud nos 11. cap. 3.) multa desumuntur, quæ ad pulchritudinem, ordinem, & proportionem rerum construendarum mirifice deseruiunt: ex quo sequitur, quòd omnes artes, & scientiæ sint ob quandam necessitatem; cum ad alienam vtilitatem, siue sit ob necessitatem, siue ob voluptatem vitæ pro refocillandis animis nostris, omnes aliquo modo dirigantur. excipitur autem sola sapientia ex hoc numero: quæ est scientia sui causa; & ideo libera, & nullius alterius rei astricta seruituti: ac propterea honorabilissima, atque diuinissima censenda est: cui omnes aliæ scientiæ, & artes, tanquam ancillæ, ipsarum reginæ deseruire, atque ministrare habent. Neque vero propter hoc sequitur, quòd sciẽtia naturalis, seu mathematicæ disciplinæ ob aliud quærantur; & non sint scientiæ contemplatiuæ, vt quidam hoc loco addubitarunt: siquidem contemplationibus sunt deditæ; & quæ in ipsis traduntur, vt sciantur, non autem simpliciter ob vsum rerum aliarum inquiruntur; vti proprie conuenit ipsis artibus quamuis deinde ex dictarum scientiarum contemplationibus: nonnulla desumantur, quæ ad vitæ humanæ commoda conferunt: vnde iure inter partes philosophiæ contemplatiuæ, ipsiusq; sapientiæ reponuntur ab Aristotele: vt patet ex traditis in lib. 6. & in 11. apud nos 13. Cum autem Alexander in 1. suo huius libri commentario dicat, quòd virtutes sunt propter affectus, videtur hanc pati difficultatẽ; quoniam virtutes morales (vt statuitur in lib. 1. Ethic.) sunt bona per se eligibilia, & nõ propter aliud: vt non sint, sicuti bona sunt corporis, aut bona fortunæ; in quorum possessione fœlicitas simpliciter non est posita; licet & ipsa ad fœlicitatem aliquo modo requirantur, iuxta placita huius philosophi. Illud autem est verum, quod dixit Alexander, quòd virtutes morales versantur circa affectus, dum per ipsas prospicitur, vt moderemur circa animi passiones; verum non ad has, tanquam ad finem earum diriguntur: sed ad operationes, quæ sint habendæ recta cum ratione, in quibus proprie fœlicitas actiua consistit: quæ deinde medijs virtutibus ad contemplatiuam fœlicitatem, tanquam ad perfectissimum, & optimum, vltimumq; finem nostræ beatitudinis est subordinata; quemadmodum in lib. 10. Ethic. constitutum est. [a] *Oportet autem quodammodo eius ordinem in contrarium nobis inquisitionum, quæ a principio fiebant, constitui.* postquam egit Aristoteles de excellentia huius scientiæ, consequenter ait, constituendum esse ordinem circa eius indaginem, atque constitutionem; quem dicit in contrarium institui debere ab eo ordine, qui est seruatus, cum primum homines cœperunt philosophari: quippe inquisitio sic primum cœpta est. Nam homines prospicientes solis conuersiones, atque solstitia, & alia huiusmodi, admirantes de ijs ita dubitabant, an hæc ita se haberent vt apparebant: sicuti pægmata per se ipsa moueri videntur ijs, qui nondum causam inspexerunt motuum existentium in illis ligneis homunculis, depugnantibus, atque saltantibus. hunc igitur in modum se habet ordo inquisitionum ab initio habitarum. Verum pro suprema scientia constituenda & adipiscenda; oportet (inquit Aristoteles) speculandi contrariam inire viam: & in melius negocium perficere: quemadmodum & in primis illis inquisitionibus, in melius tunc desinere contingebat, cum causa obtinebatur rerum earum, de quibus admiratio prius accepta erat. Verbi gratia, ab initio intercesserat admiratio, num quæ minima non sunt vt puncta, mensuram non admittant, vt non debeat, aut non possit commensurari consta ipsi diametro. Qui vero intenditur ordo inquisitionis ab Aristotele in hac scientia, erit contrarius illi priori hunc in modum: quatenus hic erit perpendendum, num aliter ab ipsis inuentis, res possint sese habere: veluti de diametro, quòd possit esse commensurabilis ipsi lateri, quod sane aduersaretur dogmati iam recepto, quòd sit incommensurabilis. Quare hunc ordinem statuere videtur Aristoteles obseruãdum in hac scientia, vt quæ inuenta sunt ab alijs philosophis pro explicatione rerum quæsitarum, ea speculemur num vera sint; an aliter se habere possint. Vnde ex difficultatibus, & quæstionibus antea propositis, omnia perpendentur, & inuestigabuntur; & ita sub meliorem normam doctrina perficietur; cum hinc rei veritas certior, atque illustrior sit euasura, negociumq; totum in melius sit peruenturum; iuxta adagium, quod Aristoteles non explicat: Alexander autem & Philoponus dicunt esse eiusmodi: quòd meliora sunt seruanda: Quod & magis explicasse videtur Cicero in Philippicis, dum dixit: *posteriores cogitationes sapientiores (vt aiunt) solent esse.* Hunc autem contemplandi modum, & ordinem fere semper obseruauit Aristoteles, tum in philosophia naturali, tum in libris quoque de repub. dum aliorum dogmata prius persecutus est, examinans illa, num vt vera admittenda essent, an impugnanda, & reijcienda, corrigendaq; in meliorem formam. Verum in hac suprema philosophia, sicuti prima, & præcipua est scientia, a qua omnes aliæ pendent; ita quoque hæc speculandi ratio circa aliorum philosophorum placita, penes vniuersam quæsitorum indagationem atque examen summo studio adhibenda erat, prout Aristoteles eam persecutus est. [t] *Quęnam igitur natura eius scientię, quę quęritur.* conclusio, quam hoc loco infert Aristoteles, manifestat verum esse id, quod in primo capite

Alexand.

Alexand. Philop. Cicero.

pite aſſerimus, quòd quæ propoſita fuerunt in hoc procemio, huc denique tendunt,vt aperiatur natura, & qualitas ſcientiæ. quæ hic inquiritur explicanda: vt propterea actum ſit de cognitione in vniuerſum, notæq; omnes illæ ſint explicitæ, quæ ſapientiæ tribuuntur: hinc enim detegitur,in cuius nã generis ſcientiam noſtrum ſtudium collocaturi ſimus. Et cum ſubiungitur: *& quę intentio, quam debet quæſtio & totius tractatus conſequi;* innuitur per hæc ordo iam propoſitus,quem ſeruandum eſſe in hac ſcientia [illegible] nempe, vt e contrario a primis inuentis procedamus, addubitantes, num aliter veritas ſe habeat. Et ad hanc ſcopum inquit Ariſtoteles, dirigi debere, tum inquiſitionem ſcientiæ, de qua prius dixit ordinem ſtatuendum circa quæſitam ſcientiam; tum vniuerſam methodum; ideſt doctrinam in hac circa quæcunque quæſita tradendam. Sunt autem qui hæc duo,inquiſitionem, & vniuerſam methodum, ita diſtinguunt: vt inquiſitionem, referant ad diſputationem præſentis philoſophiæ, vniuerſam veram methodum ad omnes alias artes, & ſcientias: quam interpretationem innuit Alenſis. Verum Ariſtoteles propoſuit ordinem ſtatuere circa hanc præſentem quæſitam ſcientiam; vt eius verba manifeſte ſignificant, & non circa alias artes,atque ſcientias. Et hoc quidem loco finis imponitur huic præſtantiſſimo procemio: in quo,ad detegendam naturam ſcientię,quam Ariſtoteles erat inueſtigaturus & tractaturus,nullum genus probationis, ſeu ſuaſionis prætermiſit; vt omni hominum ingenio ſatisfaceret: plura adhibens loca probabilia, ad manifeſtandas ſuppoſitiones, quas propoſuerat. quod dum facit,in hoc perſequitur,& affert pediam quandam, & diſciplinam huic ſcientiæ accõmodatam: ideſt regulas,quibus inſtruamur ad progreſſum faciendum in hac philoſophia. Quam docendi rationem,nempe producendi in medium pediam quandam particularem (præter illam communem traditam in logica) paſſim Ariſtoteles obſeruauit.

Dubitant autem nonnulli aduerſus dictũ illud Ariſtotelis,quòd ſapientia ſit ſui ipſius cauſa: Nam dicunt,ꝙ finis contemplationis eſt Dei fruitio, quæ eſt actus voluntatis: vnde non erit ſapientia ſibi ipſi finis. Cui dubitationi ita occurrendum videtur,vt dicamus; quòd actus voluntatis proprie conſiſtit in appetitione, quæ amoré, ſeu charitatem complectitur,qua homo fertur ad proſequendã rem optatam, vel ad ſeſe in adeptæ rei poſſeſſione conſeruandum: idq;, propterea quòd res ſibi ſit vtilis,aut delectabilis. Vnde dicimus,ꝙ amare rem aliquã,eſt optare vt illa bene ſe habeat; vt ſit in honore,vt laudetur, vt magnificetur,quæ omnia ab ijs,qui diligunt Deũ ex corde,præſtari omni ſtudio, atq; conatu debent. Diligimus quoq; & optamus res, vt illis perfruamur; ſicuti amici conſpectu,& iucunda eius conuerſatione delectari conſueuimus:veruntamen hæc fruitio in nobis perficitur media aliqua operatione;quæ vel ad ſenſus,vel ad intellectus functionem pertinet. Etenim,qui amore alicuius pulchritudinis ſit captus,eatenus illa fruitur, quatenus eius aſpectu,medio ſenſu oculorũ fruitur: vel eam tactu perſentit & tractat: & ideo dictum eſt ab Ariſtotele,quòd ſenſus noſtros diligimus, præcipueq; aſpectũ ob cognitioné,quam nobis ſubminiſtrant: quod media ipſa operatione ſentiendi conſequimur. Similiter appetitus famis,ſitis,& veneris,media aliqua operis functione,quæ ad actũ ſentiendi pertinet,expletur. Vnde ita [illegible] dicendum eſt quod Deo eatenus fruimur,quatenus ipſum mente noſtra cõtemplamur,vt omnino [illegible] beatitudo in Dei viſione in ipſoq; actu ipſum contemplandi ſit poſita: & ꝙ homo,media voluntate, in [illegible] ex[illegible], vtpote,quia per ſe ſummum eſt bonum, ſumme pulchrum, & ſumme delectabile: quod quidem homo cognoſcens, hinc in Dei laudes, atque honores prorumpit; hęc operatus actu labiorum,& vocum pronunciatarum, & alijs munijs aliarum facultatum,quæ ab ipſa voluntate ſunt diuerſæ: Deoq; pariter vniri ſe optat, & ipſo frui; quod contingit homini, dum intellectu, actuq, ipſo intelligendi Deum apprehendit,quantum homini licet; & ita expletur hominis voluntas Dei perfruendi: ſed non eſt hæc ipſa voluntas ea, quæ actum fruendi obtineat, licet per ipſam homo ad Deum perfruendum feratur,& inducatur: appetitusq; iſte,ſeu voluntas,ſeu amor, aut charitas dicatur,qua homo ducitur ad Deum perfruendum, nunquam deficit, aut intermoritur; propterea quòd Deus eiuſmodi eſt obiectum, quod nunquam plene ab homine percipi poteſt; vnde in eius fruitione exiſtens mens ita eſt beata,vt ſemper magis, ac magis in hoc obiectum feratur, in eiuſq; vnione ſemper conſeruari optat. Voluptas autem,quæ percipitur ex fruitione rei optatę,conſequitur ad actum operationis perfunctæ: quatenus ea oblectatur homo, ita vt & appetitus eius expleatur: nunquam tamen ſine quadam perceptione,& cognitione voluptas obtinetur. Vnde etiam proprie voluptas attribuitur ſolis animalibus; non autem plantis,aut rebus inanimatis. & ideo Ariſtoteles in lib. 10. Ethic. definiens voluptatem,dicebat. quòd eſt quædam perfectio conſequens ad optimas operationes, ſenſus,vel intellectus cognitione præſtitas. Quòd ſi & prata ridere dicuntur,& ſegetes geſtire,quaſi voluptatem participent,id quidem per metaphoram dicitur; non quòd aliqua cognitione voluptatem percipiant,vt contingit animalibus. ſed & in ijs inanimatis rebus, naturalis appetitus impletur media aliqua operatione; quæ eſt ſeiuncta ab appetitu; dum vel attrahunt humorem ſegetes,aut quidpiam huiuſmodi præſtant.

De primo cognito expedita determinatio. *Cap. III.*

Ex eo quòd Ariſtoteles dixit cap. præcedenti, quòd maxime vniuerſalia ſunt cognitu difficillima, agitur hoc loco a nonnullis famoſa illa quæſtio, quidnam ſit nobis primo cognitum: quæ tamen opportuniorem locum ſibi vendicaret in procemio 1. libri phyſicorum: vbi dicitur, quòd vniuerſalia

(ipſa

ipsa nempe confusa, sunt nobis primo nota. quod probat Aristoteles argumento desumpto a cognitione sensitiua: in qua, quod prius cognoscitur a sensu, est totum ipsum obiectum sensibile, confuse cõprehensum; postea sequitur distincta partium perceptio, atque notitia: quod & circa intellectum contingere asserit: adeo quòd, quemadmodum pueri per phantasmata, quæ in ipsorum imaginatione resident hominis speciem referentia, prius appellant omnes homines patres, tanquam sub vna communi phantasmatis similitudine comprehensos; deinde certiorem, & distinctiorem cognitionem obtinétes, proprium ipsorum patrem ab alijs hominibus discernunt: ita quoque ab intellectu nostro res prius in confuso intelliguntur: vt puta, quid sit materia, quidve forma, quæ sunt principia pluribus communia. deinde vero succedit distincta cognitio, qua intelligitur, quòd hæc, vel illa materia huius sit rei, vel illius. Itaq; hanc quæstionem breuiter dissoluentes dicimus, quòd attinet ad cognitionem sensitiuam, si comparetur ad intellectiuam, nulli dubium esse debere, quin sensitiua præcedat, cum omnis nostra cognitio ortum habeat a sensu, & nihil sit in intellectu, quod prius non fuerit in sensu. Similiter sensitiuam illam cognitionem, quæ sensu externo percipitur, dicimus antecedere illi cognitioni, quæ pertinet ad sensus interiores: veluti est sensus communis, aut imaginatio; quæ sine præcedenti externorum sensuum apprehensione non consistunt. Rursus, quòd attinet ad sensus exteriores, nulli dubium esse debet, quòd sensus tactus, qui est omnibus alijs communior, sine quo reliqui sensus non subsistunt, primus est, qui in animali sensationes patiatur; cum præsertim in multis animalibus prius quàm aut aspectus, aut olfactus, aut auditus in ipsis sint dispositi ad propria obiecta sentienda, aliquod temporis interuallum intercedat: sentiendi autem per tactum facultas a primo ortu animalis præsto est semper. Verum & illud ex antea declaratis debet esse perspicuum, quòd res ferme omnes, quæ magis sunt compositæ, pluribusq; affectæ conditionibus, tanquam magis familiares sensibus, sunt nobis notiores, etiam quo ad intellectum, vt de ijs maiorem notitiam, facilioremq; assequi valeamus, quàm de illis alijs, quæ sunt simplicioris naturæ: & consequenter a sensuum notitia remotiores. Similiter etiam concludendum est ex antea deductis, quòd si notitia vniuersalis atque confusa comparetur ad distinctam, atque determinatam, quæ de eadem re ab intellectu comprehendatur, vtique confusa ipsam distinctam cognitionem antecedit. Verumtamen oppositam sententiã videtur sequutus esse Scotus lib. 1. distinc. distin. 3. Tenet enim ipse, quòd species infima, & ita magis composita, sit etiam magis nota, & prius nota quàm vniuersalia; quæ vt sunt communia, ita etiam secundum ipsum euadunt difficiliora. Qui quidem si id assereret comparando distinctam, absolutamq; notitiam, quæ de vna re & de alia haberi possit, eandem innueret veritatem, quæ paulo ante explicata est: nempe, quòd res magis compositę nobis sint rebus simplicioribus notiores. Verum si hoc idem asseruit (vt videtur) comparando cognitionem confusam ad distinctam eiusdem rei; & velit quòd communior, & vniuersalior cognitio sit difficillima, & quòd distincta notitia sit nobis facilior: veluti quòd prior & notior cognitio sit distincta, quę de specie humana (quatenus homo est) haberi possit; quàm illa, quæ de homine sub entis notione haberetur: id minime illi concedendum est; sed, vt dogma falsum, reijciendum per ea quæ antea declarata sunt. Verum Scotus ad suam probandam sententiam, nonnulla adducit argumenta: inter quæ hoc primum est. Causa naturalis, inquit, non impedita efficit perfectissimum effectum eorum, quæ efficere potest: omnia autem, quæ concurrunt ad primum actum intelligendi, cum præcedant omnem actum, sunt causæ naturales; igitur si non impediantur, producent actum perfectissimum; is autem est conceptus speciei infimæ, cum sit notitia perfectissimæ naturę in sua serie; igitur primus, ac facillimus conceptus rei vniuersalis, est conceptus speciei infimæ: ex quo sequitur, quòd quo res fuerint vniuersaliores, eo erunt etiã difficiliores. Verum pro dissolutione huius argumenti, dicendum est hic non agi de perfectione scientiæ: sed generatim quæri de quacunq; cognitione, quæ de rebus haberi possit; vnde non oportet discedere ab hoc fundamento; quòd semper perfectæ cognitioni præcedit cognitio imperfecta; vnde consequenter asserendum, quòd conceptus magis communis (vt minus perfectam notitiã continens) pręcedit cognitionem magis distinctam conceptus, qui de quacunq; specie haberi potest. Ideo, cum hoc insitum sit omnibus nostris potentijs cognoscendi, vt prius res cognoscamus in communi, & confuso conceptu; deinde vero conceptu distincto easdem assequamur, restat conclusio verissima; quòd vniuersalia, quo magis sunt communia, eo quoque apud nos sunt priora, & notiora, ita vt post horum cognitionem, sequatur distincta cognitio eiusdem rei, quæ prius cognoscitur in confuso. Scotus autem in sua argumentatione tollit ordinem, qui potentijs nostris cognoscendi insitus est a natura. Aliud vero Scoti argumentum est huiusmodi. Cum scientia metaphysica sit vltima ordine doctrinæ, sequitur igitur, quòd scientiæ inferiores, antequàm percipiant conceptus metaphysicæ, possint percipere suos conceptus, qui certe sunt minus vniuersales, quàm conceptus metaphysicæ: ex quo sequitur, quòd vniuersalia erunt cognitu difficiliora, & posteriora; & e conuerso, quòd minus vniuersalia sunt nobis notiora. Cui argumentationi ita occurrimus dicendo; quòd scientiæ inferiores non excluduntur in suis tractationibus a conceptu entis communiter accepti, de quo agitur in metaphysica. siquidem fieri nequit, quin (quidquid considerent scientiæ inferiores) sit aut substantia, aut accidens, siue per se, siue per accidens: vnde & in his alijs scientijs oportet vt præcedat cognitio confusa ipsius entis, licet non distincta; quam persequitur primus philosophus: & consequenter hæc entis cognitio confusa; præcedit in scientijs inferioribus distinctam illam notitiam, quæ in illis de rebus singulis cuique scientiæ subiectis traditur. Tertium autem argumentum Scoti construitur per deductionem ad hoc inconueniens: quoniam

Scotus.

niam ſequeretur, quòd, non niſi longo temporis curriculo, perciperetur cognitio infimæ ſpeciei, ſi vniuerſa communis intellectio debet antecedere. Cui obiectioni ſatisfit dicendo; quòd ſemper ſupponitur præuia cognitio confuſa, quæ ab ipſa diſtincta ſupponitur; contingere autem poſſe, vt aliquis in ſpeculando exercitatus, apprime obtinens notitiam confuſam, in diſtinctam ſpeciei notitiam promptius feratur quam alius, qui minus ſit verſatus in ſpeculando. Aliud etiam nonnulli afferunt argumentum ad Scoti ſententiam roborandam: & eſt huiuſmodi. Illud vniuerſale eſt notius, cuius indiuiduum magis mouet ſenſum: & tale eſt indiuiduum ſpeciei infimæ; ergo huius vniuerſale notius erit. Cui argumentationi pariter occurrimus dicendo; quòd, quo ad diſtinctam cognitionem, res quæ ſunt magis compoſitæ, & hac ratione magis ſingulares, nobis ſunt cognitu ſimpliciter faciliores; prout ſupra explicatũ eſt: at non propterea tollitur, quin & de ijs omnibus indiuiduis, quorum diſtincta cognitio magis habeatur, cognitio confuſa, & quæ magis eſt communis præcedat ſemper (vt magis familiaris nobis) eorundem diſtinctam cognitionem; quæ ſemper ſupponit confuſam antecedentem. Aduertendum autem [illegible] poſſe percipi ab intellectu, quod pertineat ad aliquam ſpeciem intelligibilem, quod non ſit [illegible] conceptu quantumuis communi; vt puta, non intelligitur, quid ſit forma in communi, [illegible] ſub hoc conceptu determinato, quòd forma eſt illud, per quod res ſit hoc aliquid, & in [illegible] qui conceptus ſub hac notione communi determinatus, vti eſt prior, ita quoq; confuſus, & indiſtinctus eſt, ſi ad conſequentem, magisq; diſtinctam de forma ignis notitiam referatur. Quod etiam contingit circa ſenſuum cognitionem: quandoquidem, cum oculis noſtris ſpecies domus obijcitur, ipſam prius ſub quadam ſpecie confuſa, vt quoddam totum indiſtinctũ percipimus; deinde vero eiuſdem partes [illegible] ius per [illegible] antes comprehendimus. Illud vero quod ſcriptum eſt in lib. 1. de anima, quòd [illegible] (vt vniuerſale) aut nihil eſt, aut quid poſterius; ita intelligendum videtur: quòd animal, vt vniuerſale acceptum, non ſubſiſtit, vt ſolet res ſingularis: ſed in mente tantum concipitur: & conſequenter eſt poſterius ab ipſis rebus ſingularibus, quæ ſunt extra animam.

An ab intellectu humano ſingularia cognoſcantur, expedita determinatio. Cap. IIII.

ALIA etiam ex hoc proœmio agitatur quæſtio, quæ magis quoque opportuno loco tractaretur in proœmio phyſicorum, aut in libris Analyt. num ſingularia ab intellectu cognoſcantur; quod aliqui ſupponunt; non tamen admittentes id fieri per ſpecies intelligibiles ſingularium, quæ perueniãt ad intellectum. Quam ſententiam ex hoc poriſſimum ſuadere conantur; quòd intelligentiæ abſtractæ cognoſcerent ſingularia. Verum dicimus, quòd hæc ſuppoſitio (quæ eſt veriſſima) ex fide noſtra pendet: non autem ex philoſophia apparet, aut probatur. ſed & illud addi poteſt; non eſſe eandem rationem, ſeu naturam intellectus humani, & intellectus diuini. Siquidem intellectus diuinus cum ſit rerum omnium productor & effector, ſecundum dogma noſtræ fidei optime præſupponitur, quòd etiã ſit cognitor rerum [illegible] licet modus, quo hæc ipſa cognoſcat, nobis non ſit conſpicuus: at intellectus [illegible] ad intelligendum, non ſit intelligibilia, niſi quatenus phantaſmata rerum [illegible] illuſtrantur lumine intellectus agentis; qui ea abſtrahit a conditionibus [illegible] vnde intellectus noſter nõ intelliget ſingularia: ſed ſat eſt, quòd homo [illegible] hæc ipſa percipiat, [illegible] ab intellectu noſtro perpenditur, quid ſit indiuiduum, & [illegible] explicatur, vt patet apud Porphyrium, qui definit indiuiduum eſſe illud, in quo cadunt multæ [illegible], quæ collectæ omnes in alio indiuiduo non poſſunt inueniri, vnde videretur dicendum, quòd ſingularia percipiatur ab intellectu humano; dicendum ad hoc, quòd indiuiduum ſub quadam communi notione percipitur, & explicatur; quatenus ſcilicet intelligitur, quòd indiuiduum oppoſito modo ſe habet ad ipſum vniuerſale, ad ſpeciem ſcilicet rerum abſtractam ab indiuiduis, & ſingularibus conditionibus. Cum autem inductio fiat per ſingularium animaduerſionem, & hinc collectio vniuerſalis inducatur. aduertendum, ex inductione habita percipi ab homine per ſenſum ſingularia, in intellectu autem colligi vniuerſalem propoſitionem eo modo, vt explicatum eſt antea; dum de comparatione artis & experientiæ fuit ſermo. Illud etiam diligenter eſt animaduertendum, quod habetur in 2. lib. priorum Analyt. cap. de deceptione: ſcientiam poſſe conſiderari, tum vt eſt vniuerſalis, quæ eſt ſecundum notitiam confuſam; tum vt eſt propria, quæ eſt illa, cum diſtincta obtineatur notitia ſpeciei; tum pro illa denique, quæ ſit actu & energia, vt ibi dicitur: quæ quidem contingit tunc habemus, cum ſenſu percipitur, & veluti confirmatur id, quod ab intellectu in vniuerſali iam eſt cognitum. Veluti, quod nulla mula parit, ab intellectu intelligebantur; quòd autem & hæc mula, quæ eſt præ oculis, quæ forte grauida appareat, nec ipſa pariat, ſenſu & experiẽtia, & ita energia cognoſcitur, adeo quòd homo tum medio intellectu, tum medio ſenſu accipit notitiam rerum; non autem intellectu percipere poteſt res eo modo, vt ſenſu percipit: nempe quatenus ſunt ſingulares: ſat eſt enim ipſi, quòd ſenſu ſingularia cognoſcat, ſicuti etiam per intellectum percipit & intelligit vniuerſale, non autem ad hoc ipſum pertingit ſenſus. Quòd autem nomina rebus ſingularibus imponantur; non propterea deducẽdum eſt, quod ſingularia ab intellectu cognoſcantur, quatenus ſunt ſingularia. ſiquidem nil prohibet id fieri poſſe media phantaſiæ potentia: in qua etiam reſidẽt nomina materialiter his vel illis vocibus, vel litteris dearticulata. Quòd ſi accipiantur nomina, vt ſignificant quandam naturam abſtractam, id quidem

quidem muneris ad intellectum pertinebit; verum cognitio non rei singularis, sed vniuersalis erit. Neq; vero etiam, ex eo quòd sensus communis cognoscit tum albū, tum dulce, & reliqua sensibilia, & de his omnibus fert iudicium, & ea inuicem distinguit; hinc deducendum argumētum, quòd intellectus, qui discrimen affert inter vniuersale & singulare, debeat propterea percipere singulare eo modo, vt sensus percipit: nam dicimus, quòd intellectus comprehendit singulare modo vniuersali, vt dictum est antea. Quæ vero propositiones de singularibus afferuntur, vt puta, quòd Socrates sit albus, aut caluus, hæ sub vniuersali propositione reguntur: vt dicendum sit, quòd hæc dualitas singularis habeat par, quoniam scilicet omnis dualitas habet par; sensu autem (vt dicitur in lib. 1. post Analyt. cap. 1.) inducitur, quòd res talis sit dualitas; quod non nisi sensu percipitur. Vnde etiam cum definitur singularis homo, vt Socrates, definitur sub ratione vniuersali, vt est substantia per se subsistens, cui competant hæc, & hæc particularia ab intellectu sub vniuersali notione comprehēsa, cum hæc omnia a sensu, vt sunt in actu talia, percipiantur. Verum quòd ex Aristotelis sententia intellectus non percipiat singulare, quatenus singulare est; cum pluribus ex alijs eius dictis, tū præcipue ex his debet nobis esse manifestum. Nam in lib. 2. prior. Analyt. loco ante citato cap. de deceptione, inquit: quòd nullum ex sensibilibus, quod sit extra sensum scimus. idem lib. 1. post Analyt. cap. 24. ponderans, quòd etiam quòd sensu perciperemus, quòd triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis, infert: quòd non dum omnem scientiam obtineremus de trianguli passione: huiusq; enunciati hanc affert rationem: quoniam scilicet sentire oportet singulare, scientia autem cognoscitur vniuersale: vnde, si oportet vt sensu percipiatur singulare, sequitur igitur impossibile esse, vt singulare percipiatur, & cognoscatur ab intellectu, quatenus est singulare.

Veterum opiniones recitantur, qui fere omnes causam materialem inuenerunt, quidam vero & efficientem & finalem. *Cap. V.*

PARAPHRASIS.

QVONIAM autem ex antea suppositis manifestum est, oportere consequi scientiam illam, quam inquirimus ex cognitione primarum causarum: siquidem est in confesso, quòd tunc dicimus nos scire vnumquodq;, cum opinamur cognoscere primam causam, ex qua immediata pendet illud, quod scire inquirimus: causæ autem quattuor modis dicuntur, quarum vnam dicimus esse substantiam, & ipsum quod quid erat esse; siquidem ipsum propter quid primum reducitur in vltimam definitionis orationem, causa autem, & principium censetur esse ipsum propter quid primum; aliam vero causam dicimus materiam substantias compositas deferentem, seu subiectū, quod substernitur accidentibus: tertiam vero causam illam nominamus, vnde sumitur initium motus, & efficientiæ rerum: & quartam illam, quæ huic est opposita dicta, id cuius causa, ipsumque bonum, quod est finis vniuscuiusq; generationis. Cum autem & de ijs satis speculati simus in sermonibus, quos contexuimus de natura; attamen adiungentes ea, quę ante nos alij circa entium principia, & veritatis indagationem attulerunt (quum & ipsi quædam principia, & causas asseruerint) facile eueniet, vt ex aliorum dogmatibus, quæ proposuerimus, & expenderimus, huic nostro pręsenti studio aliquid cōmodi inferamus: vt vel aliud genus causæ, præter quattuor enumerata, inueniamus; aut saltem magis in hac veritate confirmemur: quòd præter hæc, nullum aliud inueniatur genus causæ. Plurimi igitur ex ijs qui primo sunt philosophati, sola principia speciem materiæ referentia, omnium rerum principia esse censuerunt; ad hanc opinionem ijs suppositionibus inducti. siquidem statuebant, illud, ex quo omnia cōstant, & ex quo primo fiunt, & in quod vltimum corrumpuntur, manente quidem substantia, affectionibus autem mutatis in ipsa, hoc esse elementum, & omnium rerum principium: atq; ideo nil generari, aut corrumpi opinati sunt; tanquam semper salua manente huiusmodi natura materiali: vt, quemadmodum non dicimus Socratem generari, dum fit musicus, vel bonus: neque corrumpi, dum huiusmodi habitus abijcit, propterea quòd idem subiectum, idem ipse Socrates incolumis permaneat: ita quoq; rem se habere penes omnia existimarunt; eo quòd oporteat, vel vnam esse naturam, vel plures, ex quibus cætera fiant, incolumi semper manente illa prima. In hanc autem sententiam omnes prisci philosophi consenserunt: qui postea dispertiti sunt, aliter & aliter opinantes; vel circa speciē materiæ, quam diuersam alius ab alio constitueret; vel circa multitudinem: quoniam alij vnum, alij plura principia materialia esse dixerunt. Etenim Thales, huius princeps philosophiæ, dixit aquam rerum omnium esse principium, & elementum; ex quo etiam terram constitutam asserebat: hanc forte sumens existimationem, partim ex hoc, quòd conspiceret humidum esse rerum omnium nutrimentum, ex quo & calidum factum esset, & animal viueret (hoc semper manente fundamento ex aliorum quoq; sententia, quòd illud sit principium, ex quo aliquid fiat) partim etiam ex hoc ipso, quòd rerum omnium semina naturam humidam obtineant; & humidorum naturæ principium sit aqua. Non desunt autem, qui cēsent (licet hoc non ita constet) longe antiquiores primos ipsos Theologos, hanc ipsos quoq; de aqua habuisse opinionem, vt ipsam censuerint esse principium rerum naturalium: id coniectantes nonnulli, ex eo quòd poetæ illi disserentes de Deo, constituerent Oceanum & Thetim parentes generationis;

& iuſiurandum Deorum, aquam eſſe, ſtygem ab ipſis appellatam. Vnde, ſi quod antiquiſſimum, eſt honorabiliſſimum; honorabiliſſimum autem eſt iuſiurandum, quo dij vterentur: ſequitur deorum antiquiſſimum eſſe iuſiurandum: & conſequenter aquam, per quam dij iuſiurandum emitterent, eſſe antiquiſſimam; atq; ideo principium rerum omnium. Hippon autem indignus eſt, qui inter philoſophos adnumeretur ob eius [illegible], & ineptam mentem; vt qui vanam, & impiam opinionem acceperit Deum de medio tollentem. Anaximander vero & Diogenes, poſuerunt aerem eſſe priorem aqua, & maxime principium corporum ſimplicium. Hippaſus vero Metapontinus, & Heraclitus Epheſius, ignem pro principio conſtituerunt. Empedocles autem, pro principijs rerum, ſtatuit ipſa quattuor elementa, ad tria iam commemorata, ignem aerem & aquam, adijciens etiam terram; hæc enim ſemper manere dicebat, & non fieri, neq; corrumpi: ſed concreta ex ipſis, vel diſcreta & generari, & corrumpi: generari quidem concretione, cum in vnum ex multis coeant elementa ſecundum ordinem amicitiæ; corrumpi vero, cum ab vnione diſceſſerint elementa, lite ad id impellente: adeo vt quod vnum ex illis erat, in plura diſſoluatur, atq; ita intereat. Anaxagoras vero Clazomenius Empedocli ætate anterior, factis autẽ poſterior, infinita eſſe rerum principia dixit: pene enim ſimilaria omnia ponens, vt aerem, & aquam: ipſa ait generari, & corrumpi ex hoc, quòd aut ſimul congregentur pro generatione, aut diſgregentur pro corruptione: aliter vero neque generari, neq; corrumpi cenſuit: ſed manere perpetua. Ex his igitur, quæ hactenus ſunt commemorata (ſi quis recte animaduertat) nullam aliam cauſam ab horum philoſophorum dictis inſpicere poterit præter materialem. Sed poſtea vlterius progredientes circa rerum inuestigationem, cum nihil ſeipſum moueat, aut generet (non enim lignum conficit lecticam, aut æs ſtatuam) hinc coacti ſunt inquirere, quonam modo res ſingulæ fiant; quod quidem eſt inquirere aliud principium diuerſum a materia, quod nos nominamus cauſam vnde principium motus. Proinde, qui priores prima methodum hanc ita inueſtigandi rerum cauſas attigerunt, & ſuppoſuerunt vnũ eſſe ſubiectum; ij nullam ſibi fecere difficultatem penes id, quomodo res fiant. Nonnulli autem vnum omnia eſſe aſſerentes, tanquam ab huiuſmodi inquiſitione deuicti, dixerunt, vnum eſſe immobile, & vniuerſam naturam pariter immobilem; non ſolum ſecundum generationem, & corruptionem, quod eſt antiquum placitum, in quo omnes conſenſerunt, ſed etiam ſecundum vnumquemq; motum, quæ poſitio ſingularis eſt ipſius Parmenidis: adeo vt hinc poſſimus aſſerere, nulli eorum, qui vniuerſum vnum eſſe dixerunt, contigiſſe, vt cauſam hanc efficientem, quam modo innuimus, perſpexerint: excepto ipſo Parmenide, qui eam potuit conſpicere. Verum nec ipſe, niſi inquantum non vnum ſolum, verum duo conſtituit quodammodo cauſas eſſe: dum ſaltem ſenſu plura eſſe dixerit; ponens ignem & terram, tãquam [illegible] rerum aliarum principia. Verum ab illis, qui plura entia conſtituunt, magis potuit prædicta cauſa conſpici; veluti conſtituentibus pro cauſa efficiente calidum, aut frigidum, aut ignem, aut terram: igne vtentibus, tanquam habente naturam aptam ad mouendum; aquam autem, & terram & huiuſmod. pro cauſa paſſiua, & materiali adhibentes. Poſt hos autem philoſophantes, & poſt harum duarum cauſarum inquiſitionem, cum hæ non ſat eſſent ad producendam rerum naturam: rurſus alij quidam ab ipſa veritate coacti, aliud etiam principium conſequens inueſtigarunt. Nam, cum entiũ partim aliqua [illegible] recte ſe habeant, partim fiant: & forte non conueniat attribuere huius rei cauſam ignem, aut terram, vel aliud eorum, [illegible] ijs ſit ſimile: neque etiam veriſimile ſit, philoſophos illos ita eſſe opinatos; [illegible] tantam rem caſui, vel fortunæ adſcribere: hinc quicunq; aſſeruit mundi [illegible] cauſam [illegible] eſſe, eo modo vti etiam in animalibus quæ viuunt ratione; mens, quam poſſident, eſt in cauſa vt bene ſe gerant, & ad certum finem bene dirigant omnia; is præ alijs (tanquam temere cæteris loquentibus) ſobrius, & vir ſapiens viſus eſt. Et Anaxagoram quidẽ conſtat hos de his cauſis attigiſſe ſermones. Verum Hermotinus Clazomenius cauſam, & anſam habet, prius hæc [illegible] nunciare ex ijs, quæ philoſophatus erat. Et quicunque hanc opinionem ſumpſerunt, quòd eſſet aliquid in cauſa, cur bene, ac recte entia ſeſe haberent, principio huic cuius cauſa, etiam cauſam addiderunt ipſam, vnde principium motus ineſt rebus; tanquam non poſſit aliquid recte fieri, niſi adſit cauſa mouens, & operans vt recte fiant.

T E X T V S.

CVM autem manifeſtum ſit, quòd primarum cauſarum oportet ſciẽtiam accipere (tum enim ſcire vnumquodque dicimus, cum primam cauſam nos noſſe arbitramur; cauſę vero quadrifariam dicantur, [a] quarum vnam quidem cauſam dicimus eſſe ſubſtantiam, & ipſum quid erat eſſe: [b] nam ipſum quare primum refertur ad rationem vltimam; cauſa autem & principium, ipſum quare primum) vnam vero materiam, & ſubiectum: tertiam autem, vnde principium motus: quartam vero oppoſitam ei cauſam, & cuius gratia, & bonum. hoc enim finis totius motus, & generationis eſt: de his autem omnibus & ſi ſatis in de naturalibus ſpeculatum ſit, nihilominus tamen illos quoque, qui ante nos ad entium perſcrutationem venerunt, [c] & de veritate philoſophati ſunt; aſciſcamus. patet enim, quòd illi etiam principia aliqua, & cauſas dicunt. Proderit itaque profecto huic tractatui nunc, ſi illa breuiter repetemus: aut enim aliud cauſæ genus inueniemus, aut certe magis illis credemus, quæ nunc dictę ſunt. Plurimi igitur eorum, qui primo philoſophati ſunt, ſolas illas exiſtimarunt omnium eſſe principia, quæ in materię ſpecie ſunt, ex quo enim omnia entia ſunt, & ex quo primo fiunt, & ad quod vltimum corrumpuntur,

puntur, substantia quidem permanente, mutata vero passionibus, hoc elementum, & hoc omnium entium esse principium aiunt. & ob hoc nihil fieri, neque corrumpi opinantur, tanquam huiuscemodi natura semper conseruata. quemadmodum neque Socratem, quando formosus, aut musicus efficitur, simpliciter fieri dicimus, neque, cum istos habitus amittat, corrumpi: eo quòd subiectum ipsum Socrates permanet, ita & cæterorum nihil. oportet enim aliquam naturam aut vnam, aut plures esse, e quibus cætera fiunt, illa conseruata. Pluralitatem tamen, & speciem huius principij non eandem omnes dicunt. Sed Thales quidem huiusmodi Philosophiæ princeps aquam ait esse: quare terram quoque super aquam asserebat esse. Fortassis hanc habuit opinionem, quia nutrimentum omnium humidum esse videbat, ipsum quoque calidum ex eo factum, eoque animal viuere. ex quo auem fit, id esse principium omnium. propter hoc igitur hanc habuit opinionem. & quoniam cunctorum semina naturam humidam sortita sunt: aqua vero naturæ principium humidis est. Sunt autem quidam, qui etiam antiquissimos illos, & nimis a præsenti generatione remotos, & primos theologizantes sic arbitrantur de natura sensisse. Oceanum nanque, & Tethyn generationis parentes esse cecinerunt. Iusiurandum quoque deorum aquam esse, stygem ab ipsis Poetis appellatam. [d] honorabilissimum enim quod antiquissimum est. iusiurandum autem honorabilissimum est. Si igitur antiqua ista & vetusta de natura opinio est, fortasse non est manifestum. Thales tamen hunc in modum de prima causa dicitur asseruisse. Hipponem etenim nemo dignabitur cum istis connumerare, [e] propter intellectus eius simplicitatem. Anaximenes autem, & Diogenes aerem priorem aqua, & maxime simplicium corporum principium statuunt. Hippasus autem Metapontinus, & Heraclitus Ephesius ignem. Empedocles autem quatuor, vna cum prædictis superaddens etiam terram quartum. hęc enim semper permanere, nec fieri nisi pluralitate, & paucitate coniuncta, & disiuncta in vnum, & ex vno. Anaxagoras autē Clazomenius, [f] ætate quidem illo superior, operibus vero inferior, infinita dicit esse principia. fere enim omnia, quæ consimilium partium sunt, vt aquam, vel ignem, ita fieri, & corrumpi ait coniunctione & disiunctione solum. aliter vero nec fieri neque corrumpi, sed perpetua permanere. Ex his itaque solam quis causam illam, quæ in materiæ specie dicitur, putabit. Hoc autem modo procedentibus, ipsa res eos duxit, & coegit vlterius quærere. Nam, & si quàm maxime omnis corruptio, & generatio ex aliquo vt ex vno, aut ex pluribus fit, cur hoc accidit, & quæ causa est? Non enim ipsum subiectum sese mutari facit, vt puta, dico quòd neque lignum, neque æs causa est, vt vtrunque eorum mutetur. neque lignum quidem lectum, æs vero statuam facit, sed aliud quippiam mutationis causa est. hoc autem quærere, aliud principium quærere est, perinde atque id, quod nos vnde principium motus dicimus. Qui igitur omnino a principio istam viam attigerunt, vnumque esse subiectum asseruerunt, nil difficultatis sibiipsis reliquerunt. Verum quidam eorum, qui vnum constituerunt, quasi deuicti ab hac quæstione, ipsum vnum immobile dicunt esse, naturamq; totam non solum secundum generationem & corruptionem (hoc enim vetus est, & cui omnes consenserunt) sed etiam secundum reliquam omnem transmutationem. & hoc eorum est proprium. Illorum igitur, qui vnum solum esse dixerunt ipsum vniuersum, nulli contingit talem inspicere causam, nisi fortassis Parmenidi. & huic eatenus, [g] quatenus non solum vnam, verum etiam duas quodammodo ponit causas esse. Illis vero, qui plura faciunt, magis accidit dicere, vt puta illis, qui calidum, aut frigidum, aut ignem, & terram. vtuntur enim igne, tanquam motiuam habente naturam: aqua vero & terra, & huiuscemodi, econtrario. Post hos autē, & huiusmodi principia tanquam non sufficientia, vt entium naturam generarent, rursus ab ipsa veritate, vt diximus, coacti, illud, quod sequitur, quæsiuerunt principium. vt enim entia bene se partim habeāt, partim fiant, nec ignē fortassis, nec terram, nec aliud huiuscemodi quicquā verisimile est causam esse: nec illos verisimile est arbitrari: nec rursus casui, & fortunæ tantam attribuere rem probe se habet. Quare, qui vt animalibus, ita in natura intellectum inesse causam mundi, totiusque ordinis dixerat, [h] quasi sobrius comparatus ad Antiquiores vana dicentes, apparuit. Istas autem rationes qui palam attigit, Anaxagoram fuisse scimus. attamen [i] Hermotimus Clazomenius dicitur causam prius dixisse. Qui igitur ita arbitrati sunt, principium entium posuerunt simul tam causam ipsius bene, quàm illam, vnde motus entibus inest.

ADNOTATIONES.



QVARVM [a] *vnam quidem causam dicimus esse substantiam: & ipsum quid erat esse.* Causam dictam formalem duobus ijs modis explicat Aristoteles; appellans eam, tum substantiam, tum ipsum quod quid erat esse. substantiam quidem, propterea quòd forma (vt docetur infra lib. 7. cap. 3.) proprie præcipuam partem obtinet in substantia composita: deinde vero, cum ab ipsa forma pendeat esse rei, ideo & quod quid erat esse eidem conuenit: & est typus in scholis inductus ad explicandam orationem, quæ continet rei definitionem; quod etiam accidentibus potest aptari eo modo, vt ipsorum quoque potest esse aliqua definitio: de qua re propria extat disputatio in lib. 7. [b] *Nam ipsum quare primum refertur ad rationem vltimam.* hæc dictio, *rationem*: græce habetur, λόγον, quæ & orationem, & rationem potest significare. Hæc autem verba explicans Alexander ait, hæc ideo dicta ab Aristotele, quòd ipsum quare primum refertur ad rationem vltimam; propterea quòd ad quæstionem quare, nonnullæ aliæ etiam responsiones afferri possunt, quæ nondum rationem & definitionem contineant, nec dictæ responsiones causam formalem docere queunt. Dictam autem esse, vltimam rationem, idem animaduertit; quoniam reddita definitione, non vltra quærimus quare. Alexand

Illa

[illegible] ſubiunctæ ab Ariſtotele: *cauſa autem, & principium ipſum quare primum.* Ale- Alexand.
[illegible] : quod vltimum, quod reſpondetur ad quæſtionem propter quid, id pro-
[illegible] ; [illegible] autem hic primum eſt cauſa, eſt cauſa eorum, quæ ſic ſunt cauſæ: & cum
[illegible] reſponſione ad quæſtionem quare; hinc ſequitur, definitionem eſſe primam
[illegible] formalium [illegible]. Aut inquit, intellexit Ariſtoteles cauſam, & principium eorum, quæ
[illegible] in [illegible] quare, eſſe illud, quod vltimum reſpondetur. Facilior autem videtur
[illegible] interpretatio hunc in in modum: vt, cum dixerit Ariſtoteles, propoſitum eſ-
ſe [illegible] inueſtigare; nunc manifeſtet harum vnam eſſe ipſum propter quid,
nempe [illegible] complectentem rei definitionem: quod deducit ex hoc; quoniam omnis defini-
tio [illegible] orationem explicantem ipſum propter quid: vnde ipſum quare in cauſa quo-
que [illegible] cauſam [illegible], & primum principium reſoluitur. Propterea aduertendum hæc
verba [illegible] duobus modis accipi hoc loco ab Ariſtotele: tum iuxta illud primum quare;
quod [illegible] ad quæſitum, tum illud aliud, ad quod vltimum redigitur quæſtio pro-
pter quid, [illegible] primum, quaſi ad hunc ſenſum, quia ſupremum eſt ad omnia alia inferiora quæ-
ſita. [illegible] quid ſit homo, & aſſignetur definitio, quòd ſit animal rationale, capax di-
ſciplinæ, hæc erit prima hominis definitio, & primum quare, immediate referens hominis eſſen-
tiam. [illegible] vlterius requiratur quid ſit animal; & ita ad alia aſcendendo, quæ poſſint eſſe in defini-
tione [illegible] aſſignetur definitio ſingulorum, tandem in vltimam quandam quæſtionem, & re-
ſpo[illegible] quieſcet, & terminabit quæſtio ipſius propter quid: & iſtud erit prima cauſa; ſeu primum
principium in genere cauſæ formalis. Et id quidem erat explicandum, quoniam non ita apparebat
[illegible] conuenientem quod quid erat eſſe; ſicuti patere poteſt de materia, & de effi-
ciente, & de fine, qui [illegible] cuius cauſa, quòd ſint in his omnibus primæ rerum cauſæ. [c] *Et de
veritate philoſophati ſunt.* Ita dictum animaduertit Philoponus, ad inſinuandos philoſophos, qui fue- Philop.
runt [illegible] quorum finis eſt veritas, non bonum & vtile: ſicuti finis eſt practici: prout pra-
ctica, & contemplatiua philoſophia inuicem diſtinguuntur libro ſequenti a Græcis Alpha minor ap-
pellato. vnde etiam Ariſtoteles initio libri 3. de cœlo hac eadem voce vſus videtur, dum dixit: *qui
prius igitur philoſophati ſunt de veritate;* idque, ad differentiam eorum, qui de moribus ſunt perſcru-
tati. [d] *Honorabiliſſimum enim, quod antiquiſſimum eſt.* Alexander ait, conſtitui hoc loco ſyllogiſ- Alexand.
mum ex duabus affirmatiuis in ſecunda figura, quæ complicatio eſt aſſyllogiſtica, vt patet ex traditis
in prioribus Analyt. ita enim conſtrui videtur ſyllogiſmus. Quod antiquiſſimum, eſt honorabiliſſi-
mum [illegible] eſt honorabiliſſimum; & eſt complicatio ex duabus affirmatiuis in ſecunda figura,
ex qua nulla certa inferri poteſt concluſio: ideo Alexander terminum medium qui eſt, *honorabiliſſi-
mum* [illegible] de alio termino minori, qui eſt *antiquiſſimum*, ſubiici vero minori termino, qui
[illegible], quæ explicatio conſentiens eſt verbis Ariſtotelis, qui ponit in vna propoſitione, nem-
pe [illegible], *antiquiſſimum*, pro ſubiecto termino; dum inquit græce, τὸ πρεσβύτατον; in alia vero
[illegible] ponit pro ſubiecto, *honorabiliſſimum*, vt patet ex dictione græca, quæ ita ſe ha-
[illegible] ſyllogiſmus in prima figura hunc in modum. Quod honorabiliſſimũ,
[illegible] honorabiliſſimum illud, per quod iuramus) quod autem eſt
[illegible] vnde ſequitur concluſio, quòd id, quod eſt antiquiſſimum, eſt
[illegible] conſiderando. quoniam eſt honorabiliſſimum: cui conclu-
[illegible] propoſitionem; nempe, aquam eſſe per quam facerent Dij iuſiurãdum;
[illegible] vetuſtiſſimam, per quam dij iurarent; & ideo ipſam rerũ eſſe primum prin-
[illegible] eſt ab Ariſtotele ex dictis poetarum theologizantium. [e] *Propter intellectus
[illegible]* græce legitur [illegible] quæ vox ſignificat paruitatem: vnde Beſſario, & Perio-
n[illegible] vertet [illegible] ſignificetur, quod Hippon paruus, & modicus fuerit, & ſimplex in di-
[illegible] conſtituens humidũ pro principio materiali, illud non expreſſerit, num eſſet aer, aut aqua:
[illegible] in lib. 2. de anima habe[illegible], q. Hippon ponebat animã eſſe aquam. Idem etiam appellatus eſt
athe[illegible] qui Deum ſuis dogmatibus tolleret: & ideo inquit Alexander, non adnumerandum Hippo- Alexand.
nem inter philoſophos, vt qui impius fuerit, & longe abhorrens a Dei cognitione: vnde in eius tumu-
lo ait appoſitum fuiſſe [illegible] epigramma. *Hic eſt Hipponis tumulus; qui fato deficientes Dijs immorta-
libus æquabat.* [f] *Aetate quidem illo ſuperior. operibus vero inferior.* Alexander animaduertit, Ariſto-
telem [illegible] præpoſuiſſe Empedoclem Anaxagoræ, quoniam hic infinita, ille vero finita principia Alexand.
conſtitueret, [illegible] quàm infinita ſtatuere: at nonnullis in locis, inquit, opinio Anaxago-
[illegible] præferatur ſententiæ Empedoclis: vt dum infra dicitur, quòd ſententia Anaxagoræ proprius ad ve-
[illegible] accedit, ſi eius mens ab aliquo adiuta magis explicetur. Cenſet tamen Alexander interim di-
ctum de ipſo, quòd factis ſit poſterior ab Empedocle, propter elementorum infinitatem, in qua con-
uenit cum Platone; & ita poſterior quo ad ſententiam, quæ eſt conformis poſterioribus philoſo-
phis. Verum adnotandum, in calce huius libri dici, quòd prima philoſophia erat balbutiens. Vn-
de, cum dixerit Ariſtoteles de Anaxagora, quòd fuit poſterior operibus ab Empedocle, licet prior
ætate, hinc videretur commendari Anaxagoras: vt qui a balbutiente philoſophia ſecedens, magis
ad veritatem acceſſerit, quam Empedocles, ætate illo poſterior. & ſane, quæ habentur infra cap. 7.

E circa

circa opinionem Anaxagoræ, testantur verba hæc (quòd fuerit factis posterior) prolata fuisse ab Aristotele in eius commendationem. g *Quatenus non solum vnam, verum etiam duas quodammodo ponit causas*. de Parmenide ait, quòd & si poneret vniuersum esse vnum ens, attamen quodammodo etiam duas causas posuit. Nam (vt refert hoc loco Alexander ex Theophrasto in libro de rebus naturalibus) Parmenides incedens duabus vijs, ponebat duas causas, tum ignem, tum terram, vt secundum sensum tueretur apparentiam harum rerum naturalium, quæ videntur mutari: de quo etiam est mentio in 1. libro physic. & in hoc eodem lib. cap. 5. h *Quasi sobrius comparatus ad antiquiores vana dicentes apparuit*. ait, quòd qui dixit mentem causam esse mundi, & ordinis vniuersi, is inter alios visus est sobrius, & non seductus a proprio appetitu. Et de hac causa attinente ad ordinem vniuersi, agitur infra in lib. 12. apud nos postremo huius philosophiæ: videturq; commendari Anaxagoras, qui constituit mentem esse congregantem. Ex hoc autem loco nonnulli deducunt argumentum ad probandum, quòd Aristoteles constiruerit mundum dependentem in genere causæ efficientis: quoniam laudat Anaxagoram, qui constituebat mentem esse causam vniuersi: Ad quod primo dicendum est, id illatum esse ex aliorum sententia. Deinde vero & ex his, quæ inducit de intellectu causa existente in animalibus, qui sane in genere causæ finalis mouet, vel etiam mouetur, vt agantur quæ circa animal rationabile fiunt, potius innuitur motio, seu actio causæ finalis, quàm efficientis: de qua re alibi latius dicetur. i *Hermotinus Clazomenius dicitur prius causam dixisse*. græce habetur, αἴτιον, loco cuius vocis quidam legunt αἰτίαν, adeo vt horum verborum innuant hunc esse sensum: nempe, quòd auctor inuentionis causæ, quæ pertinet ad ipsum finem, dictum cuius causa, censeatur fuisse Hermotinus Clazomenius, huic interpretationi adhærentes: quoniam αἰτίαν ἔχειν, sit idem, quod auctorem haberi. Bessario autem, & cum ipso Perionius ita conuertit. *Hermotinus Clazomenius dicitur causam prius dixisse*. Verum aduertendum, verbum ipsum, εἰπεῖν, non recte videri exponi, si lectio in vocem illam, αἰτίαν, mutetur: dicendo quòd ipse habeat dicere, quòd auctor habeatur; minime enim conueniens videtur hæc phrasis orationis. Idcirco retinentes communem lectionem, quæ habetur in omnibus impressis codicibus; nempe, αἴτιον, ita exponere possumus prædicta verba: quòd Hermotinus, potius quàm Anaxagoras, habet causam, seu ansam dicendi ex sua, quam tradidit philosophia, & explicandi causam finalem: vt qui eam prius insinuarit: & huic interpretationi consentiens est versio Bessarionis: *quòd dicitur Hermotinus Clazomenius causam prius dixisse*.

Alexand.

Eorum opiniones recitantur, qui causam efficientem, duplicem secundum bonum & malum constituerunt. Cap. VI.

PARAPHRASIS.

HESIODVM autem conijceret aliquis primum fuisse, qui primum quid huiusmodi quæsierit, vt causam vnde initium motus coniungeret vna cum recte agendi atque boni causa; dum ita dixit: Primum chaos genitum esse; deinde latam terram, & amorem, qui decus rebus cunctis immortalibus affert; & si quis alius amorem, seu cupiditatem in rebus tanquam principium statuit. sicuti & Parmenides, qui construens vniuersi generationem; ptimum dicit) Deum amorem esse productum: vt hinc pateat omnino necessarium esse, vt sit in rebus quædam causa, quæ mouebit, & continebit omnia. Quomodo autem circa hos philosophos oportet distinguere, quisnam prior harum causarum assignationem attulerit, postea licebit discernere in discussione opinionum singulorum. Quoniam autem bonis contraria apparebant in natura: & non solum ordo, & pulchrum, verum etiam inordinatio & turpe (quin & plura mala esse quàm bona, & plura turpia, quàm honesta) hinc excitatus quidam alius, introduxit amicitiam, & litem; tanquam harum altera, nempe amicitia, esset causa bonorum: lis vero causa malorum: cuius positionis auctor fuit Empedocles; quem ita sensisse facile conijciet, quicunque sumpserit ex eius scripris ea, quæ vere sunt ad eius mentem; & non quæ balbutiendo, & obscure loquitur suis in carminibus; adeo quòd non perperam sentiret, qui diceret, Empedoclem omnium primum, pro principijs posuisse bonum, & malum: si quidem quod omnium bonorum est causa, bonum est; & quod malorum malum. Colligentes autem quæ hactenus sunt enarrata; dicere possumus, ab ijs philosophis, quos recensuimus, duas tantum causas ex illis, quas nos in naturalium rerum contemplatione definiuimus, tactas fuisse; videlicet materialem, & illam vnde est initium motus; obscurius autem, & non manifeste: vt, quemadmodum qui absque disciplina dimicant, dum agitantur, persæpe insignes plagas inferunt, licet sine scientia, tanquam rudes, & inexercitati; ita & ij videntur non scite obtinere quæ enunciant: quod ex eo patet, quòd ferme ijs causis non vtuntur nisi raro. siquidem Anaxagoras vtitur mente, prout in tragœdijs Dij ex machina in auxilium laborantium produci solent,

[illegible] mundi conſt[illegible]nem, & quando dubitat, propter quam cauſam mundus ſit ex neceſ-[illegible]ate, ipſam mente[illegible] trahit in medium: in alijs, quæuis omnia potius quàm mentem ponit eorum, quæ fiunt, eſſe cauſam. Empedocles autem magis quàm Anaxagoras, vtitur cauſis: verum nec ipſe, quantum ſatis eſſet; neque in ſua poſitione ſibi conſtat. nam non ſemper videtur ſup-[illegible]ere, quòd amicitia ſit cauſa concretionis, diſcordia vero diſcretionis; cum etiam ſæpe oppoſito modo ſe habeant: ſiquidem, quando ſecundum ipſum; ex vno diſſoluitur vniuerſum in elementa; ſic ignis per [illegible] in vnam naturam coaleſcit: & ſimiliter alia elementa: quando autem per amicitiam omnia co[illegible]gantur in vnum, ſic oportet ex vno quoq; partes rurſus ſegregari; vt puta, ex elemẽto toto ignis, partem aliquam ſeparari. & ita de alijs elementis; vt omnino ex amicitia conſequatur ſegreg[illegible]o: & ita amicitia ſegregabit; lis autem congregabit; quod aduerſatur eius poſitioni. Hanc igitur cau[illegible]m mouentem, in [illegible] oppoſitas partes diuiſam, primus induxit Empedocles: ſicuti & primus fuit, qui quattuor elemen[illegible], ignem, aerem, aquam, & terram, ſub vnam materiæ rationem ſtatuit: quamquam ipſi [illegible] non vtitur, ſed [illegible] duo tantum eſſent; ex vna parte ignem conſtituens, ex alia vero [illegible], & terram pro vna altera natura. Leucippus autem, & eius ſocius Democri[illegible], conſtituu[illegible] rerum elementa plenum & vacuum; dicentes, ipſum plenum & ſolidum ens; vacuũ vero & rarum non ens, ita tamen, vt non magis ens, non ente eſſe dicant: quando neq; vacuum (ſecũdum [illegible]) [illegible] eſt, quam corpus: & hæc quidem conſtituunt eſſe cauſas entium: vt materiam. Et quemadmodum; qui vnum ponunt, ipſam ſubiectam materiam; & alia deinde per eius paſſiones generant; conſtituentes rarum, & denſum principia affectionum; pariter & hi differentias, quas ſupponunt: nempe figuram, ordinem & ſitum, hæc aliarum rerum cauſas dicunt eſſe; tres ipſas aſſignantes: quas [illegible] nominibus, ex [illegible] Abderitarum ſumptis, appellant: pro figura ῥυσμὸς, pro ordine, διαθιγὴ, pro poſitione, τροπή. quemadmodum diceretur; quod A differt figura ab ipſo B, ſyllaba vero NA, ordine differt a ſyllaba, AN, & rurſus A ab ipſo elemento C differt poſitione in ordine Alphabeti. De motu autem, vnde nam proueniat, aut quo pacto rebus inſit, & hi propemodum, vti & alij, per inertiam [illegible] omiſerunt. Quare (vt dictum eſt etiam antea) ex hactenus enarratis patet, a prioribus philoſoph[illegible], de duabus tantum cauſis, de materiali ſcilicet & efficiente quæſitum fuiſſe.

TEXTVS.

SVSTICARETVR autem aliquis Heſiodum primum hoc quæſiuiſſe, & ſi quis alius amo[illegible], aut deſiderium in entibus. vt principium poſuit, ſicuti Parmenides. etenim is vniuerſi generatio[illegible]m monſtrando, Primum quidem inter omnes Deos amorẽ, ait, produxit. Heſiodus vero, ante omnia fuiſſe chaos: Deinde terram ſpatioſam, atque amorem, [a] qui inter omnes immor[illegible] [illegible] ſit, vt in entibus aliqua cauſa inſit, quæ res ipſas moueat atque coniungat, [b] [illegible] oportet, quis ſcilicet eorum primus ſit, liceat poſterius iudicare. Cum autem [illegible] naturæ apparerent, nec ſolum ordo, & pulchrum, verum etiam inor-[illegible] turp[illegible] [c] [illegible] bona, & turpia quàm pulchra, ideo alius quidam amicitiam introduxit, [illegible] vtriuſque horum cauſam. ſi quis enim ſequatur, & ſecundum ſenten-[illegible] [illegible], quæ balbutiens Empedocles dicit, inueniet amicitiam quidem bonorum [illegible], contentionem vero malorum. Quare, ſi quis dicat quodammodo dicere, & primum Empedoclem [illegible] malum, & bonum [illegible] principia, fortaſſe bene inquiet: [d] ſiquidem bonorum omniũ cauſa ipſum b[illegible]m, [illegible] ipſum malum eſt. Hi quidem, vt diximus, & hucuſq; duas cauſas, quas nos in de naturalib[illegible]s determinauim[illegible], attigerunt, materiam, & vnde motus. obſcure tamen, & non clare, ſed quemadmodum [e] inexercitati in prælio faciunt. etenim illi circumeuntes, egregias plerunque plagas infligunt. ſed nec illi ex ſcientia, nec i[illegible] videntur ſcire quid dicant. Fere etenim nullo modo videntur his vti, niſi paulum [illegible]. nam & Anaxagoras, [f] tanquam machina vtitur intellectu ad mundi generationem. &, cum dubitat propter qua[illegible] cau[illegible]m nece[illegible] [illegible]ſt, tunc eum attrahit. in cæteris vero magis cætera omnia, quam intellectum cauſam [illegible], quæ fiunt, ponit. Et Empedocles plus quidem iſto cauſis vtitur: neque ſufficienter tamen, neque in his reperit, quod ſequitur. multis enim in locis apud eum amicitia quidem diſiungit, contentio vero coniungit. cum enim in elementa per contentionem vniuerſum diſſoluitur, tunc ignis in vnum [illegible], & cæterorum elementorum vnumquodque: cum autem rurſus per amicitiam in vnum [illegible], neceſſe eſt iterum particulas vniuſcuiuſque ſeparari. Empedocles itaque, præter alios anti-[illegible]res, primus hanc cauſam diuidens, introduxit. nec vnum motus principium, ſed diuerſa fecit, & cõ-[illegible]. & adhæc elementa, quæ in materiæ ſpecie dicuntur, quattuor eſſe primus aſſeruit. non tamen eis vt quattuor vtitur, ſed tanquam duo eſſent ſola, igne quidem per ſeipſum, oppoſitis vero terra, aere, & aqua tanquam vna natura. comprehendat autem quiſpiam idipſum, ex eius carminibus contemplans. Is igitur, vt diximus, ita, & tot principia aſſeruit. Leucippus vero, ac eius familiaris Democritus elementa quidem plenum, & vacuum eſſe aiunt, dicentes hoc quidem ens, hoc vero non ens: & rurſus, ens quidẽ plenum & ſolidum, non ens autem vacuum & rarum. Quare nihilo magis ipſum ens, quàm ipſum non ens eſſe aiunt, [g] quia neq; vacuum [illegible] corpus. hæc autem cauſas entiũ, vt materiam eſſe. Et quemadmodum

 qui

qui vnum faciunt subiectã substantiam, cętera passionibus eius generant, rarum, & densum passionum statuentes principia: simili modo hi quoq; differentias causas cæterorum aiunt esse. Has autem tres esse dicunt, figuram, ordinem & situm. differre etenim ens aiunt duntaxat rhysmo, diathige, & trope, quorum rhysmus quidem figura, diathige vero ordo, trope autem situs est. differt autem A ab N, figura: A N, vero à N A, ordine: Z autẽ ab N, situ. [h] *De motu vero vnde, vel quomodo existentibus inest, & hi perinde atque alij, per negligentiam omiserunt. Hactenus itaque de duabus causis, vt dicebamus, videtur quæsitum a prioribus fuisse.*

ADNOTATIONES.

QVI [a] *inter omnes immortales elucet.* verba sunt Hesiodi asserentis amorem inesse rebus immortalibus: qui forte hanc dixit sententiam, innuere volens, ꝙ perpetuitas, & immortalitas consequitur in vniuerso ad bonum, quod hac voce amoris expressit; cuius causa oĩa mouentur, & per amorem cupiditas hæc perpetuandi rebus inexistens denotatur. [b] *Hos autem quomodo ordinare oportet.* Alexander hęc verba ita interpretatur, quòd supponat Aristoteles, quærendum deinceps quisnam primus auctor fuerit huius causæ. Anaxagoras ne, an Hermotinus, an Hesiodus; quod tamen vbi præstetur ab Aristotele, Alexander non explicauit: sed forte de hoc in cap. sequenti, vbi perpenditur, quis ex priscis Philosophis de causa mouente pręclarius disseruerit. D. autem Thomas, quem secutus est Suessanus, ita interpretatus est. *Quis horum sit prior*, idest potior, vtrum ille, qui dixit amorem esse primum principium, vel qui dixit intellectum; posterius poterit iudicari; scilicet vbi agetur de Deo: quomodo autem id fiat, non aperit Diuus Thomas. Forte autem intelligit Aristoteles de prioritate temporis, de qua re in lib. 12. apud nos postremo, vbi dicitur, a Priscis theologis de Deo habitam fuisse mentionem, & esse antiquissimam opinionem. [c] *Pluraque mala quàm bona, & turpia, quàm pulcra*: ex ijs verbis græce ita se habentibus καὶ πλείω τὰ κακὰ τῶν ἀγαθῶν, καὶ τὰ φαῦλα τῶν καλῶν, apparet distingui ab Aristotele, bonum, & honestum (quamuis sępe inuicem hæc confundat, vt etiam καλὸν pro bono accipiat. Quòd aurem plura sint mala, quàm bona, seu turpia quàm honesta (quod attinet ad vitia) procul dubio hæc plura sunt quàm virtutes: idque propterea quòd (vt dicitur in lib. 2. Eth.) contingit recedere pluribus modis a medio, in quibus omnibus vitia cõsistunt: virtus autem quæ sita est in mediocritate, tanquam in medio circuli, est tantum vna circa cuiusuis generis passiones, & operationes humanas. De cœteris vero rebus, ꝙ sint plura mala quàm bona in ipsis, non appatet: nisi forte dicamus ita pronunciatum esse ab Aristotele secundum quandam hominum existimationem: nõ ꝙ re vera ita se res habeat: vnde etiam ita locutus est: quòd apparent plura mala quàm bona, Aut id referendum est ad hominum conditiones, iuxta euentus prospetæ vel aduersę fortunæ; cuius sint plures, quàm prosperę successus. Aut forte in genere rerum sunt plura mala, quoniam innumeræ particulares inordinationes, innumeraq; peccata in rerum naturaliũ ortu atq; constitutione proueniunt. pro vt tangitur in lib. 12. apud nos postremo in tractatu de bono vniuersi circa hęc inferiora [d] *Et siquidem bonorum omnium causa ipsum bonum, & malorum ipsum malum est.* de malo, & bono, ꝙ sint in rebus, infra in calce lib. 6. traditur ab Aristotele. Aduertendum autem, ꝙ si malum accipiatur in genere pro priuatione cuiusq; boni, hac ratione malum erit priuatio simpliciter entis; vnde nihil est: & ideo simpliciter fugiendum. si autem sumatur malum pro priuatione alicuius boni determinati, hac ratione malum erit in rebus, & in natura habens determinatum subiectum, cui inest; vt cœcitas, cuius subiectũ est oculus animalis apti ad videndum: vnde huiusmodi malum, dicit & secum affert quandam qualitatem oppositam qualitati, quæ concernit habitum contrarium bonum existentem. Vtrum autem malum sit causa malorum; dicendum videtur. quòd si accipiatur malum vniuersale & in genere; cum hoc non sit ens vllo modo (vt dictnm est) neq; causa aliquorum esse potest; neq; ipsius est vlla causa. si autẽ accipiatur malum, vt dicit quandam qualitatem determinatam, oppositamq; bono determinato, dici potest, quòd huiusmodi malum est causa mali; veluti defectus in semine, qui est malus, est per se causa monstri, quod est malum: sicuti etiam dicere possumus, ꝙ defectus talis formæ in monstro est malus; & est causa mali, cum ob id res deficiat a sua conuenienti natura, quod sane non nisi malum est in re ipsa [e] *Inexercitati in prælio* &c. ait ex antiquioribus Philosophis esse nonnullos, qui afferunt quædam non spernenda circa rerum causas, sed non scienter, vt assimilentur ijs, qui cum sint inexercitati in pugna, attamen dum agitantur, inferunt interdum insignes plagas; sed non ex scientia; vt qui pugnandi artem minime calleant; sic & hi Philosophantes ex difficultatibus quas patiuntur circa rerum contemplationem, aliqua recte enunciant; non scientes tamen quomodo ad propositam contemplationem conferant. Dictum autem hoc de inexercitatis in prælio, qui tamen interdum insignes inferunt plagas; est simile sententiæ illi, quę est in procemio Rhet. Vbi dicitur, ꝙ aliqui non bene, aliqui bene loquuntur, sed casu: ex quo deducebat Aristoteles, artem igitur dicendi posse constitui, per quam cognoscamus, quando rite, aut non rite loquamur; in quo sita erit ars oratoria; quasi primo ruditas præcedat, & ex ea deinde aptitudo ad perficiendam artem detegatur; sicuti omnes scientiæ & artes paulatim hunc in modum constitutæ sunt, vt dicitur in libro sequenti. [f] *Tanquam machina vtitur intellectu &c.* dicit de Anaxagora, quòd vtitur mente in mundi constitutione, item cum dubitat ob quam causam ex necessitate sit constitutus: tunc enim trahit mentem tanquam

Alexand.

Thomas.

[illegible] in medium, in auxilium dubitationis; nil aliud afferens (vt colligitur apud Platonem in Phædone) quam ipsam mentem; quæ (inquit) singula sic exornauit,& mundum ita constituerit [illegible] in tragœdijs (inquit Alexander) ex machina dij produci solent in auxiliū laborantium [illegible] cum poetæ in angustum deducuntur, vt non possint vltra sustinere figmentum fabulæ: vel [illegible] bant, qui in periculis cernuntur. ita igitur Anaxagoras vtitur mente, cum docere [illegible] de mundi constitutione; dicens, quòd mens ipsum ita construxit. similiter, cum dubitat ob quam causam [illegible] mentē, quæ ita cōstruxit: in reliquis omnibus, quæuis potius, quàm mentem [illegible] earum quæ fiunt. vnde perfecte non vtitur ipsa mente: sicuti Aristoteles assignauit Deum [illegible] sub ratione optimi finis in lib. 12. apud nos postremo: Vnde deduci potest [illegible] Anaxagoras causam finalem proprie non attigerit. g *Quia neq; vacuū, quàm corpus &c.* Cum diceret antea [illegible] Democriti, quòd ens, ipsum scilicet plenum, non est magis ipso non ente; id est vacuo, [illegible] recte subiungi, neq; vacuum corpore; cum deberet sermo esse conuersus; nempe, neq; corpus est [illegible] ens quam vacuum, & ita nonnulli contextum accōmodant. Alij supplent [illegible] ita interpretantes, neq; vacuum est minus ens quàm corpus, sed forte, retinendo com[illegible]nem [illegible] aptius ita interpretaremur; quòd secundum Democritum, ens, ipsum plenum, non est magis, scilicet elementū, quàm sit non ens, ipsum vacuum: quando & ipsum vacuum non magis est elementum, quàm corpus. vt ita sententia Democriti magis explicetur; qui poneret æque esse elementa rerum plenum, ac vacuum. h *De motu vero vnde, vel quomodo existentibus inest, & hi per[illegible] negligentiam omiserunt.* at in lib. 1. de anima, Aristoteles tribuit Democrito, quòd [illegible] motum in esse animæ per atoma. Ad quod dicendum est, quòd & Democritus de hoc motu [illegible] locutus est: neque egit de motu in vniuersali: vnde & ipse accusandus, qui per negligentiam de motu dicere prætermisit. Alexand

Pythagoreorum opinio exponitur constituentium principia secundum numeros; necnon eorum, qui vniuersi naturam vnum esse statuebant. *Cap. VII.*

PARAPHRASIS.

INTER hos autem sapientes, quos enumerauimus, extiterunt qui Pythagorei nominantur, partim cum nonnullis ex antea nominatis ætatem simul agentes, partim alijs quibusdā ætate [illegible]tiores, qui dediti cum essent disciplinis mathematicis, illas etiam propria doctrina auxere. Hinc cum ijs studijs addicti forent, in quibus enutriti erant, quasi has disciplinas [illegible] principia, rerum omnium principia censuerunt. Et cum inter mathematica entia, [illegible] locum [illegible], & in numeris multas rerum quæ sunt, & fiunt similitudines conspicerent [illegible], & [illegible], vt puta quòd talis numeri affectio sit iustitia; alia vero sit anima [illegible] & insuper in numeris concentuum & affectiones, & rationes, seu proportiones [illegible], cum cæteræ res in ipsarum natura, numeris similes viderētur; [illegible] priores, [illegible] numerorum elementa, opinati sunt rerum omniū esse elementa: necnon vniuersum cœlum esse concentum, & numerum. Et quæcunq; conuenientia poterant ostendere in numeris, & concentibus, ad cœli affectiones, & partes, & ad vniuersi ornatum, hæc colligentes [illegible]. Et si quid vspiam magni momenti erat, id supplere curabant, vt tota ipsorū [illegible] apte connexa redderetur. Veluti, cum supponatur numerus denarius perfectus, idemq; vniuersam numerorum naturam complecti videatur: hinc, cum dicerent, quæ feruntur in cœlo decem esse, & nouem tantum appareant (quasi explentes numerum denarium) decimam oppositam terram constituunt: de quibus alibi [illegible] in lib. de cœlo cumulatius actum est. Cuius autem gratia hæc modo percurrimus, illud est, vt ab ipsis quoq, Pythagoreis sumamus, quænam principia & hi constituant; & quonam pacto hæc cadunt in expositas causas. Videntur autem & Pythagorei existimare numerū esse principium, tum vt materiam [illegible], tum etiam vt earumdem affectiones & habitus: numeri vero elementa constituunt par & impar: hoc finitum, illud infinitum: vnum vero ex vtrisque constare, & totū cœlum [illegible] quàm numerus esse. Verum quidam alij, ex hac Pythagoreorum secta, statuerunt decem [illegible] principia expressa [illegible] combinatione: nempe, finitum infinitū; impar par; vnum multitudo; dextrum sinistrum; mas fœmina; quiescens motum; rectum obliquum; lumen tenebræ; bonum malum; quadratum & altera parte longius. Quam philosophandi rationem sequutus est etiam Alcmeo Crotoniates, [illegible] sene Pythagora viuebat: vt aut hic ab illis; aut illi ab ipso hanc docendi normam acceperint. Is [illegible] etiam dixit res humanas magna ex parte duplices esse: hinc insinuans contrarietates, quæ rebus insunt: quas tamen haud determinate cōstituebat, hoc vel illo numero, & certis speciebus præfinitis, prout expositæ fuerunt secundum Pythagoreorum placita: sed quæcunq; in rebus inueniri possent contrarietates, has omnes principia asserebat, consentiens & ipse cum Pythagoreis; quòd principia essent contraria; licet non determinaret, vt illi, quænam, & quot essent ista principia. Neutri vero horum aperte explicarunt: quonam modo hæc principia ad causas ante assignatas reducerentur; tam

& si eatenus videntur illa reducere in speciem materiæ; quatenus asserunt, ex illis vti inexistẽtibus substantiam esse compositam. Quæ igitur antiquorum ponentium plura elementa naturæ mens,& opinio fuerit; ex his satis licet conspicere. Sunt autem nonnulli, qui de vniuerso, ac si esset vna natura, enunciarunt: sed non eodem modo omnes; neq; in eo q non recte, neq; in hoc q non loquuntur secundum naturam: adeo vt ad præsentem causarũ considerationem minime accommodetur harum sententiarũ animaduersio. Non enim vt nonnulli philosophi naturales, qui supponentes vnum esse id quod est, ex hoc vno, tanquam ex materia, generationẽ inducunt; sic & hi alij: sed alio modo enunciarunt: etenim illi addunt motum, vt qui supponant vniuersum generari; at hi alij vniuersum constituunt immobile. Verumtamen harum opinionum perpensio eatenus ad præsentem attinet contemplationem, quatenus Parmenides videtur attingere & explicare ipsum vnum; quod constituit respiciens ad formam. Melissus vero ad materiam: vnde hic infinitum; ille vero finitum asserit vniuersum. Xenophanes autem præceptor Parmenidis, primus ante hos, vniuersum, vnum ens constituens, nil de natura formę, aut materię attigisse videtur; sed respiciens ad totum cœlum, ipsum vnum ait Deum esse. Vnde, si inspiciatur institutum præsentis nostræ contemplationis, quæ dirigitur ad causarum inuestigationem, hi omittendi videntur; ac præsertim Melissus, & Xenophanes, vti rudiores; cum Parmenides alicubi oculatior loqui videatur. nam præter ens nihil esse censens, ex necessitate intulit vnum esse ens, & præter ipsum nihil aliud esse, de quibus luculentius in libris de natura dictum est. Idem autem coactus supponere quæ apparent, & hinc vnum ens esse secundum rationem, plura vero secundum sensum reputans; duas iterum causas, & duo principia constituit; calidum, & frigidum; ipsum ignem & terram; calidũ, in ordine entium; frigidum vero in non entium ordine collocans. Quæ igitur a Priscis philosophãtibus accepimus circa hanc principiorum & causarum indagationem, hæc sunt in summa. Ab antiquioribus quidem (a nonnullis ipsorum) principium vnum corporeum, vt ignem, aut aerem; ab alijs vero quibusdam, plura principia itidem corporea, vt sunt quattuor elementa; in hoc inuicem his omnibus conuenientibus, vt ab ipsis posita principia, siue vnum, siue sint plura, in ipsam causam retulerint materialem. A nonnullis vero alijs philosophis (præter hanc causam materialem) accepimus etiam efficientem, vel simplicem & vnam; ab ijs, qui vnum causam esse mouentem dixerunt; vel duplicem & bipartitam ab ijs, qui litem, & amicitiam duas causas efficientes statuerunt; vti Empedocles. Et vsq; quidem ad Italicorum, nempe Pythagoreorum philosophorum ætatem, de dictis causis cæteri (ab ipsis Pythagoreis) mediocrius, parciusq; sunt locuti; vti illi, qui duabus tantum causis (vti dictum est) sint vsi; materiali, & efficiente; quã aliqui vnam, alij vero duas constituerũt. Et Pythagorei præter materialem, & efficientẽ, ad aliud quoq; genus causæ, nempe ad ipsam formalem suas etiam contemplationes protẽderunt: adeo vt (si alios antea memoratos philosophos respiciamus) hoc fuerit proprium Pythagoreorum; disserere scilicet de causa etiam formali. Qui quoq; in hoc ab alijs dissenserunt; vt, cum cæteri principia supponant corporea quædam ex eorum numero entium, quæ natura constãt, & sensu percipiuntur, vt sunt quattuor elementa, & alia huiusmodi: Pythagorei quidem, quæ ponũt principia, ipsum finitum, & infinitum, & vnũ, non in alias naturas retulerunt: sed hæc ipsa substantiam esse statuunt eorum, de quibus prædicantur: vnde etiam enunciarũt, numerum rerum omnium esse substantiam. Quòd autẽ attinet ad tractationem causę formalis, qua explicatur ipsum quod quid est, & hi de ea valde simpliciter, & crassa minerua tractarunt; vt qui definitiones afferant superficietenus complectentes rerum naturas: existimantes, q qui terminus primo insit alicui, hunc substantiam eius esse; tanquam si quis censeret, idem esse duplum, & dualitatem, quoniam duplum primo insit dualitati: cum tamen forte aliud sit, esse dualitati, & aliud esse duplo. Alioquin sequeretur vnum esse multa; vt puta, quoniam duplũ inest dualitati, & quaternitati, & senario; si cui primo inest, eius complet substantiam; ita duplum esset dualitas, quaternitas, & senarium; & sic vnum plura foret. Quod inconueniens & ipsis Pythagoreis consequebatur: qui, cui primo inesset assignata definitio per ipsos ex numeris desumpta; veluti, cui competit numerus pariter par, rem, cui assignetur, esse idipsum asserebant. Verbi gratia, amicitiam, esse numerum pariter par: quæ definitio etiam iustitiæ, vel alteri cuidam rei poterat conuenire; ex quo sequitur, vnum esse plura; nempe, eundem numerum pariter parem esse, tum amicitiam, tum iustitiam, & alias res quàm plurimas. A primis igitur philosophis, & a posterioribus ipsis Pythagoreis de causarum, & principiorum indagatione hæc licet accipere.

TEXTVS.

INTER [a] hos vero, & ante istos, qui appellati Pythagorici. primi Mathematicis operam dederunt, hæc præponebant, & in eis nutriti, eorum principia, entium quoq; cunctorum esse putarũt principia. Cum autem numeri priores his natura sint, in numeris etiam plures similitudines tũ ad existentiam, tum ad ea, quę fiunt, magis quàm in igne, in terra, & in aqua contemplari videbantur. talis etenim, [b] vtputa numerorum passio iustitia, talis vero anima, & intellectus, alia vero tempus, cæterarum quoq;, vt ita dicam, vnaquęq; similiter. Item cum harmoniarum in numeris inspicerent passiones, ac rationes, quoniam cętera quidem viderentur in omnibus numeris assimilari, numeri vero totius naturæ primi, numerorum elementa, entium quoq; cunctorum elemẽta esse putarunt, totumq; cælum harmoniam, & numerum esse: & illa quidem, quæ de numeris, & harmonijs consentanea passionibus, & partibus cœli,

[illegible] a poſ[illegible] monſtrare poterant, colligentes applicabant. Quòd ſi quid alicubi deerat, ſup[illegible] totus eius tractatus conſentaneus eſſet dico autem veluti, quoniam denarius perfectus eſſe vi[illegible] naturam comprehendere, ideo & ea, quæ in cœlo feruntur, decem eſſe aiunt. [illegible] ſolum modo ſint, quæ manifeſte apparent, decimam oppoſitam terram faciunt. Determina[illegible] autem [illegible] de his magis exquiſite. Sed cuius gratia hęc repetimus, hæc eſt, vt & ab his etiã accipiamus [illegible] principia, & quomodo in dictas cauſas incidunt. [c] Apparent etenim etiã iſti [illegible] eſſe, vt materiam entibus, & vt paſſiones, ac habitus. numeri autem ele[illegible] [d] quorum alterum finitum, alterum infinitum. vnum vero ex ambobus his eſſe. par [illegible] numerum autem ex vno, numeros vero, vt dictum eſt, totum cœlum. Horum autẽ alij [illegible] inter ſe coordinata eſſe principia. finitum, infinitum: impar, par: vnum, plura: dextrum, ſiniſtrum: m[illegible], fœmininum: qui[illegible], motum: rectum, curuum: lumen tenebras: bonum, malũ: quadra[illegible] Quemadmodum etiam Alcmeo Crotoniates putaſſe videtur. & aut iſte ab illis, aut [illegible] ab iſto hanc [illegible] opinionem. fuit etenim ætate Alcmeo Pythagoræ iam ſenioris. Aſſeruit [illegible] nanque plerunq; humanas res ait diſtingui, contrarietates dicens. non tamen, [illegible] vt puta album, & nigrum: dulce, amarum: bonum, malum: paruum, magnũ. itaq; indi[illegible] de reliquis effudit ſermonem. Pythagorici vero quot etiam, & quæ ſunt contrarietates, [illegible] Ex ambobus igitur his tantum accipere eſt, ꝙ contraria principia entium ſunt. quot autem, & quæ [illegible] ex cæteris ſolum. verum quomodo illa ad dictas cauſas applicentur, clare quidem ab eis non eſt det[illegible] videntur tamen, vt in materiæ ſpecie ponere elementa. ex his enim tanquam intrinſecis conſi[illegible]. Veterum itaq; ac plura elementa naturæ dicentium mentẽ ex his ſatis ſpe[illegible] vniuerſo, tanquam ſi vna natura eſſet, ita aſſeruerunt, non tamen modo eodẽ [illegible] quod bene, neq; eius, quod ſecundum naturã eſt. [e] In præſenti itaq; cauſarũ conſideratione nullo modo conuenit ſermo de eis. Non enim, vt quidã Phyſicorum, vnũ ſupponentes ipſum ens, nihilominus ex vno tanquam ex materia generant, ſed alio modo hi dicunt. illi enim, cum generent vniuerſum, addunt tamen motum. hi vero immobile eſſe aiunt. Attamen aliquatenus præſenti perſcrutationi propriũ eſt. Parmenides etenim vnum ſecundũ rationem attigiſſe videtur: Meliſſus vero ſecundũ materiam. Quare & id ille quidem finitũ, hic uero infinitum ait eſſe. Xenophanes autem, quãquam prior iſtis, vnũ poſuerat (nam Parmenides eius auditor fuiſſe dicitur) nihil tamen clarum dixit, & neutrius horum naturam attigiſſe videtur, ſed ad totum cœlum reſpiciens, ipſum vnum ait eſſe Deum. Hi igitur, vt diximus, in præſenti quæſtione [illegible]ttendi. duo quidem, & penitus tanquam paululum agreſtiores, Xenophanes, atque Meliſſus. Parmenides vero magis inſpiciens dicere, quoquo modo videtur. quod enim eſt præter ipſum ens ipſum non ens nihil iudicans eſſe, neceſſario vnum putat ipſum ens eſſe, & nihil aliud. de quo clarius in de naturalibus diximus. Coactus vero illa, quæ apparent, ſequi, & vnum ratione, plura vero ſecundum ſenſum putans eſſe, d[illegible] rurſum, ac duo principia ponit calidum & frigidum, velut ignem & terram dicens. Horum a[illegible]m, calidum ſcilicet cum ente, alterum vero cum non ente collocat. Ex dictis itaque, ac ab il[illegible] ntibus, iſta accepimus. A primis quidem & corporeum principium. a[illegible] corpora ſunt. & h[illegible], a quibuſdam vnum, a quibuſdam plura corporea p[illegible] vt in [illegible] ſpecie ponentibus. A cæteris vero & hanc cauſam, & cum [illegible] & hanc a quibuſdam vnam a quibuſdam duas. Vſque ad Itali[illegible] de eis dixerũt. niſi quòd, vt diximus, duabus cauſis vſi ſunt. [illegible] motus quidam vnam, quidam duas faciunt. Pythagorici vero duo quidem eo[illegible]do dixerunt principia. tantum autem addiderunt, quod & proprium eorum eſt, quòd finitum, & in[illegible] & vnum non putarunt vllas alias eſſe naturas, vtputa ignem, aut terram, aut aliud ſimile, ſed ip[illegible] & ip[illegible] vnum, ſubſtantiam horum eſſe, de quibus prædicantur, quare & numerum ſubſtantiam omnium eſſe. In hunc itaque modum & de his aſſeruerunt, & de ipſo quid eſt incœperunt quidem dicere, & definire, ſed valde ſimpliciter tractarunt. definiebant nanque perfunctorie, & cui primo dicta definitio ineſſet, hoc c[illegible] ſubſtantiam rei putarunt: perinde ac ſi quis putaret idem eſſe duplum, & dualitatem, quoniam primum dualitati duplum ineſt. ſed non eſt idem fortaſſis duplo, & dualitati eſſe. quod ſi non ipſum vnum erit multa, quod il[illegible]que accidebat. A prioribus igitur, & cæteris tot licet accipere.

ADNOTATIONES.

INTER [a] hos vero & ante iſtos. id ſibi vult (quod attinet ad philoſophos hactenus enumeratos) quòd Pythagorei, de quibus eſt mentio, partim eadem ætate fuerunt cum nonnullis prædictis, veluti tempore Leucippi, & Democriti; partim alios præceſſerunt. Non ignorandum autem duas ſectas philoſophantium, vti primarias, celebrari; quarũ altera fuit in Ionia, Græciæ regione ab ipſo Thalete Mileſio profecta: alia fuit eorum, qui philoſophati ſunt in Italia in regione, quæ olim Magna Græcia dicebatur, in Apulia, & Calabria, ab ipſo Pythagora Samio, qui apud Crotoniates philoſophatus eſt: vnde & Italici, & Pythagorei dicti ſunt eius ſectæ ſectatores. Florere autem cœpit Pythagoras (vt colligitur ea Laertio & Euſebio) ſub finem primi Perſarum regis Cyri, &

ri, & peruenit vsque ad finem Darij quarti regis eiusdem imperij; in quod tempus incidit extremus Rex Romanorum Tarquinius superbus; prophetantibus apud Hebræos, Aggæo, Zacharia vltimis duodecim minorum prophetarum. [b] *Vt puta numerorum passio iustitia.* quia proprium est iustitiæ, compensatio, & æquabilitas; idcirco Pythagorei (vt refert Alexander) dicebant iustitiam esse numerum pariter parem. Alij quaternarium, quoniam sit primus numerus, qui diuiditur in paria: Alij nouenarium, quoniam sit primus numerus solidus ex impari numero ter in se multiplicato. Ijdem dixerunt, tempestiuitatem esse numerum septenarium; eo quòd multas tempestiuitates in rebus humanis conspicerent terminari per septimanas: vt fœtus septimo mense vitalis est; septimo ætatis anno dentit; circa alteram septimanam annorum pubescit: & circa aliam emittit barbam. similiter appellabant nuptias quinque: eo quòd nuptiæ constant ex mari & fœmina simul coniunctis: supponunt autem imparem numerum esse marem; fœminam vero parem. Auerroes autem hoc loco perpendens opinionem Pythagoreorum, animaduertit: quòd etsi ea, circa quæ versantur Astrologi, sint res consistentes in motu; attamen Pythagorei non considerabant hæc, quatenus sunt in motu, & quatenus obtinent talem motum, vti possibilem in ipsorum natura: vt facit philosophus naturalis: qui speculatur corpora cœlestia, iuxta situs, & figuræ, & motus propriam ipsorum naturam, secundum velocitatem, & tarditatem; & quo ad quantitatem etiam eorumdem, de qua re actum est etiam in 2. lib. physicorum. [c] *Apparent etenim etiam isti numerum existimare principium esse, vt materiam entibus, & vt passiones, ac habitus.* Pythagorei supponebant, ex numero haberi principia rerum, tum quo ad materiam, tum quo ad habitus, & passiones: nam constituebant vnum potentia esse tum par, tum impar: sicuti in natura, materia est potentia ad formas oppositas. Verum non idem principium in numeris supponendum pro materia rerum, & pro passionibus, & habitibus: sed sat est, quòd Pythagorei ex numeris diuersis, tanquam ex principijs, hæc omnia desumerent. Aut intelligendum est, quòd Pythagorei dicerent affectiones, & habitus numerorum, rerum esse affectiones & habitus: vt ita, quod est principium vt materia in numeris, esset etiam huiusmodi in rebus: & numerorum pariter affectiones & habitus, rerum quoque affectionibus & habitibus conuenirent. [d] *Quorum alterum finitum, alterum infinitum.* sunt qui numero pari attribuunt finitum; impari vero infinitum: idq; quoniam aptius par diuidatur; partitur enim in partes æquales, quod non contingit infinito. Alexander autem opposito modo adscribit pari infinitum; impari vero finitum. [e] *In præsenti itaque causarum consideratione, nullo modo conuenit sermo de eis.* dogma Parmenidis, & Melissi (dicit Aristoteles) non conuenire præsenti contemplationi, quæ habetur circa genera causarum, quænam & quomodo circa res constituantur. siquidem ponentes vnum esse ens, vt faciunt isti absque vlla limitatione, a quo aliquid pendeat, cum illud ponant immobile esse, & ita tollant motum; sic omnem de causis auferunt cõtemplationem: nisi quatenus Parmenides causam formalem respexisse videtur, dum posuit vnum ens finitum: Melissus vero materialem, constituens ens vnum infinitum. Et cum peram vterque, & circa naturæ ablationem, & circa proprias rationes se gerant; ipse tamen Melissus reprehenditur ab Aristotele, vt magis peccans; prout etiam dixit in lib. 1. physicorum. vbi, quoniam mouerent difficultates naturales, idcirco horum dogma exacte perpendendum erat, eo scopo, vt doctrina ibi tradita de natura ab erroribus purgata haberetur. [f] *Mediocrius.* græce, μετριώτερον, & aliter etiam lectum esse ait Alexander: nempe μαλακώτερον, idest *mollius:* & ipse interpretatur, quòd mollius aliqui sunt philosophati: quoniam solam causam materialem attulerint: neque probat interpretationem quorundam: qui, *mollius*, idest obscurius interpretabantur; instans ipse in oppositum; quoniam de Pythagoreis infra dicit Aristoteles, quòd obscurius sunt locuti: ad quorum differentiam vult alios, ab ipsis, mollius egisse de causis. Quidam alij interpretantur, quòd modicum sunt locuti: sed non explicant, quomodo id intelligatur; sed forte id modicum, & mediocre (de quo hic est sermo) ita intelligendum; quatenus non multum se eleuarunt quidam philosophi in proprijs positionibus; neque supra res corporeas protenderunt suas speculationes; vt fecerunt Pythagorei; qui magis vniuersalia elementa, & principia statuerunt, ponentes ipsum vnum, ipsum numerum, ipsum finitum, & infinitum esse rerum substantiam; vt ita ad entia quoq; incorporea suam philosophiam protraxerint: qui etiã ipsam causam addiderunt dicentem quod quid est: circa quam tamen obijcit illis Aristoteles, ꝙ superficietenus rerum traderent definitiones: cum, quod alicui conueniret, id eius substantiam esse dicerent; licet & alijs idem posset aptari: vnde redarguuntur tanquã non exacte naturam causæ formalis explicantes.

Alexand.

Alexand.

Alexand.

Platonis philosophia exponitur, & cum placitis Pythagoreorum comparatur. *Cap. VIII.*

PARAPHRASIS.

POST has autem enarratas philosophias, Platonis accessit commentatio in multis conueniens cum Pythagoreis, & quædam alia propria placita complectens. Nam Plato, cum ab adolescentia primo factus esset Cratyli familiaris, & aures adhibens opinionibus Heracliti, qui res omnes sensibiles semper fluere, & idcirco de ijs non esse scientiam asserebat, tandem huic dogmati, tanquam vero adhæsit. Et versante Socrate (rebus naturalibus omissis) circa morum cõtemplationem

[illegible], & [illegible] vniuersalem scientiam astruente; ac primo inter alios ad definitiones tradendas [illegible] appellente, eius approbata sententia. hanc imbibit Plato opinionem, vt quoniam Socrates [illegible] vniuersalibus inquireret, hinc Plato existimarit, definitiones traditas a Socrate esse de [illegible] rebus seorsum a sensibilibus: quarum (quoniam in continuo motu versantur) nulla communis [illegible] assignari definitio [illegible] ita huiusmodi vniuersalia, rerum ideas nuncupauit: statuens sensibilia esse præter ideas, & secundum ideas dici, nempe, quatenus multa indiuidua, quæ in sensibilibus sunt inuicem [illegible] æquiuoca [illegible] nomen vna esse, seu eiusdem cognominationis cum ideis per quandam ideарũ participationem; ad [illegible] hac voce, participatione, loco huius, imitatione, qua vtebantur Pythagorei, dicentes ea quæ sunt, imitationem esse numerorum: sed non explicantes nec ipsi quid esset hæc imitatio, nec Plato quid esset participatio. Qui etiam, præter ideas & res sensibiles, statuit mathematicas res medias esse inter has & illas, differentes quidem a rebus sensibilibus, quoniam ipsa sint entia immobilia & sempiterna: ab ideis autem; propterea quòd mathematicorum multa sint inter se similia, & simul conuenientia; sicuti sunt plures trianguli æquilateres, & alia huiusmodi; idea autem tantum sit vna, vt puta [illegible] hominum idea vna; & ita de alijs. Et quoniam statuit Plato ideas cæterarum rerum esse causas; [illegible] etiam asseruit, idearum elementa, rerum omnium esse elementa, & ita magnum & paruum constituit principia, vt materiam: ipsum autem vnum posuit vt substantiam & rerum formam: adeo quòd ex ipso magno & paruo per participationem vnius ideo essent numeri. statuens autem ipsum vnum esse per se substantiam, & non quid aliud, quod diceretur vnum, sicuti diceremus ignem esse principium vnum; in hoc conuenit cum Pythagoreis, qui hanc eandem sententiam habuerunt, [illegible] ponerent ipsum vnum propriam certam habere naturam a rebus distinctã: cum quibus etiã conuenit Plato in eo quod asserit & ipse numeros, vti & Pythagorei, esse causam substantiæ rerũ aliarum: in eo autem quòd Plato, pro principio materiali vno posito a Pythagoreis, vel pari, vel infinito ipse posuit dualitatem infinitam ex magno & paruo constare; id Platonis proprium est placitum: sicuti & hoc aliud, quòd constituerit numeros præter ipsas res: & non vt Pythagorei, qui numeros in rebus ipsis collocabant: dicentes quòd res essent quidam numerus: qui etiam in hoc dissentiunt a Platone: q res mathematicas non constituunt medias; vt facit Plato. Quòd igitur Plato constituerit vnum & numeros præter res, & introduxerit ideas, id ei euenit ex ea consideratione, quam habet in dialogis, attendens diuisionibus, & definitionibus: quod præstitit ob peritiam dialecticæ, cuius ignari erant illi priores. Quòd autem posuerit dualitatem, alteram naturam, eo q videretur sibi ex dualitate, tanquam ex [illegible], apte numeros (exceptis ipsis primis imparibus) posse constitui; huic quidem sententiæ tanquam irrationabili id refragari videtur, quòd huius contrarium fieri apparet: nunc enim iuxta hanc positionem, ex materia, ex ipsa nempe dualitate, plura generant, plures scilicet numeros præter primos; forma autem apud ipsos semel tantum generat, cum ex vna forma vnum tantum constituatur: & tamen con[illegible] fieri videtur, vt ex vna materia fiat vna tantum mensa; qui autem infert formam, vnum existens, velut artifex, seu idea artificis, multas efficeret mensas: quod etiam obseruare licet in mari & in fœmina: [illegible] concubitu; mas autem multas facit grauidas: & hæc tamen sunt illorum [illegible] Plato. Hunc igitur in modum de his quæ quærimus, Plato determinauit [illegible] ad [illegible] nobis propositum hæc dirigamus) duabus causis vsum esse Platonem, [illegible] continet quod quid erat esse: siquidem constituit ideas esse causas [illegible] quod quid est [illegible], idearum vero ipsum vnum. Insuper dualitatem, ipsum scilicet magnum & paruum, materiam esse subiectam dixit, de qua ideæ in sensibilibus, in ipsis autem [illegible] dicitur, quum media ipsa materia, quæ est dualitas, & sensibilia constituantur, & ideæ. Ad hæc, [illegible] bene, vel male fiant res, ipsis elementis idearum assignauit; causam boni, ipsi vno; causam vero mali ipsi dualitati tribuens. de qua tamen causa magis inuestigasse censentur aliqui priores Philosophi, vt Empedocles, & Anaxagoras. Hactenus compendio, ac veluti per capita percurrimus, qui nam, & quæ de principijs, atque veritate alij Philosophantes sint persecuti. ex quibus id collegimus, quòd nemo disserens de principio & causa rerum, quidpiam attulit seorsum ab ijs, quæ nos determinauimus in sermonibus de natura circa genera causarum; sed omnes quidem simul collectos, eadem quæ ibi a nobis, & ipsi [illegible] apparet, licet obscure id præstiterint. Inter quos (vt in breuem summam horum sententias redigamus) alij constituunt principium vt materiam, vel vnam, vel plures ipsam supponentes, aut corpus, aut incorporeum, prout Plato magnum, & paruum principium materiale incorporeum constituit. Pythagorei vero infinitum. Corporeum vero principium alij quattuor elementa, pro materia constituerunt, vt Empedocles. Alij rerum similarium infinitatem, vt Anaxagoras. Alius ignem, vel aerem, vel aquam, vel quid densius igne, & rarius aqua. Quidam etiam causam vnde motus [illegible], vt qui constituunt per amicitiam & litem omnia moueri, vt Empedocles, vel ob amorem, vt Hesiodus, & Anaxagoras. De causa autem complectente ipsum quod quid est, nemo aperte tradidit. Qui autem maxime de ea disseruerint, fuere illi, qui & ideas, & quæ insunt ideis, asserunt. siquidem neq; ponunt ideas inesse sensibilibus pro materia; neq; ea, quæ insunt ideis, vt vnitas, & numeri: neque etiam causam vnde motus attribuunt ideis; cum potius eas faciant causas immobilitatis & quietis: sed tantum alijs rebus omnibus constituunt causas ipsius quod quid erat, esse ideas; ipsis vero ideis vnum. Quòd autem attinet ad, id cuius gratia actiones, & mutationes & motus existunt, aliquo modo causam assignaut; sed non vt flagitat eius natura. Nam assignantes intellectum, vel amicitiam, constituunt

tuunt quidem vt bonum quoddam has esse causas;at non ita, vt horum causa,aut sit,aut fiat quidpiam eorum,quę sunt:sed ita quidem assignant tāquam aliquid ab ijs, quę sint bona,procedant rerum aliorum motus: non quòd propter ipsum bonum, & cuius causa,alia moueantur. Similiter qui hanc naturam boni, ens, vel vnum constituunt; id quidem asserunt etiam causam esse substantiæ; non autem quòd huius entis,vel vnius causa sint,aut fiant, res aliæ: adeo quòd apparet ijs contingere; vt quodammodo non dicant bonum,quod assignant pro causa;cum non simpliciter & proprie; sed secundum accidens causam assignent; quatenus scilicet ponunt illud, vnde contingeret dicere, quòd eius causa aliquid moueatur: sed id non dicunt: sed quod tale est, dicunt ab ipso fieri mutationes in rebus. ex his igitur patet, recte a nobis determinatum esse de causis, & quot sint, & quales sint; cum statuerimus quattuor esse genera causarum,materialem,formalem,efficientem,& finalem,dictam cuius causa. De hoc enim, pro confirmatione huius veritatis, prębent nobis testimonium vel maximum hi omnes Philosophi; qui sunt enumerati: cum in suis Philosophiæ commentationibus,aliud genus causæ a prędictis attingere non valuerint. Patet etiam principia,aut secundum hos modos omnia esse indaganda: aut secundum aliquem horum. Nunc vero magis sunt explicanda horum omnium Philosophorum placita; quomodo circa principia rerum se gesserint; & quas ex aduerso patiantur difficultates.

TEXTVS.

POST dictas vero philosophias disciplina Platonis superuenit, in plerisq; quidem istos secuta, quædam autem etiam propria, vltra Italicorum habens philosophiam. Cum Cratillo nanq; ex recenti conuersatus, & Heracliti opinionibus assuetus, tanquam omnibus sensibilibus semper defluentibus, & de eis non existente scientia, hæc quidem etiam postea ita arbitratus est. Cum vero Socrates de moralibus quidem tractaret, de tota vero natura nihil. In his tamen vniuersale quęrere, & primus mentem ad definitiones applicaret, illum ob hoc laudans, [a] *putauit de alijs, & non de aliquo sensibilium hoc fieri. impossibile enim definitionem communē cuiuspiam sensibilium esse, quę semper mutantur. & sic talia entium ideas appellauit.* [b] *sensibilia vero præter hæc, & secundum hęc, omnia dici. secūdum participationem nanq; hęc multa vniuocorum esse speciebus æquiuoca. participationem vero secundum nomen solum mutauit. Pythagorici etenim imitatione numerorum aiunt entia esse: Plato vero, nomen mutando, participatione. participationem vero aut imitationem formarum quęnam sit communiter quærere omiserunt. Item præter sensibilia. & formas mathematicas res ait medias esse, a sensibilibus quidem differentes eo quod perpetuæ & immobiles sunt: a formis vero, eò quod illæ quidem multę quædam similes sunt, forma vero ipsa quęq; vna sola. & quoniam formę causæ cęteris, illarum elementa omnium putauit entium elementa esse. & vt materiam quidem magnum, & paruum esse principia, tanquam vero substantiam ipsum vnum. Ex illis enim participatione ipsius vnius formas numeros esse. Ipsum tamen vnum, vt substantiam esse & non aliquid aliud dici vnum esse, quemadmodum Pythagorici. dicebat quoque numeros causas cæteris substantiæ esse, similiter atq; illi. Sed pro infinito tanquam vno, dualitatem facere, infinitum vero ex magno, & paruo, hoc eius proprium est. Item is quidem numeros præter sensibilia, illi vero numero ipsas res esse aiunt, & mathematica in medio horum non ponebant. Ipsum igitur vnum, & numeros pręter res facere, & non vt Pythagorici, & introductio specierum,* [c] *propter eam, quę in rationibus fit perscrutatione euenit. Priores enim Dialecticę expertes erant. Dualitatem vero fecisse alteram naturam, propterea quòd numeri,* [d] *pręter primos, ex ea aptissime velut ex quadam effigie generantur.* [e] *Atqui accidit econtra non enim verisimile est ita fieri. nunc etenim ex materia multa faciunt: formas vero semen generat solum, apparet autem ex vna materia vna mensa. Qui vero formam inducit, quæ vna est multas facit. Similiter autem & masculus ad fœminam se habet. hęc etenim ex vno congressu impletur, masculus vero multas implet. at ista imitationes illorum principiorum sunt. Plato igitur de propositis quæstionibus ita determinauit.* [f] *Patet autem ex dictis, quòd duabus causis vtitur solum, ea, quę ipsius, quid est, & ea, quę secundum materiam. formæ enim cęteris ipsius quid sint causæ sunt, formis vero ipsum vnum. & quę subiecta materia, de qua formę, illæ quidem in sensibilibus, ipsum vero vnum in formis dicitur: quia dualitas hæc est, magnum & paruum. Item ipsius bene, ipsiusq; male causam elementis atribuit vtrisque vtranque: quod etiam primorum quosdam Philosophorum Empedoclem, & Anaxagoram magis dicimus quæsiuisse. Breuiter igitur, & summatim percurimus, equinam, & quomodo locuti sunt de principijs, & ipsa veritate. Tantum tamen ex eis habemus, quòd eorum, qui de principio & causa dixerunt. nemo quicquam pręter ea, quę in de naturalibus determinata sunt, dixerit. sed omnes obscure quidē, illa tamen aliquatenus visi sunt attingere. Quidam enim vt materiā principium ponunt, siue vnam, siue plures supponant & siue corpus, siue incorpoream ponant, vt Plato magnum, & paruum dicens, Italici infinitum, Empedocles ignem, terram, aquam, & aerem, Anaxagoras vero infinitatem similium partium. Hi igitur omnes talem causam perstrinxerunt. & ad hæc quicunque aerem, aut ignem, aut aquam, aut igne quidem densius, aere vero tenuius, etenim tale quidā dixerunt primum elementum esse. hi igitur hanc attigerunt causam solam, Alij vero quidam vnde principium motus quicunque scilicet amicitiam & contentionem, intellectum, aut amorem principium faciunt. Ipsum vero quid erat esse, & substantiam clare quidem nullus assignauit. Maxime vero dicunt, qui formas ponunt. nec enim vt materiam sensibilibus formis, & ea, quę in formis sunt, neq; tanquam illinc principium motus*

tu[illegible] putant. [illegible]mobilitatis enim cauſa, & quietis magis eis eſſe aiunt. ſed ipſum quid erat eſſe vnicuique [illegible] formas attribuunt, formis autem ipſum vnum. Ipſum vero cuius gratia actiones, mutationes, & motus quodammodo quidem dicunt cauſam, non autem ita dicunt, vt aptum eſſe natum eſt. [illegible] aut amicitiam dicunt, tanquam bonum quoddam hęc ponũt. non tamen tanquam ho[illegible] aut ſit, aut fiat, ſed tanquam ex his motus eorum eſſent, ita dicunt. Simi[illegible] quicquam [illegible]rum, aut ſit, aut fiat, ſed tanquam ex his motus eorum eſſent, ita dicunt. Simi[illegible] hanc naturã aiunt, ſubſtantię quidem cauſam eſſe dicunt, non tamen huius [illegible] Quare contingit eis quodammodo dicere, & negare bonum eſſe tale [g]. nõ enim ſim[illegible] dicunt. Quod igitur de cauſis, & quot, & quales ſint recte determinatum ſit, [illegible] videntur, cum non poſſint aliam attingere cauſam. & ad hæc quòd [h] principia aut [illegible] aliquo modo quærenda ſint, patet.

ADNOTATIONES.

[illegible] [a] *de ideis, & non de aliquo ſenſibilium hoc fieri.* Plato ex proprio ingenio, cen[illegible] ſuppoſuiſſe definitiones eſſe rerum ſeparatarum a ſenſibilibus: cum tamen Socrates non poſuerit vniuerſalia, tanquam ſeparata a ſenſibilibus: vt clare colligitur ex his quæ habentur infra ab Ariſtotele lib. 13. apud nos 11. cap. 4. vbi opinio Platonis examinatur; ſed ſcopo longe alio ab hoc præſenti; ſicuti alibi explicandum eſt; & in argumento quoq; huius libri fuit [illegible]. Sed quomodo (inſtabit aliquis) dicit hoc loco Ariſtoteles, quòd Socrates primum diſſeruit de definitione, cum antea id tribuerit Pythagoreis, qui ætate Socrati præceſſerunt. cui obie[illegible] ita [illegible]endum eſt, quod Pythagorei ſuperficietenus id egerunt; Socrates autem id muneris [illegible] præſtitit. *Senſibilia* [b] *vero præter hęc, & ſecundum hęc omnia dici.* ijs verbis denotatur, quatenus Plato ſupponebat omnia ſenſibilia eſſe *præter hęc*, ideſt, præter ideas, vt extraneam ab ideis habentia naturam: *Et ſecundum hęc dici*: ideſt, ſecundum ideas dici: & nominari ſenſibilia: vt puta, Socratem Platonem, & ſingulos homines dici homines ab ipſa hominis idea. cũ vero ſubiungitur: *Secundum participationem namque hęc multa vniuocorum eſſe ſpeciebus ęquiuoca*: Aduertendum græce hæc ita ſe habere. τὰ πολλὰ τῶν συνωνύμων ὁμώνυμα τοῖς εἴδεσι, quæ etiam interpres Alexandri conuertit iuxta prædictam litteram Beſſarionis: ita enim habet. *per participationem enim pleraquę vniuocorum formis eſſe ęquiuoca dixit.* Antiqua vero tranſlatio ita legit. *Nam ſecundum participationem eſſe multa vniuocorum ſpeciebus*: omiſſa particula illa, ὁμώνυμα. Perionius autem ita vertit. *communione enim multa, quæ eiuſdem nominis, ac rationis ſint, formis eſſe homonyma.* Nonnulli autem interpretantur, ijs verbis Ariſtotelem corrigere voluiſſe prius dictum: quod omnia ſenſibilia eſſent præter ideas, & dicerentur ſecundum ideas, ſubiungendo quod non omnia ſenſibilia hanc habent appellationem ab ideis; ſed multa illa [illegible] (inquiunt) quæ ſunt vniuoca: vt hominis, equi: non autem æquiuoca: ſed neq; omnia [illegible] quoniam non relatiuorum, nec eorum, quæ ſunt præter naturam, non malorum ideas eſſe [illegible], vt [illegible] notauit Alexander: qui in commentarijs huius loci admodum varius eſt. primo [illegible] ſeu ideas [illegible] eſſe ij[s] quæ ad ipſorum ſiunt exemplar. poſtea dubitat, quonam [illegible] idea, non ſint ratione & forma ſimilia ideæ; cum ideis; nihil [illegible] quæ forma ſunt ſimilia, hæc vniuoca ſunt. verum, quòd [illegible] ſi vera ſunt quæ dicuntur; attamen, cum Ariſtoteles narret [illegible] ideas, non eſt ſimile veri, quod voluerit corrigere enarratum: nẽpe, quòd [illegible] præter hæc, & ſecundum hæc omnia dicerẽtur; ſed eſſet limitandum enunciatum penes hoc, quòd non omnia huiuſmodi habeant appellationem: hęc enim omnia ex verbis Platonis pendere ſupponendum eſt. Quod autem [illegible] ad vocem illam, ὁμώνυμα, qui eam (vt nonnulli) interpretantur æquiuoca in quibus ſupponitur nomen commune, forma uero, ſeu ratio diuerſa; maximas ex aduerſo patiuntur difficultates. In primis enim aduerſatur ſubinducta ſententia Platonis ita loquentis circa cauſam formalem *[illegible] ceteris [illegible] ſius quid ſint, cauſæ ſunt, ſpeciebus vero ipſum vnum*: vnde, ſi ideæ continent quod quid erat eſſe ſenſibilium, vtiq; non æquiuoca, ſed vniuoca dicentur ſenſibilia ad ideas. ſed & hoc magis confirmatur ex dictis, quæ habentur cap. ſequenti; vbi deducitur, ſubſtantiam & hic, & in ideis eandem eſſe debere. alioquin in ipſis eſſet æquiuocatio; quod infertur vt inconueniens, aduerſans, & repugnans propriæ poſitioni idearum: ita enim verba ſe habent: *& ſi non eadem ſpecies æquiuoca erit profecto. & ſimile ac ſi quis & Calliam, & lignum hominem appellarit, quorum nullam [illegible] communicationẽ* idem etiam confirmatur ex poſtremis ijs lib. 10. verbis. *Manifeſtum eſt itaq; quod non contingit tales ſpecies eſſe, quales quidẽ aiunt; erit namq; & ipſe homo hic quidem corruptibilis, [illegible] vero incorruptibilis, quamuis ſpecies eædem ſpecie cum particularibus eſſe dicantur, & non ęquiuoce.* Hinc etiã Ariſtoteles ſæpius in his libris habet, & præſertim in lib. 3. cap. 2. & lib. 7. cap. 11. & in lib. 13. apud nos 11. cap. 9. quòd quæ aſſerunt idearum auctores de ideis, ſunt huiuſmodi, vt conueniant cum noſtratibus his ſenſibilibus, tanquam non aliam habeant naturam ideæ a ſenſibilibus: niſi quòd illæ ſupponuntur incorruptibiles, cum hæc noſtratia ſint corruptibilia. Obſcurum eſt autem, ex horũ opinione ſtatuere, quomodo a noſtratibus rebus fieret participatio idearum; cum non explicauerint, quid eſſet ſuppoſita ab ipſis participatio; ſicuti neq; Pythagorei docuerunt quidnam eſſet imitatio, per quã dicebant, hæc ſenſibilia habere naturam numerorum. Quare verba præmiſſa ita interpretanda cenſemus: Alexand.

mus: vt per vocem illam synonima, Plato intelligeret ea, quæ conueniunt in vna communi natura; quæ cum sint multa, vt Socrates, Plato, Callias, & alij singuli homines; attamen conueniunt omnes in vna eademq; cum ideis cognominatione secundum nomen, atq; essentiam hominis: mutauerit autem vocem, *synonima*, in hanc aliam, *homonyma*, ob elegantiam & ornatum orationis: ac si dixisset, quæ multa inuicem sunt vniuoca, vti hæc nostratia, sunt eiusdem cognominationis cum ideis, quibus cum & inter Alexand. se in eadem conueniunt appellatione. & hanc quidem interpretationem insinuauit etiam Alexander, si recte eius perpendantur cōmentarij. [c] *Propter eam, quę in rationibus fit perscrutationem euenit*. q Plato, differens in hoc a Pythagoreis, posuerit vnum, & numeros præter res sensibiles (quibus numeros & vnum inesse, sed tamen aliam naturam a sensibilibus referentes supponebant Pythagorei) nec non mathematica esse media, inter ideas, & sensibilia; quod non constituerunt Pythagorei: ad hæc ita statuenda inductus est Plato (inquit Aristoteles) ob considerationem, quæ est in orationibus, græce, ἐν τοῖς Alexand. λόγοις. quem locū interpretans Alexander ait; quòd Plato ex dialectica assuetus diuisionibus, atq; definitionibus, in hanc venit sententiam, vt aliqua separaret a sensibilibus; vnde intulit mathematica: putaret etiam quasdam alias esse naturas præter sensibilia; vnde supposuit ideas: & vt per diuisionem gene-Sueff. rum inuenit mathematica; ita per definitiones supposuit ideas, vt notat Suessanus. causam autem horū Alexand. fuisse dicit Alexander apud Platonem, rationum exquisitionem & dialecticam, qua Pythagorei caruerunt. Verum aduertendum est, dum est sermo de dialectica, ipsam proprie accipi pro facultate differendi, pro vt accipitur infra lib. 4. cap. 2. & lib. 11. apud nos 13. cap. 3. vbi distinguuntur inuicem sophistica, & dialectica ab ipsa sapientia. Vnde videtur Aristoteles id voluisse hoc in loco; quòd Plato ob vsum dialecticę, qua in suis dialogis veritatem, & rerum definitiones perquirere conabatur, ratiocinia congerendo, hinc ad positionem entium mathematicorum; & ad idearum constitutionem peruenerit: quasi ex ratiocinationibus eas afferens difficultates, vnde deducendum videretur, quòd essent ponenda, quæ dicta sunt. & huic quidem interpretationi consentiunt ea, quę infra habentur lib. 13. apud nos 11. c. 4. dum dicitur. quòd *Pythagorei in quibusdam paucis rebus tentabant explicare ipsum quod quid est, vt puta quid tempus, quid honestū, quidue nuptiæ essent. Socrates autem rationabiliter quærebat ipsum quod quid est, & per syllogismum concludere tentabat: syllogismi autem principium est ipsum quod quid est; nondum enim vis dialecticę creuerat, vt seorsum ab ipso quòd quid est contraria considerarentur; & si sit eadem scientia contrariorum*. qua quidem in facultate plurimum pollebat Plato, at non Pythagorei: de quibus etiam dicitur in eodem libro, quòd magis vrgentur in ipsorum positione, quoniam ignari essent ratiocinij: vnde non ita circumspecti erant ad sua tuenda dogmata, vt Plato, in hoc genere sermonum plurimū exercitatus. [d] *Præter primos*. ait ex dualitate generari numeros, *præter primos*. idest, impares, vt ex-Alexand. ponit Alexander: nam dualitas, si addatur alijs dualitatibus, facit alios numeros pares; at impares non ita fiunt ex dualitate, vt eius retineant naturam. siquidem, addita vnitate ad dualitatem, omnes numeri impares fiunt: dicuntur autem simpliciter primi numeri illi, qui sola vnitate mensurantur: vt tria, quinq; Alexand. septem. Dicit autem Alexander nuncupari numeros primos, omnes impares: nam impares non eodem modo generantur ex dualitate, tanquam ex materia, sicuti pares; sed ex additione vnius; quod non habet rationem materię, sed formæ. [e] *Atqui accidit ę contra*. Plato supponebat ex dualitate, materia existente, tanquam ex sigillo, multa fieri, prout pares numeros pene infinitos gigni dicebat: principium ve-Alexand. ro formale apud Platonem (vt explicat Alexander, & desumit ex verbis in contextu positis, quòd idea semel tantum generat) est efficiens vnius, quoniam omnis idea est determinata secundum esse aliquid vnum: quippe numerorum quisq; vnum quiddam est, cum vnum ipsum sit quoddam vnitiuum, dualitas autem indefinita sit bifectiuum; ita dicta, quoniam cuiq; addita, eius esse diuideret, & non fineret manere quod erat. Hác suppositionem Aristoteles infringit hac instantia; quoniam vnus artifex ex idea, quam habet conceptam mēsæ, plures mensas induceret ex artis suæ principio: vna autem mensa ex vna materia fit: pro vt & mas plures fœminas facit grauidas; fœmina autem non nisi vno concubitu fit Philop. grauida. Aduertit vero Philoponus hanc impugnationem Aristotelis aduersus Platonem, non admissam fuisse ab Aschleppio & Ammonio: qui dixerūt Aristotelem hoc loco paralogizare, vt qui accipiat proximam materiam, ex qua generat omnia, cum tamen sit accipienda ipsa remota. At pro Aristotele dicimus, ab ipso supponi ex dualitate, quę vbiq; est eadem, generari secundum Platonem numeros; cum tamen ex eadem materia non nisi vnum confici possit: Aristoteles autem iuxta sua dogmata, vult quidem quòd materia in communi accepta, sit apta pluribus formis: sed in generatione rerum, materiam certis qualitatibus limitatam, & nō aliter huic rei, vel illi conuenire supponit. vnde in lib. 12. apud nos postremo impugnat positionem Anaxagoræ, qui omnia simul constituebat; tanquam eadem materia cuiq; formę aptaretur: quod falsum esse re ipsa deprehēditur. [f] *Patet autem ex dictis, quòd duabus causis vtitur solum*. de Platone hoc profert; qui ponens principia rerum, attulit principium materiale, ipsam dualitatem; & formale, ipsum vnum pro causa formali rerum sensibilium; alijs autem causis non Alexand. est vsus, licet mentionem de illis fecerit: sicuti cum dixit (vt refert Alexander) in epist. *operę pretium est effectorem, ac patrem vniuersi inuenire ac demonstrare*: innuisse videtur causam efficientem: alibi vero causam finalem, dum dixit: *penes omnium regem cuncta sunt, & omnia illius causa*. Verum in vsum palam hæc non transtulit; neq; adhibuit, reddendo rerum causas atq; principia, quod facere intendit Aristoteles. [g] *Non enim simpliciter, sed secundū accidens dicunt*. Qui cōstituunt intellectum vt Anaxagoras, vel amorem vt Hesiodus, tanquam bonum complectentem, hi per accidens, non autem simplici-

ter

[illegible] tractarunt de causa finali. Siquidem id tantum aperuerunt, quòd mens, vel amor, quibus competit ipsum bonum, mouent omnia, & causant in rebus mutationes: non autem assignarunt; quomodo sint cuius causa, vt alia motum, & mutationem conficiant ob summum bonum, quod imitentur; vt Aristoteles docet de Deo in libro 12. apud nos postremo. Et ideo dicuntur per accidens hanc causam finalem attigisse, illum supposuerunt ipsum bonum, & cuius causa: & non simpliciter hoc principio, cuius causa, sunt vsi. 8 *Principia, aut ita omnia, aut horum aliquo modo quærenda sunt.* Hæc Alexander ita interpretatur: quærendum, inquit, esse de principijs, vel de omnibus a nobis expositis quadripartita diuisione causæ, aut sic, ex ipsis scilicet quattuor aliquod. Hinc quoque aliqui dixerunt; quod primus philosophus (vt est artifex particularis) non tractat de principijs secundum omnia quattuor genera causarum; vt qui solum formalem, & finalem considerat: & secundum Diuum Thomam, etiam efficientem aliquo pacto. Quidam alij dixerunt quòd (vt est artifex communis) discutit de omnibus causis. Verum ex lib. 12. apud nos postremo, clare patet, quattuor genera causarum assignari pro principijs huius vniuersi. Sed aduertendum, quòd Aristoteles hoc loco non proponit, num in hac scientia sint inuestiganda omnia, an tantum aliqua genera causarum: sed solum affert hanc propositionem vniuersalem, conuenientem omnibus inquisitionibus, quas contingit fieri circa principia: nempe, quod semper sunt quærenda principia in quaque scientia, & arte: aut omnia, secundum quattuor hic explicata genera causarum: aut secundum aliquem horum modorum; ita quidem, vt necesse sit (quæcunque principia assignentur) hæc, aut esse materiam, aut formam, aut finem, aut efficientem: adeo quòd ab his explicatis causis, non possit deficere quæuis inquisitio: omnem autem scientiam, & facultatem participem discursus versari circa principia, & causas, asseritur ab Aristotele infra in initio libri sexti. Alexand. D.Tho.

Obiectiones aduersus placita constituentium principia circa res tantum sensibiles. Cap. IX.

P A R A P H R A S I S.

IAM vero in eisdem commemoratorum philosophorum placitis insistentes, luculentius explicemus, quid quisq; dixerit, & quomodo circa proprias positiones principiorum difficultates patiantur. Qui igitur vniuersum, & vnam esse naturam, vt materiam, & hanc corpoream posuerunt, habentem magnitudinem; manifestum quòd pluribus modis peccarunt. Primum autem, quod elementa rerum tantummodo corporearum assignarunt, non item incorporearum: cum tamen & incorporeæ (vt inter cætera numeri) existant. Deinde, quoniam aggredientes dicere causas generationis, & corruptionis, & de cunctis rebus sensibilibus philosophantes; nihilominus tamen causam motus sustulerunt, & consequenter ipsum motum. Nam, si vnum tantum est elementum, & [illegible] ponunt, iam non conceditur aliud principium, quod sit causa motus. Tertio, quoniam non assignant pro causa rerum substantiam, seu ipsum propter quid. Denique redarguuntur, quod facile, non adhibito diligenti studio, quoduis simplicium corporum constituerunt pro principio vniuersi, excepta terra, non existimantes ex elementis esse generationem & mutationem; vt qui non considerauerint mutuam horum elementorum generationem, quonam pacto inuicem generentur: cum alia horum congregatione, alia segregatione fiant; ex quibus generationis modis plurimum interest, quid accipiatur pro statuendo ex ijs elementis, quod nam magis habet rationem principij, quàm aliud: & quod sit prius, & quod posterius: siquidem omnium maxime videbitur habere rationem elementi illud, ex quo primo reliqua fiant per concretionem. & huiusmodi erit, quodcunq; inter corpora reperitur subtilissimum, & minimarum existens partium: Et propterea, iuxta hanc considerandi rationem, quicunque statuerunt ignem esse primum elementum, maxime rationabilem sententiam habuisse dici possunt. Similiter quicunque, ad hoc idem respicientes, ponunt alia corpora simplicia esse elementa: siue aerem, siue aquam; nam nemo ex philosophis posterioribus asseruit terram elementum propter eius partium magnitudinem, atque grossitiem: cum tamen quæri possit ab ipsis, cur non etiam terra constituatur elementum, vt vulgo homines illam rerum principium opinantur: quam etiam Hesiodus primam ex corporibus esse genitam dixit: adeo vetusta, & vulgata est hæc opinio. Verum, iuxta propositam considerandi rationem, quicunque, præter ignem, constituerunt elementum aerem, aut aquam, aut quid aere densius, aqua vero tenuius redargui optime possunt, quòd non constituerint elementum illud, quod sit simplicius, ex quo fierent alia per concretionem. Rursus vero ad hoc respicientes; quòd id, quod est posterius generatione, est natura prius; & quod concoctum, atq; concretum est, posterius est generatione, secundum hanc considerandi rationem dicere deberemus, quòd aqua sit prior, quam aer; & terra prior quàm aqua. Et hæc quidem absurda, & quædam alia propria sequuntur quoque aduersus eum, qui constituit principia quattuor elementa, ignem, aerem, aquam, & terram, vt Empedocles: siquidem hæc inuicem fieri apparet, vt dici non possit; quòd aut ignis, aut terra, idem corpus semper maneat; quemadmodum in sermonibus de natura de his quoque di-

ctum est. Accedit aduersus Empedoclem (quòd attinet ad causam mouentē, quam ponit litem & amicitiam) quòd neque recte, neque omnino rationabiliter de ea ab ipso differitur; vt dubium sit, num vnum, an duo sint mouentia, quæ cōstituat, ob aduersantem difficultatem, quam supra attulimus: quòd amicitia non solum congregare (vt ipse constituit) verum etiam disgregare appareat: & lis non solum disgregare, sed etiam congregare. Sed & ad omnes, qui ita loquuntur, sequitur, vt omnino tollant alterationem. siquidem neque frigidum fit ex calido, neq; calidum ex frigido: quid enim hæc pareretur contraria? & quæ nam esset vna natura, quæ facta esset ignis, & aqua? hoc enim Empedocles non explicat: sequitur autem hoc inconueniens ad Empedoclem, & ad alios omnes philosophos, qui huiusmodi principia contraria ponunt; vt qui non agnouerint, neque supposuerint vnam his omnibus principijs, ab ipsisq; diuersam, omnibusq; communem naturam, quæ materia dicitur. Quòd autem attinet ad Anaxagoram; si quis existimarit, duo elementa ab ipso constitui, vtique assereret id, quod est rationabile; quod ipse quidem distincte non explicauit: at ex necessitate sequeretur ad ea, quæ posuit. Nam etsi eius positio, qua dixit omnia simul mista esse, & alias patiatur oppositiones, & has ipsas; vt contingat ipsi, tum hoc inconueniens, quòd necessario prius extiterint omnia non admista, cum quæ mouentur, vt conueniant simul, oporteat vt prius sint inuicem seiuncta; tum hoc aliud, verum nō esse, immo absurdum dicere, quòd omnia sint permista, cum tamen quodque cum quoque non possit commisceri, veluti non album cum musica commisceretur; tum hoc aliud denique, quòd passiones, quæ per se non subsistunt, sint separatæ: siquidem quorum est permistio, eorumdem etiam est discretio. Attamen, si quis eius mentem insequens, eam velit explicare, quod Anaxagoras non præstitit, forte apparebit, ipsum aliquid magis nouum (præ alijs iam dictis) atq; veritati accommodatum insinuasse. Si quidem, cum nihil separatum erat, tunc perspicuum est, nihil vere de illa substantia dici potuisse; vt, quæ neque colore vllo affecta, aut distincta esset; neque sapore, neque vlla alia qualitate: sed neque quanto, cum nihil omnino esse potuerit. Alioquin, aliqua particularis forma illi inhæsisset; quod dici non potest, si omnia erant permista; sic enim non fuissent secreta, quæ sub speciem aliquam determinatā extitissent; cum hac enim natura determinata aliæ res non fuissent. Aut, si simul mistæ, iam non vlla natura distincta apparuisset: ipse autem supponit omnia mista præter mentem, quam solam constituit puram, & ab omni permistione liberam. Ex his igitur apparet, Anaxagoram constituere principia, tum vnum (hoc enim simplex, & impermistum ponit, quale dicit esse mentem) tum etiam aliud, tanquam eius illud, quale nos indefinitum constituimus, antequam determinetur, & alicuius formæ sit particeps; adeo quòd, etsi Anaxagoras possit redargui, quòd non recte, non aperte fuerit locutus; vult tamen enunciare aliquid propemodum simile ijs, quæ posteriores philosophi attulerunt, Plato, & Pythagorei de materiali principio; & quæ nunc sunt magis apud nos dilucidata. Et hæc quidem quo ad eos philosophos, qui dirigunt sermones suarum contemplationum ad generationem, & corruptionem, & motum; vt ferme solum principia, & causas inquirant de huiusmodi substantia generabili, & mobili.

TEXTVS.

QVO [a] vero pacto horum quisq; dixerit, & quomodo de principijs se res habet, dubitationes, quæ contingere possunt de his ipsis, deinceps percurramus. [b] Quicunque igitur vniuersum vnum, & vnam quandam esse naturam, vt materiam ponunt, & hanc corpoream, & magnitudinem habentem, patet quod multipliciter errant. Corporum enim elementa solū ponunt, incorporeorum vero minime, cum etiam incorporea sint. Cumque de generatione & corruptione causas dicere conarētur, & de natura omnium rationes reddere, motus causam perimunt. Item substantiam nullius causam ponendo, nec ipsum quid est. Et ad hæc facile simplicium corporum quodcunque principium esse, terra excepta: [c] non considerantes mutuam inter ea generationem, quo nam modo ponunt. dico autem ignem, terrā, aquam, & aerem. quædā enim congregatione, quædam vero disgregatione inuicem fiunt. hoc vero vt prius & posterius sit, multum differt. Id etenim apparere possit maxime omnium elementale, ex quo primo congregatione fiunt. tale vero illud fuerit profecto, quod partium minutissimarum, subtilissimumque corporum sit. Quapropter quicunque ignem principium statuunt, maxime conuenienter huic rationi dicent. tale autem cæterorum quoque quisque fatetur elementum corporum esse. Quare nemo posteriorum, qui vnum ponebant, terram elementum existimauerat, scilicet propter partium magnitudinem. Trium vero quodcūque elementorum habuit authorem aliquem. quidam enim ignem, quidam aquam, quidam aerem hoc aiunt esse. At cur non dicunt & terram, vt multi hominum? omnia etenim terram esse dicunt. Hesiodus quoque primam corporum terram ait esse, tam vulgarem & publicam accidit hanc opinionem esse. Secundum hæc itaque rationem, si quis aut quicquam horum, excepto igne, dicat aut aere quidē densius, aqua vero tenuius hoc ponat, non recte profecto inquiet. [d] Quòd si id generatione posterius, natura prius sit, quod vero digestum, & congregatum generatione posterius sit, contrarium his esset vtique. aqua quidem aere prior, terra vero hac ipsa aqua. De his igitur, qui vnam, qualem diximus, causam ponunt, hæc dicta sint. Idipsum autem & si quis hæc plura ponit, vt Empedocles quattuor corpora ait esse materiam. etenim huic partim eadem, partim propria necesse est accidere. Nam & quòd inuicem fiunt, videmus, tanquam non semper igne, & terra manente eodem corpore. dictum autem de eis in de naturalibus est. [e] Deque causa mouentium,

[illegible] duo [illegible] ſit. ᶠ neque recte, neque irrationabiliter omnino arbitrandum eſt di-[illegible] [illegible] [illegible] auferant neceſſe eſt, qui ita dicunt. non enim ex calido frigidum, [illegible] [illegible] erit. Quid enim ipſa contraria patiuntur, & quæ nam vna natura ſit, quæ ignis & [illegible] [illegible] ᵍ Anaxagoram vero ſi quis putauerit duo dicere elementa, maxime [illegible] [illegible] quam ille quidem ipſe non digeſſit, neceſſario tamen ſecutus fuiſſet eos, [illegible] aliter cum abſurdum ſit dicere a principio omnia miſta eſſe, tũ quo-[illegible] [illegible] ante eſſe, tum quoniam non eſt natura aptum quodcunque cuicunq; miſce-[illegible] [illegible] accidentia ſeparentur a ſubſtantiis: eorundem enim eſt miſtio, & ſe-[illegible] [illegible] ſequatur, diſcernens vna cum eo quæ dicere vult, fortaſſis videbitur quædam noua de-[illegible] [illegible]. Quando enim nil erat ſeparatum, patet quod nil erat vere de illa ſubſtantia dicendum, dico [illegible] quod [illegible] album [illegible] neque nigrum, aut fuſcum, aut alium colorem, ſed quod colore vacans ne-[illegible] [illegible] colorum haberet. ſimiliter etiam ſine ſapore eadem ratione, nec [illegible] [illegible] quale quid poſſibile eſt illud eſſe, neque quantum, neque quid. formarum [illegible] [illegible] ſane ineſſent. hoc vero impoſſibile, ſi miſta ſint omnia, eſſent enim iam [illegible] [illegible] miſta, intellectu excepto: hunc vero ſolum impermiſtum, & purum. [illegible] principia dicere, & ipſum vnum (hoc enim ſimplex & impermiſtum) & alterum tã-[illegible] [illegible] poſſimus, ante quàm determinetur, & aliqua participet forma. Quare di-[illegible] [illegible]; clare, vult autem ſimile quiddam & iis, quæ poſterius dicunt, & iis, quæ nunc [illegible] [illegible] illarum, quæ circa generationem, & corruptionem, & motum ſunt ra-[illegible] [illegible] ſolum. [illegible] enim de tali ſubſtantia & principia, & cauſas inueſtigant ſolum.

ADNOTATIONES.

Q[illegible] ᵃ *vero pacto horum quiſque dixerit, &c.* Vult explicatius nunc exponere horum omniũ ph[illegible]um ſententias, & conſequenter aperire dubitationes, quas ſinguli patiuntur circa propriam poſitionem principiorum, eo ſcopo, vt ex hac impugnatione pateat, a ſe huius [illegible], quæ pertinet ad vniuerſum ens, rationem merito nouam contexi, cum priores n[illegible] [illegible], ſed defecerint in ipſa. ᵇ *Quicunque igitur vniuerſum vnum, & vnam quandam eſſe naturam vt materiam ponunt, & hanc corporalem, &c.* Ex his verbis, quòd circa vniuerſum philoſophi naturam ſpecularentur, colligitur antiquorum opiniones conſiderari circa principia, quatenus ad vni-[illegible] [illegible] ; licet, qui ſolum res naturales agnouerunt, in iјs tantum vniuerſi naturam [illegible]; cum alij ad res quoque incorporeas vniuerſi, ſpeculationem protenderint. Quòd vero [illegible] *vt materiam, & ipſam corpoream:* aduertendum ita dictum eſſe; quoniam & ma-[illegible] [illegible] incorporea datur, quæ tamen erit cauſa materialis; vt quæ ab aliquibus ſupponitur materia in [illegible] [illegible] eſt corporea. ᶜ *Non opinantes generationem ex elementis, vel muta-[illegible].* [illegible] in græcis cod. [illegible] γένεσιν ἐκ στοιχείων, ἢ μεταβολήν. non autem vetus [illegible] [illegible] legitur apud Alexandri interpretem, neque in eius commentarijs, neq; [illegible] [illegible] ſuis in tranſlationibus; ſed omiſerunt tanquam ſupernacanea [illegible], quæ ſe[illegible] [illegible] *mutuam inter ea generationem quoquo modo ponunt.* Verum-[illegible] [illegible] retinentes, ita interpretari poſſumus: quòd fuerunt non opi-[illegible] de [illegible], & mutatione elementorum eatenus, quatenus non cõſiderarunt, quonam mo-do [illegible]: hoc enim ratione videntur opinati eſſe, quòd elementa mutationem non ſuſciperẽt. ᵈ *Quod [illegible] generatione poſterius, natura prius ſit.* De eo quod ſit prius natura, & poſterius generatio-ne [illegible]. ᵉ *Dictum autem de eis in de naturalibus eſt.* In libris de cœlo, & in lib. quoq; de gene[illegible] dictum eſt (inquit Alexander) de mutua elementorum generatione, ſeu alteratione. ex quo elici-[illegible] ad hanc nominationem ſermonum *de natura*, non ſolum libros octo phyſicorum comprehendi, [illegible] etiam alias naturales tractationes. ᶠ *Deque cauſa mouentium.* ſunt, qui hæc ita interpretantur; id eſt, de controuerſia mouentium, ſeu circa mouentia. Verum id potuit eſſe dictum quo ad varia mouẽ-tia, ac ſi dicat, de cauſa, quæ conſtituit ipſa mouẽtia; idq; præſertim ob ſententiam Empedoclis, qui conſtituit pro cauſa mouente litem, & amicitiam, & ita plura mouentia ſtatuit. ᵍ *Neque recte, neque irrationabiliter omnino.* Ita vertit [illegible] ario, loco huius vocis græce, ἀλόγως, quæ paſſim habetur in omni-[illegible] [illegible] cod. [illegible], ſupponens: quam varietatem lectionis agnouit etiam Alexan-der, & ſe[illegible] hanc lectionem Beſſarionis; *neque irrationabiliter*, eſſet interpretatio: quòd Empe-docles, neque recte, neque irrationabiliter omnino ſtatuerit de amicitia, & lite, quòd ſint principia mouentia. Verum, & communem lectionem ſequentes, quæ habet; *neque recte, neque rationa-biliter [illegible]:* ita interpretari poſſumus: quòd Empedocles omnino neque recte ſtatuerit, neque rationabiliter etiam de his principijs, de lite ſcilicet & amicitia: vt illud *non rationabiliter* ſit explica-tiuum illius particulæ, *quod non recte*. Et id quidem; quoniam (vt explicatum eſt antea) ponit ami-citiam cauſam eſſe congregationis; litem vero diſſolutionis rerum; cum tamen (vt oſtenſum eſt) & contra fiat. nempe & diſſolutio per amicitiam; & congregatio per litem: vnde eius poſitio rationa-bilis omnino non eſt cenſenda. ʰ *Anaxagoram vero ſi quis putauerit duo dicere elementa*, ſi Anaxa-

Alexand.

goras posuit infinita similaria pro materiali principio, & mentem segregantem res ab ipsa infinita similarium materia, sic videretur tribuere elementum ipsi menti; quod sane erit improprie dictum; non enim mens proprie est elementum: vnde Aristoteles in lib. 12. apud nos postremo. cap. 4. seiungit causas extrinsecas ab appellatione elementi: & ideo dicendum, ita locutum esse secundum consuetudinem antiquorum, qui omnia principia, vocabant elementa, vt sæpius refert Aristoteles in his libris. Cum autem dicat, quòd si quis velit opinionem Anaxagoræ explicare distinctius, quàm ipse fecerit, præclaram ipsum opinionem habuisse comperiet (vt qui propemodum attulerit principiũ illud, quod & Plato & Pythagorei ab ipso Anaxagora posteriores, attulerunt, videlicet materiam, ex qua fiunt alia, quam deinde Aristoteles pręclarius etiam explicauit) ex ijs colligitur, cum dictum est supra cap. 3. quòd Anaxagoras prior ætate quàm Empedocles, factis autem posterior esset; hinc significatum esse, quòd aliquid magis nouum ipse insinuauerit, & proprius accesserit ad veritatem: & ita præcesserit in philosophia ipsum Empedoclem; licet veritatem ab ipso quodammodo inuentam non explicuerit; quę tamen ex eius dictis elici facile potest. Hinc etiam colligitur, quòd non eius fuit prauæ mentis Aristoteles (quod nonnulli ei imponunt) vt totus fuerit in aliorum sententijs oppugnandis, etiam quòd sensum congruum veritati possent recipere. siquidem ex dictis hoc loco patet, quòd Anaxagoræ sententiam quàm maxime potest tuetur; ostendens illam ad bonam trahi posse interpretationem: sicuti ex aduerso funditus impugnauit Melissi sententiam, tanquam nimis rudem, & neutiquã tolerandam. Vnde concludendum est, Aristotelem veritatis acerrimum fuisse sectatorem, atq; defensorem; vt hac ipsa nil sibi carius aut amicius fuerit, iuxta illam suam præclaram sententiam libri 1. Ethicorum. *Amicus Socrates: amicus Plato: magis autem amica veritas.*

Obiectiones aduersus placita constituentium principia circa res omnes sensibiles, & insensibiles. Cap. X.

PARAPHRASIS.

IAM vero sermonem nostrum conuertentes ad eos, qui distinguentes res in sensibiles; & insensibiles, de omnibus sunt speculati, circa eorum dogmata diligentius insistamus; perpendentes quid bene, aut male constituerint, cum horum inspectio magis pertineat ad præsentem hanc nostram contemplationem, quam persequi intendimus circa rerum omnium principia, & causas. Pythagorei igitur principijs & elementis vtuntur remotioribus, & magis alienis a rebus, quàm vtantur philosophantes de natura. Quod illis euenit, propterea quòd sumunt principia non ex rebus sensibilibus, sed ex mathematicis: quæ, excepta astrologia, a motu sunt seiunctæ: & nihilominus tamen edisserunt, & tractant de omnibus, quæ naturam concernunt: nam & cœlum generãt, & omnia obseruant, quæ circa cœli partes, & eius opera, & affectiones contingunt: in horumq; cõtemplatione principia, & causas quas supponunt, impendunt, atque consumunt: tanquam in hoc cum philosophis naturalibus consentientes, ꝙ illud deniq; sit ens, quod est sensui subiectum, & ambitu cœli cõtinetur. Principia autem, & causæ, quas afferunt, sunt eiusmodi; quæ (vt ipsi dicũt) sufficiant etiã ascendere ad ea, quæ sensibus sunt superiora; quibus etiam magis accommodantur, quàm sermonibus de natura. Verum (quòd attinet ad horum dogmata) hi, cum tantummodo supponant finitum, & infinitum, vel par, & impar, quæ constituunt principia; non enunciant, ex quo nam procedat motus: & quomodo sit possibile sine motu, & mutatione esse generationem, & corruptionem; & opera eorum, quæ feruntur in cœlo. Ad hæc, siue quispiam illis concesserit, ex eorum principijs, finito & ifinito, vel pari & impari magnitudines fieri, siue id demonstratione concludatur: omnino ipsis hæc relinquitur difficultas enodanda; quo nam pacto ex corporibus aliqua fiant grauia, alia vero leuia. Nam ex quibus suppositiones faciunt, seu demonstrant; nil magis de mathematicis corporibus, quàm de sensibilibus edisserunt; ac propterea de igne, terra, & alijs huiusmodi corporibus nil prorsus loquuntur: vt qui nihil proprium (ita censeri potest) de rebus sensibilibus enuncient. Amplius essent interrogandi Pythagorei, quo nam pacto oportet comprehendere, quòd passiones numeri, & ipse numerus sint causæ eorum quæ sunt, & fiunt in hoc ambitu cœli? tam ab ipso primordio constitutionis mundi; quàm etiã nunc? & quòd nullus sit alius numerus præter ipsum numerum, ex quo constitutus est mundus? quandoquidem, cum apud ipsos in hac quidem parte mundi sit opinio, & tempus; paulo vero supra, aut infra sit iniustitia, & discretio, vel permistio: & afferunt demonstrationem, quòd horum vnumquodque est numerus: & insuper contingit secundum hunc modum iam multitudinem esse compositarum magnitudinum: eo quòd huiusmodi passiones numeri singulis locis consequantur: vnde ab ipsis quærendum est, vtrum est idem numerus, qui est in mundo, quem oportet assumere ad assignandum quid horum quodque sit, an est alius numerus præter hunc? Nam, si alius est, supponendus: ergo non solum est numerus sensibilis in rebus existens, sed & alius; quod est præter pythagoreorum suppositionem, si autem idem est solus numerus, quomodo idem sui ipsis erit causa? Etenim Plato alium constituit numerum, qui tamen & hæc sensibilia, & horum causas, numeros esse censet. verum

numeros

[illegible] cauſas, dicit eſſe intelligibiles; hos vero alios ſenſibiles, ſed de Pythago[illegible] dimittitur diſputatio, quæ alibi amplior ſuſcipietur: ſat enim nunc, hæc de eorum ſen[illegible] attigiſſe.

T E X T V S.

Q[illegible] vero de cunctis quidem entibus ſpeculantur, entium autem quędam ſenſibi[illegible] quędam non ſenſibilia ponunt, manifeſtum eſt, quòd de vtriſque generibus perſcrutantur. [illegible] magis immoretur quiſpiam de ijs quid bene, quidque non bene dicant, ad eorum, quæ nobis propoſita ſunt, [illegible]quiſitionem. Qui itaque Pythagorici appellantur, principijs quidem, & elementis [a] *[illegible] modo quàm [illegible]ſiologi vtuntur. Cauſa vero eſt, quoniam ea non ex ſenſibilibus acceperunt. [illegible] enim, quæ mathematica ſunt, ſine motu ſunt, præter illa, quæ circa Aſtrologiam ſunt. diſputant [illegible] omnia de natura. etenim generant cœlum, & circa eius paſſiones, partes, & op[illegible] principia. & cauſas in his conſumunt, tanquam cæteris Phyſiologis con[illegible] hoc eſt, quodcunque ſenſibile eſt, & quod continet id, quod vocatur cœlum. [illegible] vero, [illegible] principia ſicut diximus, ſufficientia, vt dicunt, etiam vſque ad ſuperiora entium tranſcendere, [illegible] magis quàm de natura ſermonibus conuenientia. Ex quo vero modo motus erit, finito & infinito, [illegible] ſolum ſuppoſitis, nihil aiunt. Aut quomodo poſſibile eſt ſine motu & mutatione generationem & corruptionem eſſe, aut actiones eorum, quæ in cœlo feruntur. Item ſiue quis eis concedat ex his [illegible], ſiue monſtretur hoc, quomodo tamen quędam corporum leuia, quædam grauitatem hab[illegible] quibus [illegible] ſupponunt, & aiunt,* [b] *nil magis quàm de mathematicis corporibus, de ſenſibilibus dicunt. quare de igne, aqua, aut de huiuſmodi cæteris corporibus nihil dixerunt, tanquam nil de ſenſibilibus proprium dicentes. Item, quomodo paſſiones quidem numeri, & ipſum numerum putandum cauſas eorum eſſe, quæ ſunt a principio, ac de nouo in cœlo fiunt: numerum vero alium præter hunc numerum, ex quo mundus conſtat, nullum eſſe? Cum enim in hac quidem parte opinio eis, & tempus ſit, paululum vero deſuper aut deorſum iniuria, & diſiunctio, aut miſtio, probationem autem afferāt, quòd horum quidem vnumquodque numerus eſt,* [c] *contingit autem in hunc locum multitudinem iam conſtitutarum magnitudinum eſſe, eo quod paſſiones hæ ſequuntur ſingula loca, vtrum iſte eſt idem numerus, qui in cœlo, [illegible] oportet accipere, quod horum vnumquodque eſt, an præter iſtum alter? Plato etenim alium eſſe [illegible] numeros putat, & illa eſſe, & horum cauſas. ſed intelligibiles quidem cauſas, hos vero ſenſ[illegible].* [d] *De Pythagoricis itaque prætermittamus modo. ſufficit enim in tantum eos attigiſſe.*

A D N O T A T I O N E S.

[a] *A[illegible] quàm phyſiologi vtuntur.* quod græce habetur ἐκτοπωτέροις, aliqui [illegible] *principijs*. alij *alienioribus*. quidam ſic: *minus apte principijs vtun[illegible]*. [illegible] proprie videtur Ariſtoteles innuere; quòd pythagorei principijs vtuntur [illegible] extra locum, ac conueniret naturalibus, ſeu philoſophis, ſeu re[illegible] per ipſorum philoſophiam: in qua vtentes dictis principijs mathematicis, ſic redarguntur ex[illegible] nil proprie diſſerere de rebus naturalibus, & ſenſibilibus. Horum autem oppoſitam philoſophandi rationem Ariſtoteles ſecutus, illud omni ſtudio conatur aſſequi, vt rerum principia, & cauſas afferat, quæ rebus ipſis intrinſecæ quàm maxime apparent. [b] *Nil magis quam de mathematicis corporibus, de ſenſibilibus dicunt.* ita conuertit Beſſario verba contextus, quæ græce ita ſe habent: οὐθὲν μᾶλλον περὶ τῶν αἰσθητῶν, ἢ περὶ τῶν μαθηματικῶν λέγουσι σωμάτων: quæ iudicarunt nónulli tranſpoſita fuiſſe, & ita legi debere: *non magis de ſenſibilibus quàm de mathematicis corporibus loquuntur*. Verum, retenta lectione iuxta græca exemplaria, dicimus dictis verbis vrgeri Pythagoreos ex hoc capite, quòd eadem principia aptent non magis mathematicis corporibus, quàm ſenſibilibus: qui quidem ſi ſolum de mathematicis diſſererent, eorum philoſophandi ratio eſſet tolerabilior, continens ratiocinationes conſtructas ex principijs mathematicis de rebus mathematicis. cum vero eaſdem etiam aptent rebus ſenſibilibus, de quibus profitentur ſimiliter demonſtrationes afferre; in hoc ſunt reprehendendi, adhibentes rebus ſenſibilibus mathematica principia, quæ ab illis ſunt aliena: & ideo vrgentur penes hoc, quod non magis de mathematicis loquantur, quàm de ſenſibilibus. [c] *Contingit autem in hunc locum multitudinem iam conſtitutarum magnitudinum eſſe.* vrget quoque Ariſtoteles pythagoreos in hoc alio, quoniam non ponentes alium numerũ, præter eum, qui eſt in rebus, & aſſignantes pró cauſa, ob quam ita ſint res, talem, aut talem numerum; non poterant vllam conſtruere demonſtrationem; vt qui hunc in modum nil afferre poſſent ad rerum probationem, diuerſum ab ipſis rebus; ſed idem de eodẽ dicere cogerentur. Quod inconueniens ex hoc etiã capite augetur; ꝙ ab ipſis conſtituitur multitudo magnitudinum compoſitarũ, quæ conueniunt in eadẽ cauſa, & ab eadẽ affectione numeri procedunt; cũ tamen quiſq; numerus, nõ ſit niſi vnicus, & ſingularis. ex quo ſequitur, ꝙ pro aſtruendis huiuſmodi demonſtrationibus, deberet ab ipſis ſupponi (quod non faciunt) alius numerus præter hos ſingulares: ſicuti Plato

 poſuit

posuit numerum intelligibilem esse initium numeri sensibilis. d *De Pythagoricis itaque prętermittamus modo.*dicendo,quòd nunc dimittit Pythagoreos,innuit quòd alibi de ipsis,& eorum placitis cōsiderabit: quod fiet in lib. 13.& 14.apud nos 11.& 12.quod etiam animaduertit Alexander.Paucis autem hoc loco se expediuit Aristoteles ab opinione pythagoreorum circa positionem principiorum; tanquã iudicans,ex adddctis posse patere, quòd longe abessent a recta philosophandi ratione; neque eorum placita multum sibi negocium facesserent: magis autem immoratur circa examen opinionis ipsius Platonis; vt qui maioris esset philosophus existimationis,

Alexand.

Obiectiones aduersus idearum positionem,& refelluntur ratiocinationes,quibus ideæ astruerentur ab ipsarum assertoribus. Cap. XI.

PARAPHRASIS.

QVI autem ideas ponunt causas rerum, ijs illud in primis obijci potest; quòd,dum quærunt sumere causas rerum,quædam alia ijs æqualia induxerunt; propemodum, ac si quis volens adnumerare nonnulla; & quoniam sint pauca,censeat non posse numero ea complecti,nisi simul plura aggregarit. etenim ferme sunt ęquales,aut non pauciores ideæ ijs rebus,de quibus quærentes nonnulli causas,ex ijs ad idearum aggregationem accessere; quippe,secundum quodq; singulare est aliquid homonymum, idest, in quo singulum quodq; communicat cum alijs: & præter substantias in alijs quoque rebus adest,præter multa,vnum: tum in rebus istis mortalibus, tum in sempiternis. Accedit,quòd quibus modis ostenduntur ideæ,nullus est, ex quo appareat concludi id, quod asseritur. Nam aliquæ ratiocinationes sunt eiusmodi,vt ex ijs non ex necessitate sequatur syllogismus: ex quibusdam vero colligitur,dari etiam ideas rerum,quarum non existimamus esse ideas.Modi autem assyllogistici sunt: veluti ille,si quidquam verum est,ideæ sunt, nihil enim verum ex his,quæ apud nos sunt. Et si est memoria, ideæ sunt; quoniam rei manentis est memoria; hæc autem nostratia non manent. item,si numerus,vel definitio est rerum, ergo ideæ sunt: nam hæc nostratia non sunt, & horum non est definitio. Etenim ex eiusmodi enunciationibus non astruuntur argumentationes,quæ consistentem formam syllogismi habeant.Qui vero modi syllogistici afferuntur,sunt eiusmodi; vt & eorum, quorum nollent idearum assertores,ideas esse demonstrent. Veluti illa ratio inducta a scientijs,in quibus nihil singulare, sed tantum vniuersale consideratur, ex quo deducitur debere igitur esse ideas, artefactorum etiam inducit ideas: vt puta medicinæ, & aliarum artium, in quibus eadem ratio vniuersalia considerandi obseruatur circa ea, quæ in illis traduntur; quare & horum erunt ideæ, quod nolunt assertores idearum. Illa vero ratio,quã astruitur dari ideas; quoniam vnum sit in multis, & ab illis seiunctum, vt homo in singularibus hominibus, vnde infertur, dari igitur debere ideam,valet etiam ad astruendum,quòd negationum quoque sit idea:siquidem & non homo (vt quid seiunctum a multis) dicitur de multis, vt puta,de cane, & equo; quin & de non entibus,vt de hypocentauro, hæc negatio non homo prædicatur. Illa autem ratio qua dicitur, quòd, quoniam corruptibilium habeatur intelligentia, ideo sunt supponendæ ideæ,per quas de corruptis habeatur intelligentia; euacuatur dicendo; quòd rei corruptæ remanet phantasma,per quod intellectus rem corruptam intelliget. Præterea,quæ rationes censentur exactissimæ pro astruendis ideis; harum aliquæ constituunt ideas etiam eorum, quæ sunt ad aliquid,quorum tamen (quoniam ipsorũ non sit genus secundum se) inficiantur esse ideas assertores idearum. Aliæ inducunt tertium hominem.Et omnino rationes in hoc proposito conflatæ, tollunt ea,quæ maxime intendunt astruere idearum fautores, siquidem ipsis contingit dualitatem non esse primam,sed numerum: & quæ ad aliquid sunt,esse priora ijs,quæ sunt secundum se; & quæcunq; nonnulli,adhærentes placitis idearum intulerũt,eorum aduersantur principijs. Quòd autem & eorum, quæ sunt ad aliquid,sint ideæ secundum horum positionem,hunc in modum deducitur.Nam cũ imago sit in rebus sensibilibus secundum exemplar idearum,imagoq; sit æqualis,& similis exemplato; hinc sequitur,quòd,cum imago ad aliquid referatur (vti etiam æquale & simile) ita quoque eorum,quę sunt ad aliquid,sit idea.Tertium autem hominem dari ex ratiocinationibus Platonicis ita deducitur. Nam singularium hominum est similitudo sub notione vniuersalis hominis inexistẽtis illis; & est etiam idea separata hominis,& ita alius homo; vnde cum homo vniuersaliter acceptus,& idea separata sint res inter se similes, ideo ijs inerit aliud commune; & ita tertius homo. sed & quartus, & quintus: & ita natura hominis secundum vniuersale, & secundum ideam in infinitum multiplicabitur. Quòd autem sequatur dualitatem non esse primam, vt supponit Plato, sed numerum esse dualitate priorem, ita deducitur ex eiusdem placitis,atque principijs.Nam de dualitate debet quoque esse consideratio in vniuersali: ergo secundum ideam erit; idea autem est quidam numerus secundum positionem Platonis; igitur erit numerus prior ipsa dualitate, cum dualitatis debeat esse idea, & ita prior dualitate: sed idea est numerus; vnde etiam prior erit numerus dualitate. Amplius secundum existimationem, secundum quam dicimus esse ideas,non solum erunt ideæ substantiarum;verum etiam multarum aliarum rerum. Etenim conceptio, seu intellectio, per quam introducuntur ideæ, non solum habet locum

[illegible] circa ſubſtantias, verum etiam circa ea, quæ non ſunt ſubſtantiæ; ſicuti etiam ſcientia exiſteret [illegible] de ſubſtantia, verum etiam de alijs rebus. Et alia huiuſmodi eueniunt propemodum infinita: & [illegible] ſecundum neceſſitatem, & ſecundum inductas opiniones, & placita de ideis, ſi ideæ partici- pantur, oportet ideas [illegible] modo eſſe ſubſtantiarum. Non enim conuenit dicere, quòd ſecundum ac- cidens [illegible] participentur: ſed eatenus oportet participare vnamquamq; ideam, quatenus non dicitur de ſu- biecto, vt ſubſtantia exiſtens, & non accidens: ſicuti, ſiquis participat duplum, participaret etiam æter- nitatem, [illegible] accidens. propterea quòd contingit duplo eſſe æterno: quare ideæ erunt ſub- [illegible] ſiquidem [illegible] in ſenſibilibus, ita ibi in ideis eadem ſignificant ſubſtantiam: nempe illud, quod de alio non dicitur. Alioquin, quid erit dicere, eſſe præter hæc vnum in multis; niſi ſignificetur, quòd ſit præter noſtra [illegible] quid vnum in multis ijs noſtris, ſicuti & in illis? at poſtea, ſi eadem ſit forma idea- rum, & participantium ideas, erit quid commune vtriſq;: quid enim magis in intereuntibus dualitati- bus, & in [illegible] alijs dualitatibus æternis erit dualitas vnum, & idem, quàm ſit in hac particulari, & ſenſibili dualitate, [illegible] ratio omnium? ſi autem nō eſt eadem forma in ijs & in illis, erunt æqui- uoca: & quid [illegible], ac ſi quis nūcuparet hominem & Calliam, & lignum; nulla tamen in ipſis conſpecta [illegible].

[illegible] dubitaret, quid nā conferant ideę vel rebus ſenſibilibus ęternis, quale eſt cœlū; vel ipſis, quæ [illegible] & corruptioni ſunt obnoxiæ: ſiquidem neque motui rerum harum quidquā conferunt ideę, cū potius [illegible], & quietis ſint cauſa quam motus, ex ſententia aſſerentiū ideas: neque ad [illegible] rerum ſcientiam conducunt: ita enim rebus ipſis, quarum ſcientiam præſtarent, in- eſſent [illegible] earum ſubſtantia & cauſę, per quas cognoſcerentur: neq; etiam ſunt in cauſa vt res ſint: [illegible] ratione conueniret vt ineſſent ideæ rebus, a quibus participarentur, quod tamen illi inſi- ciantur vt qui ponant ideas ſeiunctas a rebus ſenſibilibus. Forte autem alicui videri poſſet, quòd ideæ ineſſent, [illegible] cauſa rebus ſenſibilibus, ſed non apparerent: veluti ſi (vt enunciauit Anaxagoras, & ante eū Eudoxus, & quidam alij) ſimilare album admiſtum corpori albo diceretur cauſa albi. Quæ ſententia, vt multis obnoxia abſurdis, facile refellitur: propterea quòd ſi ideę miſcerentur, in primis ideæ eſſent corpora, cum corporum tantummodo ſit miſtio. Propterea ideæ haberent oppoſitionem, cum miſtio per contraria efficiatur: & ſi tota idea miſceretur, id etiam abſurdi eueniret, quòd vna numero idea plu[illegible]us rebus ineſſet: aut, ſi ex parte miſceretur, ſic homo eſſet, qui aliquid participaret ipſius hominis; & ita ideæ eſſent ſimilares; cum, quæ habent aliquam partem, ſint inter ſe vno aliquo ſimilia; at ideæ non [illegible] ſimilares, cum non poſſit fieri, vt pars hominis ſit homo, & alia huiuſmodi abſurda ſeq[illegible]tur, ſi conſtituatur ideas miſtione participari. Sed neq; vllo eorum modorum, quibus dicitur aliquid fieri vel eſſe ex alio, poteſt dici, quòd res fiant & conſtent ex ideis: neque vt ex cauſa efficiente; ne[illegible] vt ex materia & forma: neq; vt ex imperfecto ad perfectum; vel vt vnum poſt aliud, ſicuti hyems poſt [illegible]: nam nullo horum modorum contingit res eſſe ex ideis. Illud autem quòd dicitur, quòd [illegible] exemplaria, & de his alia participent, vana eſt proloqui, & metaphoris poetarum ora- [illegible]. Nam quid aſſignari poteſt ex ijs, quæ ſunt apud nos, quod reſpiciens in ideas, [illegible] prodat operationes? ſiquidem contingit & eſſe, & fieri vnumquodq; [illegible] imaginem ideæ. nam tam exiſtente, quàm non exiſtente Socrate, poteſt [illegible]; quod etiam eſt aſſerendum, & ſi Socrates ſuppponatur ęter- nus. A[illegible] hanc po[illegible]em, quod erunt plura exemplaria eiuſdem, & conſequenter plu- [illegible] ideæ, veluti hominis ſenſibilis erit tum idea animalis, tum idea bipedis, tum ipſius ho- minis. A[illegible], non ſolum ſenſi[illegible]lium erunt exemplaria, verum etiam ipſarum idearum, & ipſorum exem[illegible], ita vt ſit genus quoddam idearum: ex quo ſequetur, quòd idem erit imago, & exemplum; v[illegible], ipſe homo erit exemplum hominis ſenſibilis; & idem homo erit imago ipſius exemplaris ani- malis. Amplius videtur impoſſibile, vt id, quod eſt ſubſtantia, & id, cuius eſt ſubſtantia, ſint inuicem ſeparata: qui igitur fieri poteſt, vt ideę, ſi ſint ideæ rerum, a rebus ipſis ſint ſeparatæ? in Phedone autem dicitur, q ideæ ſint cauſa, vt res ſint, & fiant. atqui ſuppoſitis ideis, non fierent quæ participant ideas, niſi [illegible] ſit mouens; non eſſe autem ideas cauſas motus, dictum eſt antea. Ad hæc dicemus & multa alia fieri, quorum non dicimus eſſe ideas: vt domus, vel annulus; ex quo inferendum, alias res, quæ conſtant natura, fieri [illegible] cauſas, ob quas etiam fiunt res artefactæ nunc commemoratæ; nem- pe ab ipſo efficiente, habente in ſe eandem formam rei, quæ ſit producenda, & ex materia ad certam [illegible]ationem diſponenda, vt exactius dicetur in ſequentibus.

TEXTVS.

QVI vero ideas ponunt, primum quidem, cum quærerent horum exiſtentium cauſas habere, cætera æqualia his numero attulerunt. velut ſiquis numerare volens, cum quidem pauciora, exiſtant, arbitretur non poſſe, plura vero ea faciat, & ita numeret. [a] *Fere etenim formæ æqua- les, aut non pauciores iis ſunt. Ex quibus, dum de eis cauſas quęrerent, ad illas proceſſe- runt.* [b] *nam ſecundum vnumquodq; æquiuocum quid eſt, & præter ſubſtantias cęterorum quoq; in mul- tis eſt vnum, & in his, & in ſempiternis. Item quibus modis oſtenditur quòd formæ ſunt, ſecundum nullum eorum apparent. E quibuſdam namque, non eſt neceſſe fieri ſyllogiſmum: e quibuſdam vero etiam,*

quorum

quorum non putamus, horum formæ fiunt. ſecundum namq; rationes, quæ ex ſcientijs, formę erunt omnium, quorum ſcientiæ ſunt. ſecundum vero vnum in multis, & negationum. at ſecundum quòd intelligitur quippiam eo corrupto, etiam corruptibilium: ſiquidem quicquam eſt horum phantaſma. Inſuper rationum, quę magis certæ ſunt, quædam quidem eorum, quæ ad aliquid ſunt, ideas faciunt, quorum non dicimus eſſe per ſe genus. quædam vero tertium hominem dicunt. & ſimpliciter hę de formis rationes illa perimunt, quæ magis eſſe quàm ipſas ideas eſſe volunt, qui dicunt formas. Accidit enim non dualitatem eſſe primam, ſed numerum, & quod ad aliquid eo, quod per ſe eſt: & cuncta quęcunq; cum quidam ſequerentur de ideis opiniones, aduerſati principijs ſunt. [c] *Item ſecundum exiſtimationem ſecundum quam eſſe dicimus ideas, non ſolum ſubſtantiarum, ſed multorum etiam aliorum formę erunt.* [d] *Etenim vnus conceptus. non ſolum de ſubſtantijs, ſed de cæteris etiam eſt. & ſcientiæ non ſolum ſubſtantiæ, ſed etiam aliorum ſunt. & cætera huiuſcemodi accidunt infinita. Secundum vero neceſſitatem & opiniones de eis, ſi formę participabiles ſunt, neceſſe eſt ſubſtantiarum ſolum eſſe ideas. non enim ſecundum accidens participatio earũ eſt, ſed eatenus oportet vniuſcuiuſq; participem eſſe, quatenus non de ſubiecto dicitur. Dico autẽ, vt ſi quid ipſo duplo participat, hoc etiam ęterno participat, ſed ſecundũ accidens. accidit enim duplo, æterno eſſe.* [e] *quare formæ ſubſtantia erunt, hæ autem hic, & ibi ſubſtantiã ſignificant. An quicquã erit dicere eſſe aliquid præter has vnũ in multis? Et ſi eadem ſpecies eſt idearũ & participantium, erit aliquid commune. Cur enim magis in corruptibilibus dualitatibus & pluribus quidẽ dualitatibus, ſed æternis, dualitatem eſſe vnum, & idem, quàm in hac, & quadam? Et ſi non eſt eadem ſpecies, ęquiuocatio erit profectò: & ſimile, ac ſi quis & Calliam, & lignũ hominem appellarit, quorum nullam inſpexerit communicationem. Potiſſimum vero dubitabit aliquis, quidnam formæ conferant ſempiternis ſenſibilium, aut illis, quę fiunt & corrumpuntur: nec enim motus, nec alicuius tranſmutationis eis cauſę ſunt. At nec ad ſcientiam aliorum proſunt. nec enim horum illæ ſubſtantię ſunt; in his etenim eſſent, nec ad eſſe, cum non inſint participantibus. ita etenim fortaſſis cauſę putabuntur eſſe, vt album miſtum albo. Sed iſta ratio facile redargui poteſt, quam Anaxagoras prius, Eudoxus vero poſterius, & quidam alij dixerunt. facile enim eſt multa, & impoſſibilia ad hanc opinionem congerere. At nec ex formis cętera ſunt, ſecundum vllum illorum modorum, qui dici ſolent. Dicere vero exemplaria eas eſſe, & cętera eis participare, vaniloquia,* [f] *& Metaphoras poeticas dicere eſt. Quod enim eſt, quod agit, ad ideas inſpiciens? poſſibile enim eſt & eſſe, & fieri quodcunq; ſimile, etiam non ad illius imaginem: quare & exiſtente Socrate, & non exiſtente, fiet vtiq; qualis Socrates eſt. ſimiliter autem etiam ſi Socrates ſempiternus eſſet. At eiuſdem erunt plura exemplaria, ergo etiam formę. veluti hominis, animal, & bipes, ſimul autem & idealis homo. Item non ſolum ſenſibilium exemplaria formę erunt, verum etiam ipſarum, vtputa genus, tanquam genus ſpecierum, quare idem erit exemplar. & imago. Item videri poſſit impoſſibile eſſe ſeparatam ſubſtantiam, & cuius eſt ſubſtãtia. quare quomodo ideę, cum rerum ſubſtantię ſint, ſeparatæ fuerint?* [g] *in Phædone autem ita dicitur, quòd tum ipſius eſſe, tum ipſius fieri formę cauſę ſunt. Quamquã formis exiſtentibus, non tamen participantia fiunt, ſi non ſit quod moueat. At multa alia fiunt, velut domus, aut annulus, quorum non dicimus eſſe formas. quare patet poſſe contingere cętera quoque & eſſe, & fieri, etiam propter tales cauſas, quales eorum, quæ nunc dicta ſunt.*

ADNOTATIONES.



FERE [a] *etenim formæ ęquales, aut non pauciores ijs ſunt.* dicit ideas eſſe ferme æquales rebus ſenſibilibus; quoniam non ſunt ideę, ſecundum idearum aſſertores, relatiuorum: neq; malorum: cum autem ſubiunxit Ariſtoteles *aut non pauciores.* hinc voluit innuere, deduci ex rationibus, & placitis Platonis, multas dari ideas; vt ita euadant non pauciores rebus ſenſibilibus. [b] *Nam ſecundum vnumquodq; ęquiuocum quid eſt.* ita Beſſario vertit dictionem hanc, ὁμώνυμον, Perionius autem ſequutus interpretem Alexandri, ita conuertit: *cum in vnoquoq; genere rerum ferme ſint aliqua eodem nomine.* Id autem velle hoc loco Ariſtotelem cenſemus, q̃ ſecundum quamq; rem ſingulariter acceptam, tam circa ſubſtantias, quàm circa accidentia, adeſt quid vnum eiuſdem nominis in multis, in quo illa multa conueniunt. Vnde aduertendum in libris huius philoſophię ab Ariſtotele ſæpe numero vſurpari hanc vocem homonymum, ſeu homonyma ad ſignificandam conuenientiam, quam res inuicem habent: cum tamen in omnibus non ſit omnimoda, ſed ſaltem aliqualis naturæ eiuſdem ſimilitudo. [c] *Secundum exiſtimationem; ſecundum quam eſſe dicimus ideas.* Alexander hoc loco modeſtiam Ariſtotelis animaduertit; vt qui tanquam ſi proprium ſuum eſſet, tractet dogma Platonis, dum ita loquitur: *Secundum exiſtimationem, ſecundum quam diximus eſſe ideas:* Verum nil prohibet id etiam ironice dictum eſſe, vt frequens eſt vſus apud homines. Quòd autem hoc loco Ariſtoteles ſtrictim innuat, & quodam modo pertranſeat rationes quaſdam allatas ab aſſertoribus idearum, nil mirum eſſe debet; cum ſuis temporibus tritę admodum eſſent, & ferme in ore omnium: vt ipſe inſinuauit lib. 13. apud nos 11. cap. 1. vbi habet multa in vulgum de ideis eſſe diuulgata, & ferme in ore omnium [d] *Etenim vnus conceptus.* græce, τὸ νόημα: quam vocem Alexander refert ad rationem, quæ habetur in ſcientia. Alij ſumunt pro definitione. Verum, cum poſſit eſſe intellectio ſimplex rei ſimplicis (de quo eſt ſermo infra in calce libri 6. & libri 9.) ideo notio, & intellectio, erit quid magis commune ſupra rationem & definitionem. Vnde & Ariſtoteles quaſi diſtinguens hanc

Alexand.

Alexand.

[illegible] conceptionem [illegible] entia ſubiunxit. *& ſcientię non ſolum ſubſtantia, ſed & aliorum ſunt*. Vbi [illegible] in lib. 12. apud nos 11. in quo ferme hæc eadem afferuntur de ideis, aliter legi quàm h[illegible], [illegible] appareat præſens locus deprauatus: ibi enim ita legitur: ἀλλὰ καὶ κατὰ μὴ οὐσιῶν ἔστι [illegible] ſed & de alijs, quæ non ſunt ſubſtantiæ. hic autem. ita legitur καὶ κατὰ τῶν ἄλλων οὐσιῶν, ideſt & *a*[illegible] *ſubſtantiarum*. Beſſarion autem ita vertit. *& ſcientię non ſolum ſubſtantiæ, ſed etiam aliorum ſunt*: cum tamen lectio, quæ habetur in illo alio libro ſit perſpicua: quod etiam *ſcientia eſt de non ſubſtan-tiis*. [e] *Quare ſ*[illegible] *erunt*. id optime ſequitur; cum ideæ non poſſint participari ſecundum accidens: quia [illegible] non per ſe participarentur, ſi ea quæ ſunt accidentia, participarent ideas. nam ſicuti accidentia d[illegible] in ſubiecto & de ſubſtantia, cui inhærent, & non per ſe ſubſiſtunt;: ſic etiam ideæ participatæ deberent eſſe per accidens, ac ita per ſe non participarentur: hinc igitur dicendum, quòd ideæ erunt [illegible] ſubſtantia [illegible] quod eſt contra alia prius inducta, quòd etiam intellectio, & notio eſt de [illegible] diuerſis a ſubſtantijs. [f] *Et metaphoras poeticas dicere eſt*. inquit Alexander, id Alexand. e[illegible] poetarum; dum dicitur a Platone, quòd ideæ participantur: nam cum ita enun-ciant ideas participari, non ſignificat propterea, cuius nam particeps ſit id, quod participat; ſicuti, qui dixerit prata ridere, vt ſolent poetæ, non tamen re vera prata ridere aſſerit. Quòd autem attinet ad exemplaria, quæ Plato ponebat, ſi mundi conſtitutio facta a Deo reſpiceretur, concedi poſſet Platoni, in Deo eſſe exemplar mundi, & eorum, quæ in mundo ſunt: quemadmodum etiam in mente archi-tecti oportet vt adſit exemplar domus conſtruendæ, ad cuius ſimilitudinē domus extra mentē conſti-tuatur: [illegible] ad ſcientiam habendam, nil nobis conferrent ideæ illæ non cognitæ a nobis. Quòd, a[illegible] ad [illegible] hominis, bouis, & aliorū animaliū, & plantarum, & cæterarum rerum naturalium op[illegible] ideis, [illegible] exemplaribus: & non ſatis ſint res ipſę naturales, quę pręexiſtunt, ex quibus aliæ eiuſdem ſpeciei producantur. id quidem iure merito impugnatum eſt ab Ariſtotele: cum experientia conſtet, in natura rerum eam vim [illegible] tam eſſe, vt circa vnamquamque ſpeciem ab indiuiduis præexi-ſtentibus fiant alia indiuidua. [g] *In Phædone autem ita dicitur*. Si in Phædone dicitur, ꝙ ideę ſunt cau-ſa vt re[illegible], & fiant: ſequitur igitur, ꝙ etiam ſint ſubſtantiæ rerum ſenſibilium, & ipſis inexiſtant: vn-de non poſſunt ideæ eſſe ſeparatæ, vt ſupponunt. Adnotandum autem in lib. 13. apud nos. 11. vbi ha-betur hæc eadem de ideis diſputatio, ante conſiderationem factam circa exemplaria, nonnulla affer-ri, quæ hic [illegible]: nec non in eodem libro diſputationem de numeris, quatenus ideæ ponuntur a Platone eſſe numeri ſeorſum haberi & non coniungi, vt fit in hoc loco, cum ideis.

Aliæ [illegible] ones aduerſus placita Platonis circa numerorum poſitionem, & aduerſus eius phi-loſophandi rationem. *Cap. XII.*

PARAPHRASIS.

S[illegible] idearum examinantes, ſecundum id, quatenus ideæ numeri [illegible] per contenitur ab earum aſſertoribus; num diuerſi ſint nume-ri, [illegible] numeris, quos dicunt eſſe ideas: adeo vt hic numerus ſit homo: hic vero alius numerus ſit Socrates: & alius numerus Callias? Quod ſi ita eſſe ſupponatur; iam quærendum, quonam pacto ideæ poterunt eſſe cauſa rerum, ſi quatenus ſunt numeri, ſunt cauſa rerum ſe[illegible], & alij & diuerſi ſunt numeri, ipſę ideæ a numeris, qui conſtituunt res ſenſibiles? etenim ni[illegible], quòd numeri illi idearum ponantur eſſe æterni; numeri vero rerum ſenſibilium ſint corru-ptibiles. non enim, cum numeri ſint diuerſi, poteſt numerus differens differentis numeri eſſe cauſa. Et ſi dicatur, ꝙ hęc [illegible] ſenſibilia non ſint numeri, ſed rationes & proportiones numerorum; veluti eſt diapaſon, ſeſquialtera, ſeſquitertia; hoc ita ſuppoſito, dicendum erit, opus igitur eſſe, vt proportio hæc in rebus ſenſibilibus exiſtens, verſetur circa vnum aliquod, quod habeat rationem materiæ, cuius proportio rem ſenſibilem conſtituat: pro vt dicimus Calliam eſſe quandam proportionem in nume-ris conſiſtentem circa ignem, aerem, aquam, & terram. & conſequenter, cum ideæ ſint exemplaria rerum, quæ ſunt apud nos, opus erit (ſiue ideę ſint, numerus ſiue non ſint numerus, vt & ipſę conſi-ſtant in quadam proportione numerorum: & ita ſint quædā proportiones numerorum, quę debent ijs rebus noſtratibus reſpondere, alioquin, fruſtra aſſignarentur vt cauſæ harum rerum. Quòd ſi id ſta-tuatur, concludendum igitur; ꝙ vt res ſenſibiles ſupponuntur eſſe non numeri, ſed proportiones quę-dam ex numero prouenientes; ita quoq; ideę non ſint numeri. Pręterea, cum ex multis numeris vnus numerus conſtituatur: ſi ideæ ſunt numeri, ex multis pariter ideis vna idea conſtitui deberet; quod non fit: ex quo ſequitur, quod ideæ non ſunt numeri. Et ſi aliquis volens ab hac difficultate euadere, dixerit; quod non ex numeris, ſed ex vnitatibus, quibus numeratur & conflatur omnis numerus (vt puta centenarius) ideæ conſtituantur; tunc quærendum, quonam modo ſe habeant vnitates. Aut enim ſunt eiuſdem ſpeciei omnes; aut diuerſæ ſpeciei. quòd ſi eiuſdem ſpeciei eſſe dicantur; vnde varietas idearum? & cur ex illis ſimul iunctis non erit idea? cum tamen auctores idearum ſolum in certis numeris ſupponant ideas conſiſtere: ſi autem diſſimilis ſpeciei ſunt vnitates, vt aliæ ſint, quę

vnum

vnum numerum conficiant ; & aliæ omnes sint aliorum numerorum vnitates; iam quærendum,vnde nam in ipsis sint differentiæ, per quas diuersi numeri , & diuersæ ideæ constituantur : cum ipsæ vnitates sint impassibiles ? hæc siquidem neq; rationabilia sunt , neq; intellectioni consentanea . Præterea oportet constituere aliud genus numerorum , circa quod versetur arithmetica , & circa alia entia, quæ media a nonnullis supponuntur inter nostratia, & ideas . siquidem , cum etiam mathematica sint alterius generis, & naturę a rebus sensibilibus, ex alijs quoq; numeris vt constent est necessarium : de quibus quærendum quomodo , & ex quibus nam principijs constabunt ? & cur media sint inter hæc nostratia , & ideas? Amplius, cum vnitates, quę insunt dualitati (quam ponunt principium infinitum) non supponantur esse principia dualitatis ; harum igitur vnitatum vtraq; constabit ex dualitate. siquidem quodq;, vel est principium , vel constat ex principijs : at impossibile , quòd vnitas constet ex dualitate. Amplius , propter quid quiuis numerus comprehensus , & simul iunctus vnus est ? etenim oportet , vt ab aliqua causa fiat vnus, quod non explicant . Ad hæc , si vnitates sunt inter se differentes,oportebat explicare , quale nam sit istud vnum, quod posuerent pro principio : sicuti , qui ponunt corpus esse principium , vel vnum , vel plura ; distincte dixerunt esse vel ignem , vel terram , vel quid eiusmodi; & non commune corpus ; siue sit commune corpus,siue non sit . hi autem loquuntur de vno existente eiusdem naturæ, cuius est ignis , vel aer, quę sunt res similares . Atqui si vnum est tale principium substantię,nō erunt substantię numeri;cum hi inter se nō differant habentes idem principiū ipsum vnum. hęc autem nostratia sunt specie & essentia inter se diuersa. Verum perspicuū est, quòd si quid est ipsum vnū, quod constituunt,& ipsum est principium;illud vtiq; vt multipliciter dictū ponitur:aliter enim est impossibile dicere,vt substantiarum differentias tueantur:& ita ipsum vnum erit,vt quid cōmune,quod in plura significata esset distinguendum , quod non fecerunt . Iidem volentes reducere substantias ad principia, ponunt longitudines ex longo & breui; & ita ex quodam magno & paruo constare : & similiter corpus ex profundo & humili , & ita ex quodam magno & paruo ; vt omnino in dualitatem magnum & paruum obtinentem, tanquam in principium rerum omnium,substantiæ reducantur. Aduersus quam positionem inquirendum est , quo nam pacto superficies habebit lineam ? vel corpus superficiem, & lineam ? siquidem aliud genus est latum & angustum ; & aliud genus est profundum & humile . Quare,sicuti numerus non inerit magnitudinibus ; quoniam multum & paucum , quod competit numero, diuersum est a magnitudinibus ; ita quoq; nullum eorum , quæ sunt superiora , inerit ijs, quæ sunt inferiora : nempe superficiei non inerit longum & breue , quod competit lineæ; cum sit aliud ab ipso lato , & angusto , quibus constat superficies . similiter idem dicendum de corpore relato ad superficiem . Neq; vero dici potest , ꝙ latitudo sit genus profunditatis : siquidem hoc supposito , sequeretur quòd aliqua superficies esset corpus. nam latitudo diceretur de profunditate; & consequenter de corpore aliquo ipso profundo ; vnde superficies lata,esset corpus . Amplius de punctis inquirendum,ex quo nam constabunt? quodnam erit principium punctorum? & Plato quidem ab hac difficultate superatus , huic generi , & naturæ punctorum aduersabatur ; tanquam re vera puncta non essent; sed solum dogma geometricum sit ipsa positio punctorum . Verum & Plato vocabat principium , lineam : & hoc sæpe ponebat , lineas scilicet indiuiduas . Atqui talium oportet esse terminum ; quare, qua ratione linea esse probatur , eadem & punctus esse ostenditur . Omnino autem rem in generali amplectentes , cum Philosophia ad hoc sit intenta , vt rerum quæ apparent , causam inquirat,hanc omisimus in hoc genere philosophandi iuxta ideas & numeros . Nam de causa vnde principium motus , nihil dicimus . Dum autem censemus assignare substantiam rerum apparentium ; alias diuersas substantias esse dicimus . Quomodo autem illæ harum sensibilium sint substantiæ,vana loquimur:supponimus enim id fieri per participationem ; qvod nihil est, neq; locum habet , vt dictum est antea. Amplius ideæ nequaquam tangunt illud , quod est causa vt sint scientiæ ; & propter quod mens , & natura operatur ; ipsum scilicet finem : cum apud eos, , qui nunc philosophantur , vniuersa philosophia versetur circa disciplinas mathematicas : quamquam ijs operam dari debere dicunt ob finem, & indaginem altioris philosophiæ . Adhuc causam subiectam , & materialem , illam statuunt , quam quispiam existimaret magis esse mathematicam , quàm naturalem , & magis prædicari , & potius esse differentiam, quàm vere materiam. hæc ipsa est magnum & paruum: quemadmodum etiam philosophi naturales dicunt , rarum & densum esse primas differentias subiecti ; cum & hæc sint defectus & excessus quidam . Quòd autem attinet ad motum : si hæc , magnum & paruum , excessus & defectus, sunt motus ; manifestum quòd etiam ideæ ex illis constantes mouebuntur ; quod tamen nolunt . si autem prędicta non sint motus;vnde nam aderit rebus motus ? si non ab illis prouenit, quæ sunt principia ? Ex quo fieret , vt sublato motu vniuersa tollatur de natura contemplatio . Illud etiam , quod supponitur ab idearum assertoribus,facile ostendi posse , quòd omnia sint vnum (vnde pro principio formali vnum ponebant) non ita perficitur , vt sibi persuadent. Siquidem expositione vtuntur ad hoc concludendum , ipsa scilicet singularium enumeratione ; dum dicerent , vt puta in hunc modum, omnes singulares homines, esse vnum ipsum hominem; singularia autem animalia , vnum ipsum animal; singularia animata vnum ipsum viuens; & singulares substantias esse vnam ipsam substantiam ; ac denique singulares substantias , & singularia quanta , & singulares qualitates , & sic singula alia esse ipsum vnum ens ; & ita putabant ostensum esse , quòd omnia essent vnum . Verum hac via non ostenditur, omnia simpliciter esse vnum: sed quid vnum ; nempe ipsum hominem ; ipsum animal: & ipsum

viuens;

[illegible] quod concedantur & admittantur omnia, quæ exponunt. Neq; vero id eueniet, niſi con-
[illegible] genus vniuerſale omnium, quod in aliquibus eſt impoſſibile; cum multa ſint, quæ multi-
[illegible], vt in vnum commune genus aptari non poſſint: veluti circa ſedentia, ambulantia
[illegible] eiuſmodi non eſt accommodare vnum ſecundum ideam. In ea etiam poſitione, in qua vo-
[illegible] poſt numeros eſſe ipſam longitudinem, ipſum planum, ipſum ſolidum; non apparet vlla ratio,
[illegible] oſtendunt neq; quomodo hæc ſint, vel erunt: neq; ſi vllam, vim atq; naturam habeant. Siqui-
[illegible] neq; [illegible] ideæ ſunt [illegible] da; cum non ſint numeri, quibus conſtant ideę, neq; etiam
[illegible] poſſunt [illegible] mathematica, quoniam hæc media conſtituuntur inter ſenſibilia, & ideas: at alia
[illegible] ſeparata [illegible] ſingularibus mathematicis: vnde neq; eiuſmodi entia erunt: neq;
[illegible] corruptibilia. & ideo quartum genus entis videbitur ab illis aſſignandum. Adhuc ſimpliciter,
[illegible] rerum elementa, & non diſtinguere quot modis entia dicantur, facit vt ſit
[illegible] impoſſibile ipſa inuenire. Quæ oppoſitio vrget præcipue idearum aſſertores; vt qui hunc in
modum [illegible], ex quibus [illegible] elementis conſtent res: quibus certe non licet accipere, ex quibus
non vel [illegible], vel [illegible]. vel rectum conſtet. ſed fortaſſe contingit illis ſolum ſubſtantiarum quærere
elementa [illegible] modo [illegible] ideas ſubſtantiarum. At ſic, non erit inueniſſe rerum omnium
elementa; vt [illegible] dent; cum & alia plurima entia ſint præter ſubſtantias.
Inquirendum eſt etiam ab ijs, qui rerum omnium elementa perquiri debere, & inueniri ſupponunt;
quo [illegible] hæc ad [illegible] poſſunt. ſiquidem, ſi de rebus omnibus opus eſt accipere elementa, de
[illegible] rebus [illegible] ſumere ſcientiam; ſicuti etiam apud geometram ita fit circa ea, de
quibus vult prodere ſcientiam. Et omnino id patet, quod de omnibus, quæ volumus diſcere, de ijs,
nil [illegible] habetur, licet aliqua alia præcognoſcantur: at non ea, quæ ſunt addiſcenda. ijs autem
[illegible] ſcientiam vt ſupponunt) contingit, quod apud ipſos nihil erit præco-
gnoſcendum. Atqui omnis doctrina, & diſciplina ex præcognitis vel omnibus, vel quibuſdam con-
[illegible], ſiue per demonſtrationem habeatur, ſiue per definitiones: nam oportet ea præcognoſcere,
ex quibus conſtituitur definitio. ſimiliter etiam quæ diſcuntur per inductionem, aliquo modo præ-
cognoſcuntur; quod non erit apud iſtos, qui ſupponunt omnium ſumendam eſſe ſcientiam; neque
oſtendunt, qua id fieri ratione poſſit. Quòd ſi inſita eſt nobis a natura ſcientia eorum, quæ præcogno-
ſcuntur: mirabile eſt, quomodo lateat nos optima & pręſtantiſſima ſcientiarum, quam habeamus.
Amplius, quonam modo cognoſcet aliquis ea, ex quibus res conſtent? aut quomodo id erit manife-
ſtum? ſi nullo lumine cognitionis preæxiſtentis adiuuemur ad cognoſcendum? Et hoc conſequitur,
quoniam omnium eſſe elementa ſupponitur, vt ita nil præcognoſcatur; & tamen poteſt dubitari de
rebus [illegible], quæ ſint cuiuſq; rei elementa. Quemadmodum addubitant nonnulli circa quaſdam
ſyllabas: veluti de hac ſyllaba, ſma, num conſtet ex ipſis S. M. & A. tribus ſonis, vt quidam dicunt; an,
[illegible] eſt alius ſonus non cognitus in ipſo S. & M. conſiſtens. Adhuc ea, quorum eſt ſenſus,
quo[illegible] cognoſceret, non habens eorum ſenſum: & tamen oporteret horum quoq; ſcien-
tiam [illegible] ſenſu; ſi omnium talia ſint elementa, ex quibus res conſtent; vt & voces compoſitæ ex
[illegible]. Ex his igitur, quæ prius ſunt enarrata, patet quòd omnes, qui ſunt
[illegible] cauſas illas, quæ a nobis ſunt enarratæ in ſermonibus de natura; &
quod [illegible] de quibus quidem & alij meminerunt licet obſcure: vt di-
ce[illegible]. ab alijs tactæ fuerunt, & quodam modo ab ipſis non ſunt traditæ:
[illegible] ab ijs fuerit explicatæ. Etenim prima philoſophia, tanquam noua, & in prin-
cipijs [illegible] primo, videtur quaſi balbutiens circa omnia. quando & Empedocles, ipſum os ra-
[illegible] dixit: id autem eſt quod quid erat eſſe, & ſubſtantia rei. Atqui oportebat & carnis, &
[illegible] eſſe rationem, ſeu definitionem; aut nullam: propter enim huiuſmodi ſubſtantiam
[illegible] quod quid erat eſſe, & caro, & os, & vnumquodq; aliorum eſt: & non propter materiam;
quam ille dicit ignem, aerem, aquam, & terram. Et ijs quidem (ſi quiſpiam ea propoſuiſſet Empedocli)
ex ne[illegible] conſenſiſſet: ipſe autem aperte non explicauit. de his igitur a nobis manifeſtum eſt &
[illegible]. Quæ autem de his ipſis [illegible] ſi aliquis addubitaret, rurſus reuertamur ea allaturi, ex quibus forte
[illegible] conſequemur, quod erit accommodatum ad explicandas futuras dubitationes.

T E X T V S.

ITEM, ſi formæ numeri ſunt, quomodo erunt cauſæ? vtrum quoniam ipſa entia ſunt diuerſi nu-[illegible], vt puta hic quidem numerus homo, hic vero Socrates, hic autem Callias? Cur igitur [illegible] cauſæ ſunt? etenim ſi hi quidem ęterni, hi vero non, nihil differt. Quòd ſi quoniam [illegible] numerorum ea, quæ hic, aut conſonantia, patet quòd vnum quiddam erit, quorum propor-[illegible]. Si igitur hoc materia eſt, manifeſtum eſt quòd ipſi etiam numeri proportiones cuiuſdam al-[illegible] alterum erunt. Dico autem, vt ſi Callias proportio eſt in numeris ignis, terræ, aquę, & aeris, & ip[illegible] aliorum ſubiectorum erit. & idea numerus, ac etiam ipſe idealis homo, ſiue aliquis numerus [illegible] ſiue non, erit tamen proportio in numeris aliquorum, & non numerus, & non erit aliquis propterea numerus. Item e multis numeris vnus numerus fit, ex ſpeciebus vero, quomodo ſpecies vna? Quod ſi nec ex his, ſed ex numerabilibus, vt ex decem millibus, quomodo ſe habent vnitates? Siue enim

eiuſdem

eiusdem speciei sunt, multa inconuenientia sequentur. siue non eiusdem speciei, nec eędem inuicem, nec cæteræ omnes omnibus. Quo namque different, cum impassibiles sint? [a] hæc enim nec rationabilia sunt, nec intellectioni consentanea. Item necesse est aliud quiddam numeri genus ponere, circa quod Arithmetica. Et omnia, quæ media dicuntur a quibusdam, quę quomodo, aut ex quibus principijs sunt, aut cur ista sunt, quæ media illorum, & horum erunt? Item vnitates, quæ in dualitate sunt, vtraq; ex aliqua priora dualitate, at hoc impossibile est. Item cur vnum est numerus collectus. Item ad hęc, quę dicta sunt, si vnitates differentes sunt. oportet ita dicere, sicut quicunque quattuor, aut duo dicunt elementa. Etenim horum singuli non dicunt elementum, quod commune est, vt puta corpus, sed ignem, & terram, siue commune quid sit corpus, siue non. nunc autem dicitur, ac si vnum ita esset (vt ignis, aut aqua) similium partium. quòd si ita sit, numeri non erunt substantiæ. Sed si ipsum vnum aliquid est, & hoc principium est, patet quòd vnum multipliciter dicitur. aliter namque impossibile est. Volentes autem substantiam referre ad principia. Longitudines quidem ex longo & breui ponunt, ex quodam paruo & magno: planum vero ex lato & stricto: corpus autem ex alto & humili. At quomodo aut planum habebit lineam, aut solidum lineam atque planum? aliud namque genus latum & strictum, altum & humile. Quemadmodum igitur neque numerus est in eis, eo quòd multum & paucum ab his aliud est, ita manifestum est, quòd nec aliud quicquam superiorum inferioribus inerit. At vero nec latum genus alti est. etenim corpus esset planum quid. Item puncta, ex quo insunt? At huic generi aduersabatur Plato, tanquam existenti dogmati Geometrico. sed nominabat principium lineę, hoc vero sæpius ponebat lineas indiuisibiles. atqui necesse est harum aliquem esse terminum: quare ex qua ratione linea est, punctum quoque est. Et omnino cum Sapientiæ sit de manifestis causam quærere, hanc quidem prętermisimus. nihil enim de causa dicimus, vnde principium transmutationis. substantiam vero eorum dicere putantes, alias substantias esse dicimus. Quomodo vero illę horum substantiæ, incassum dicimus. participare namque, vt prius diximus, nihil est. [b] Nec illam etiam, quam scientijs esse causam, videmus, propter quam omnis intellectus, & omnis natura facit: nec illam causam, quam vnam de principijs esse dicimus, ipsæ formæ attingunt. sed qui hac ętate sunt, his Mathemata facta sunt Philosophia, quamuis dicant aliorum gratia ea oportere tractare. Item subiectã substantiam, vt materiam magis mathematicam, quis profecto putauerit, ac magis prædicari, & differentiam substantię, ac materiæ esse, veluti magnum, & paruum. sicuti aiunt Physiologi rarum, & densum primas subiecti dicentes has differentias esse. hæc etenim excessus quidam, & defectus sunt. De motu autem si hęc quidem motus erunt. patet quòd formę mouebuntur. Quòd si non, vnde euenit? tota etenim de natura consideratio perit. Et quod facile probare videtur, quòd omnia vnum non sit. [c] expositione etenim non fiunt omnia vnum. Sed ipsum vnum si quis concedat omnia, nec hoc quidem, nisi quis vniuersale concedat esse genus. hoc autem in quibusdam impossibile. Nullam autem rationem habent, nec illæ, quę post numeros, longitudines, plana, & solida sunt, nec quomodo sunt, aut futura sunt, nec si quam vim habent. hęc enim nec formas possibile est esse. non enim sunt numeri, nec media (mathematica enim illa sunt) nec corruptibilia. Sed rursus quartum aliud quoddam hoc genus apparet. [d] Et omnino elementa quærere entium non diuidendo, cum multipliciter dicantur, impossibile est inuenire: præsertim cum hoc modo quęrant, ex quibus elementis est. ex quibus enim ipsum agere aut ipsum pati, aut ipsum rectum, non est accipere. quòd si est, substantiarum solum esse potest: quare aut quærere, aut putare habere omnium existentium elementa, non est verum. [e] Quomodo vero aliquis cunctorum elementa discet? Manifestum est enim, quòd non est possibile quicquam eum cognoscere prius. quemadmodum enim ille, qui Geometriã discit aliqua quidem præscire contingit: quorum vero illa scientia est, & quæ docendus est nihil præscit, ita & in cæteris. Quare si qua cunctorum est scientia, vt quidam aiunt, nihil profecto is pręcognoscere posset. Atqui omnis disciplina per præcognita, aut omnia, aut aliqua est: & aut per demonstrationem, aut per definitiones. ex quibus enim definitio est, illa præcognoscere oportet, ac nota esse. similiter & quæ per inductionem. At si innata nobis est, mirum est quomodo nos fugit, optimam scientiarum habentes. [f] Itẽ quo pacto quis cognoscet. ex quibus est, & quomodo manifestum erit? etenim hoc habet ambiguitatem. Dubitabit enim quispiam, sicuti & de quibusdam syllabis. quidam enim syllabam SMA ex S & M & A aiunt esse: quidam vero alium sonum esse dicunt, & nullum ex notis. [g] Item quorum sensus est, ea quomodo quis noscet sensum non habens? atqui oporteret, siquidem eadem cũctorum elementa sunt, ex quibus, sicuti compositæ voces, ex proprijs sunt elementis. Quòd igitur illas, quæ in de naturalibus dictæ sunt, causas cuncti quærere videantur, & præter illas nullam aliam dicere habeamus, ex illis, quæ dicta sunt prius, patet. sed eas obscure dixerunt, quodammodo enim omnes dictæ sunt prius, quodammodo minime. Balbutienti enim assimilata fuit prima Philosophia de omnibus: [h] tanquam in principijs noua existens. Nam & Empedocles. [i] os ait esse ratione, hoc autem est quod quid erat esse, & rei substantia. At vero similiter necesse est etiam carnis, cæterorumq; singulorum esse rationem, aut nihil esse. propter hoc enim & caro, & os cæterorumque vnumquodque est, & non propter materiam, quam ille ignem, terram, aquam & aerem ait. sed de his, altero dicente, necessario consensisset profecto, clare tamen non dixit. [k] De his igitur & antea manifestum est. [l] Quodcunque autem de his quispiam dubitauerit, rursus repetamus. fortassis etenim ex eis aliquid facultatis habebimus ad futuras dubitationes.

ADNO-

ADNOTATIONES.

[illegible] ᵃ enim nec rationabilia ſunt, nec intellectioni conſentanea. hæc duo pronunciata in[illegible] autem [illegible] iunturnam per illud *rationabile*, innuitur aliquid, quod ſyllogiſmo, vel [illegible] deductū ſit: per *intellectionem* autem, intelligitur aliud quidpiam mente cō[illegible] proba[illegible] [illegible]ſicuti ſunt ſuppoſitiones,& definitiones in ſcientijs. ᵇ *Nec [illegible] eſſe cauſam videmus*. Hanc cauſam (de qua hic eſt ſermo) Ariſtoteles intel[illegible] dictam cuius gratia: vnde ſubiunxit; propter hanc cauſam complecten[illegible] [illegible] operari quæcunq; agunt: quod eſt idem cum eo pronunciato, [illegible] primi libri Eth. *Quòd omnis ars, & doctrina, & actio, & electio bonum quoddā [illegible]* ſit ſupra cap. 2. ꝙ ſapientia non erat alterius cauſa, & ꝙ aliæ ſcientiæ [illegible] nulla vero præſtantior quàm ipſa ſapientia; hinc videretur ꝙ ſapientia nō eſſet [illegible] hoc loco dicit Ariſtoteles, hanc eſſe cauſam ipſis ſcientijs, ſcilicet cuius gratia; [illegible] [illegible]lendum eſſe cenſemus: ꝙ ſapientia eſt ſui ipſius cauſa: nempe ob fœlicitatē, [illegible] contemplatione rerum primarum, atq; excellentiſſimarum: non eſt autē ſapien[illegible] aliis deſeruiat, tanquam miniſtra, aut ob finem extrinſecū conſequentem; ſicuti ad [illegible] conſequitur finis, ipſam opus domus, quæ ob vtilitatem humanam conſtituitur: [illegible] ſcientijs, & artibus cauſa erit ipſum cuius gratia; ſiue ſit intrinſecum, vt dictum eſt de ſa[illegible] [illegible] contingit de artibus, & nonnullis ſcientijs. ᶜ *Expoſitione etenim non fiunt [illegible]*. Exponere, eſt enumeratione eorum quæ cadunt ſub ſenſum; aliquid ſtatuere; prout fa[illegible] ciebat Plato [illegible] velle inducere, ꝙ omnia eſſent ipſum vnum ita progrediens. ſingulares omnes ho[illegible] mines ſunt [illegible] homo: & ſingula animalia ſunt vnum animal; & ita de viuentibus, & de om[illegible] [illegible] aſcendendo ad ipſum ens. concludebat per hanc expoſitionem ſingularium rerum, ꝙ om[illegible] [illegible] eſſent vnum: quæ ratio & deductio impugnatur ab Ariſtotele hoc in loco: quoniam, & ſi ſinguli homines ſint ſpecie vnū; attamen non ſunt ſimpliciter vnum; ſed multi ſub vna ſpecie contenti, quod & de alijs enumeratis omnibus dicendum eſt. ᵈ *Et omnino elementa quærere entium non diuidendo*. In[illegible] [illegible] etiam hoc loco Platonem; ꝙ ſimpliciter ſuppoſuerit, quærenda eſſe elementa rerum omnium; & non dixerit, quot modis entia dicantur; cum præſertim impoſſibile ſit, omnia ſimul in eiſdem conuenire. Vnde Ariſtoteles in hac philoſophia diſtinxit ens in ſua ſignificata; & aſſignans propriiſſimum, & [illegible] modum ipſi ſubſtantiæ, eius deinde principia, & elementa explicauit; & conſequenter de alijs generibus entium ſtatuit, quæ eſſent ipſorum principia & elementa: quod præſtitit in lib. 12. apud nos poſtremo huius philoſophiæ. ᵉ *Quomodo vero aliquis cunctorum elementa diſcet?* Redarguitur etiā in hoc Plato qui voluerit ex elementis haberi rerum omnium ſcientiam; & non explicarit, quomodo [illegible] Nam cum ipſe ſupponat omnium rerum eſſe ſciētiam, ſequitur ad eius poſitionem, [illegible] [illegible]endum; ſed id tantum cognoſcatur, quod per ſciētiam demonſtratur; & nihilo[illegible] [illegible] tum in modo ſciendi per demonſtrationem, tum in eo qui eſt per definitionem, [illegible] quæ non ſunt demonſtranda; vt patet ex libris Analyt. Quin & circa notitiam, [illegible] neceſſe eſt exiſtere ſingularia entia, quæ cadūt ſub ſenſum, ex quibus deinde inductione [illegible]. Quòd ſi omnia eſſent cognoſcenda per principia & elementa, ſe[illegible] [illegible] eſſet abitio infinita circa principia; vnde & ſcientia nulla haberetur, cum impoſſibile ſit in[illegible] [illegible] prout in eiſdem libris Analyt. manifeſtatur; & in libro huic ſequenti nō eſſe [illegible] ſimiliter oſtenditur. ᶠ *Item, quo pacto quis cognoſcet, ex quibus eſt, & quomodo manifeſtum erit?* perſeuerat Ariſtoteles impugnare Platonem, qui ſtatuerit omnium eſſe elementa, & [illegible]; & non docuerit, quomodo cognoſcatur, ex quibus elementis ſingula quæq; res conſtet. Nam, ſi non præcedit aliqua cognitio de elementis, ꝙ hæc talia ſint elementa, & ꝙ huius rei, vel illius ſint elementa; vtiq; non licebit demonſtrare, ꝙ rerū harum, vel illarum ſint hæc, vel illa elementa. Vnde innuitur, quendam methodum haberi debere; per quam (veluti diuidēdo genera in ſuas ſpecies) procedatur ad cognoſcendum, inducēdumq; hæc, vel illa eſſe principia, & elementa rerū, de quibus ſumere ſcientiam intendimus; vt ita innixi alicui certæ regulæ (quam Ariſtoteles in vniuerſa ſua philoſophia obſeruauit) circa inquiſitionē principiorū procedamus. Et hanc huius loci eſſe interpretatio[illegible] Alexander; licet & aliā inſinuet: ꝙ hic tāgatur difficultas illa in Mēnone, quomodo inueniantur incognita. Verum [illegible] poſſe ſubinduci ad prædicta; non tamen expreſſe tangi ab Ariſtotele; vt [illegible] proœmio lib. 1. poſt Analyt. vbi concluſum eſt, doctrinam omnem intellectiuā conſtitui ex præexiſtente cognitione, ita vt, quod demonſtrandū eſt, prius ſciatur; non quidē ſimpliciter per propriā [illegible] modo confuſe, & ſecūdum quid: alioquin, niſi ita dicatur, contingeret (vt dicitur ibi) [illegible] id, quod ſcitur, diſci. Alij interpretes cōmuniter interpretantur, hoc loco Platonem [illegible] ꝙ non aſſignauerit, ex quibus elementis materialibus res cōſtent; cum non ſit ſatis ideas at[illegible] ᵍ *[illegible] quorum ſenſus eſt &c.* In hoc etiā vrget Platonem; qui poſuerit rerū omnium eſſe elementa, & per hæc ſciri omnia: ex quo ſequitur ad hanc poſitionem, ꝙ etiam ſenſibilia pari modo ſciantur; & tamen ſenſibilium non habetur notitia, niſi per ſenſum. ʰ *Tanquam in principijs noua exiſtens*. [illegible] Beſſario vertit verba græci contextus; quæ ita ſe habent: ἅτε νέα τε, καὶ κατ᾽ἀρχὰς οὖσα, καὶ τὸ πρῶτον. Quæ [illegible] hunc in modum cōuerti poſſe cenſeremus: *tanquam noua, & in principijs exiſtens; & primo:* Alexand.

ita quidem, vt illud *tanquam noua*, magis explicetur per hæc alia, *in principijs existens :* dictio vero illa, *& primo*, sit etiam magis explicatiua huius sententiæ : ac si dicatur ; quomodo primo cœpit philosophia ; de qua dicit, quòd erat in hoc inirio balbutiens. Sed dubitatio occurrit, quomodo dicat Aristoteles, philosophiam in principijs extitisse ; si asserit in lib. 12. apud nos postremo cap. 8. philosophiam, seu easdem opiniones de rebus sæpius reuertisse, vt non possit initium assignari, quomodo cœperit philosophia ; cum præsertim ipse supponat, mundum ab æterno semper extitisse. Cui dubitationi ita respõderi posse videtur ; ꝙ quomodocunq; cœptum est philosophari, vel in hac, vel in illa regione apud homines ; balbutiens semper extitit philosophia in principio. [i] *Os ait esse ratione &c.* græce hæc vox τῷ λόγῳ, habetur ; quæ significat etiam orationem ; & innuit formam rei, quæ obtinuit hoc nomen vt diceretur λόγος : quoniam, mediante forma, omnes conceptus intellectiui comprehenduntur ; & nihil, nisi per ipsam explicatur ; cum per ipsam formam omnia sint, quæcunque sunt : nempe actu, & talia. Verba vero, quæ subiunguntur, græce hunc in modum se habentia ; ἀλλὰ μὴν καὶ ὁμοίως ἀναγκαῖον καὶ σαρκὸς, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον εἶναι τὸν λόγον, ita verterunt interpretes communiter. *necesse est etiam carnem & aliorum singulorum esse rationem, aut nihil esse ;* Ita quidem vt vocem illam ἕκαστον, quæ stat sub nominandi casu sub vnius numero, transtulerint pro genitiuo pluriũ ; ac si dicta dictio ἑκάστου, legenda esset ἑκαστῶν : quod tamen in græcis codicibus non reperitur. Quidam alij, pro *carnis*, legendum, *carnem*, censerunt : ac si ita interpretentur : necesse est & carnem, & aliorum quodque esse rationem. At nos retinentes græcorum exemplarium lectionem, dicimus circa dicta verba hunc esse sensum : quòd necesse est, & carnis, & aliorum singulam esse rationem ; idest, suam formam cuiusque, vt non sit magis vnius rei, quàm alterius sua propria ratio, & definitio : sicuti vnaquæq; res, tum os, tum caro, tum quodq; aliud est sua propria forma : adeo ꝙ illam dictionem ἕκαστον, coniungamus cum hac alia τὸν λόγον, & innuamus singulam esse rationem, & carnis, & aliorum. Ad explicatiorem autem intelligentiam eorum, quæ referuntur hoc loco ab Aristotele de sententia Empedoclis circa assignationem causæ formalis ; adducenda sunt, quæ de eodẽ traduntur in lib. 1. de part. anim. cap. 1. penes hanc sententiam. Sermonem enim habens Aristoteles de substantia secundum formam, inquit. *Empedocles etiam in eum interdum incidit ductus ab ipsa veritate, & substantiam, atq; naturam esse rationem fateri compellitur : veluti, cum os quid sit reddit : quippe qui non aliquod elementum vnum esse id velit ; nam duo, aut tria, non omnia, sed mixtionis elementorum rationem.* [k] *De his igitur & antea manifestum, &c.* His verbis Aristoteles aut hoc innuit ; ꝙ vt nunc dixit de Empedocle, ꝙ consensum præbuisset penes hoc, ꝙ res sunt propter formam, & nõ propter materiam, si quis ipsum admonuisset, & de hoc instigasset ; sicuti & antea circa opinionem Anaxagoræ dictum est ; ꝙ & ipse consensisset interrogatus, & excitatus ab alio, ꝙ non omnia essent simul actu secundum rei veritatem. Aut voluit dicere Aristoteles, de ijs fuisse manifestum antea ; ꝙ non exacte antiquiores philosophi causas pertractatunt ; licet eas attigerint. [l] *Quodcunq; autem de his quispiam dubitaret, rursus repetamus.* Circa causas, de quibus fuit sermo in hoc libro, hic innuit aliqua posse dubitari ; quod fit in lib. sequenti ; dum disputatur, num circa causas sit abitio infinita : ex quibus dubitationibus, supponit subministrari facultatem ad posteriores
Alexand. dubitationes, quæ in lib. 3. afferentur ; Et hanc esse sententiam circa hunc locum, Alexander videtur intellexisse. Nam, licet dicat ex his quæ dicuntur in hoc loco, innui proximum huic primo libro esse librum secundum, qui est posterior a minori Alpha ; & hac ratione tertium esse, & non secundum : attamen idem subiungit ; quæ in hoc loco proponuntur ; in primo etiam & minori libro disputantur ; addit q; explicans hæc verba : *nunc autem redeamus, ea rursus allaturi :* (ita enim habet Sepulueda eius interpres) de principijs, & causis in proximo libro, qui minor primus inscribitur, quærit, atq; disputat. Possumus etiam interpretari, ꝙ per dubitationes tractandas in libro sequenti, minori Alpha ; facultas comparabitur ad multa explicanda, quæ tractantur in alijs libris. Veluti erit illud ; ꝙ detur forma ingenita, & æterna ; sicuti & materia ; vt omnino ex positis, & declaratis in ijs libris duobus : nempe maiori & minori Alpha, tamquam ex proœmijs, sit prouentura multa facultas ad varia explicanda in libris posteriotibus, & ad hos consequentibus. Illud autem aduertendũ est, in philosophia naturali viam aliã de principijs inquirendi institutam esse diuersam ab hac, quam sequutus est Aristoteles in hac prima philosophia : & id iure merito, Siquidem ibi illud sibi fuit propositum, differere de principijs non rerum omnium, sed eatum tantum, quæ natura constant : vnde ibi opinionem Platonis de ideis non examinauit, neq; eorum philosophorum placita, qui numeros, & numerorum principia, rerum omnium principia statuebant, sicuti & Plato. In hac vero philosophia omnium sententias circa retum omnium principia sibi examinandas adiudicauit, cum de principijs omnibus totius vniuersi veritatem esset traditurus. Quòd si in libris physicorum Parmenidis, & Melissi sentẽtias attulit, ipsasq; impugnauit (cum tamen ij de rebus natura constantibus non philosopharẽtur, quinimmo tollerent suis placitis naturã) idcirco ab ipso factitatum est (vt idem Aristoteles testatur in lib. 1. physic.) quoniam circa naturalia dubitationes inferrent : a quibus philosophia illa, quam ibi de natura tradere intendebat, erat expurganda ; ne incassum susceptus labor videretur circa ea, quæ nequaquam existerent, prout illi philosophi supponebant.

FINIS LIBRI PRIMI.

ARGV-

ARGVMENTVM LIBRI SECVNDI, A GRÆCIS MINOR ALPHA NVNCVPATI.

DIMITTENTES interim quæstionem illam a nonnullis promotam circa hunc librum, num pertineat, nec ne ad opus huius primæ philosophiæ, quam deinde post libri explicationem perpendemus, & [illegible] habimus; & supponentes hunc ipsum librum recta serie consequi præcedentem, [illegible] veluti generale proœmium tradi ab Aristotele consequenter ad ea, quæ [illegible] & minor Alpha a Græcis inscriptus est: in quo nonnullæ [illegible] præmissa fuerunt, vnde & minor Alpha a Græcis inscriptus est: in quo nonnullæ [illegible] suppositiones [illegible], & statuuntur [illegible] hanc supremam philosophiam quam maxime [illegible] contemplationem veritatis partim esse facilem, & partim [illegible] difficilem [illegible] quæ est prima contemplationem [illegible] ex inspectione omnium philosophorum, qui præcesserant, vel vigebant tempore Aristotelis [illegible] ipsos quodam modo veritatem attigisse, non autem perfecte eam consecutos esse: ex [illegible], ipsos quodam modo veritatem attigisse, non autem perfecte eam consecutos esse: ex [illegible] debere ad veritatem non inerti studio perquirendam: quando eam consequi va[illegible], accendi hominem debere ad veritatem non inerti studio perquirendam: quando eam consequi [illegible] circa ipsam nauer operam. Secunda autem suppositio hic adducta est eiusmodi: de[illegible] circa ipsam nauer operam. Secunda autem suppositio hic adducta est eiusmodi: denique [illegible] ten[illegible], tanquam antonomastice, nuncupetur scientia veritatis; quod nomen non [illegible] practica [illegible] philosophiæ. Tertia suppositio est eiusmodi. ea, quæ sunt principia & causæ, vt [illegible] ipsa esse verissima, quod etiam explicatum est quodammodo in lib. 1. post. Analyt. [illegible] priores, & longe credibiliores esse propositiones conclusionibus, quæ ex illis deducuntur. [illegible] appendix, subnectitur, vnumquodque, vt se habet ad esse, ita se habere ad veritatem [illegible] consectarium, quòd id quod maxime est ens, sicuti entis præcipuum modum atque locum obtinet, ita est etiam maxime verissimum. Quarta suppositio astruitur ex habita in hoc libro disputatione, in qua, argumentis ducentibus ad impossibile ostenditur, non esse processum infinitum in causis; sed statuendum dari in quoque genere causæ, tum a parte sursum, tum ab ea, qua progrediamur deorsum versus: simulque statuitur genera causarum hoc certo numero terminari: nempe efficiente, formali, materiali, atque finali. Quod quidem si nobis non constitisset, sed hæsitantes, atque dubij circa finitionem causarum essemus; vtique philosophandi circa veritatem omnis nobis erepta esset facultas. Quandoquidem ex cognitione causarum scientia omnis constituitur; infinitorum autem comprehensio, atque cognitio haberi non potest. Ad hæc in fine lib. admonitos atque [illegible] nos facit Aristoteles ad hoc, vt in cuiusuis rei notitiam congrue incumbamus, opus esse nos prius eruditi circa modum sciendi; ne is cum scientia confundatur: hinc innuens methodum illam generalem scientiæ demonstratiuæ, quam tradidit in Analyt, necnon & illam specialem pediam, seu eruditionem (quam scholæ logicam [illegible] appellant) quæ cuique facultati tractandæ, & explicandæ sit congrua, atque conueniens. Cui animaduersioni hanc postremo loco subiungit; non esse in omnibus expetendam acriuologiam mathematicam, sed in [illegible], quæ non habent materiam, vt sine materia considerentur; vt solent entia mathematica: hinc in[illegible] tam docendi rationem, quam sequuntur mathematici: qui, terminorum definitiones paucis v[illegible] definitionum proponunt; & problemata, omissa omni disputatione, inuicem con[illegible] modum docendi æmulari videntur Hippocratis Aphorismi. Hanc autem docendi rationem non [illegible] naturalis: vtpote, quæ versetur circa res materiæ sensibili, & motui obnoxias, vt sine ijs [illegible] nequeunt. Ex quo fit, vt in scientia de natura vagari prolixo sermone [illegible] sensum certa reddantur; & non differre, quæ apparent, ab his quæ ratio[illegible] ideo in scientia naturali disputationes plurimæ habendæ sunt circa va[illegible] difficultates, sunt dissoluendæ, vt exacte circa omnia veritas enuclee[illegible]. Quæ [illegible] & in hac quoque prima philosophia obseruanda videtur: quandoquidem [illegible] quæ [illegible] propria explicanda erant in hac eminentissima scientia (& sunt substantiæ [illegible] materia atque motu [illegible]) non nisi per hæc entia composita vniuersi, quæ præ oculis habentur, & materiæ & motui sunt communia, [illegible] nobis licet. huicque philosophiæ hoc incumbit munus, vniuersum ens [illegible] ens, sua contemplatione complecti; & principia prima rerum omnium exquirere, & explicare. Hinc, [illegible], num substantia immobilis, & separata a materia inueniatur, ex qua originem ducit scientia [illegible] naturali [illegible] an madueret Aristoteles prius contemplandum esse, quid sit natura; innuens philosophiam naturalem a nobis prius obtinendam: aut saltem prius explicandum, circa quid, & quomodo versetur circa entia scientia naturalis [illegible] in 6. huius operis lib. aperitur; vt deinde hac via patefacta, ad eam scientiam, quæ excedit naturam, & [illegible] quæ carent absolute motu, commode & apte manuducamur.

IN LIBRVM SECVNDVM PRIMAE PHILOSOPHIAE ARISTOTELIS PARAPHRASIS.

Contemplationem veritatis partim facilem esse, & partim difficilem; & nomen scientię veritatis, contemplatiuæ philosophiæ competere; & quæ maxime sunt, esse quoque maxime vera. Cap. I.

CONTEMPLATIO veritatis,quam circa res sumus indagaturi tum diffici,
lis,tum etiam facilis censenda est. huius rei indiciũ id nobis esse debet; quòd
nemo eorum qui eam aggressi sunt perscrutari, vt patet ex præhabitis cómen-
tationibus, pro dignitate & adamussim ipsam assequi potuit, vnde arguitur
eius difficultas: neq; omnino ab illa aberrauit,quum vnusquisq; aliquid dicat
de natura,quod indicat eiusdem veritatis facilitatem.Rursus vero ex eo quòd
quisq; particulatim huic de veritate contemplationi,aut nihil,aut parum con-
tulit; hinc difficultas ipsam venandi pariter significatur. Quòd autem ex om-
nibus vna congestis,quæ simul omnes adinuenerint,satis magna, & memora-
bilis de veritate creuerit coaceruatio, cum posteriores philosophi alia,& alia ad priorũ inuenta adiun-
xerint,id quoq; aliqualem philosophandi de veritate facilitatem patefacit.Quo circa si ita res se habe.e
videatur circa indaginem veritatis, vt est in prouerbio; ecquis ab ostio abertet? cum quisq; philoso-
phãtium de veritate aliquid præuiderit,hac quidem ratione eius facilitas detegitur; quasi veritas,quæ-
renti eam,quodammodo obuiam sese præbeat. At si deinde inspiciatur, ꝙ sicuti sagittarij ambitum ta-
bulæ pro scopo propositæ,in qua signum quoddam tenue,atq; modicum sit complicitum,omnes faci-
le attingunt,tenue autem signum,præcipuum ipsum scopum non facile collimant,ita quoq; circa veri-
tatis indaginem euenerit,vt quodammodo totam,at non ex parte,idest aliquatenus inspecta, at nõ ada-
mussim & exacte a perscrutatoribus sit cõprehensa & obtenta veritas, hinc quoq; eius ostenditur dif-
ficultas.Verum & illud nil prohibet dicere: ꝙ cum ex duplici causa veritatis assequendæ posit emana-
re difficultas,tum ex rebus obscuritatem in própria natura obtinentibus; tum ex nobis ipsis,vt qui non
non simus idonei cõspicere,quæ in maxima veritatis luce versantur: forsitan ex nobis prouenit, vt dif-
ficilis sit apud nos veritatis acquisitio. Nam vt oculi vespertilionum se habent ad lucẽ diei,quam ferre
non possunt; ita quoq; mens animæ nostræ se habet ad ea,quæ suapte natura sunt manifestissima. Ve-
rumtamen non solum ęquum est habere gratias ijs,quorum placita vti iam recepta sequimur;verum &
illis,qui superficietenus,crassioriq; minerua nobis aliqua tradiderũt. Nam quemadmodum,nisi Timo-
theus extitisset vir in arte musica eximie præclarus,tantam nunc artem cantandi non haberemus: & si
Phrynis eum non præcessisset eiusdẽ artis professor, ad tantam in arte musica præstantiã Timotheus nõ
peruenisset: ita propemodum asserendũ est de ijs,qui de veritate sententias suas prodiderunt:cũ a non-
nullis certa ipsorum dogmata acceperimus: alij vero ijs anteriores, & si minus in veritate prospicienda
oculati,attamen in causa fuerunt,vt posteriores euaserint perspicaciores,& longe plura atq; præclara de
rerum veritate coaceruarint. Illud quoq; nobis est supponendũ,decens admodum atq; cõueniens esse,
vt cõtemplatrix philosophia,quam in libro superiori diximus versari circa primas causas atq; principia
rerum,scientia veritatis nuncupetur,eo ꝙ contemplatricis philosophiæ finis sit veritas; practicæ autem
operatio. Nam & si practici considerant,& speculantur,quo nam pacto aliquid se habeat,vel ipsi agãt;
attamen causam per se non speculantur; sed cum ea ratione atq; additione,quatenus respiciunt aliquid
agendum,ad ipsum nunc respiciẽtes pro rebus pro tempore expediendis. Ex quo fit,vt veritatis simpli-
citer indagandæ studium ipsis non sit propositum;cum effectuum causam per se non contẽplentur; ve-
ritatis autem cognitio ex causæ cognitione omnino pendet; cum sine causa nequaquam sciamus, quæ
habent causam. Aliud quoq; supponendum est,vnumquodq; præ cæteris esse illud ipsum, secundum
quod ipso mediante,& alijs inest vniuocatio,ipsa scilicet nominis & rei cõuenientia: veluti ignis est ca-
lidissimus, vt qui causa sit caliditatis,quæ rebus alijs inest. Vnde secundum hanc regulã, erit quoq; ve-
rissimum illud,quod est posterioribus causa,vt sint vera. Idcirco principia rerum earũ,quæ sunt semper,
oportet vt sint semper verissima: siquidem huius generis principia non interdũ, & ad tempus sunt ve-
ra,neq; ipsis aliquid est causa vt sint: sed ipsa semper vera sunt,& alijs,vt sint, in causa existũt.Vnde de-
ducitur hoc consectarium; ꝙ vt quodq; se habet ad esse,& entis est particens,ita quoq; est particeps ve-
ritatis: vt hinc dicere habeamus; ꝙ illud,quod magis est ens,magis etiam est verum: vt puta causa ma-
gis est vera eo ipso quod est dependens a causa,vt eius effectus: & id quod est semper, magis est verum
eo quod non est semper: & id quod est substantia,eo quod est accidens,nam cum verum consequatur
ad esse; ideo necesse est,vt quicquid alij præstat in esse, eidem quoq; præstet in veritate.

T E X T V S.

SPECVLATIO [a] *de veritate, partim difficilis, partim facilis est.* [b] *Signum autem, quòd neque sufficienter eam aliquis consequitur,* [c] *neque aberrant omnes ab ea,* [d] *sed quisq; aliquid de natura dicit:* [e] *& singuli quidem nil aut parum ei addunt, ex omnibus vero collectis aliqua magnitudo fit.* [f] *Quare, si ita se videtur habere, vt in prouerbio dicimus, quis aberrabit a ianua? hoc modo profecto facilis esset. totum autem, & partem habere non posse, hoc eius difficultatem ostendit.* [g] *Cum vero difficultas duobus sit modis, fortassis causa eius non rebus, sed nobis ipsis inest. quemadmodũ enim vespertilionum oculi ad lumen diei se habent, ita & intellectus animę nostræ ad ea, quæ manifestissima omnium sunt.* [h] *Verum non solum illis agendæ sunt gratiæ, quorum opinionibus quis acquiescet, sed illis, qui superficietenus dixerunt. conferunt enim aliquid etiam isti. habitum namque nostrum exercuerunt. etenim si Timotheus non fuisset, multum melodiæ nequaquam habuissemus. si tamen Phrynis non extitisset, nec Timotheus quidem. Simili modo & de illis est, qui de veritate asseruerunt. a quibusdam enim aliquas accepimus opiniones. quidam vero, vt hi fierent, causa fuerunt.* [i] *Recte autem se habet philosophiam scientiam veritatis contemplatricem appellasse. speculatiuæ etenim finis veritas, practicę autem opus. nam etsi quomodo se habent considerant, non causam per se, sed ad aliquid, & eo in tempore practici speculantur.* [k] *Nescimus autem verum absque causa.* [l] *vnumquodque vero id ipsum maxime aliorum est, secundum quod alijs vniuocatio inest. vt puta ignis calidissimum: etenim cæteris hic est caliditatis causa. Quare verissimum etiam est id, quod posterioribus vt vera sint causa est. Propter quod principia semper existentium necesse est verissima esse. nec enim aliquando vera: nec illis vt sint, aliquid aliud causa est, sed illa cæteris.* [m] *Quare vt secundum esse vnumquodque se habet, ita etiam secundum veritatem.*

A D N O T A T I O N E S.

SPECVLATIO [a] *de veritate.* Hæc illa intelligitur speculatio, quæ simpliciter dirigitur ad veritatem capessendam sui ipsius causa, & non ob aliud; idque ad differentiam veritatis, quam aut ob artes rite recteq; exercendas, aut ob morum & actionum humanarũ institutionem aliqui perquirunt, non ad cognoscendum, sed ad operandum simpliciter intenti: vnde paulo post statuit Aristoteles, philosophiam contemplatiuam iure quodam suo scientiam veritatis nuncupari debere. & in lib. quoq; superiori in initio cap. 3. suscepturus de causis disputationem aiebat, eos sibi in hac contemplatione asciscere socios, qui de veritate philosophati fuerint, rerum omnium principia & causas contemplantes. Sed cum contẽplatio veritatis toti philosophię contẽplatrici sit tribuenda, vt parti & scientiæ naturali, & disciplinis mathematicis; attamen illi præcipuæ scientiæ competit, quæ rerum omnium principia contemplatur: illudq; prętertim, quod entis & veritatis primum, ac maximum habet [illegible] Deus opt. max. Quocirca assertionẽ hanc positam in hoc initio libri de veritatis contemplatione ad sapientiam hanc præcipue dirigi supponendum est: tam etsi ad omnẽ aliam quoq; scientiam contemplatiuam accommodari possit. [b] *Signum autem.* Quòd contemplatio veritatis partim sit difficilis, partim facilis, probat Aristoteles ratione oratoria; in qua pro argumento inductionis sumpta [illegible] ab ijs, quæ euenerunt circa philosophantes: de ijs loquens, qui circa veritatẽ de principijs rerum vniuersarum aliquid inuenerunt; non de illis, qui circa aliorum inuenta, vt ea perciperent, etiam nauarunt operam. Et pro parte difficultatis hoc affert, quòd nemo ex ante recensitis philosophis in libro superiori, veritatem digne est assecutus; vt patuit ex obiectionibus, quæ eorum placitis aduersantur: non quod impossibile sit assequi veritatem, sed quoniam ex ijs, quæ quisque adinuenit, non patuit via ad veritatem capessendam. [c] *Neque aberrant omnes ab ea.* Pro indicio, quòd etiam facilis existat contemplatio veritatis, secũdum communem interpretationem, id affertur: quoniam scilicet omnes non aberrarint. Verum si ita intelligatur, quod singuli non aberrarint, falso igitur dictum est antea ab Aristotele, quòd nemo pro dignitate veritatem est assecutus: nam qui non aberrat, procul dubio scopum attingit veritatis. Neque vero sic intelligi potest, quòd omnes simul collecti non aberrarint; quasi quod ex vniuersis congestis in vnum, quæ alius & alius adinuenerit, integra veritas sit obtenta: nam si nemo supponitur digne philosophatus, qui fieri potest, vt ex placitis eorum, qui deliquerunt, si in vnum conferentur, purgata & omnibus numeris absoluta veritas constituatur? vnde etiam Aristoteles subiungit, quod nemo forte aberrauit ab ostio: sed quòd non possit haberi pars, nempe explicata & exacta veritas (quod asserit vt quidpiam commune omnibus philosophis iam commemoratis in libro superiori) hinc patefieri difficultatem dixit, quæ contingit circa indaginem veritatis. Propterea iure suspicari possumus vocem hanc græce πάντας idest, omnes, mendose legi, pro hac alia πάντως, hoc est, omnino, seu prorsus: ita enim sensus accommodatissimus ad verba Aristotelis habebitur, nempe, hinc difficultatem veritatis indagandæ argui, quòd nemo digne illam assequutus sit; hinc vero facilitatem, quòd nemo prorsus aberrauit ab ea; sed vnusquisque (pro vt subiungit Aristoteles (& hæc conferunt ad roborandam allatam interpretationem) aliquid enunciauit de natura: vnde quisque non prorsus ita aberrauit a veritate, quin aliquid etiam in medium attulerit,

Alexand. lerit, quod ei conueniret. Et huic quidem nostræ contextus emendationi fauere videntur verba Alexandri in primo suo huius libri commentario, dum dixit: *omnia ab omnibus tradita sunt, alio de alio mentionem faciente, nec omnibus aberrantibus:* quod dictum magis explicat, dicens; idest; *nemine omnium ab ipsis prorsus aberrante.* Quòd autem Aristoteles vsus sit argumento desumpto ab euentu, quod est familiare oratori ad insinuandam tum facilitatem, tum difficultatem circa indaginem veritatis, inditium sumens ab ijs, quæ circa philosophantes euenerunt, nil mirū esse debet; quando & propositio assumpta, quòd veritas partim sit facilis, & partim difficilis, sit probabilis, ac probationibus ex locis communibus desumptis accommodata; & non eiusmodi, quę ratione demonstratiua possit ostendi: & huiusmodi quidem probabiles assertiones passim interserit in suis scriptis Aristoteles: vt qui nō more mathematicorum, qui non nisi quæ ad ipsorum dogmata seiuncta a rebus sensibilibus pertinent (siue sint assumptæ propositiones ad probandum, siue quæ per ostensionem deducuntur) in medium proferunt, aliena autem ab ipsorum demōsttationibus missa faciunt: suam tradidit philosophiam: sed naturam quidem rerum potissimum insectans, & aliorum placita præponderans, ita ipsam contexit, vt ad omnia respiciens, de omnibus statuerit; vt omnium ingenijs satisfaceret, communibus etiam & probabilibus sententijs minime neglectis. Hanc autem de veritate indaganda animaduersionem icirco attulit, vt palam faceret, in quo nam statu, ex placitis aliorum philosophorum, philosophia versaretur; & illam in meliorem & ampliorem formam reduci posse insinuaret; in quam suum ipse studiū esset nauaturus. [d] *Sed quisque aliquid de natura dicit.* Sunt qui vocem hanc, *natura*, pro essentia rei sumi hoc loco dicunt; quoniam infra lib. 5. in explicatione huius termini *natura*, docetur accipi naturam metaphorice etiam pro substantia cuiusq; rei; cum & natura sit quędam substantia. quod & si verissimum est; attamen nil prohibet & naturam hoc loco intelligere, pro ut est principium motus & quietis. siquidem (vt patet ex disputatione habita in lib. superiori) singuli philosophantes, contemplantes, & inquirentes rerum principia, aliquid de rebus sensibilibus enunciarunt, & ita de natura: non omnes autem, præter sensibilia, ac præter ipsam naturam motum concernentem, aliquid aliud sunt opinati: quorundam enim ingenia supra res naturales non se extulerunt: atque ideo falsa-

Alexand. tem de natura omnes aliquid enunciarunt. Neque tamen propterea opinandum, vt censuit Alexander, quòd ob hanc ipsam dictionem *de natura*, sit inferendum, quòd hic liber sit tanquam procemium ad omnem philosophiam contemplatiuam: & quòd pertineat ad naturalem, cui propterea sit apponendus, tanquam liber physicorum in ordine secundus, vt aliqui sunt opinati. Nam dicimus, hoc dictum respicere disputationem habitam in libro pręcedenti circa placita philosophorum: inter quos nemo est, qui aliquid de natura non enunciarit: quemadmodum etiam inspectio hæc de facilitate & difficultate veritatis optimam habet coniunctionem cum præcedentibus tractationibus. [e] *Et singuli quidem nil, aut parum ei addunt; ex omnibus autem collectis aliqua magnitudo fit.* Hæc quoque pro indicio deseruiunt, partim ad facilitatem, & partim ad difficultatem insinuandam, quæ contingit penes veritatis indaginem. Nam pro difficultate arguenda illud facit, quòd illud, quod quisque de suo ingenio inuentum contulit, aut nihil, aut parum extitit: si ad vniuersum ambitum, quo circūscribi possit veritas, conferatur. Aut nihil dixit, eorum taxans opinionem, qui vix aliquid dignum veritate enunciarunt. Pro facilitate deinde insinuanda circa veritatem venandam, hoc sumit Aristoteles argumentum: quòd ex omnibus placitis philosophorum in vnum congestis, quædam coaceruata est magnitudo circa contemplationem veritatis: dum alius post alium aliquid adinuenit. Vnde duobus modis tū facilitas, tum difficultas circa indaginem veritatis detecta est ab Aristotele, ex indicijs sumptis, quę vel ad qualitatem, vel ad quantitatem, seu ambitum veritatis referuntur. Ex qualitate quidem, quatenus inductum est, quòd nemo pro dignitate (licet aliquid dixerit de natura, neq; prorsus aberrauerit) ipsam est assecutus: sed quasi cœcutiens illam probe non conspexerit. Ex quantitate vero, quoniam singulus quisque parum contulerit ad veritatem: quoniam scilicet non sit facile, vt ex vnius studio & opera debitum crementum recipiat philosophia. ex omnibus autem simul congestis, quę singuli adinuenerint, quædam magnitudo ad contemplationem veritatis accessit. [f] *Quare si ita se videtur habere, vt in prouerbio dicimus, quis aberrabit a ianua? hoc modo profecto facilis esset.* Inquit, si ita se res habet penes philosophantes, vti est in prouerbio, quòd nemo aberret ab ostio ex sagittarijs; sic facilis videbitur esse

Alexand. contemplatio de veritate, quam aliqualiter omnes assequantur. Quem locum explicans Alexander, inquit supponi sagittarios, qui iaciant in signum; quod, si fuerit latum, facile attingunt, at non si tenue extiterit. Sunt autem qui existimarunt vitio librariorum irrepsisse in hunc locum dictionē hanc θύρας, quæ significat ostium, pro hac alia θῆρας, quæ significat feram: vt prouerbium sit: ecquis aberret a fera? & huic prouerbio locum esse datum censent, ex eo quod Peleus (vt est apud Pindarum, aberrans a fera quam petebat, Euryirhionem sibi carissimum amicum interemit. Verum omnes codices græci constanter legunt θύρας, pro ostio; neque ex interpretibus vllus hanc dictionem in dubium reuocauit. Accedit, φ non ita facile videtur feram ex insidijs, & vt sæpe contingit ex loco incommodo conficere; vt prouerbium significandum fuerit; turpissimum esse a toto eius corpore aberrare. Itaque communem lectionem retinentes, animaduertimus, in hoc prouerbio supponi amplam tabulam, habentem sibi cōplicitum aliquod tenue signum, in quo insideat scopus attingendus a sagittario, qui palmam iaculandi præcipuam sit reportaturus. Et hinc insinuatur, non esse difficile, sed facile, vt quis sagitta tabulam attingat: quod de tenui signo, atque proposito scopo non contingit: quem petere, & assequi iaculo est

perdiffi-

[illegible] circa indaginem veritatis: haud difficile eſt, quòd quiſque aliquid [illegible] ſcopum exacte conſequatur, eſt perdifficile. Auerroes autem, quem ſe- Auerro. [illegible] D. Thomas, hunc locum ita interpretatur. quòd ipſius domus ianua omnibus eſt conſpicua; D. Tho. [illegible] ſunt in domo; & ideo inquiunt, prima principia (vt eſt illud non contin- [illegible] & negare; & vt illud aliud, omne totum eſt maius ſua parte) eſſe eiuſmodi, [illegible] ad alterum rerum cognitionem; ſicuti per ianuam patet ingreſſus ad do- [illegible] ianuam nemo decipitur; circa autem interiora domus facile eſt homi- [illegible] per dicta principia habetur ingreſſus ad omnium cognitionem: & circa [illegible] penes vero alia homo falli poteſt. Verum hæc interpretatio non videtur [illegible] Ariſtotelis; qui in genere proponit difficultatem conſiſtentem circa indaginem verita- [illegible] *totum autem & partem habere non poſſe, hoc eius difficultatem oſtendit*. Quæ ver- [illegible] non accommodantur: græce autem ita ſe habent: τὸ δ' ὅλον τ' ἔχειν καὶ μέρος [illegible]. In quibus enodandis Alexander plurimum adlaborat. In primis Alexand. [illegible] interpretationem. hanc patere difficultatem aſſequendæ veritatis; quòd nemo ſingil- [illegible] philoſophia diſſeruit, neque de parte eius abunde, quam attigerit. poſtea conſpi- [illegible] verba poſita ab Ariſtotele hunc ſenſum nõ ferunt, ait inconcinne legi verba vt poſita ſunt: [illegible] legi debere: alioquin Ariſtoteles contraria præcedentibus diceret: quippe qui dixit ſupe- [illegible] ſingulos veritatem aſſecutos eſſe, non autem in vniuerſum: nunc vero ſeruata, vt ſe ha- [illegible] dicere eos, qui philoſophiæ incumbunt, totum obtinere; partem vero cõſequi [illegible] difficultatem nonnulli effugientes, inquit, quòd dictionem commutatam eſſe dixe- [illegible] hunc in modum ſe haberet: *totum autem habere non poſſe, & partem habere, difficulta- [illegible]*. Alexander deinde latius dicit eſſe, ſequi iam allatam ab ipſo interpretationem, vt in verbis Ariſtotelis ſit huiuſmodi hypebaton; non poſſe totum aliquid habere, atque partem: quaſi dicat, neutrum haberi poſſe, [illegible] oſtendit rei difficultatem. Aliam præterea ſubinfert interpretationem: [illegible] difficultatem, quòd omnes ad intellectum totius, & doctrinam veniunt; ſed nullam ipſius partem exacte valent explicare: quæ interpretatio germanam ſeriem verborum Ariſtoteles retinet. Aliã etiam ſubinfert expoſitionem, ſupponẽs deſiderari has voces: *ſimul omnes*, vt ita contextus verborum ſe habeat, *omnes ſimul totum habere, ſingulos vero partem habere non poſſe, indicat rei difficultatem*: & hoc conuenire inquit cum illa ſententia ſuperiori: & ſingulos quidem nihil, aut parũ ad ipſam conferre ex omnibus autem congeſtis magnitudinem quandam emergere. hæc ex Alexandro. At retinentes [illegible] verborum vt ſe habet, nempe *totum autem habere, & partem non poſſe, id difficultatem oſtendit*. Dicimus hæc conſequenter eſſe dicta ad exemplum de ſagittarijs; qui ſupponuntur præ oculis habere tabulam ſatis amplam; in qua ſignum tenue pro præcipuo ſcopo ſit cõplicitum, in quod [illegible] hi igitur facile totum petunt, in ipſam ſcilicet tabulam, iactum ſagittæ immittunt: [illegible] tenue ſignum complicitum in tabula, haud facile collimunt. ita igitur & circa indaginem [illegible]: omnes quidem de veritate enunciarunt in toto; ideſt, in cõfuſo; ſed non in parte [illegible] vt quia Anaxagoras pene vidit principium materiale, ſed non probe, [illegible] cui, ſi potentia ſimul eſſe dixiſſet, exactam de principio materiali veritatem [illegible]. [illegible] Pythagorei, principium formale dicens ipſum quod quid eſt, atti- [illegible] exacte explicarunt, vt qui impromiſcue quicquid alicui primo com- [illegible] rei [illegible] uerent, ſcopum proprium veritatis circa hoc non aſſequentes. Et [illegible] interpretationi conſentiunt ſcholia Ioannis Philoponi: qui dictum locum ita in- Philop. terpretatur, [illegible]: *ex hoc, quod totaliter & confuſe habeatur tota ſcientia, & pars haberi non poſſit, [illegible] difficultatem*: ipſe tamen. totum, ſeu confuſum ad totam philoſophiam applicat; & partẽ ad eius partem. nos autem hanc ſententiam ſimpliciter ad omnem veritatem aptauimus, quæ de qua- [illegible], re, ſeu principio haberi in confuſo poſſit; at non in parte ſecundũ exactam cognitionẽ, per quam [illegible] attingatur ſcopus veritatis: adeo vt ſermo Ariſtotelis ſit de modo aſſequendæ veritatis, vel in toto, ideſt in confuſo; vel in parte, ideſt diſtincta cognitione. Poſſet etiã afferri hæc alia interpretatio: quod de toto, ideſt de ipſo vniuerſo veritatis cognitio haberi poſſit; non autem de parte, de Deo ſcilicet opt. max. ſed prior magis arridet expoſitio. Dictum vero iſtud Ariſtotelis, quòd parum poſſit ac- [illegible] de veritate referendum eſt ad antiquos, qui veritatem, tanquam in ipſa cœcutientes, ſuis inuentis aſſequi non potuerunt: non [illegible] impoſſibilem abſolute voluerit eſſe acquiſitionem veritatis. Adnotan- dum etiam, [illegible] dictum eſſe contemplationem veritatis partim eſſe facilem, & partim difficilem; quod nõ ſupponendum eſt, ꝙ circa idem conſiſtat facilitas, ac difficultas: ſed in hoc apparet facilitas, ꝙ omnes aliquid circa veritatem enunciarunt, non prorſus ab ea aberrarunt: difficultas vero in hoc ipſo, quòd veritatem exacte non ſunt aſſequuti. Et rurſus difficultas ex hoc conijcitur; quòd parum de veritate quiſque contulit: facilitas vero ex hoc, quòd ex omnibus inuentis philoſophantium ſimul congeſtis, quædam magna ſit facta coacernatio circa contemplationem de veritate. Quorſum autem tendat hoc pronunciatum; Alexander ait, adductum eſſe, vt pateret, ex facilitate doctrinam nobis eſſe naturalem; Alexand. ex difficultate vero ſignificaretur, non parum operæ in hoc ſtudio a nobis deſiderari: adeo quòd elaborandum eſt, vt ea præditi ſimus, quoniam nobis eſt naturalis: ex hoc autem, quòd difficile acquiri poſſit, non negligenter ipſam eſſe capeſſendam: atque ita hortatur nos, ne ipſam veluti omnino facilem

lem

lem negligamus; aut vicissim tanquam prorsus difficilem desperemus. Verum & illud addi potest, quod etiam antea innuimus; iccirco ab Aristotele hæc fuisse commemorata, vt patefaceret, antiquos philosophantes non exacte veritatis contemplationem tradidisse; atque ideo circa ipsam summo studio incumbendum; absurda ea vitando, quæ aliorum opinionibus obuersentur; ita tamen, vt & illud sit nobis manifestum; quòd nisi priores aliquid ad veritatem contulissent, posteriores numquam philosophiam illustrassent, aut perfecissent: vnde omnino omnibus gratiæ sunt habendæ, qui aliquid de veritate quoquo modo attulerunt; etiam quòd illam obtenebratá nobis reliquerint, scopum non adamussim attingentes: siquidem hinc posterioribus, ad cumulatius certiusque philosophandum, multum adiumenti contulerunt. g *Cum vero difficultas duobus sit modis, fortassis causa.* Prius dixerat, quòd habere totum, & partem non posse consequi, veritatis assequendæ difficultatem ostendit: quod ex parte rerum pendere videtur. Vnde hic aperit, difficultatem venandæ veritatis ex duplici capite posse contingere; tum ex parte rerum sua in natura obscurarum; tum etiam ex nostri intellectus imbecillitate: qui non sit aptus pertingere suo lumine ad ea percipienda, quæ inter omnia sunt in sua natura lucidissima, & manifestissima; vti est Deus opt. max. sed adnotandum græce ita legi: ἴσως δὲ καί: idest, *fortasse autem &*: ita quidem vt particula coniunctiua, &, sit ita coniungenda vt legamus: *forte autem etiam (cum difficultas contingat duobus modis) ex parte nostra prouenit, & non solum ex parte rerum; vt cum sint entia quędam perspicua, & lucidissima in sua natura, hęc tamen, ob imbecillitatem luminis nostræ intellectiuæ facultatis, a nobis nequeunt comprehendi.* Cuius rei hanc affert causam Alexander: quoniam ita se habet noster intellectus ad res manifestissimas, vt se habent oculi vespertilionum ad lumen solis; quoniam intellectus noster non est absolutus & separatus, sed cum sensu & passiuis animæ potentijs: quæ omnia proprio intellectus muneri impedimentum præbent: actus enim noster, qui continenter in sensibilibus versatur, impedimẽto est actionibus a sensu separatis. Addamus nos ad hæc dicta Alexandri: quòd cum omnis nostra cognitio ortum habeat a sensu; ideo nil mirum, si substantiæ abstractæ, quæ secundum substantiam ac propriam ipsorum formam & essentiam sensibus non subijciuntur nostris, ab intellectu nostro non comprehẽdantur. Vnde Aristoteles in lib. 3. de anima. cap. 7. proponit hanc quæstionem, quam alibi se discussurum innuit; num contingat, vt mẽs nostra magnitudine non separabilis, aliquid quod sit separatum, possit intelligere. Neque vero dubium esse debet, quòd res abstractæ per essentiam ab intellectu nostro in hac vita, neque secundum veram theologiam comprehendi possunt: neque tamen inficiandum, quin (vt B. Apostolus Paulus animaduertit in epist. ad Rom. & in illa priori ad Corinth.) arguitiue per ea quæ facta sunt, & sub sensibus cadũt, a nobis haberi possit de Deo ænigmatica cognitio: cuiusmodi est illa, quæ traditur in lib. 12. apud nos postremo. h *Verum non solum illis agendæ sunt gratię.* Hoc loco Aristoteles fungitur officio viri bene morati: dum ait gratias habendas esse non solum ijs, qui sententias, & dogmata probata tradiderunt; verum etiam illis, qui superficietenus aliqua spectantia ad veritatem in medium attulerunt: propterea quòd & si veritatem explicitam non reliquerint; at saltem ansam magnam ex eorum enunciatis præbuerunt posteris ad melius philosophandum, & ad habitũ scientiæ acquirendum. Non enim (vt animaduertit hoc loco Auerroes) aliquis solus potest inuenire artes operatiuas, vel scientias ex maiori parte: cum experientia doceat, has omnes facultates per adinuentum prioris ad sequentem compleri. Vnde documentum sumitur, quòd aliorum scripta in quaq; arte & scientia sunt conspiciẽda: quod vbiq; præstat Aristoteles: quemadmodum & in lib. præcedenti, vbi opiniones aliorum commemorauit, & eas expendit, & in quibus non recte sensisset, oppugnauit, non calumniandi aut oppugnandi studio; sed vt veritatem detegeret, quam in præcipuis haberet, iuxta illustrem suam illam sententiam in ethicis pronũciatam: *amicus Socrates, amicus Plato, magis autem amica veritas.* ex hac autem commemoratione habita hoc loco circa veterum inuenta atque dogmata, animaduertit Alexander hinc inferri, hunc librum optime cohærere cum superiori, in quo de placitis aliorum philosophantium est pertractatum. i *Recte autem se habet &c.* Aliam suppositionem constituit hoc loco Aristoteles, quæ est huiusmodi, conuenire vt philosophia contemplatiua, nuncupetur scientia veritatis: ita enim contextus græce se habet, ὀρθῶς δὲ ἔχει καὶ τὸ καλεῖσθαι τὴν φιλοσοφίαν ἐπιστήμην τῆς ἀληθείας θεωρητικήν. cuius tamen cõtextus sensum aliqui ita verterunt: conuenit scientiam veritatis contemplatiuam nuncupare philosophiam, seu metaphysicam, vt dicunt ipsi: tanquam maxime dignam hoc epitheto, vt scientia veritatis, appelletur speculatrix; idque, quoniam principia contempletur, ad quę omnes aliæ scientiæ referuntur. Nos autem hunc in modum præsens enunciatum contexímus: conuenire vt philosophia contemplatiua (idque ad differentiam actiuæ) nuncupetur scientia de veritate: ita quidẽ vt hæc prærogatiua conueniat non solum huic primæ philosophiæ, verum etiam & naturali, & ipsis mathematicis scientijs, quę sunt speculatiuæ. Cui interpretationi optime consentire iudicamus, quæ subiungit Aristoteles, dum inquit: *contemplatiuæ enim esse finem veritatem, actiuæ autem ipsum opus.* Siquidem ipsi practici non speculantur, quomodo rerum natura se habeat; sed solum rationem illam instituunt, vt animaduertant, quomodo res sint agendæ pro tempore, quo sint agendæ: vnde per se, atque simpliciter causam rerum non contemplantur; & consequenter per se veritatem, seu scientiam non perquirunt: quando scientia sine causa haberi non possit, quam ipsi non rimantur. Sed animaduertendum hic esse sermonem de actionibus humanis, alijsve operationibus protinus iam iam producendis: quæ quidem examinantur, quomodo sint agendæ. Non est autem hoc loco sermo de contemplationibus illis, quales

Alexand.

Auerro.

Alexand.

habitæ

[illegible] in libris de moribus & de repub. quibus quidem veritas circa morum humanorum naturã, & [illegible] rationes perquiritur: quamuis non ſimpliciter ſcientiæ contemplatiuæ, neque [illegible] appellandæ; cum illæ ſpeculationes ad agendum, tanquam præcipuum atq; [illegible] pro vt in illis libris Ariſtoteles ſæpius teſtatus eſt. ac præſertim in lib. 2. [illegible] dum [illegible]; *non enim vt ſciamus quid ſit virtus, ſed vt boni efficiamur, de veritate agimus:* [illegible] lationes traditæ in libris logicæ facultatis, quandam habent contem[illegible] veritatis: ſed quoniam traduntur in adiumentum pro alijs ſcientijs & artibus [illegible]; ideo ſcientiæ inſtrumentalis potius, quàm veræ philoſophiæ contem[illegible]. Hæc autem ſuppoſitio, quòd philoſophia contemplatiua ſit ſcientia de [illegible] ſine conueniebat, in quibus præcipua ſcientia, ac maxime vniuerſalis erat traden[illegible] (de qua eſt ſermo in lib. 1. de part. animal.) & ad regulam vniuerſalem [illegible] explicandum fuit; & nullibi conuenientius, quàm hoc loco. [k] *Neſcimus autem ve*[illegible] dubitat Alexander quomodo non ſciatur verum ſine cauſa, cum etiam cauſarum no[illegible] alioquin proceſſus eſſet infinitus in cauſis, quod infra impoſſibile eſſe de[illegible] inquit, aut ita ſupplendam eſſe orationem, non ſciri ſine cauſa, ea, quonam ſunt cauſæ [illegible] dicitur in proœmio lib. 1. Phyſicorum. aut accipietur, inquit, hoc loco ſcientia il[illegible], quæ eſt per demonſtrationem. & habetur per cauſam. Verum aduertendum eſt, prius dictum fuiſſe ab Ariſtotele quod practici non conſiderant cauſam per ſe, licet eam conſiderent propter aliud; nem[illegible] rebus [illegible]endis; vnde non excluſa, ſed iam ſuppoſita eſt cauſa rebus inexiſtens: atque ideo opti[illegible], non [illegible] ſine cauſa id, quòd habet cauſam: quæ deinde debet ſciri per ſe, vt rei veri[illegible], & non per accidens conſiderari pro ſcopo rerum agendarum; vt ſolent facere qui actio[illegible]. [illegible] *quodq; vero id ipſum maxime aliorum eſt, ſecundum quod alijs vniuocatio ineſt.* græce legitur [illegible], pro eo quod eſt dicere vniuocatio; pro vt conuertit etiam Beſſario: ſeu co[illegible] in qua ſupponitur certa quædam conuenientia inter rem & rem: quod patet ex verbis illis ſubiunctis: quòd vnumquodq; eſt maxime id ipſum, per quod alijs ineſt vniuocatio. vnde innui[illegible]tur conuenientia inter rem, quæ eſt cauſa effectus, & inter rem, in qua quidpiam efficitur: vt hęc par[illegible]ticipet naturæ, ſeu qualitatem alterius rei: & ita radij ſolis, qui rarefactione facta in aere caliditatem cau[illegible]ſant, erunt magis calidi in ipſo aere, vbi conſiſtunt cum rarefactione, quàm in alia parte, quæ ſit extra h[illegible] præcipuam rarefactionem. Si autem obijciatur, quòd vinum non ſit magis ebrium quàm homo, qui propter vinum ebrius euadit; dicendum eſt, vinum non eſſe capax huius affectionis, quæ ebrietas dicitur; ſicuti eſt animal, cui obtenebrantur, & quodam modo ligantur externi & interni ſen[illegible]ſus, attamen cum hæc affectio in animalibus proueniat ex potenti fumoſa vini qualitate; haud dubi[illegible]tandum, quin hæc in vino multo magis potens, ac valida ſit quàm in ebrio, in quem peruenit a vino. Aduertendum etiam in hoc enunciato; propter quod vnum quodq; & illud magis, ſupponi præſenta[illegible] exiſtentiam rei com[illegible]dæ, quæ in eſſe dependeat ab alia; ſicuti lignum eſt calidum pro[illegible] caliditatem in ligno exiſtentem: non autem ita eſt Socrates propter Sophroniſcum, vt per [illegible] Socrate, exiſtat Socrates, qui per ſe exiſtit ſeiunctus a So[illegible] efficiens fuit generationis Socratis, attamen non ita inexiſtit in ip[illegible], vt ſit calidum, eſt in cauſa ignis caliditas in ligno inexiſtens. ſimi[illegible] inexiſtentes, ſunt cauſa eius ebrietatis: quemad[illegible] concluſionis, eſt cauſa veritas propoſitionum virtute inexiſtens in conclu[illegible]ſione. Denique Deus, cum eſt ſummum ens, per quod ſunt alia, eſt cauſa inexiſtens vt ſint omnia, quum omnia impleat [illegible]. Huiuſmodi autem pronunciatum adductum eſt etiam in lib. 1. poſt: Ana[illegible]lyt. [illegible] vbi dicitur: quod principia, ipſæ primæ propoſitiones demonſtrationis, ſunt notiores atque cer[illegible]tiores concluſionibus, ob id, quoniam concluſiones notæ, atq; certæ redduntur ex propoſitionibus; ſemper autem propter quod vnumquodq; tale, & illud magis. verum hoc loco pronunciatum illu[illegible]ſtrius, & quodam modo magis vniuerſale allatum eſt, prout conueniens erat afferre in hac ſuprema philoſophia, quæ tanquam regina, omnibus pręeſt alijs ſcientijs. Inductum autem videtur prædictum pronunciatum ad hoc vt ex eo hoc aliud conſectarium induceretur. *quare veriſsimum etiam eſt id, quod poſterioribus vt vera ſint cauſa eſt:* & id quidem eſt manifeſtum. Nam quod eſt cauſa veritatis po[illegible]ſterioribus, eſt & ipſum verum; ſed & veriſſimum, eo quod poſterioribus eſt cauſa vt ſint vera: quod patet ex regula iam ante aſſignata: [illegible] illud eſt maxime tale, per quod alijs ineſt vniuocatio. hinc de[illegible]mum infert Ariſtoteles, neceſſarium eſſe vt principia rerum, quę ſunt ſemper, ſint ſemper veriſſi[illegible]ma: & hoc etiam patet: nam [illegible] effectus ſunt ſemper, & cauſę ipſorum vt ſint ſemper neceſſe eſt, cum ſine cauſa non ſint effectus. Et quoniam cauſæ, & principia ſunt ea, ob quæ effectus ſunt ſemper, ideo [illegible] regulam aſſignatam, oportet concludere, quòd principia rerum ſemper exiſtentium ſint veriſſi[illegible]ma. quæ [illegible] ſunt aliarum rerum cauſæ; ipſis autem nullæ ſunt cauſę, cum ſint principia, quibus nil eſt prius. Quod autem attinet ad res, quę ſint ſemper; intelligendę ſunt illę quę habent naturam de[illegible]terminatam; vt ſunt quattuor elementa, & cœlum, & rerum ſpecies naturalium. Principia autem, de quibus hoc loco eſt mentio, poſſunt accipi, tum complexa, veluti eſt illud, omne totum eſt maius ſua parte, tum incomplexa, quæ in ſimplici terminorum apprehenſione conſiſtunt; ſiue formam, ſiue materiam, ſiue efficientem aut formalem cauſam referant. quomodo autem circa ſimplicia & incom-

poſita

Alexand.

posita existat verum & falsum (licet non eo modo vt inuenitur in propositionibus & principijs complexis) infra in fine tum libri 6. tum lib. 9. explicatur: veritas siquidem & in ijs consistit, si ab intellectu apprehendantur; falsitas autem, si ignorentur, aut non comprehendantur. m *Quare vt secundum esse vnumquodq; se habet, ita etiam secundũ veritatem.* Adnotandum (vt habetur in calce lib. 6.) ꝙ verum & falsum non sunt in rebus, prout bonum & malum, tanquam ꝙ verum sit bonum in rebus; falsum autem sit malum; sed in sola mente versantur; adeo ꝙ verum proprie intelligitur, quatenus res vt se habet, ita a mente intelligitur: vnde est illud vulgatum, veritatem esse adęquationem rei ad intellectum; & ita veritas erit in mente concipiente res, vti se habent. Quomodo autem in rebus possit esse varietas penes veritatem, vt magis in vna re sit veritas quàm in alia; vnde induxit Aristoteles hoc consectarium, quòd vnumquodq; vt se habet ad esse, ita se habet ad veritatem, est explicandum. Nam licet vnumquodque quouis modo sit verum, quatenus verum est, non possit esse magis verum, quàm sit verum; siquidem aut veritas habetur, aut non habetur, ita vt non possit simul & veritas, & non veritas consistere: attamen comparando vnam rem cum altera, in vna magis inesse veritatem dicere possumus quàm in alia: veluti causa est magis vera quàm effectus. Et id quidem ita patet: quoniam, sicuti causa est magis ens quàm effectus, qui est propter causam, & a causa pendet: ita quoque magis est vera, quàm effectus, & veritatis præstantiorem habet naturam: vt admodum rationabile sit dicere, ꝙ magis luceat, & efficacior sit veritas in rebus, quæ lucem afferunt ad alias manifestandas, quàm in ijs, quæ per illas manifestantur: sicuti ex notitia, & veritate causæ ostenditur veritas effectus; & ex propositionibus conclusio vera colligitur, & manifestatur, vt ita lumen quoddam præclarius subsistens apparere faciat lucida, quæ ipsi subijciuntur, vt inde lumen suscipiant. similiter accidentia, vt minorem a substantia entitatẽ habent, ita quoq; minus participare de veritate dicuntur; vtpote quæ sine substantia exacte cognosci nequeant. Neq; vero refert, quòd accidentia sint sensibus nostris familiaria, multumq; conferant ad cognoscendam substantiam, vt dicitur in procemio lib. 1. de anima. nam etsi id sit concedendum, quòd accidentia magnam occasionem præbeant, & subministrent ad accipiendam notitiá de substantia: attamen quę de substantia cognitio obtinetur, est eiusmodi, vt per se subsistat eius veritas; cum accidentium notitia exacte non habeatur sine substantia, a qua accidentia dependent in esse & cõseruari: de qua re infra lib. 7. erit propria speculatio. Sed & inter accidentia, illa quę minus habent de entitate, vt sunt relatiua, minus etiam habent de veritate, & minus sunt lucida & perspicua: vt omnino concludendum sit, ad præstantiam entitatis, consequi etiam præstantiam veritatis. Et ideo Deus gloriosus, qui entis summam obtinet perfectionem, sicuti est actus purissimus, ita quoq; est ipsa summa veritas, vndequaq; indeficiens, & a re nulla dependens, cum cætera omnia ab eius summa entitate & veritate dependeant, vt & sint, & vera sint. Dei autem veritas, vt se habet, ipsi soli patet; ita quidem vt in ipso idem sit intelligens, intellectum, & intelligentia: nos autem per quandam habitudinem a rebus sensibilibus desumptam, de Deo aliquaiem ænigmaticam veritatem consequimur.

Dissoluitur quæstio, num a rebus veritatis consequendæ omnis pendeat difficultas. *Cap. 11.*

HOC autem loco agitatur quęstio, num vera sit hæc Aristotelis sententia, ꝙ veritatis consequendę difficultas partim ex rebus ipsis pendeat, & partim ex parte nostra, vt qui apti nõ simus ea percipere, quę in sua natura sunt lucidissima. Nã si vera esset opinio Heracliti asserentis omnia in cõtinua mutabilitate versari, vt nil certi affirmare de quoquã possit, dicendũ esset, ꝙ difficultas veritatis assequẽdę tota a rerum natura proficisceretur. Verum hanc opinionẽ, vti erroneam Aristoteles reijcit, atq; conuincit in 4. libro: tum quoniã omnia non sunt huiusmodi, ut in uarietate illa uersentur; tum etiam propterea ꝙ & eorum, quæ mutationem subeunt, possit haberi cognitio, licet cum aliqua difficultate obtineatur. Nonnulli uero alij, inter quos Scotus, existimarunt omem difficultatem, quæ contingit circa ueritatem, ex nobis tantum prouenire, ita ut in nullius rei naturam sit huius facti trasferenda causa. Scotus.
Aduersus quorum sententiam apette clamat Aristoteles hoc loco, dum supponit, ex parte quoq; rerum contingere difficultatem venandę ueritatis: qui & materiam primam, & motum, & tempus, & animam, & alia quàm plurima, scribens de ijs, dixit esse difficilis cognitionis: atq; ideo hanc statuit hoc loco regulam, ꝙ res, ut se habent ad esse ita quoq; se habent ad ueritatem. Et sane quæ minimæ sunt entitatis, ut relatiua, ut motus, ut tempus, ut materia, quum lumen exiguũ suę entitatis (ita dixerimus) referant, difficilia quoq; cognitu redduntur ex ipsorum propria natura, tam in confusa, quàm in distincta eorumdem cognitione. siquidem quidquid de huiusmodi rebus concipitur, semper sub obscuro phantasmate ab intellectu, & non nisi alterius lucidioris phantasmatis iuuamine comprehenditur. Vnde autem difficultas pendeat circa cognitionem animę, in procemio libri 1. de anima, vti opportuniori & proprio loco perpendendum est. multa enim in causa esse huius difficultatis ibi ab Aristotele recensentur, quę difficilimam reddunt animę cognitionem: inter quę tamen illud est potissimum, ꝙ animę intellectiuę operatio lateat, cũ prius potentia, ac deinde actu intellectus existat: vnioq; pręterea subobscura est aliarum potẽtiarum animæ; quę quomodo ad intellectiuam potentiam se habeant, non facile conijcitur: adeo quòd, quoniam essentia ipsius animæ est obscura, hinc etiam difficilis eius euadit cognitio. Si vero quę per se lucidissima sunt, nobis non apparent, neq; a nostro possunt intellectu comprehendi, id prouenit ex nostro intellectu ad ea pręcipienda non apto; sicuti etiam uespertiliones

[illegible] possint oculi lumen solis conspicere. Qua tamen in re aduertendū est, id contin- [illegible] quoniam ipsorum oculi, tanquam debiles, solis aciem illos percutientē ferre non [illegible] quod non supponendū eodem modo cōtingere nostro intellectui penes ea, quę in sua natura [illegible] est Deus benedictus; quasi vero Dei species, & simulacrū appareat no- [illegible] intellectui, qui deinde extra modum dictū de vespertilione, cæcutiat non potens ferre immensita [illegible] pertingentis. Siquidem Deus nullum habet post se extrinsecum simula- [illegible] euadat pro nostri intellectus comprehensione; nisi istud constituamus esse [illegible] phantasmata excitantur rerum ipsarum; ex quibus Deum attingere [illegible] cognitione ænigmatica: vti docet Apostolus Paulus in epist. ad Rom. quòd per vi- [illegible] sempiterna potentia, atque diuinitas in ipsis rebus mundi: sed nō [illegible] nullam [illegible] potest extrinsecum phātasma. Atqui iccirco propositum exemplū de [illegible] ad nostri intellectus cognitionem, in hunc sensum est accipiendum: quòd, sicuti [illegible] neque comprehendere suis oculis; ita neq; noster intellectus Deum: sed ves- [illegible] lumen solis, quod sibi offertur, quoniam eius oculi, ob imbecillitatem qua [illegible] oculos eorum percutientem ferre non possunt: noster autem intellectus non comprehendit Deum, propterea quòd illi non offertur phantasma, quod Dei naturam repræsentet. Neq; [illegible] intellectus noster intelligit in hac vita; cum deinde in alia beati a facie ad [illegible] Deum, [illegible] est [illegible] visuri eo diuino lumine roborati, quod nobis nō potest modo esse conspi- [illegible] Argumenta vero Scoti in [illegible] positum adducta facile dissoluuntur. Illud primū, ex quo deducit; si [illegible] natura non essent intelligibiles, futurum, vt neq; a Deo intelligerentur, qui tamen omnia [illegible] dicimus esse sermonem hoc loco de nostra cognitione, vt asseramus nonnulla ex sui [illegible] esse difficilis cognitionis, vt patet experientia; quæ tamen non dicendum est, quòd a Deo non cognoscantur, cum Deus res omnes in se ipsum, causam omnium rerum existentem inspiciens, alio [illegible] intelligat, quàm nos eas extra Deum existentes conspicimus, & intelligimus. vnde dicimus esse [illegible] inter rerum naturas, vt aliæ alijs sint obscuriores; vt & de luminibus, quorum alia, alijs mi- [illegible] existunt. Aliud vero argumentum Scoti, quo videtur tollere difficultatem a rebus; quoniam quod est ex re tale, non est difficile vt sit tale: dissoluitur, si dixerimus non esse quidem difficile, aut cum difficultate, ut quodque sit tale, quale est: verum nil prohibet, quin vt tale est, id ipsum sit dif- ficile cognitu, quoniam speciem non facilem ad intelligendum subministret. Postremum deniq; ar- gumentum, quo Scotus nititur a rebus ipsis difficultatem cognoscendi eruere; propterea quòd vnum quodq; secundum suum gradum facile operetur; facile etiam ruit, si dixerimus, quòd etsi verum est, quod [illegible] res secundum suum gradum facile operetur; attamen non propterea sequitur, vt sim- [illegible] facile operetur, adeo quod & speciem sui facilem ad intelligendum subministret: sed potest es- se [illegible] non facile ex propria sua natura percipi possit, quoniam neq; essentiam obtineat ita [illegible] & completam, qualis in alijs nonnullis rebus esse potest. Cum autem Auer- roes [illegible] sententiæ, quòd Aristoteles non ita senserit, quòd substantiæ abstractæ non possint [illegible] quod difficile a nobis possint comprehendi: & pro hac sua opinione hoc induxerit argu- [illegible] quod natura ociose fecisset aliquod intelligibile, quod non in- [illegible] eius ratiocinatio dissoluenda est vt dissoluitur dicendo, quòd substantiæ ab- [illegible] non sunt factæ [illegible], vt a nobis intelligantur, cum potius nos simus facti propter [illegible] quòd substantiæ abstractæ ab alijs intellectis abstractis intelligantur, etsi non a nostro intellectu percipiantur: cum tamen & a nobis recte vitam præsentem degentibus, Deus sit a fa- cie ad faciem, vt diximus, in alia vita conspiciendus. Auerr.

Quæstio dissoluitur, num Deus ab homine cognosci possit. Cap. III.

NVM autem Deus cognosci a nobis possit, in quæstione quoq; ponitur; & hanc quæstionem mouet Aristoteles in lib. 3. de anima cap. 7. vbi de intellectu sic scribit. *Num autem ipse non se- paratus a magnitudine, separatarum rerum aliquam intelligere possit, considerandum est postea*: quam quæstionem nullibi definitam esse asserit Auerroes in commento loci citati, & in libello de animę bea- titudine. Quidam alij volunt eam definiri infra lib. 9. cap. 12. vbi dicitur, substantiarum immaterialiū ignorationem non esse [illegible], velut cæcitatem, quasi sit impossibile illas a nobis comprehendi. Alij [illegible] lib. 12. apud nos postremo cap. 7. dum dicitur, primam causam, a qua cœlum & vni- uersa [illegible] natura, degere optimam vitam, sic eam explicari. Nonnulli vero quæstionem prædictam dixerunt esse definitam hoc loco per exemplum vespertilionis; quòd non sit a nostro intellectu co- gno[illegible] substantia abstracta a materia, sicuti neq; ab oculis vespertilionum solis lumen comprehē- ditur. Et hanc nos sententiam approbamus, & sequimur; vt dicamus Deum, non nisi ænigmatice a nobis cognosci posse & argutiue, dum ipsum dari ad credendum inducimur, per hanc mundi machi- nam, & de eius essentia nonnulla afferimus, quæ præstantissima censemus ex ijs, quę circa rerum natu- ras comprehendimus, Deo excellentiam omnem a nobis excogitabilem tribuentes sub quadam ta- men nube, prout in dicto libro postremo de Dei natura dissetitur: quo in loco, vti proprio, qualia sint Deo attributa ab Aristotele, perpendenda erunt. Illud autem interim animaduertimus; quòd & si animæ Auerr.

nostræ

nostrę cognitio ex eius operationibus deprehendatur;attamen,cum huiusmodi operationes pendeāt a facultate animę in corpore existentis, ideo optime natura dignoscitur cum vegetantis, tum sentientis animæ;intelligentis,autē natura detegitur & cognoscitur,cū intellectus factus fuerit singula: vt dicitur in lib.3.de anima; tūc enim & se ipsam intelligit anima intellectiua,cum sit intellectus idē quod intelligibile actu. At Deus,cū non sit inexistens mundo,tanquā ab eius magnitudine circumscriptus;vt qui a nullo loco cōprehendatur;idcirco dicendum est,ꝙ eius potentia atq; natura, ab hac mūdi essentia, seu operatione,nequaquā potest circumscribi; & consequenter neq; secundum intimā eius naturam comprehēdi,aut apprehendi,nisi ęnigmatice,vti dictū est antea.Quòd si hominis beatitudo,in Dei est posita cōtemplatione, vt dicitur in lib.10.ethicorum,vnde frustra beatitudinem appeteret homo,nisi Deū posset intelligere,ad hoc dicendum,sat esse,quòd homo obtineat de Deo eam cognitionem,quam potest; idq; erit illud potissimum, quo eius beatitudo,quatenus licet homini in hac vita,expleatur:cum (sicuti dicit Aristoteles in lib.1.de partibus animalium cap.1.)de rebus sublimioribus, vt puta de cœlo, ac multo magis de Deo,primo omnium motore,præstet non nihil attingere,quàm de ijs alijs,quæ præ oculis uersantur,plurimam notitiam percipere.

Non esse progressum infinitum in aliquo genere causarum, & hæc tantum quattuor esse, vt suppositum est in libro præcedenti. *Cap. IIII.*

PARAPHRASIS.

CVM autem in lib.præcedenti supposuerimus sapientiam,ipsam primā philosophiam versari circa principia & causas rerum omniū:& nisi statuatur,ꝙ in ipsis principijs & causis sit status & non abitio infinita,nulla scientia haberetur,cū infinitorū non sit noster capax intellectus; ideo statuere,atq; manifestare oportet,in causis, atq; principijs nō esse processum infinitum; neq; in directum sursum,vel deorsum in quouis genere causarū,ab vna causa in aliam causam eiusdem generis procedendo; neq; secundum plura genera causarum,adeo vt sit dicendum,ꝙ non sint tantum quattuor genera, pro ut in lib. præcedenti suppositum est,sed & plura alia in infinitum: ijs enim duobus modis contingit existimare,ꝙ non sit status in causis.Itaque, quòd attinet ad primam caput, dicimus non posse sustineri,quòd vlla sit rerum causa;& ꝙ in ipsa ab vna in aliam procedatur in infinitum: Veluti in materiali causa,quòd caro ex terra, hæc autem ex aere generetur, & aer ex igne, ignis ex alia materia,& nunquam consistat circa varias materias iste processus.Aut in efficiente,vt quòd homo moueatur ab aere, aer a sole, aut a discordia, & ita sine finitione sit progressus in causis efficientibus,atq; mouentibus. Aut in causa finali, veluti, quòd ambulatio fiat propter sanitatem,hæc ob fœlicitatem, & hęc rursus alterius rei gratia procuretur, sine fine procedendo in alium, & alium finem: quod similiter dicendum est de causa formali, quæ pertinet ad ipsum quod quid est. Quòd igitur ita statui non possit, ostenditur per deductionem ad hoc absurdum, & impossibile: quoniam sequeretur quòd non esset vlla causa, si in causis abitio infinita supponatur, cum tamen dari rerum causas pro confesso iam sit acceptum. Deducitur autem,& manifestatur hunc in modū dicta cōsequentia. Nam in illis medijs, extra quæ est aliquod medium post ipsa, & aliquid prius ipsis, necesse est statuere,quòd id quod prius est,causa sit eorum quæ sunt post ipsum: siquidem ex tribus suppositis, si aliquod ipsorum pro causa est assignandum, vtiq; erit illud, quod est prius alijs duobus: nam quod est causa alterius, non potest esse posterius ab eo, cuius est causa: at extremum, cum sit vltimum, & non habens aliquid post se, non potest esse causa alicuius: medium vero existens in trium rerum serie, non erit absolute causa omnium; quoniam eius quidem quod est post se,poterit esse causa, non autem illius primi, quod est supra se.Et in hac quidem consideratione nil refert; si supponatur quòd vnum, vel multa, finita, aut infinita sint media:siquidem omnia,quæ accipientur, & numerabuntur in hoc ordine infinitorum ipsius absoluto infiniti,semper vsq; ad nunc (hoc est, vsq; ad quæcunq; determinata sumantur) medij ordinem & rationem obtinebunt. Atqui si medij rationem habebunt,& medium non potest esse causa; immo neq; absolute esse, nisi adsit illud, quod est primum, & prius ipso,ex quo dependet: hinc concludendum, cum in infinito non possit sumi primum (alioquin infinitum non esset infinitum) causam vllam esse non posse, si in causis processus infinitus in sursum supponatur. At vero neque in inferam partem oppositam abiri posse in infinitum,ostendendum est: supposito quòd sit status, atque principium in parte superiori: idque potissimum perpendendum est in genere causæ materialis; vbi generationis processus videtur esse infinitus; cum qua etiam efficiens causa concurrens ad generationem comprehenditur. Etenim duobus modis fieri dicitur aliquid ex hoc (omittatur modus ille, in quo ordinis vicissitudo reciproca continetur,& non propria generatio, veluti quòd post isthmicos, ludi sequātur olimpici,& post hos isthmici) aut vt fit vir ex puero mutationem subeunte; aut sicut ex aqua fit aer. Ac primo quidem modo, dicimus virum ex pùero fieri; sicuti id quod factum est, ex eo quod fiebat; aut sicuti ex eo quod perficiebatur, id quod perfectum est: siquidem puer iam existens puer,ad virilitatem ducebatur

[illegible] generatio est semper inter esse, & non esse, quatenus est quodãmodo generatio, [illegible] tu est, quod fit: ita id quod fit, inter id quod est, & non est, mediũ [illegible] discit, fit sciens, ita quid[illegible] vt ex discente fieri dicatur sciens. Alio vero [illegible] alio hoc ĩ corrupto, ipsa nempe aqua. Vnde inter hos duos generatio-[illegible] primo non cadit reciprocatio; non enim fit ex viro puer: & id quidẽ, [illegible] quod fit: nempe non fit vir ex generatione, tanquam ab exordio; sed [illegible] post puerum iam factum & existentem, sequitur, & fit vir: quemad-[illegible] quoniam post diluculum fit non autẽ ex die fit diluculum. In alio [illegible] mutua intercedit in ijs quæ fiunt reciprocatio; vt modo ex aere fiat [illegible] generationis modo impossibile est, vt sit processus infi-[illegible] media, sicut expositum est, quod vir, qui fit ex puero, habet me-[illegible] fiebat, ex puero scilicet iam transeunte ad virilitatem, in qua con-[illegible] humanam naturam: & vbi medium est, ibi quoque vt adsit fi-[illegible] non esset medium, si ad finem habendum non limitaretur. In alio [illegible] sicuti expositum est mutua reciprocatio in eo quod fit, & in eo ex quo [illegible] eandem speciem: dum si factus est aer ex aqua, rursus ex aere redit aqua, facta [illegible] progressus non erit infinitus, sed status aderit: sufficit enim adhoc vt aer sit, & [illegible] ex aqua [illegible] & ex aere fit aqua; vt corruptio vnius vicissim sit alterius generatio. Si-[illegible] mutua [illegible] reciprocatione generandorum, statuendum est, impossibile esse [illegible] subiectum, primaque materia (quæ ex communi hominum sententia supponitur perpe-[illegible] quis forte potuisset suspicari ex eo quod dictum est, generationem fieri [illegible] mutua corruptione. Hoc autem esse impossibile ex re ipsa facile patet: siquidem quod [illegible] perpetuum, cum autem generatio in superiora versus non sit infinita, vt [illegible] est per ea quæ deducta sunt antea: hinc sequitur vt sit deueniendum ad vnum primum, quod quidem non erit perpetuum, si ex ipso primo atque per se corrupto fiat aliquid; at hoc impos-[illegible], idcirco supponendum est, dari primum principium materiale, quod manet perpetuum, vt ip-[illegible] non corrumpatur; licet alia, quæ posteriora sunt, inuicem generentur, & corrumpantur. Am-[illegible] speculantes hoc idem in genere causæ finalis, ostendendum est neque in hac causa pro-cessum esse infinitum [illegible] hunc in modum facile conuincitur. Siquidem ipsum cuius causa, fi-nem importat: finis autem non est alterius, sed cæteræ res sunt illius causa: aut igitur erit iste finis, & hoc extremum, aut non erit: & si erit, non igitur infinitum, quum extremum, & infinitum inuicem [illegible]. Si autem non erit eiusmodi extremum, neque erit id cuius gratia, & ipsa causa finalis: [illegible] existente, [illegible] in vniuerso boni natura. & id quidem latet eos, qui infinitionem indu-[illegible] boni naturam non adesse, minime est admittendum: sic enim tolleretur ab hominibus [illegible]; siquidem nemo quidpiam agere aggrederetur, si supponeret ad finem se non peruentu-[illegible] non ha[illegible], nequaquam mens versaretur: cum qui præditus est men-[illegible] gratia; quod [illegible] denotat extremum, cum finis sit extremum. Similiter [illegible] ipsum quod quid erat esse, redigere in aliam definitionem ser-[illegible] contingeret, si definitioni rei aliam superaddere velimus definitionem, [illegible] vt oporteret facere, si in hoc quoque genere causæ esset processus [illegible] definitionem in sermone copiosiori, & redundatiori ita [illegible] definitionem hominis, quod sit animal rationale, adderetur definitio quo-[illegible] sentiens, & ita ad alia sequentia progrediendo. Atqui il-[illegible] quod quid erat esse rei, aut habetur per primam definitionem, aut non ha-[illegible] non est eius propria. Quare, si concedatur dari rerum de-[illegible] in prima: aut dicendum quod non habeatur definitio. Ad hæc, qui [illegible] tollunt ipsum scire per demonstrationem, quod est cognoscere cau-[illegible]: siquidem non est habere huiusmodi scientiam, prius quàm ad indiuidua [illegible] propositiones: vnde, si ponantur principia infinita, & cau-[illegible] has percurrere, & consequenter ad immediata indiuidua peruenire. Quin [illegible] cognoscere auferetur: quod absurdum etiam ad principia per-[illegible] cognoscuntur, sed non [illegible] per demonstrationem. Nam quomodo huiusmodi infinita [illegible] ratio in ijs infinitis causis actu suppositis, qualis est in linea; [illegible] non habet statum, sed semper licet vlterius progredi in eius diuisio-[illegible] intelligere non contingit ei, qui non consistat circa diuisionem, vt actu sumat li-[illegible] vnde non numerabit sectiones, qui infinitum percurrit, cum infinitum numero com-prehendi non possit. Quin & materiam necesse est intelligere non aliter, nisi quatenus est in ipso [illegible] est, dum mouetur. sed & ipsi infinito nullum est esse, quando per ipsum esse res [illegible], quod non cadit in infinito, vt limitetur: alioquin si limitetur, non erit infinitum: [illegible], erit non infinitum: quod est dicere, quod non erit infinitum. Quod igitur in nullo genere causarum contingat processus infinitus, neque sursum, neque deorsum procedendo, ex adductis debet esse manifestum. Verum & idem etiam asserendum de speciebus ipsis causarum,

quòd non sit harum secundum multitudinem aggregatio in infinitum : alioquin sequeretur, quòd non haberetur rerum cognitio, quod patet : siquidem scire tunc opinamur, cum causas cognoscimus : cognosci autem quæ sint per appositionem infinita, non possunt tempore finito, quo omnis nostra cognitio limitatur : igitur species causarum non erunt infinitæ; sed omnes sub numero quattuor determinatorum generum comprehendentur.

TEXTVS.

AT [a] vero quod est principium aliquod, neq; sunt infinitæ entium causæ, neque in rectum, neque secundum speciem, patet. Nec enim vt ex materia, hoc ex hoc potest ire in infinitum. vt carnem ex terra, terram ex aere, aerem ex igne, & hoc non stare. Nec vnde principium motus. veluti hominem quidem ab aere moueri, hunc vero a Sole, Solem autem a contentione, & huius nullum esse finem. Similiter nec cuius causa in infinitum progredi potest, vt deambulationem quidem sanitatis causa, illam vero fœlicitatis, fœlicitatem vero alterius, & ita semper aliud alterius gratia esse. Similiter autem & de ipso quid erat esse. [b] Mediorum enim, quorum extra aliquid vltimum & primum est, necesse est quod prius est, causam esse eorum, quæ post illud sunt. Si enim dicere nos oportuerit quid triū causa est, primum dicemus, non enim vltimum; nullius enim quod vltimū est, neque medium; vnius enim. nil enim differt vnum an plura sint, nec infinita, aut finita. infinitorum quidem hoc modo, & omnino infiniti omnes partes mediæ sunt similiter hucusque. Quare, si primum nihil est, omnino nulla causa est. [c] Et neque deorsum possibile est in infinitum descendere, cum id, quod sursum versus principium habet. vt ex igne quidem aquam, ex hac vero terram, & ita semper aliud quoddam genus fieri. Dupliciter enim hoc ex hoc fit, non vt hoc post hoc dicitur, vt ex Isthmijs ludis olympiaci, sed vt aut ex puero mutato vir, aut vt ex aqua aer. Verum enimuero vt ex puero quidem virum fieri dicimus, tanquam ex eo, quod fiebat, id quod factum est, aut quod perfectum est, ex eo quod perficiebatur. semper etenim est aliquid medium, vt inter esse & non esse generatio, ita quod fit inter existens & non existens. qui autem discit, fit sciens. & hoc est, quod dicitur, quòd fit ex discente sciens, vt autem tanquam ex aere aqua, corrupto altero. Quare illa quidem non reflectuntur mutuo, nec fit puer ex viro; [d] non enim fit ex generatione quod fit, sed post generationem est. sic enim dies ex diluculo, quoniam post hoc est. qnare nec dilnculum ex die. cætera vero reflectuntur. Vtroque tamen modo impossibile est in infinitum progredi. Illorum enim cum media sint, necesse est finem esse. hæc autem inuicem reflectuntur. alterius enim corruptio alterius generatio est. [e] Simul autem impossibile est primum corrumpi, cum sempiternum sit. cum enim generatio non sit infinita sursum versus, necesse est non esse sempiternum illud, quo primo corrupto quicquam factum est. [f] Item ipsum cuius causa finis. tale autem est, quod non est alterius gratia, sed eius causa cætera. Quare, si tale erit vltimum, non erit infinitum. quòd si nihil tale, non erit ipsum cuius causa. Sed qui faciunt infinitum, latet eos, quòd boni naturam auferunt. at nullus inciperet agere quicquam, si non esset peruenturns ad finem. Nec esset intellectus in huiusmodi, alicuius enim causa agit, quicunque intellectum habet. hoc namque terminus est, finis vero ipse terminus. At vero nec ipsum quid erat esse reduci ad aliam definitionem ratione abundantem contingit. Semper etenim prior magis est, posterior vero non est. cuius autem primnm non est, nec quod sequitur est. [g] Item ipsum scire perimunt, qui ita dicunt. non enim possibile est scire, antequam ad indiuidua deueniatur. Et ipsum cognoscere non est. quæ enim ita infinita sunt, quomodo intelligere contingit? Nec enim simile de linea est, quę secundum diuisiones quidem non stat: intelligere vero non potest, nisi sistat. quare non numerabit diuisiones, qui infinitam pertransit. [h] Sed etiam materiā necesse est in eo quod mouetur, intelligerere, atq; nullis est esse infinito. quòd si non, non infinitum est, infinito esse. Atqui etiam, si species causarum infinitæ multitudine essent, ne hoc modo esset ipsum cognoscere: tunc enim scire putamus, cum causas cognoscimus. infinitum vero secundum additionem non est in tempore finito pertransire.

ADNOTATIONES.

AT [a] *vero quòd est principium aliquod, neque sunt infinitæ entium causæ.* In lib. præcedenti ostensum est, dari principia & causas rerum secundum explicationem de ijs habitā in lib. de natura : idq; patefactum est ex contemplatione circa aliorum philosophorum placita; quos tamen ad exactam de causis veritatem non peruenisse pluribus instantijs, atque argumentationibus ostensum est. hoc autem loco perpenditur, & palam fit, non posse infinitionem vllo modo esse in causis; quod erat manifestandum, atque stabiliendum : alioquin via ad philosophandum intercisa esset, cum infinitorum, & ipsius infiniti cognitio haberi non possit. Fuerunt autem aliqui infinita principia constituentes; quorum opinio in lib. Analyt. est examinata atque reiecta, tanquam e quæ scientiam tolleret. In libro quoque 7. & 8. physicorum circa causam efficientem, num eti progressus infinitus, disputatum est; & in libro tertio physicorum de infinito simpliciter actum, nu detur in natura; cuius rei disputatio reassumitur etiam infra in libro 11. apud nos 13. Item in libr de cœlo, quo ad magnitudinem & mundi extensionem, de infinito disputatio quoque suscepta e nullibi tamen sicuti in hoc loco, quo ad causarum propriam contemplationem actum est de infinito

[illegible] peculiaris huic primæ & vniuersali philosophiæ competebat, ad quam pertinet [illegible] scientiam tradere; quarum (si in ipsis esset progressus ad infinitum) nulla [illegible] cognitio. idq; est illud, de quo se dubitaturum, atq; contemplaturũ circa causas [illegible] libri præcedentis, dum dixit: *nunc autem redeamus ea rursus allaturi, quæ* [illegible]. Quæstioné autem hanc dissoluit Aristoteles probans per deductionem ad [illegible] non dari progressum in infinitum in causis, neq; in superiora, neq; in inferiora, neq; secundũ [illegible] causas pertinentium: partim id considerans circa rerum generationem, de [illegible] agitur, partim circa humanas actiones, quæ absq; fine determinato nõ su[illegible] in libris de moribus: partim deniq; circa scientiã & cognitionem, quę sup[illegible]; de qua re particularis est cotẽplatio in post. Analyt. vnde hęc scientia, [illegible] omnibus præest scientijs, hanc de infinitate causarũ contempla[illegible] facultates spectantẽ absoluit. Deductio autem ad impossibile hoc loco ge[illegible] certissimo axiomati, q; non contingit idem simul esse & non [illegible], vt non sint: at non essent, si infinitus in causis [illegible] genus demonstrandi per deductio[illegible] iuxta regulas traditas in prioribus Analyt. quod quidẽ genus demõstran[illegible]. [b] *Mediorum enim, quorum extra aliquid vltimũ & primum est.* [illegible] habere demonstrationẽ penes omnia genera causarũ, q; in nullo possit [illegible] versus. At Auerroes, & D. Thomas, & Albertus Magnus, existimarũt [illegible] tantummodo pertinere ad genus causæ efficientis, vtpote ad illã causam, de [illegible], nisi hæc præsens demonstratio ad ipsam dirigatur. Verum ratiocinij [illegible] est vniuersalis, cum huic generali suppositioni innitatur; q; vbi non est ac[illegible] non est habere causam; siquidẽ posterior causa non existeret, nisi esset [illegible]. In infinito autem causarum progressu, non est accipere primam causam, cum infiniti [illegible] habeatur primum: & hę quidẽ omnes suppositiones ex se ipsis patent per simplicẽ terminorum ex[illegible]: ex quo sequitur, q; in causis sit status determinatus. Præcipue autẽ & speciatim pertinet hæc [illegible] ad causam materialem & efficientẽ, cum pro causa formali, & finali particulares quidam alij mo[illegible] adhibeantur. [c] *Et neq; deorsum.* Ostendit hoc loco Aristoteles, neq; in descensu ad inferiora esse [illegible] in causis, si datur finitus in superioribus: & censet Alexander ostensionẽ esse ge[illegible] omnes causas. Verum speciatim respicit causam materialẽ, vt patet ex cõsideratione, quæ ha[illegible] circa rerum generationẽ. sed cum in omni generatione causa efficiẽs requiratur; ideo dicere pos[illegible] etiam ad causam efficientẽ referri posse hanc præsentem ostensionem. [d] *Non enim fit ex gene[illegible].* Ad ostendendum q; non fit reciprocatio vt ex viro puer fiat, hanc affert Aristoteles ra[illegible] non fit ex generatione id quod fit, sed post generationem. Quod dictum ita explicant D. Thomas & quidam alij, q; vir non fit ex puero secundum generationẽ absolute, vt solum præcedat [illegible] præcedunt olimpicos: sed præcedit ordine naturæ & perfectionis, vt [illegible]. Alexander autẽ sic interpretatur: q; nõ fit ex puero vir tanquã ex ge[illegible] generetur, vt contingit in generatione perfecta: nã in effectione [illegible] vnde post generationem fit vir. Aut clarius ita dici potest: q; vir [illegible] incipiat iam generari; sed fit post generationẽ: quoniam [illegible] perfectio: vnde nõ potest esse reciprocatio, vt ex viro fiat puer, [illegible] perfectionem eiusdem, & non e conuerso, ex perfectione ad [illegible]. [e] *Simul autem impossibile est primum corrumpi, cum sempiternum sit.* [illegible] postquam Aristoteles ostendit in vniuersum nõ esse processum infinitum in causis, [illegible] ostensionem: sicuti hoc loco de causa materiali. Vbi Alexander circa [illegible] valde se torquet, necnon & illam patitur difficultatem, quòd non potest ostẽ[illegible] causa efficiente: sicuti astruitur manifeste de causa finali, atq; formali. [illegible] explicatio verborum esse videtur, si dicamus Aristotelem hoc lo[illegible]. Quoniam enim dixerat ex aere aquam, & ex aqua aerem per [illegible] aliquis hinc potuisset existimare, quòd omnium esset generatio, & [illegible] prima corrumperetur, quæ tamen supponitur incorruptibilis: & dari primam materiam [illegible], cum sit constitutum esse statum in progressu versus superiora: vnde, si dicatur quòd [illegible] corrupta fieret aliquid, iam non esset ipsa incorruptibilis; atque ita neque prima es[illegible] impossibile esse, vt ex ipsa materia prima per se aliquid fiat: adeo vt ipsa cor[illegible] impossibile idem simul corrumpi, & esse incorruptibile. Quidam autem dicunt ma[illegible] secundum accidens ob priuationem; & idcirco inquiunt, dictum esse ab [illegible]: *ex quo corrupto primo*, ad denotandum, quòd si materia prima corrumpatur per ac[illegible] non secundum se, & primo corrumpitur, sumendo hanc dictionem, *primo*, pro eo quod [illegible] in post. Analyt. Quam interpretationem affert quoque Alexander: vt sic ostẽ[illegible], quòd si ex prima materia per se corrupta fieret aliquid, iam ipsa prima materia non [illegible] incorruptibilis, sed neque prima. [f] *Item ipsum cuius gratia.* Speciatim hoc loco ostendi[illegible] non esse processum infinitum in genere causæ finalis. Nam si esset infinitas in ipsa causa finali,

Alexand. Auerr. D. Tho. Alber. Magn.

Alexand.

D. Tho.

Alexand.

Alexand.

Alexand.

causa ad finem pertinens non haberetur: id autem manifestissime patet ex hac aperta expositione. Nã ipsum cuius gratia, importat finem, & finis dicit extremum; vbi autem est extremum,& terminus, ibi infinitio esse non potest: quare dicere quòd sit ipsum cuius gratia,& causa finem concernens, & quod in ipsa sit processus ad infinitum,manifestam implicat contradictionem. g *Item ipsum scire perimunt, qui ita dicunt*. Hanc rationem ducentem ad impossibile, sunt qui subijciant ad probationem de genere causæ formalis. At longe præstat supponere,quòd omni generi causarum deseruiat, cum secundum omne genus causæ scientia habeatur demonstratiua; quod etiam innuit Alexander. Duo autem dicit Aristoteles tolli per infinitionem causarum; tum scientiam demonstratiuam, quæ non haberetur,nisi ad immediatas propositiones deueniatur; tum etiam simpliciter illam cognitionem, quæ sine demonstratione potest esse de principijs; quoniam neque intelligere contingit principia, nisi detur status in ijs, quæ sint intelligenda. h *Atque nulli est esse infinito*. Græce autem hæc ita se habent: καὶ ἀπείρῳ οὐδέν ἐστιν: idest, *& infinito nullum est esse:* & id quidem censemus adductum esse pro alia ratione ad probandum in vniuersali, quòd non sit ipsum infinitum; quoniam nullum esse, idest, nulla forma potest ipsi inesse: nam si inesset infinito vlla forma, iam esset limitatum a forma: & si ita se res habet,infinito esse, erit non esse infinitum; vt omnino sequatur, quòd si infinitum habet esse, sic esse eius erit,vt non sit infinitum. & hæc ratio consequenter inducta est ad ea quæ prius dixerat: quòd infinitum secundum diuisionem lineæ non accipitur in actu, sed solum in potentia; & quòd sectiones magnitudinis actu acceptæ,non comprehenduntur vt infinitæ; sed solum vt finitæ sunt: veluti & materia non comprehenditur, nisi vt est in eo quod mouetur, cum hac ratione in actu existat; & ita per formam,per quam,quatenus est actu, omnis obtinetur cognitio; vt patebit ex ijs, quæ infra habentur in libris 7.& 8. Adnotandum autem,cum hoc loco ostenderit Aristoteles, non esse infinitatem in causis procedendo ex vna in aliam,ita intellexisse, quòd non est processus infinitus pro alicuius rei constitutione, vel operatione in eodem genere causæ; & hoc est verissimum: propterea quòd non obtineretur constitutio rei,neq; operatio,neq; etiam cognitio haberetur,si infinita principia complecti oporteret. Aliud vero est,quòd,supposito mundo æterno iuxta sententiam Aristotelis,infinita singularia præcesserint; quæ tamen neq; actu existunt,neque comprehenduntur: neque dicendum,quòd pro generatione Socratis,necesse sit concurrere infinitos homines pro actuali eius constitutione:sat enim est qui illum generat Sophronicus vna cum sole,qui est causa magis superna; non autem ad generationẽ Socratis concurrit eius auus,pater patris; licet sine auo,pater eius Sophroniscus non extitisset. Adnotandum est etiam,quo ad genera causarum,quattuor tantum fuisse cõstituta: nempe materialem,efficientem,formalem,& finalem.quòd si quis addubitet, quòd detur etiam causa exemplaris, & causa instrumentalis; dicendum est, exemplarem ad formalem reduci,quatenus forma præcedens pro exemplari supponitur; instrumentalem vero,ad efficientem; cum instrumentum ad opus causæ efficientis concurrat; & eo vtitur efficiens.

Alexand.

Modum sciendi cuique scientiæ conuenientem adhibendum esse: accuratam autem mathematicorum docendi rationem non conuenire scientiæ de natura cuius cognitio confert ad primam scientiam. Cap. V.

PARAPHRASIS.

ILLVD quoq; est perpendendum, homines in quauis assequenda cognitione,auscultationes admittere, & assensum præbere secundum proprias cuiusque consuetudines. siquidem, quemadmodum ingenia assuefecimus nostra:ita quoq; censemus ad hanc normam omnia dici,& exponi debere:adeo vt quæ recedunt ab hac regula,vti non similia,quia nobis insuetata,ideo ignotiora,atq; magis aliena,atq; peregrina videntur: idq;,quoniam quod cõsuetum est,nobis quoq; notius euadit. Quantam autem vim habeat consuetudo,vel ipsæ leges facile ostendũt; in quibus & fabulosa,& puerilia quædam,quæ in ijs habentur magis valent ad inducendos animos nõnullorum, qui eiusmodi legibus sunt assueti,vt ijs potius assentiant,quàm veritati, quam illis quispiam loquatur. Hinc fit vt nonnulli,nisi more mathematicorũ,& ad normã harum disciplinarum illis exponantur quę aliquis sentiat,ea nequaquam admittant: Alij vero hoc idem agunt,nisi exẽplis omnia comprobentur: sunt & qui poetarum tantum testimonio acquiescunt, secus non item. Et quidam omnia exacte tradi amant. Alij ex aduerso,exacta, & bene distincta ac plena explicatione rerum fastidiuntur: idq; siue ex eo ꝗ ingenio illo non sunt præditi,vt consequi & complecti valeant eiuscemodi accuratam explicationem; siue ꝗ abhorreant (tanquam illiberale id existimantes) circa rerum notitiam de minutulis quibuscunque consimilem rationem instituere & obseruare, qualem in calculis habendis homines illiberales obseruant; qui rationem vsq; ad quadrantem consuescunt velle conspicere. Hinc itaq; supponendum,oportere nos prius erudiri,quomodo quęque sint acceptanda,atq; approbanda. Siquidem inconueniens est,scientiam simul quærere, & modum scientię capessendæ; cum præsertim alterutrum assequi haud sit facile. Illud vero (quòd attinet ad præsentem hanc contemplationem) statuendum est non

[illegible] sic eam docendi rationē, quam sequuntur mathematici; sed in illis dun- [illegible] materia. Ex quo fit, vt modus iste mathematicus non sit naturalis, neque in phi- [illegible] quandoquidem fortassis vniuersa natura habet materiam, a qua ab- [illegible] mathematicæ. Propterea prius considerandum est, quid sit natura: ita enim per- [illegible] versetur scientia naturalis; tum illud etiam, num vnius scientię [illegible] & principia contemplari.

T E X T V S.

[illegible] autem secundum consuetudines accidunt. quemadmodum enim [illegible] dici debere. & quæ præter hæc, non apparent similia: sed quia non [illegible] & magis peregrina. consuetum etenim notius est. Quantam vero vim [illegible] [b] leges declarant, in quibus fabulosa, ac puerilia plus possunt propter con- [illegible] Aliqui igitur, nisi mathematice loquentes non admittunt. Qui- [illegible] Quidam autem dignum ducunt, vt testis producatur aliquis Poeta. [illegible] [c] Quosdam vero tædet certitudinis, aut propterea quòd non possunt consequi, aut [illegible] habet enim certitudo tale aliquid. quare vt in contractibus, ita & in orationibus illi- [illegible] apparet. [d] Quapropter oportet peritum esse, quomodo singula admittenda sunt: quo- [illegible] scientiam, & modum scientiæ quærere. neutrum autem facile accipere est. [e] Cer- [illegible] mathematicam non oportet in cunctis quærere, sed in his, quæ non habent mate- [illegible] [f] [illegible] modus, tota enim natura forte habet materiam. [g] Quamobrem consideran- [illegible] sic enim & de quo naturalis scientia est, manifestum erit, & vtrum [illegible] & principia speculari.

ADNOTATIONES.

[A]VSCVLTATIONES [a] *autem*. Sunt qui nolunt hanc vocem, *auscultationes*, accipi hoc loco pro illo genere docendi, quo inscripti sunt libri physicorum, de physico auditu, & al[i]qui ex libris Aristotelis auscultatorij dicti sunt, ad differentiam exotericorum; idipsi opinantes, ex eo quod Aristoteles hac voce [illegible], complectatur hoc loco omnia discēdi genera, [illegible] quæ minus sunt accurata: cuiusmodi est ratio discendi per exempla, & testimonio poe[tarum]. Verum ij non animaduertunt, varia hoc loco induci ab Aristotele genera discendi, quibus ho[illegible] ad hunc nimirum scopum, vt hinc inferat, non in omnibus eodem modo [illegible] esse approbationes: vt patet de eo, quod induxit de acriuologia mathematica, quæ in om[nibus non] est expetenda; atque ideo, si scientiæ sint capessendæ, eas recta ratione absolui debere [illegible] scientiæ præscriptam, & accommodatam; & non ad libi[illegible] sed suæ consuetudini indulgens, non recto itinere [illegible] Aristoteles, non simul esse quærendam scientiam, & modū [illegible] quęq; sciendi instructos nos esse debere: qui quidem modus [illegible] demonstratiuæ, quæ habetur in lib. Analyt. descripta. Idcirco nil [illegible] hoc loco hanc dictionem, *auscultationes*, accipere in proprio significatu; nempe pro doctrinis [illegible] secundum exactum modum sciendi singulis rebus accōmodatum; ad differentiam exo[tericorum] [illegible] docendi, ad facilitatē, & captum vulgi accommodatorū. [b] *Leges* [illegible] leges intelligo, quæ in quaq; ciuitate pro status regimine cōstituuntur; aut illas de qui[bus] [illegible] poetæ, [illegible] græce appellantur: tum sect. 19. probl. quæst. 28. vbi suppo[illegible] cantilenas, in quibus veluti per traditionem multa continebantur, ne obli[illegible] & in ijs esse [illegible] nonnulla fabulosa & puerilia: vt puta (vt aduertit hoc loco Alexan- Alexand. [der] [illegible] terrigeni, ex terra nati; alij ex sparsis dentibus procreati; ac proinde [illegible] & aliæ huiusmodi ineptiæ: quibus tamen nonnulli, quoniam in ijs [illegible] deo addicti erant, vt ijs ipsis magis fidem adhiberent, quàm veritati a [illegible] [c] *Quosdam vero tædet certitudinis*. Duplicem affert Aristote[les] [illegible] nonnulli exactam & accuratam docendi rationem. Altera est, quo[illegible] doctrinam complecti & consequi mente non valeant. Altera, quoniam illiberale [illegible] accuratam de rebus perquirere rationem, vt omnia percurrantur, prout etiam illibera[le] [illegible] in calculis habendis, omnia minutula inspicere velle vsque ad quadrantem. Q[uod] [illegible] attinet ad primam causam, Aristoteles videtur insinuare ex hominibus illos, qui rerum [illegible] primoribus (vt aiunt) labris attingere contenti sunt, neque omnia exacte scire stu[illegible] id abhorrent. quippe quia difficile est eorum ingenijs, exactiores ratiocinationes [illegible] omnium suppositionum perueniendo. Vnde in libro primo Reth. vbi agitur de [illegible] auditorum, quibuscum rem suam habet orator, animaduertitur, cum huiusmodi hominum genere rem agendam cum ratiocinijs simplicioribus, quæ constant exemplo & enthimematibus, quoniam hi ad multa intendere cogitationem non sint idonei, neque longius ratiocinari

queant; veluti si fuerint rationes confectæ ex pluribus simul conflatis syllogismis seu prosyllogismis. Aut etiam id illis contingit, quoniam omnia theoremata sub aliqua scientia & facultate comprehensa nequeunt simul complecti, vnde simpliciorem quandam tantum notitiam attingere solent. Quòd vero attinet ad aliam causam, ob quam ait Aristoteles, nonnullos ab exacto sciendi genere abstinere, aduertendum hoc loco vsurpatam ab ipso fuisse hanc dictionem μικρολογίαν; cui respondet hæc alia, ἀκριβολογία, qua vsus est quoque in lib.4.Eth. in tractatu de magnificentia; vtraque enim vox idem significat. Ibi siquidem per hanc vocem ἀκριβολογία: explicatum est vitium oppositum magnificentiæ, pertinens ad angustum & illiberalem animum; quo laborant illi, qui, dum nimis exactam expensarum rationem exquirunt, & omnia minutatim inspicere volunt, in eam incidunt deformitatem, vt nō magnifica, non ampla, sed angusta & plebeia construant opera, longe sese facientes a recta ratione virtutis magnificentiæ. Hoc autem loco vtitur hac voce, μικρολογία, qua significatur accuratissima circa quæq; minutula diligentia: quod idem est, ac si dicatur, vti exacta consideratione, vt nihil intactum omittatur. Quemadmodum igitur illiberale censetur, si huiusmodi diligentia adhibeatur circa expēsas, ita quoq; a simili, illiberale nonnulli esse censent, vt quæq; persequi in scientijs, & in illis singula quæq; cognoscere, atque perquirere quis velit. Quod Aristoteles attigisse videtur in lib. postremo polit. seu in quinto libro, iuxta seriem circa eos libros a nobis constitutam: dum agens de liberorum ciuium adolescentium educatione, animaduertit ita eos in disciplinis erudiri debere, vt mediocri studio eas degustent, superficietenus certas quasdam facultates dignas homine liberali, quas ibi commemorat (vt puta geometriam, gymnasticam, musicam, & picturam) attingentes ornamenti causa; & vt est satis ad vsum, & commodum ciuium ingenuorum, qui reipub. gubernaculo sint præfigendi. Vnde præsens hęc animaduersio de exacta, aut non exacta scientia, non respicit diuersas scientias; quarum vna, quia sit superior, aut ex minoribus constet, propterea exactior sit dicenda, quàm alia, quæ constet ex pluribus; vel vt inferior, alteri sit supposita: sicuti de hoc discrimine scientiarū agit Aristoteles in lib. 1. post. Anal. cap. 23. sed ad varias hominum consuetudines dirigitur; quorum aliqui summa diligentia & studio in aliqua scientia propriam nauant operā, vt in ea maximos faciant progressus, eamq; exactissime consequantur: nonnulli vero alij eandem scientiam superficietenus, & primoribus tantummodo labris degustare sunt contenti; ab accurata autem eiusdē cognitione sunt alieni: vt contingit ijs, qui in logica facultate propositionum ordinem, ac formam contexendi syllogismos summatim, & per capita percipere student: ab vniuersa vero, & distincta ratiocinādi ratione abstinent, ab ipsaq; præsertim scientiæ demōstratiuæ methodo; de qua, in Analyt. accuratissima doctrina tractat Aristoteles. Vnde forte suborta est distinctio illa sermonum tum exotericorum (quorū meminit Aristoteles in lib. de moribus, & de repub. & in lib. quoq; 13. huius philosophiæ apud nos 11. cap. 1. vbi opinionem perpendit Platonis circa ideas) quibus homines, abhorrentes exactum sciendi genus, delectentur, quoniam sint faciles, & superficietenus rem exponentes: tum acreomaticorum, idest, sermonum exactiori studio traditorum: quibus attēti sunt, qui acriuologiam scientiarum persequuntur: vbi definitiones, & demonstrationes exactissimis calculis pertractantur, & absoluuntur. [d] *Quapropter peritum esse.* Affert hoc documentum, oportere nos erudiri, quomodo singula quęq; acceptanda, atque approbanda sint, prius quàm ad scientias capessendas nos conuertamus. Nam (vt idem dicit in lib. 1. Eth. cap. 3.) ita inconueniens, & absonum est expectare a geometra probationem rethoricam circa res geometricas; sicuti etiam absonum est, exigere ab oratore demonstrationes geometricas: Quo in loco asserit quoq; Aristoteles, ipsum acriues, & exactum non æque efflagitandum in omnibus facultatibus; prout neque in ipsis operibus artium. Nam figulo quidem sat erit, si vas conficiat, quod sit aptum ad domesticum vsum; non autem a figulo expectandum, vt in vase construendo eam adhibeat diligentiam, qua sculptor illud ipsum conficeret. Quin & ipse sculptor, si formulam & exemplar alicuius construendæ statuæ cōstituere velit; illud crassa quadam minerua componet, & non ea exacta arte, quam adhibebit in ipsamet statua conficienda. Vnde & Aristoteles sæpenumero rerum tractationes, typo a se explicatas dicit: quas deinde accuratius sit perscrutaturus. Igitur singulæ quæque scientiæ, & facultates omnes suum certum, singulisque ipsis accommodatum studium postulant, atq; rationem exquirunt tractandi, quę sub ditione sua continentur: adeo vt si vna alteri conferatur, in vna remissior tractatio sit exigenda, in alia autē exactior modus speculādi desideretur; Quod etiam Aristoteles insinuauit infra in initio lib. 6. dum dixit: quòd omnis scientia, quę particeps sit discursus, versatur circa causas, & principia, quæ afferuntur iuxta cuiusq; facultatis conditionem, vel exactiora, vel simpliciora: sicut etiam inter ipsas sunt nonnullæ, quæ magis necessarias afferūt demonstrationes, aliæ vero mollius demonstrant. Hinc igitur apparet, opus esse vt prius instruamur, quomodo quęq; facultas sit pertractanda. Nam (vt dicitur loco ante citato lib. 1. Eth.) ad eruditum pertinet eatenus perquirere, & persequi ipsam exactam tractandi rationem in quoq; genere, quatenus cuiusq; rei natura patitur. Ac duplex quidem supponitur eruditionis genus, quod callere debet artifex in quaq; arte peritus, ad hoc, vt eam cōuenienter explicet. Aterum, quod respicit particularē circa quodq; genus cognitionē, & appellatur pedia, idest eruditio, seu logica particularis, qua cognoscitur quomodo hæc, vel illa facultas apte secundū eius propriā naturam sit tradenda. Alterum vero respicit vniuersam methodū sciendi, de qua in lib. Analyt. agitur, & ad pediam, seu logicā vniuersalē attinet. De quo duplici genere pędiæ, seu eruditionis, meminit Aristoteles in 1. lib. de partib. animaliū. cap. 1. & nos in nostris lucubrationibus Italico sermone confectis in lib. de repub. accurate multa circa huiusmodi pediā perscrutati

[illegible] Cum autem Aristoteles eruditionẽ hanc, nuncupet modum sciendi, tanquam diuersum [illegible] insinuauit. q; & si consideratio huiusmodi de modo, seu methodo sciendi, [illegible] contemplatiua, tanquam illa, quæ versetur circa eam partem entis, [illegible] verum, & falsum, & logica appellatur; attamen, quoniã ad scientias capessen- [illegible] seu instrumentum scientiarum, non autem proprie scientia nun- [illegible] quæ scientiæ demonstratiuæ constituendæ ordinem atq; rationem do- [illegible] e. Illa vero pars, quæ proprio nomine dialectica nuncupatur, [illegible] inuentio ipsa locorum probabiliũ, & vsus eorum attendatur; [illegible] in initio 8. lib. Top. c. 1. cui inuentioni locorum dialecticus quoq; [illegible] ad disputandum in vtramq; partem de omnibus iuxta [illegible] ad principia scientiarum stabilienda. Cum autem dictum sit, non [illegible] modum sciendi; hinc quæreret aliquis, vnde nam pedia, seu erudi- [illegible] a scientiis obtineatur? Ad hoc di- [illegible] ex loco ante citato primi libri Eth.) qui facultatem & scien- [illegible] cognoscet, atque erud.tus erit, quo ordine, qua ve ratione prosequi [illegible] edocebit antequàm propositę facultatis propriũ [illegible] rationem in primis Aristoteles obseruauit: quemadmodum in [illegible] qui a vsurus erat in explicandis principijs rerum naturalium, [illegible] cognitione: ac postea ad distinctam eorumdem tracta [illegible] lib. phys. multa ad eruditionem hanc partialem scientiæ natura- [illegible] in 1. lib. de anima; in libris de historia; in illis de partibus [illegible] Aristoteles, quæ pro apta quaq; tractatione rerum obseruanda, & [illegible] Quod etiam præstitit in ijs libris, cum in lib. superiori procemium illud [illegible] detegendam confecit, notas sapientiæ explicauit: genera cau- [illegible] opinionum aliorum philosophorum certa illa esse constituit, quæ in libr. de na- tura [illegible] præsens hic lib. minor Alpha a græcis nuncupatus, varijs est con- textus [illegible], & eruditionibus, quę præmittendæ erant ante propriam huius philosophiæ tra- ctationem [illegible] & plurima alia in sequentibus libris afferuntur ad propriam huius supremæ scientiæ [illegible] quemadmodum in vniuersali nostra horum librorum præfatione cumulatius ex- [illegible] *Certitudinem vero, mathematicam*. De scientijs quomodo vna sit exactior quàm alia, [illegible] Aristoteles lib. 1. post. Analyt. cap. 23. inquit in primis, illam exactiorem esse scien- [illegible] eadem est demonstratrix, tum ipsius quia, tum ipsius propter quid, vt non seorsum osten- [illegible] propter quid habeatur: quod videtur intelligendum de illis scientijs, qualis est [illegible] & ipsum quia, & ipsum propter quid affert rerum earum, quas docet: quod non contin- [illegible] quarum inferior (veluti perspectiua) affert probationem ipsius quia rerum [illegible] geometria, demonstrat propter quid ita se habeant. Ad hęc di- [illegible] quoq, esse illam, quæ non est de subiecto, quæ scilicet mate- [illegible] præstat illi scientiæ, quæ est de subiecto: quemadmodum [illegible] quàm perspectiua, cum geometria subiectum sensibile non [illegible] habeant res in materia sensibili: perspectiua vero subiecto sen- [illegible] non autem causam contemplatur: vnde hęc comparatio cadit inter [illegible] Denique in eodem loco dicitur, scientiam illam esse exactiorem, quæ sit de mino- [illegible] quæ sit ex appositione; & hac ratione arithmetica constituitur exactior scientia, quàm [illegible] arithmetica tractat de numeris, qui nihil ponunt extra intellectum; geo- [illegible] differt, & de punctis, quę in aliquo loco posita supponuntur. Cur [illegible] quæ est de minoribus, quàm illa, quę est ex appositione; explica- [illegible] Aristoteles non in post. Analyt. sed in libro huic præcedenti cap. 2. dum dixit: exactissimas esse il- [illegible] maxime prima: ex quo dicto inferri potest, ideo exactiorem esse scien- [illegible] illam, quæ est ex appositione; quoniam illa, quæ est de minoribus, [illegible] & vt prima sunt, idonea quoque sunt, & apta ad alia demonstranda; quę [illegible] supponenda sunt: Vnde multa problemata geometrica, ex [illegible] Et circo prima philosophia, quoniam maxime prima entia speculatur, om- [illegible] est exactissima: in hac enim ad eam vltimam causarum cognitionem peruenitur, in [illegible] conquiescunt. Et ideo etiam geometria est exactior scientia quàm perspecti- [illegible] effectuũ, quas non cognoscit perspectiua: & similiter arithmetica exa- [illegible] geometria; quoniã prima ijs meditatur, quę cadunt sub geometria, cuius problemata con [illegible] demonstrari. Quòd autẽ attinet ad acriuologiam mathematicã, quam hic dicit Ari [illegible] non esse expetendam, nisi in ijs rebus, quæ non habent materiã, quam hic dicit Ari [illegible] etiam hoc loco accipi, quæ sit sensibilis, prout est naturalis: nam & quandam ines- [illegible] mathematicis, Aristoteles aperte significauit ijs in libris; ac præsertim lib. 7. cap. 11. dũ [illegible] non quatenus est æneus, quoniam hæc est sensibilis materia: sed qua- tenus [illegible] in ipso sectiones, ex quibus, tanquam ex materia (licet non sensibili) constituitur. ex hoc

igitur,

igitur, quòd in mathematicis scientijs (non illis subalternis, quæ etiam circa materiam sensibilem ver-
santur, sicuti perspectiua circa lineas visuales) sed in superioribus res seiunctæ a materia sensibili con
siderantur; prouenit vt exacta in ipsis, & absoluta cognitio habeatur eorum, quæ ipsis subijciuntur:
quod prȩsertim apparet in arithmetica; in qua nihil nō tractatum de numeris omittitur. Et quum en-
tia mathematica a motus varietate separentur, & ab ambiguitate illa, quæ est in rebus naturalibus,
facile omnia conspicua euadunt in illis scientijs; & certæ, & valde explicatæ demonstrationes in
ipsis, tanquam circa entia inuariabilia existentes, afferuntur, quæ a iudicio sensus non dependent, neq;
diffusa oratione, sed breuissima, terminis quibusdam definitis, omnia explicantur: neq; probabiles
argumentationes admittuntur: suppositiones autem absq; vlla disputatione susceptæ, simplicissimis
terminis proponuntur, & admittuntur. Scientia autem naturalis, cum versetur circa res motui atque
varietati subiectas, easq; vt se habent in hac sensibili natura speculetur, non facile id assequitur, vt om-
nia accidentia, quæ sunt in natura, possit suam sub scientiam complecti: sed multa ipsam effugiunt,
quæ prætermittit ob eam varietatem & admistionem, quȩ in rebus ipsis sensibilibus inexistit: neque
omnia certissimis & absolutis ratiocinijs in hac scientia demonstrantur, vti neq; compendiosa oratio-
ne explicari queunt; sed pluribus oportet sępe sermonibus res aperire, testimonioq; sensuum eas com-
probare, ac multis in oppositum occurentibus difficultatibus satisfacere; & aliorum sententias perpen-
dere: & plurima ex locis quoq; probabilibus in adiumentum huius doctrinę coaceruare; vt omnino
acriuologia mathematica, pressa scilicet atque perstricta docendi atq; demonstrandi ratio, qua vtun-
tur mathematici, dum minutatim omnia discutiunt, neq; ad disputationes se se conuertunt, vt solet
philosophus naturalis, in naturali nō cadat philosophia. Verumtamen, quod asseruerunt nōnulli (inter
Auerr. quos Auerroes, ꝙ scientię mathematicę sint in primo gradu certitudinis, propterea ꝙ harum demon-
strationes sint demonstrationes simpliciter, vt quȩ cōstent ex notis tum nobis per sensum, tum naturæ
cum sint causæ: naturales autem non ita procedunt, sed oportet vt primo via sensus habeatur demon-
stratio largiens ipsum quia, ac deinde demonstratio dicens propter quid afferatur; hanc patitur obie-
ctionem, quòd immo scientia naturalis exactior, quàm mathematicæ, ex hoc capite videtur esse cen-
senda, quòd in eadem scientia naturali, tum ipsum quia, tum ipsum propter quid demonstratur: quod
iuxta regulam adductam antea ex Analyt. reddit vnam scientiam exactiorem altera, in qua aut quia
seorsum ab ipso propter quid, aut propter quid seorsum ab ipso quia demonstretur, pro vt contingit in
scientijs mathematicis: sicuti in harmonica effectus sonorum demonstrantur: in ipsa autem arithme-
tica, quȩ est superior harmonica, propter quid hȩc, vel illa eueniant, fit demonstratio. Sed etsi recte per-
pendantur demonstrationes mathematicȩ ipsum propter quid largientes, apparebit, ex illis ostendi
causam, quare ita se res habeat si adsit: non autem probari quòd sit illud, circa quod causa demonstre-
tur: nam effectum esse oportet a nobis prȩsupponi, cuius deinde causa per demonstrationem assigne-
tur, vt latius explicandum erit infra lib. 7. cap. 17. Quidam ad dictum Auerrois respondent, quòd
per accidens contingit, vt idem sit nobis notius & naturæ. Neque vero refert, quòd in disciplinis ma-
thematicis facilius percipiantur, quæ in ipsis abstracta a sensibilibus proponūtur, & supponuntur, quàm
ea, quȩ in scientia naturali pertractantur: vbi vti se habent res in propria natura, atque motu constitu-
tæ, sunt percipiendæ; in quo cadit obscuritas, & difficultas non mediocris; quod quidem minime
est inficiandum: Quod etiam dicimus euenire illis scientijs mathematicis, quæ vt inferiores, alijs
sunt supposiţę; & versantur circa sensibilia; cuiusmodi est harmouica, perspectiua, & streometria, in
quibus multa etiam obscura, & difficultatibus refecta continentur: propterea quòd horum theore-
mara in materia sensibili inuoluuntur, dum effectuum sensibilium habetur in ipsis speculatio. Sed &
illud supremis mathematicis scientijs vitio datur ab Aristotele in lib. 2. post Analyt. cap. 7. quòd in
ipsis definitiones non assignentur, quæ certæ, & manifestȩ (vt conuenit) reddantur: sed in hoc mune-
re valde deficiunt ipsarum auctores. At circa res naturales, Aristoteles iuxta certam definiendi metho-
dum, exactissimas tradidit definitiones, ex quibus demonstrationes quoque exactissimȩ consequun-
tur; cum definitiones (vt dicitur in lib. Analyt.) sint principia immediata demonstrationum. Quòd
autem difficilius veritas enucleetur circa res naturales, quàm circa mathemtticas, id quidem conce-
dendum est: simul & illud, quòd non eo compendio & breuitate res naturales explicentur, atque tra-
ctentur, quo res mathematicȩ expediuntur; vt quæ a motu, & a materia sensibili sint seiunctȩ. [f] *Qua-*
Alexand. *re non est naturalis*. Alexander animaduertit, loco huius dictionis, *modus*, legi in aliquibus codicibus
ratio. quam lectionem ipse sequens, hanc subinfert interpretationem, quòd rationes mathematicȩ
non sunt naturales, cum versentur circa immaterialia; & id, quoniam vniuersa natura materiam habet.
Deinde ait, forte hoc dirigi ad rationes rerum propositarum; quȩ cum non sint materiales, exactiores
Philop. rationes quàm naturales desiderant. quam interpretationem insinuant quoque scholia Philoponi in
quibus habentur hæc verba: quòd *quatenus physica sunt materialia, & in motu, in hoc differunt phy-
sica a præsentibus*: & secundum hanc interpretationem oportet dicere, quòd modus præsentis scien-
tiæ non esset naturalis, cum natura vniuersa materiam habeat; hæc autem scientia circa immaterialia
versatur: vnde in ipsa, expetenda esset acriuologia mathematica, quæ conuenit non habentibus mate-
riam. Verum præstat potius intelligere, dictum esse non expetendam acriuologiam mathematicam in
omnibus, sed in non habentibus materiam: & quòd postea inferatur, quòd modus iste mathemati-
cus, in quo paucis verbis termini supponuntur, & demonstrationes strictim habentur absque vlla di-
sputatione,

[illegible]e, [illegible] probatione suppositionum propositarum, non conuenit in naturalibus; vbi oportet [illegible] respicere, & omnia patefacere, quæ videntur parere difficultatem iuxta apparentia: [illegible] ationes promouendę, & hæ plurima animaduersione sunt sedandæ; adeo quòd non con[illegible] illam viam docendi, quam mathematici sequuntur. Illud vero, quòd *na-* [illegible] *habet* [illegible], vel [illegible] moderationem orationis ita dictum est, quod sępe Aristoteles con[illegible] propriè non habet materiam, saltem eam, qua prædita sunt generabilia; a [illegible] id referendum, quæ organo corporeo non est addicta: Aut ita dictum; [illegible], quæ est penitus immaterialis, habet materiam, non cui inexistat, sed e[illegible], circa quam operetur, cum ab ipsa pendeat cœlum, & vniuersa natura. ᵹ *Quamobrem conside-* [illegible] *quid natu*[illegible] *sit*, &c. tria hic proponuntur; vt primo consideretur quid sit natura, [illegible] alterum est, vt hinc accipiatur, de quo nam tractet philosophia na[illegible] est, vt hinc etiam prospiciatur, num vnius scientiæ, an plurium munus sit principia, & [illegible] Vbi notandum est, ex primo dicto dici a nonnullis, quòd liber iste, Alpha minor [illegible] pertineat ad philosophiam naturalem, vt medius cadat inter primum librum phy[illegible] & [illegible]; in quo, quid sit natura explicatur. Verum circa hoc, nempe quo ad ordinem, in [illegible] ens collocandus liber, erit postea nostra contemplatio. Interim dicimus in hoc li[illegible], seu eruditionem quandam tradi vniuersalem pro rite scientijs tractandis. In qua etiam [illegible], non esse expetendam acriuologiam mathematicam in omnibus: sed in ijs, quæ non habent materiam, [illegible] non habent mathematica, saltem sensibilem: vnde modus is conueniens mathe[illegible] non est naturalis: idest non accommodatur scientiæ naturali, quum vniuersa na[illegible] habe[illegible] (vt dicitur infra lib. 6. & 11. apud nos 13.) nisi esset aliqua sub[illegible], natura esset prima philosophia; & a rebus, quę natura constant, oportet accedere ad [illegible] separatam; ideo conuenienter dictum est, oportere primo considerare quid sit natura, [illegible], prius in philosophia naturali nobis versandum esse: ac deinde ac[illegible] ad contemplationem rerum a materia separatarum. Aut etiam ita dictum est: quoniam Aristoteles hoc idem pr[illegible] in libris modo citatis; dum aperit, qualis sit modus naturalis considerandi res sibi subiectas; & inde colligit discrimen inter scientiam naturalem, & theologiam: quę quidem propriam habet considerationem circa substantiam immaterialem & immobilem, cum tamen & ei[illegible] munus (eo quod prima est philosophia) vt disserat de omnibus rebus, quatenus sunt e[illegible], & ita circa naturalia quoque versatur, quæ habent materiam; quorum tamen habet conside[illegible], quatenus entis referunt naturam. Vnde etiam in huius primæ philosophiæ contemplationibus non [illegible] modus ille docendi exactus mathematicorum, qui breui atque perstricto sermone [illegible] theoremata, seorsum ab omni vel diuersarum opinionum, siue difficultatum contingentiũ [illegible] etiam circa substantias naturales (licet considerentur vt sunt entia) opus sit eas [illegible] iuxtæ materię coniunctionem. Ad hæc autem, cum no[illegible] consideret naturalis philosophia, consequenter apparebit, *num vnius* [illegible] *principia & causas contemplari*: quæ verba varias recipere posse viden[illegible] in vna scientia aliquod genus causæ consideretur, in alia aliud: [illegible] principia & causæ, non coniunctim in vna scientia consideren[illegible], & dubitatur in lib. sequenti. Aut ita, quod non vna sola scien[illegible] plures scientiæ causas & principia contemplantur, vt habetur [illegible] hunc in modum, quod sit munus vnius scientię, & non plurium contemplari prima principia, & primas causas vniuersi; adeo quòd non in vna scientia vnum genus [illegible] omnia prima genera causarum in vna scientia considerentur, quod fiet in hac [illegible] postremo, vbi primæ causæ & principia vniuersi explicabun[illegible] quod nulla causa omittatur, quæ in alia scientia, & non in hac suprema tractetur; quam[illegible] in alijs [illegible] in mathematicis & in philosodhia naturali, principia & causæ pri[illegible], quæ sunt in ea scientia [illegible] nentur, & in omni alia facultate, quæ discursione mentis vtatur.

Librum, minorem Alpha [illegible] *a Græcis, recta ratione consequi ad primum, seu ad maiorem Alpha, vt secundum* [illegible] *teneat iuxta partitionem Latinorum.* Cap. VI.

Circa autem librum hunc, quem iam explicauimus, apud Latinos secundum, a Græcis autem mi[illegible] Alpha nuncupatum, maxima contingit ambiguitas. Nam primo quidem num fuerit ab Aristotele conscriptus, in dubio reuocare videntur scholia sub nomine Ioannis Philoponi edita, quæ [illegible] habent. *Hunc librum aiunt quidam esse Pasicratis filii Bonei Rhodij, qui erat pater Eu-* *dem*[illegible] *vero Aristotelis*; De hac autem voce, seu fama, nihil decernit ipse Philoponus. At Alexander [illegible] esse Aristotelis, ex dicendi charactere censet, & ex disputandi ratione in ipso suscepta de principijs, de quibus actum est in lib. 1. librum autem non solidum, sed mutilatum videri, & partem libri esse, si eius [illegible] & exiguitas spectetur, inquit Alexander. Cur autem suspicandum sit ex eius initio, quòd libri pars sit, & non integer liber, aperte ipse non explicat in primo suo commentario, licet hæc afferat verba: *ne ea quidem cuncta a proposita doctrina videntur abhorrere; sed sunt velut præ-* Philop. Alexand.

fatio

fatio quædam, quę communiter omni contemplatrici philosophiæ pręferri potest: cui autem philoso-
phiæ sit præponenda tanquam initium libri, inquit Alexander: *videri quòd sit pręfatio quędam disci-*
plinę naturalis: quam quidem, iuxta hanc sententiam, dicere possemus conuenire lib. 2. de physico
auditu, in quo agitur de natura, de qua quid nam sit in calce huius libelli Aristoteles proponit debe-
re considerari. Quem locum perpendens idem Alexander comment. 21. huius libri. inquit: *hinc ap-*
parere quòd liber iste non pertineat ad metaphysicam, sed videri esse quandam præfationem omnis philo-
sophię contemplatricis, cuius prima pars, quo ad nos, est physica. seu naturalis. sed & in 1. commen-
tario arguit librum hunc videri coniungendum cum libro superiori, quem primum maiorem nun-
cupat: Nam si respiciantur, inquit, quæ habentur in calce primi libri, dum ait Aristoteles. *Nunc au-*
tem redeamus, ea rursus allaturi quę de eisdem quispiam dubitabit; ex ipsis enim facultatem ad posterio-
res dubitationes forsitan consequemur: quibus verbis, inquit Alexander, *illo libro concluso, in hoc alio,*
seruato ordine videtur quærere, vtrum causæ, & principia in infinitum progrediantur. Accedit inquit
ipse, quòd quæ in hoc minori Alpha traduntur, ne ea quidem cuncta a proposita doctrina abhorrere
videntur. Deniq; in commentario 21. ad dubitationem illam, ex qua sequi videtur, quòd liber conse-
quens huic sit naturalis disciplinæ; eo quòd consideratio quid sit natura in calce libri proposita exe-
quenda, in libro 2. physicorum explicatur; respondens Alexander inquit: *verba illa sic accipi posse,*
vt ad rationes naturales & metaphysicas diiudicandas referat, quid sit natura primum considerare: nam
qui primum considerauerit quid sit natura, & in quibus rebus naturalis doctrina versetur, cognouerit non
esse has rationes naturales, sed exactiores, & de rebus vacantibus materia perspiciet: vt tandem inferat
Alexander; non ideo dici in calce huius libri, considerandum esse quid sit natura, quasi hoc in loco sit de
natura differendum; sed oportere, ante hanc doctrinam, de rebus naturalibus disputare; vt sit hic disci-
plinarum ordo; vt qui fuerit in doctrina rerum naturalium exercitatus, hic, quę pertinent ad metaphysi-
cam disciplinam assequi poterit. Ex quibus Alexandri verbis colligitur, etsi anceps circa hoc problema
fuerit. de serie scilicet atq; loco, vbi ponendus esset hic liber (in vtramq; enim partem vt apparet ex
dictis eius disputat, atque rationes astruit) attamen in hanc videtur potius declinare sententiam; ꝙ
hic liber pręfationem quandam contineat omnis philosophię contemplatricis, quæ tamen a doctri-
na proposita in metaphysica non abhorreat; adeo quòd sublata difficultate mota circa illam dictio-
nem; quòd de natura primo considerandum quid sit, vt ipse sustulit, dicendo hinc insinuari; ꝙ pars pri-
ma philosophiæ contemplatricis quo ad nos est naturalis, liber iste ad metaphysicam pertinebit;
& consequens erit ad præcedentem primum maiorem: quod in commentario idem Alexander
insinuauit, ponderans verba illa Aristotelis; quòd gratię sunt habendę non solum illis, qui recte aliqua
tradiderunt, sed etiam antiquioribus, qui eadem leuiter perstrinxerunt; vt qui nobis occasionem, &
facultatem præbuerint veritatis indagandæ: ex quo colligit Alexander, supponi, quòd debeant a no-
bis opiniones aliorum excuti, vt inde vtilitatem capiamus: & consequenter deduci argumentum,
hunc librum recte, post superiorem, proximum collocari; quando & si in superiori libro contra opi-
niones veterum est disputatum, & illæ rationibus fuerunt reiectæ, attamen hic non vult illas omnino
esse reijciendas, quin ex illis aliquid sumatur ad propositum scopum venandæ veritatis. hęc ex Ale-
Fran. Beat. xandro. Hinc propter difficultates motas ab Alexandro, desumptas etiam ex verbis Aristotelis, Fran-
ciscus Beatus (patrono Cardinali Sadoleto) censuit librum hunc, collocandum esse principium libri 2.
physicorum; cum præsertim in calce libri 1. de physico auditu profiteatur Aristoteles, se aggressurum
aliud principium, quod non apparet factum; vnde liber secundus mutilus redditur; nisi hæc, quæ
in hoc minori Alpha cotinentur, ei, vt principium totius libri, accommodentur. Sed & ad hanc opi-
nionem fouendam, atq; corroborandam hoc addi potest; quòd Aristoteles ponderans difficultatem
& facilitatem, quæ contingit circa veritatis inquisitionem ex opinionibus antiquorum, dum dicit ꝙ
eorum quisq; aliquid dixit de natura; hinc innuisse videtur disputationem ab ipso habitam in libro 1.
physicorum; ad quem consequens est secundus, cuius initio præsens huius libelli præfatio inserenda
D.Tho. sit. D. Thomas quoque tanquam hanc conspiciens difficultatem, quòd liber iste ad metaphysicam
non pertineret, dixit tradi hoc loco, quomodo sit procedendum, non in hoc opere, sed in philoso-
phia naturali, de qua Aristoteles proxime dixerat non esse requirendam illam accuratam docendi
rationem, quam sequuntur mathematici: hincq; (inquit ipse) Aristotelem subiecisse modum, qui
sit obseruandus in naturali scientia: nempe, vt primo explicetur quid sit natura, quod pręstatur in
initio lib. 2. physicorum: Deinde vt videatur ex definitione naturæ, quatenus extendere se possit phi-
losophus naturalis: & dicit hoc absolui. 3. cap. eiusdem libri; dum docetur, quas res debeat tractare
philosophus naturalis, & quas relinquere mathematico, & primo philosopho. Postremo (quod ab-
soluitur cap. 7.) explicandum, num omnes causæ ad naturalem pertineant, an ad primum philosophum
omnes; an aliæ ad se, aliæ ad illum. Verum hęc interpretatio videtur præseferre, quòd consequenter
liber secundus physicorum huic sit subijciendus; & ita corroborare dictam opinionem Beati. Accedit,
ꝙ non videtur proprie explicari modus, qui conueniat naturali, ad differentiam acriuologię mathema-
ticæ ex hoc ipso, quòd dicatur, quòd sit primo considerandum quid sit natura; quia hinc apparebit,
de quibus naturalis tractet; et si est vnius scientiæ, an plurium causas contemplari; ita enim est explicare
ordinem procedendi; & non cuius generis sint rationes adhibendæ a philosopho naturali. Idcirco
communem sententiam tuentes, quòd liber iam explicatus rectè iaceat, tanquam secundus, seu minor
Alpha

lectionem. At sectantes nos lectionem negatiuam iuxta græca exemplaria; dicimus ad difficultates adductas ad probandum, quòd plurium scientiarum munus sit contemplari diuersa genera causarum, vt ita omnes scientiæ simul collectæ causas omnes contemplentur, subsequenter quæri ab Aristotele, quæ nam harum scientiarum sit nominanda sapientia, cuius notæ atque prærogatiuę sunt allatæ in libro 1. & huic quæstioni respondet per interemptionem hunc in modum: non esse consentaneum, vt singularis, & particularis aliqua scientia appelletur sapientia: siquidem ex determinatis supra in 1. libro circa notas sapientiæ, illa statuenda princeps atque maxime domina scientia, quæ est contemplatrix ipsius communis omnium finis, cui consequitur, quòd sit etiam cognitrix primarum causarum, & rei maxime scibilis; prout in eodem lib. 1. explicatum est: vnde ipsius substantiæ, quæ est res maxime scibilis, eadem cognitrix erit; & consequenter, quæ scientia est contemplatrix supremi finis, erit etiam contemplatrix causæ formalis. Nam (vt patet ex explicatis in libris Analy.) tunc maxime scire putamus, cum cognoscimus vnumquodq; quo ad ipsum quid est, tum circa substantias, tum circa accidentia: ipsum autem quid est rei causam formalem concernit. Similiter circa omnes actiones, & circa omnem mutationem tunc cognoscere existimamus, cum cognoscimus principium, vnde motus; & hoc est oppositum fini, in quem desinit mutatio: vnde per regulam contrariorum, ad eandem scientiam, ad quam spectat considerare finem, spectat etiam considerare genus causæ efficientis. Ex quibus omnibus Aristoteles deinde concludit; quòd videbitur esse alterius scientiæ vnumquodq; genus causæ contemplari; ita vt in scientia contemplante causam finalem supremam, coincidāt omnia genera causarum: prout etiam deductum est in lib. 1. cap. 2. Ita autem intelligendum esse hoc dictum, quòd sit alterius scientiæ distinctæ a particularibus scientijs, contemplari vnamquamq; causarum, ad differentiam singularium scientiarum, in quibus ab vna aliquod genus causæ, ab alia vero aliud genus causæ cognosceretur, verba Aristotelis manifestant; ita enim græce illatio deducta se habet: ἄστ' ἄλλης ἂν δόξειεν ἐπιστήμης εἶναι, τὸ θεωρῆσαι τῶν αἰτίων τούτων ἕκαστον: & iuxta hæc verba, Bessario vertit hunc in modum. *quare alterius esse scientiæ videtur harum causarum vnamquamq; speculari*. Sunt autem nonnulli qui legunt negatiue, quòd *non sit alterius scientiæ vnamquamq; causarum contemplari*: quam lectio-

Alexand. nem aduertit etiam Alexander; licet & affirmatiue legens ita habeat: *quòd ad aliam, aliamq; scientiam pertineat contemplari quodq; genus causarum*. Perionius autem ita vertit: *vt multarum artium, atque diuersarum proprium sit vnamquamq; harum causarum cognoscere*. vnde verba supplet, quæ non leguntur in græco codice. Qui autem verba illa superius adducta, negatiue posita iuxta græca exemplaria, & secundum nostram interpretationem hunc in modum, *nequaquam rationabile videtur vnamquamq; ita appellandam esse*: affirmatiue legunt, omittentes dictionem οὐδαμῶς, ita interpretātur; ab

Alexand. Aristotele (vt apparet quoq; apud Alexandrum, raciocinationem fieri, qua probetur seorsum de causa finali, de formali, & efficiente, quòd vnicuiq; scientiæ, cuiusuis harum causarum contemplatrici,

Alexand. conueniat nomen sapientiæ. Quòd si Alexandro concedamus ita intelligendum hunc locum, vt ipse exponit; inquirendum ab eo, quomodo postea infert Aristoteles, quòd sit alterius scientiæ speculari vnamquamq; causam: id enim nequaquam ex dicta suppositione deducitur: vnde hanc fortasse conspiciens difficultatem dixit, aliter in aliquibus exemplaribus legi negatiue; scilicet hunc in modum: *quòd non videbitur alterius scientiæ quodq; genus causarum contemplari*. & ita interpretatur, quòd nō erit alterius scientiæ, nempe a sapientia alienæ, cognoscere quodq; genus causæ, quoniam pertineat ad sapientiā id munus: & sublata est (inquit) difficultas de contrarijs; quoniam ostensum, quòd finis

Alexand. & efficiens sunt opposita. Hæc Alexander; cuius explicatio cum alia sua priori minime cohæret. sed & qui huiusmodi interpretationem sunt sequuti, ea irretiuntur difficultate, vt nesciant exponere, vbi nam hanc dissoluerit Aristoteles quæstionem; num vnius, an plurium scientiarum sit causas omnes speculari: quam nos, iuxta antea adductam expositionem, clarissime solutam esse dicimus. Auerroes

Auer. autem vtramq; dictionem habet affirmatiuam; tum illam superiorum verborum; quòd consentaneū est vnamquamque scientiam appellare: tum hanc aliam verborum in fine contextus positorum: ita enim legitur apud ipsum: *manifestum est igitur, quòd cognitio vniuscuiusq; istarum causarum habet aliam scientiam*: & in suo commentario supponit afferri probationem, quòd quęq; scientia versans circa vnum genus causę, sit philosophia, subiungens tamen, quòd simpliciter philosophia est illa, quæ considerat de causa finali omnium entium; cum omnes alię causæ sint propter istam: supponitq; naturalem considerare primum motorem & primam materiam: metaphysicum vero vltimum finem, & vltimam formam: & quoniam hæ sunt meliores illis alijs, ideo & metaphysicam, inquit, meliorem esse scientia naturali. Verum supposito, quòd etiam naturalis consideret quattuor genera causarum circa omnia entia; attamen dicendum, quòd non sub ratione entis ea considerat, vt facit primus philosophus; sed solum quatenus motum concernunt; & ita distinguitur scientia naturalis a sapientia.

Alexand. Alexander autem animaduertit, neque in hoc loco, neque in 1. libro, vbi agitur de sententijs sapientiæ conuenientibus, fieri mentionem de materia, per quam sciatur, aut habeatur sapientia, quod ideo euenisse asserit, quoniam aliarum causarum cognitio præstantior est, magisq; scientia, quàm cognitio materialis causæ; cum illarum quæq; sit magis causa; materia autem sit causa sine qua non. Ad hæc autem dicta Alexandri illud addere possumus, quòd materia non concurrit ad cognitionem rei, nisi sub aliqua ratione formæ: prout habetur infra lib. 4. cap. 5. vbi dicitur: quòd secundum speciem om-

Alensis. nia cognoscuntur; quod etiam ex lib. 7. & ex alijs locis colligitur. Alensis dicit in suis comment. q forma

[illegible] forma eſt conſideratur a metaphyſico: vt autem eſt forma in hoc, a particularibus ſcientijs. [illegible] rerum eſt, cui tamen & hoc addi poteſt: quòd primus philoſophus de forma rerum in genere contemplatur, quæ ſit in materia, vt ſunt ſubſtantiæ compoſitæ ex materia & forma; ita quidem vt ipſe doceat in genere, quomodo materia cócurrit in compoſitione pro parte rei. Adnotandum autem circa illud pronunciatum Ariſtotelis, quòd magis illum ſcire dicimus, qui rem quidnam ſit ipſo eſſe cognoſcit, quam illum, qui ipſo non eſſe: hoc ſignificari, quòd aliqua explicantur quòd non ſint; aut quoniam [illegible] non ſunt, vt de vacuo dicitur quòd non eſt: aut quòd non ſunt hoc aliquid: ſicuti de Deo [illegible] aſſeritur per negationem ad explicandam eius excellentiã, vt q non ſit corpus, non [illegible] quilitas, cum nihil eius dignitate dignum proferri a nobis poſſit. & de materia quoque traditur, quod non ſit hoc, aut illud, quoniam actu nihil ſit. Huiuſmodi igitur explicatio concernens non eſſe, dicit Ariſtoteles, quod longe inferior eſt cognitione, qua rerum eſſe explicatur. Illud etiam dictũ, quòd & in cæteris [illegible] arbitramur ſcire vnumquodq; eorum, quorum ſunt demonſtrationes, cũ quid eſt hoc ipſum [illegible] pertinet ad accidentia, quorum demõſtrationes habentur, vt & de ijs etiam magis cognitionem exiſtimemus, cu cognoſcimus quid ſint; vt puta quid ſit angulus rectus, quàm ſi aliquod [illegible] accidens cognoſcamus. Illud etiam pronunciatum, quod principium vnde motus ſit oppoſitum [illegible], ita accipiendum eſt: quòd finis eſt cauſa, vnde mouens inducitur ad agẽdum, vt ab ipſo ſit initium motus: effectus autem in finem concluditur, & ita finis initio quodammodo opponitur.

Num ad vnam ſcientiam ſpectet de communibus principijs, & de ſubſtantijs, & accidentibus omnibus diſcernere & ſtatuere. Cap. III.

P A R A P H R A S I S.

SVCCEDIT alia quæſtio circa principia demonſtratiua, inter quæ ſunt etiam communes ſententiæ: veluti eſt illa, neceſſe eſt affirmare vel negare quodque: aut vt illa, impoſſibile ſimul eſſe vel non eſſe, & aliæ huiuſmodi propoſitiones, Quæritur itaque, num de ijs, & de ſubſtantia, vna eademque ſcientia contempletur, an alia, & alia. Et ſi diuerſæ ſcientiæ id muneris præſtant, quæ nam harum ſit illa, cui nomen conueniat quæſitæ ſapientiæ; num ea, quæ de dictis principijs diſſerat; an ea, quæ ſubſtantiam ſpeculetur. Verum quòd non poſſit eſſe vnius ſcientiæ contemplari de principijs communibus, ex hac argumentatione per locum a ſimili patere poteſt. Nam, ſicuti dici non poteſt, quod proprium ſit geometriæ de his principijs cognoſcere, potius quàm arithmeticæ, [illegible] particulares ſcientiæ circa hæc principia verſantur: neque conuenit dicere, quòd omnes de eiſdem principijs tractent; quoniam eſſet ſupervacaneum, quòd in ſingulis ſcientijs eadem [illegible] non ſingula quæque ſcientia de alia conqueri poſſet, quod in meſſem alienam [illegible] quæ & ipſa tractaret: ideo vt dici non poteſt, quòd aliarum ſcientiarum munus [illegible] ſententijs; ita quoque non videtur cõcedendum, q id muneris pertineat ad [illegible] tractat de ſubſtantijs. Accedit ad hanc & hæc alia difficultas; quonam modo de huiuſmodi principijs ſcientia poſſit haberi. Nam quid ſit horum vnumquodque nunc [illegible], & ijs ipſis principijs, tanquam manifeſtis, vtuntur omnes aliæ artes. Quòd ſi de eiſdem principijs ſcientia demonſtratiua inſtitui poſſet, oporteret iuxta regulas in Analy. explicatas, quòd aliquod eſſet genus ſubiectum horum principiorum, nec non paſſiones, & axiomata, quibus demonſtrẽtur de ipſis paſſiones: quando omnium non poteſt eſſe demonſtratio; ſed aliqua ſupponenda ſunt prima indemonſtrabilia. hæc quidem patent ex regulis Analyt. vbi dicitur, oportere vt omnis demonſtratio habeat ea, ex quibus aliquid demonſtretur circa quoddam genus. Ex quo deinde ſequeretur, q ſicuti prædicta principia ſunt communia omnibus ſcientijs; ita quoque eorũ ſubiectum omnibus ſcientijs eſſet commune. vnde omnes ſcientiæ in vnam caderent; & ita non eſſent plures ſcientiæ. Si autem dicatur, diuerſas eſſe ſcientias, tum illã, quæ de principijs ijs communibus tractet; tum illam, quæ ſubſtantias ſpeculetur: iam venit in quæſtione. vtra harum ſit principalior, & potior, & ſuapte natura prior. Quippe videretur illa eſſe, quæ ſpeculatur principia, cum hæc maxime ſint vniuerſalia, & omniũ principia; vnde horum contemplatrix, ſcientiæ præſtantioris nomen, & prærogatiuam ſibi vendicare videretur. Et tunc, ſi non eſt munus ſapientis, cuius nam erit cõtemplari de veritate, & falſitate horum principiorum? Omnino autem circa ſubſtantias inſiſtendo, quærendum eſt, num omnium ſubſtantiarum vna, an plures ſint ſcientię, & ſi vna, determinandum, circa quamnam ſubſtantiam verſetur ſciẽtia, quã inquirimus vti præcipuam. Conſtituere autem q vna ſcientia verſetur circa omnes ſubſtantias, non videtur rationi conſentaneum: ſequeretur enim q vna eſſet ſcientia demonſtratiua omnium, quę inſunt ſecundum ſe accidentium: & ita ſcientiæ particulares tollerentur: ſiquidem omnis demonſtratiua ſciẽtia (vt patet ex Analy.) conſiderat accidentia, quæ inſunt ſecundum ſe alicui determinato ſubiecto, illa demonſtrans ex communibus principijs. Quare eiuſdem erit ſcientię munus ex eiſdem principijs contemplari, & demonſtrare accidentia, quę ſecundum ſe inſunt eidem generi ſubſtantiarum: quando negari

negari non potest, quin sit munus vnius scientiæ versari & circa subiectum, de quo, quia est, supponere habet; & considerare itidem principia, ex quibus fiet demonstratio; siue hęc sit vna eademque scientia, quæ simul hæc pręstet; siue ex subalternis aliqua ad hæc perficiēda concurrat: veluti cum inferior manifestat quia est subiectum, circa quod versatur superior: quare, & eiusdem quoque scientię munus erit speculari accidentia; siue eędem scientiæ id præstent; siue ex ipsis inuicem subalternis aliqua.

Amplius vero speciatim inquirendum, num quæsita scientia contempletur solum substantias, an etiā accidentia, quę insunt substantijs. Veluti, si supponatur solidum quędam substantia, & linea, & superficies; num eiusdem scientię, quę has contempletur substantias, sit munus contemplari quoq; accidentia, quę accidunt circa quodque genus, de quibus accidentibus scientię mathematicę suas astruunt demonstrationes: an alterius erit scientię de his accidentibus contemplari? Nam si dicatur, quòd eiusdem scientię, quę contemplatur substantias, sit quoque munus demonstrationes instituere de accidentibus; sequitur ꝙ erit aliqua scientia demonstratiua ipsius quoque substātię. At non videtur ipsius quod quid est esse demonstratio; sicuti in lib. Analy. ostensum est; & infra clarius etiam apparebit. Si autem dicatur, quòd sit alterius scientię munus tractare de accidentibus; inquirendum, quęnam erit scientia contemplans accidentia, quę sunt circa substantiam? id enim assignare est valde difficile.

TEXTVS.

AT vero & de principijs demonstratiuis, vtrum vnius scientiæ an plurium sunt, ambiguum est. [a] Dico autem demonstratiua, opiniones communes, ex quibus omnes demonstrant, vtputa quòd necesse est omne, aut affirmare, aut negare: & quòd impossibile est simul esse & non esse: & quæcunque aliæ similes propositiones sunt. Vtrum vna istarum, ac substantiæ scientia est, an diuersa, quòd si non vna, vtra dicenda est illa esse, quæ nunc quęritur. Vnius itaque non est rationabile esse. Cur enim Geometriæ magis quàm cuiuscunque [b] proprium sit de his speculari? Si itaque æqualiter quidem cuiuscunque est, [c] de omnibus vero non contingit, sicuti nec cæterarum, ita nec illius, quæ cognoscit substantias, proprium est de eis cognoscere. Et ad hæc, quomodo eorum scientia erit? quid enim horum quodque est, nunc quoque cognoscimus. vtuntur namque eis cæteræ etiam artes, tanquam cognitis. Quòd si demonstratiua de eis est, oportebit aliquod genus subiectum esse, & aliquas passiones, & aliquas eorum dignitates esse, de omnibus enim demonstrationem esse impossibile est. siquidem necesse est ex quibusdam, & circa quippiam, & quorundam demonstrationem esse. [d] Quare accidit cunctorum, quæ demonstrantur, vnum quoddam genus esse. omnes enim demonstratiuę vtuntur dignitatibus. At vero, si altera, quæ de substantia, & illa, quæ de his, vtra earum principalior, & prior est? [e] vniuersaliter enim, & maxime principia omnium dignitates sunt. Et, si non est Philosophi, cuius alterius erit de eis verum, & falsum speculari? Et omnino, vtrum vna omnium substantiarum, an plures scientiæ sunt. Si igitur non vna, [f] cuius substantiæ hæc scientia erit ponenda? Vnam autem omnium esse non est rationabile. etenim demonstratiua vna de omnibus accidentibus esset. siquidem omnis demonstratiua ea, quæ per se circa aliquod subiectum accidunt, speculatur ex communibus opinionibus. Circa itaque idem genus per se accidentia eiusdē est speculari, & eisdem opinionibus. Circa enim quod est vnius, & ex quibus vnius, siue eiusdem, siue alterius, vnde & accidentia aut hæ speculabuntur, aut ex his vna. Item, vtrum circa substantias solum speculatio est, an etiam circa accidentia eis. Dico autem, vtputa si solidum quædam substantia est, ac lineæ, & plana, vtrum eiusdem scientiæ est ista cognoscere, & quę circa vnumquodque genus accidunt, de quibus Mathematicæ demonstrant, an alterius. Si enim eiusdem, demonstratiua quędam erit etiam quæ substantiæ. non videtur autem ipsius quid est demonstratio esse. Quòd si alterius, quę erit, quæ speculatur circa substantiam accidentia? hoc enim difficillimum reddere est.

ADNOTATIONES.

DICO [a] *autem demonstratiua, opiniones communes.* Dum dicit Aristoteles, se cōnumerare inter principia demōstratiua opiniones communes, quęstionem limitare videtur ad communes sententias, excludens interim principia particularia huius vel illius scientię, qualia sunt definitiones geometricę, aut arithmeticę; de quibus hoc loco nō inquirit, num & de his disserere pertineat ad scientiam, quę contemplatur substantiam; sed solum quęstionem habet de principijs demōstratiuis, quę sunt communia omnibus scientijs: veluti est illud, ꝙ impossibile est idem simul affirmare & negare: quamquam non inficiandum est, quin suprema philosophia, quę in vniuersali agit de ipso quod quid est, possit suo iure versari etiam circa definitiones particulares scientiarum; & de ipsis discernere, num recte nec ne sint institutę: quandoquidem (vt dicitur infra in initio lib. 6.) nulla scientia particularis tractat de ipso quod quid est: sed omnes supponunt suas definitiones, vel sensu eas inducendo, vt facit naturalis: vel alio modo ex suppositione, vt solent mathematici: sola autem prima philosophia scrutatur ipsum quod quid est, quemadmodum eadem etiam sola agit de ente, quatenus est ens: vnde de omnibus definitionibus in genere contemplationem habet. [b] *Proprium sit de his speculari.* Gręce habetur ἰδεῖν, quę vox proprie significat intelligere, ita vt sine vsu ratiocinij sit intellectio concernens cognitionem principiorum, vt quorum non sit demonstratio: neque refert, ꝙ Aristoteles

[illegible] quod sibi vendicat primus philosophus, principia hæc communia, & illud potissi- [illegible] contingit idem simul affirmare, & negare, vera esse demonstret: quandoquidem id non [illegible] veritatem horum principiorum simpliciter demonstrans; sed redargutione, aduersario [illegible] principij, deducit, & concludit, principium illud esse verissimum. ᶜ *De omni-* [illegible]. Antea argumentum induxit Aristoteles quòd non sit munus scientiæ particu- [illegible] principijs communibus ex hoc supposito; quoniam non est maior ratio, cur vna scien- [illegible]. Nunc subiungit, quòd neque omnino scientiarum particularium simul est [illegible] principijs: cuius quidem suppositionis Alexander hanc affert rationem. nam, Alexand. [illegible] inquit [illegible] de his, quæ sunt secundum se: ideo, sicuti quæ demonstrantur in vna [illegible] non possunt esse eadem cum ijs quæ demonstrantur in alia; ita quoque principia non possunt [illegible] principia considerarentur in omnibus sciētijs, proprie in qua- [illegible] & ita non vt communia principia, sed vt propria computarentur. D. autē D.Tho. [illegible] non est omnium scientiarum munus de principijs agere; quoniam esset superua- [illegible] in omnibus scientijs. ᵈ *Quare accidit cunctorum, quæ demonstrantur vnū quod- [illegible] genus* [illegible] supposito quod principia communia demonstrentur, deducitur hinc sequi, vt om- [illegible] quæ demonstrantur, vnum quoddam sit genus; & deductio ita patet. Nam, vt sunt communia [illegible] quoque principiorum genus, circa quod demonstrarentur, esset commune; vnde omnes particulares scientiæ inuicem in vnam confunderentur; quod est maximum absurdum. Neque vero [illegible] principia communia omnibus scientijs considerentur in hac prima philosophia: nam, quē- [illegible] communia sunt omnibus, considerantur, ita quoque sub vno genere communi cadunt, [illegible] vnam scientiam vniuersalem, ad quam subalternantur omnes sciētiæ par- [illegible] quod quidem est maxime conueniens; sicuti inconueniret, quòd in aliqua scientia particulari [illegible] tanquam propria, ea principia, quæ sunt omnibus communia. ᵉ *Vniuersaliter enim, & maxime principia omnium dignitates sunt.* Inter notas attributas sapientiæ in lib. 1. fuit etiam hæc; q̄ [illegible] esset cēsenda præcipua scientia, quæ maxime est vniuersalis, & omnia complectitur: vnde, cū scien- tia de principijs communibus [illegible] maxime vniuersalis, perspicuum hinc esse debet, quòd ad sapientiam pertinet de principijs communibus contemplari: consequenter verum erit, vnam eandemque scientiā esse, quæ dicta principia, & substātiam speculatur. Idcirco, cum infra supponatur in lib. 4. vnā esse scien- tiam, quæ contemplatur ens inquantum ens, idque primo atque potissimum, quatenus est substantia; consequenter [illegible], quòd hæc eadem scientia sola, & non aliæ, communium principiorum [illegible] veritatem, & falsitatem. Vnde Alexander in comment. 25. huius libri habet hæc ver- Alexand. ba. [illegible] *vero* [illegible] *compositionibus inest disputabit, nisi philosophus? his autem ar-* [illegible] *principijs disserere non sit primi philosophi; ac certe primi philoso-* [illegible] *demonstratricem doctrinam, partem esse philosophiæ*. hæc [illegible] dictum illud, quod tractatio scientiæ demōstra- [illegible] ad ens in communi sumptum refertur: & hac ra- [illegible] primo philosopho: eademque non nisi ab [illegible] autem [illegible], quod doctrina tradita de scientia de- [illegible] Alexander, Nam cum in ea tradatur modus scien- [illegible] tanquam instrumentum a philosopho con- [illegible]. Quemadmodum etiam in philosophia de moribus [illegible] in ea habentur, ad scientiam practicam pertinent, ad quam [illegible] & huiusmodi quidem speculationes vel in organo habitæ, vel [illegible] confectæ sunt: nec debuerunt ab ijs ipsis facultati- [illegible] superuacanea opera institueretur; aut omnes simul facultates [illegible] *scientia erit* [illegible]? Quærebat primo, vtrum omnium sub- [illegible] modo quærit, supposito quòd non sit vna scientia omnium sub- [illegible] quæ sit scientia. de quo determinatur infra lib. 6. cap. 1. vbi dici- [illegible] immaterialis, quod huius speculatio non ad naturalem, ne- [illegible] sapientiam: quę tamen, cum sit prima, & vniuersalis phi- [illegible] contemplandi ens quatenus est ens) nō excluditur a contemplan- [illegible] immateriales, verum etiā materiales, quatenus sunt substā- [illegible] patebit ex sequentibus. ᵍ *Etenim demonstratiua vna de omni-* *bus* [illegible] suppositione. quod vna scientia contempletur omnes substantias; intu- [illegible] vna scientia demonstrat omnium accidentium; quod a simili ita probatur. Nā [illegible] demonstrat [illegible] quoddam genus demonstrat propria accidentia ex suis suppo- [illegible] scientia, quæ versatur circa genus commune omnium substantiarum; debebit [illegible] omnia accidentia, quæ per se insunt substantijs ex suis principijs: quod deinde pro- [illegible] suppositione quoniam scilicet est vnius scientiæ munus cognoscere, quia est, græce, τὸ ὅτι, nempe [illegible], & eiusdem etiam munus est, cognoscere principia: ex quo inferendum est, quòd & eiusdem [illegible] munus est cognoscere, quæ per se accidunt subiecto. Hinc dicendum videretur, q̄ ad scientiam, quæ contemplaretur omnes substantias pertineret munus demonstrandi accidentia, quę per se in-

se insunt substantijs. Verum postea hinc sequeretur, quòd non essent plures scientiæ particulares, sed omnes in vnam communem scientiam caderent. Verum circa hanc ratiocinationem aduertendum, quòd si prima philosophia distincte explicaret naturam omnium substātiarum, vtiq; earumdem quoque accidentia per se illis inexistentia consideraret, atque demonstraret: at hoc munus solum ab ipsis patticularibus scientijs absoluitur; vti illis, quæ naturam suorum generum subiectorum distincte contemplantur:prima autem philosophia non considerat nisi in genere,aut entia naturalia,aut mathematica,& quæcunque entis habent appellationem: non autem in parte, quid alicui horum contingat; vt aperte declarat Aristoteles infra lib. 11.apud nos 13.cap.3.dum dixit:*philosophia autem de particularibus,vel quatenus horum cuiq; aliquid accidit non considerat*. Ac propterea dicendum,non incumbere ipsi onus demonstrandi propria accidentia rerum, quæ pertinent ad scientias particulares. Si autē accipiantur prædicamenta in genere,vt sunt entia,& non sunt substantiæ,sed ad substantiā referuntur; hęc quoq; sub ratione entis in genere cōsiderantur, quatenus entis habent rationē,iuxta considerationem & analogiam,quam habent ad substantiam,quæ est pręcipuum ens. Cum autē Aristoteles rursus ponat in quæstione, num prima scientia speculetur solum substantias,an etiam accidentia,quorū tamen non vult haberi posse demonstrationem,quoniam sequeretur,quòd ipsius quòd quid est, esset demonstratio, sicuti neque inficiatur,quin sit aliqua scientia contemplatrix accidentium circa substantiam, quod tamen inquit esse valde difficile statuere:hinc dicendum est, in genere cōsiderari a primo philosopho omnia,quæ accidunt circa substantiam,& circa ipsum ens & vnum:vnde eius prouenit consideratio de priori,posteriori,eodem,diuerso,& alijs huiusmodi,de quibus distincte superius cap.1. Aristoteles quęstionem proposuerat:hic autem solum in vniuersali de accidentibus mouet quæstionem:in quarto autem libro cap.2.quæstionem de priori,posteriori,& alijs similibus distincte tractabit.Verba autem illa contextus sunt perpendenda,quæ ita habent: *siue eiusdem,siue alterius*, quæ paulo post repetit Aristoteles mutatis verbis,inquiens: *aut hę speculabantur,aut ex eis vna*: quæ quidem dicta ad scientias subalternas pertinent, in quibus superior scientia contemplatur principia,& causas rerum, quas ita se habere manifestat inferior scientia,quæ est supposita alteri scientiæ superiori: iuxta illud in Analy. quòd scientia superior affert propter quid,inferior autem tradit ipsum quia est. Et quoniam sciētiæ subalternæ versantur circa idem genus;ideo ex ipsis vna astruitur scientia:licet harum vna aliud consideret circa idem genus;& alia aliud.in aliquibus autem contingit,vt eadem sciētia,prout est naturalis, & ipsum quia est,& ipsum propter quid manifestet. Adnotandum autem verba illa: *quare & accidentia*:ita coniungenda esse ad præcedentia:quòd vt est vnius scientiæ circa ipsum quia, nempe cognoscere subiectū esse,& vnius etiam considerare ea,ex quibus: ita eiusdem est cognitionem habere de accidentibus. Et Auerroes quidem huic adhæret interpretationi, dum dixit; quòd quædam scientiæ de accidentibus

Auer. vnius generis afferunt quia tantum,vt subalternatæ; & quædam afferunt propter quid, vt scientiæ sub-

Alexand. alternantes:veluti se habent inuicem perspectiua;& geometria. Alexander autem in expositione horū verborum: *siue sit eiusdem, siue non eiusdem*: admodum anceps atque varius fuit, vt diuersas attulerit explicationes:quarum postrema,cui magis acquiescere videtur,est huiusmodi: quòd vnius scientiæ, & quia est,de genere,& de principijs cognoscere,& de accidentibus,quæ insunt; siue in vno genere definitiua & demonstratiua eędem sunt inter se,siue non eędem,sed partes vnius,vt subiecti generis, sciē-

Philop. tia vtraque constituatur. Philoponus autem paucis circa hunc locum se expedit dicens: *si vna scientia erit,vnius erit subiecti:si autem plures,plurium erunt subiectorum.*

Difficultates aduersus placita constituentium tum id eas,tum entia dicta media ipsa mathematica, esse substantias,pręter sensibiles substantias. Cap. IIII.

P A R A P H R A S I S.

SVCCEDIT ista alia quæstio,num præter substantias sensibiles sint & aliæ; & vtrum vno modo an plures sint genere;quemadmodum sentiunt,qui ponunt tum ideas esse substātias, tum illa etiam entia media,de quibus aiunt tractari in scientijs mathematicis. Quomodo autem dicamus ideas esse causas & substantias secundum se,ex sententia auctoris idearum, in primis huius philosophiæ sermonibus explicatum est.Et cum hæc opinio multis vrgeatur difficultatibus;attamen nullo quouis absurdo istud minus est,quòd iuxta hoc dogma asseratur,quasdam esse naturas præter eas,quæ cœli ambitu continentur, & has quidem esse easdem cum ijs sensibilibus: a quibus in hoc solum differant,quòd quæ sunt apud nos,sunt corruptibilia,illa vero sunt æterna:etenim ij, ideis nihil aliud addunt super sensibilia:nisi quòd hominem nuncupant,ipsum hominem; & equum, ipsum equum;quid simile agentes ac illi,qui dicunt, Deos esse, humana tamen præditos forma: non distinguentes ipsos ab hominibus;nisi inquantum Dij sunt homines æterni:ita & hi alij, ideas non faciunt diuersas a rebus sensibilibus;nisi in quantum dicunt ideas esse æternas; sensibilia autem nō æterna. Præterea ad hanc positionem,quòd præter ideas sint etiam entia media, multæ consequuntur difficultates.

[illegible] est, quòd adsunt lineæ præter ideales,& sensibiles lineas:& similiter vnum- [illegible] ; igitur [illegible] astrologia,quæ est vna ex scientijs mathematicis, erit cœlum,de quo [illegible] sensibile,& ideale ; item sol,& luna, & alia quæ sunt in cœlo . Atqui ijs, [illegible], vt [illegible] : siquidem & dicere quòd cœlum sit immobile , non est rationa- [illegible], omnino est impossibile : cum supponatur separatum a materia sensibili , sine [illegible] Pariter contingunt absurda circa ea,de quibus agit perspectiua ; & de qui- [illegible] . quæ pertinet ad scientias mathematicas : non enim fieri potest ,vt hæc [illegible] eandem quam adduximus causas. etenim,si huiusmodi sensibilia,quæ sunt obie- [illegible] color, vel auditæ,vt soni,ponantur esse media ; sequitur, quòd erunt & sensus [illegible] media inter animalia idealia & corruptibilia. Sed aduersus hanc positio- [illegible] etiam circa quæ nam entium oportet quærere huiusmodi scientias. nam si in hoc [illegible] ipsa Geodæsia (quæ est ars pertinens ad partiendas terras) quòd hæc versetur cir- [illegible], illa vero circa ea , quæ non sunt sensibilia ; hac ratione sequetur , quòd [illegible] præter medicinam idealem & hanc sensibilem, alia quædam medicina media inter [illegible] : & pariter præter salubre ideale,& sensibile , erit quoq; [illegible] medium. Sed neque est admittendum,quod Geodæsia versetur circa magnitu- [illegible] corruptibiles : alioquin,ipsis intereuntibus vt interire possunt,interiret quoq; & ipsa ars [illegible] terras , quod tamen non contingit . Quin neque concedendum,quòd astrologia versetur circa magnitudines sensibiles,& circa hoc ipsum cœlum,quale nobis apparet.siquidem neq; lineæ sen- [illegible] quales supponunt geometræ ; vt sint sine latitudine ; non enim huiusmodi conspiciuntur : neq; [illegible] neque rotundum apparet,qualia ipsi describunt : non enim circulus tangit planum in pũ- cto, vt ipsi supponunt [illegible] (vt dicebat Protagoras reprehendens geometras) neq; motiones , neq; re- [illegible], de quibus tractat astrologia,sunt similes positionibus geometrarum : neq; puncta ob- tinent [illegible] naturam,quam habent astra : quod tamen supponunt geometræ,constituentes astra in cœlo, tã- quam puncta . Sunt autem quidam alij (de quorum numero Eudoxus) qui entia dicta media inter [illegible],& sensibilia,non seiungunt a sensibilibus,sed in ipsis ea constituunt ; quorum positioni, quæ ab- surda sequantur,longioris est sermonis persequi , quod alibi præstabitur. Interim sit satis hæc attingẽte, quæ [illegible] iciuntur . Et primo quidem hoc dogmate recepto contingeret,quòd etiam in sensibilibus essent ideæ, & non separatæ : siquidem eiusdem rationis sunt vtraq; hæc ; cum etiam entia media sint præter naturam sensibilium,vti & ideæ supponuntur . Accedit,quòd secũdum hanc positionem oportet duo cor- pora solida esse in eodem loco ; tum solidum sensibile ; tum medium solidum existens in sensibili , vt quid [illegible] diuersum ab ipso.Item sequeretur,quòd hæc media essent immobilia,cum tamen inessent sen- sibilibus quæ mouentur . Denique; quonam constituere hæc media in sensibilibus ? contingent enim & plus [illegible] absurda : vt puta,quòd erit cœlum præter cœlum ; sed non separatũ, & in eodem loco,quod est etiam magis impossibile .

TEXTVS.

[illegible] vtrum sensibiles solum substantias esse dicendum est , an præter istas etiam alias . [a] Et [illegible] vtrum,an plura substantiarum genera sunt,vt hi,qui dicunt formas & media,circa quę [illegible] scientias esse. Quomodo igitur dicimus formas causas, & substantias per [illegible], [b] in superioribus sermonibus dictum est . Cum vero multiplicem difficultatem ha- [illegible] natura quidem esse quasdam naturas [c] præter eas , quæ in cælo sunt , illas [illegible], quas & sensibiles ponunt nisi quòd illa quidem sempiterna,hæc vero corruptibilia . Idealem [illegible] hominem & idealem equum, & sanitatem aiunt,& nihil aliud : simile quid illis facientes,qui dicũt [illegible] esse Deos.sed formæ similis hominibus.nec enim isti aliud faciebant, nisi homines sempiternos . nec [illegible] sensibilia sempiterna. Item si quis præter formas,& sensibilia ponat media, multas dubita- tiones habebit. [illegible] enim quòd similiter,& lineæ præter etiam ipsas sensibiles erũt, & aliorum generum sin- gula . Quare cum astrologia vna earum sit,erit & cælum aliquod præter sensibile Cœlum , & Sol, & Lu- na,& cætera similiter,quæ in cælo sunt. At quomodo credendum est talibus ? nam immobile non est ratio- nabile esse. [d] mobile autem & omnino est impossibile . Similiter & de quibus perspectiua tractat,& quæ in Mathematicis Harmonica.& hæc enim impossibile est præter sensibilia esse propter similes causas. si enim sensibilia sunt media & sensus,patet quod animalia etiam erunt eorum mediorum, & quidem corruptibi- lium. Dubitauerit autem aliquis,circa quæ entia oportet has scientias quærere. si enim in hoc differret solũ a Geometria geodæsia,quòd hæc quidem eorum est,quæ sentimus , illa vero non sensibilium est, patet quòd præter Medicinam erit aliqua scientia , & præter quamcumque aliarum inter ipsam medicinam , & hanc [illegible]. At quomodo possibile est ? etenim etiam salubria quædam essent præter sensibilia, & ipsum sa- [illegible]. Simul autem nec hoc verum est,quòd geodæsia sensibilium,& corruptibilium magnitudinum sit.cor- [illegible] enim illis corruptis . At neque sensibilium magnitudinum,neque circa hoc cælum Astrologia [illegible] . Nec enim sensibiles lineæ tales sunt,quales geometria dicit . nil enim sensibilium ita rectum atque ro- tundum . tangit enim circulus regulam , non secundum punctum , sed sicut Protagoras dicebat , redar- guens Geometras . nec motus , nec reuolutiones cæli similes , de quibus Astrologia rationes facit . neque puncta eandem naturam , quam stellæ habent. Sunt autem quidam , dicentes esse quidem hæc, quæ forma-

rum, & sensibilium media dicuntur, non tamen a sensibilibus separata, sed in eis. Quos quæ impossibilia sequuntur, omnia quidem enumerare longi sermonis esset. sufficit autem talia speculari. Non enim de his solum, vt ita se habeant, rationabile est, sed patet, quòd etiam formas cõtingeret in sensibilibus esse. [f] *eiusdem enim rationis vtraque hæc sunt. Item duo solida in eodem loco necesse esset esse, & non esse immobilia, in sensibilibus existentia motis. Et omnino cuius causa quis ponet quidem esse ea, esse autem in sensibilibus? eadem enim, quæ prædicta sunt absurda sequentur. erit namque aliud quoddam cælum præter cælum; nisi quòd non separatum, sed in eodem loco, quod impossibile est.*

ADNOTATIONES.

VTRVM [a] *vnum an plura substantiarum genera sunt.* Ad opinionem ponentium præter substantias sensibiles, esse quoq; ideales substantias, & entia media mathematica pariter esse substantias; sequitur ꝙ plura genera sint substantiarum; tum sensibilia; tum idealia; tum mathematica. [b] *In superioribus sermonibus dictum est.* Innuitur liber 1. huius operis, in quo actum est de ideis. Vnde colligitur, ꝙ & præsens liber est Aristotelis, & etiam præcedentes sunt eiusdẽ Alexand. auctoris, vt animaduertit etiam Alexander. [c] *Præter eas, quæ in cælo sunt.* Græce habetur, ἐν τῷ οὐρανῷ: quæ vox interdum accipitur pro mundo, vt apparet in libris de cœlo: vel si accipiatur pro aggregato cœlorum, intelligendum ita dictum esse pro his, quæ sunt in cœlo; id est ea omnia, quæ cœli ambitu continentur. [d] *Mobile autem, & omnino est impossibile.* Asserere, quòd cœlum non existens in materia sensibili moueatur, est dicere id, quod manifeste est impossibile; quoniam sine materia nõ potest Alexand. esse motus. Vnde Alexander inquit; solem & lunam moueri, non tamen sensibilia, sed mathematica esse entia; est absurdius dictu, quàm si dicatur, ꝙ sint immobilia. [e] *Neque circa hoc cælũ astrologia esset.* Supponit astrologiam accipere in suis demonstrationibus positiones geometricas; quas inquit, non respondere rebus sensibilibus: non enim in re sensibili sunt lineæ sine latitudine; neq; astra sunt vt puncta, vt supponunt geometræ. [f] *Eiusdem enim rationis vtraq; hæc sunt.* Hoc vult his verbis Aristoteles, ꝙ entia media conueniunt cum ideis: nam vt ideæ sunt præter sensibilia, & nõ sunt sensibiles, ita quoq; entia media sunt non sensibilia, & præter sensibilia; vnde, qui ponit hæc esse in sensibilibus, constituit per eandem rationem ideas in sensibilibus. Hanc autem opinionem de medijs entibus, quæ nõ sunt sensibilia, & tamen sunt in sensibilibus, examinat Aristoteles infra copiosa oratione lib. 13. apud nos 11. in quo agitur etiam de mathematicis, quomodo nõ peccent in suis demonstrationibus, quamuis aliqua supponant, quæ non ita se habent: vtputa lineam esse cubitalem, quæ non sit huiusmodi: Vnde diluitur redargutio Protagoræ, detestantis scientias mathematicas.

Num partes componentes sint principia, an species, & genera, & inter hæc ens, & vnum. Cap. V.

PARAPHRASIS.

CIRCA igitur ea quæ recensuimus, qualiter aliquis statuat pro veritate assequenda, magna existit dubitatio: necnon circa principia, vtrum genera sint statuenda principia, & elementa rerum, an potius ea, ex quibus insitis vnaquæq; res primum constat: quod quidem suadere videntur elementa, & principia vocis, quæ apparent esse illa, ex quibus inexistentibus voces omnes constant; non autem vox in communi sumpta principium esse censetur. Nec non mathematicarum quoq; descriptionum elementa idem suadent: siquidem illa esse dicimus, quorum vt inexistentiũ in re ipsa demonstrationes insunt in aliarum rerum vel omnium, vel plurium demonstrationibus. sed & qui statuunt corporum elementa, siue vnum, siue plura; appellant elementa ea, ex quibus insitis cõstant alia; veluti ignem, aerem, aquam & terram, vt posuit Empedocles: non autem genera constituunt esse elementa. Præterea, si quis aliarum quoque rerum velit inspicere naturam; veluti lecticæ, hanc ipsam vtiq; dignoscet, si cognouerit, ex quibus nam partibus, & quomodo inuicem compaginatis lectica constituatur. Hæc igitur omnia afferunt probationem ad persuadendum, quòd genera non sunt rerum principia, & elementa; sed ea quæ, vt indiuidua, internam rerum constitutionem ingrediuntur. In oppositum vero ad probandum, quòd genera sint statuenda principia, & elementa rerum, hæc afferri possunt. Primo quidem, quoniam ea censenda sunt principia essendi rerum, quæ earumdem sunt principia cognoscendi: siquidem statutum est antea in lib. 1. ex communi hominum consensu (quod etiam in Analyt. assumptum est) quòd tunc scimus, cum cognoscimus causas & principia: genera autem vt principia cognoscendi assumuntur: quod patet ex hoc ipso, quòd per definitiones omnia cognoscuntur: definitionũ autem principia sunt ipsa genera; vt patet ex vniuersa logica: igitur genera erunt principia & elementa rerum. Deinde, si in tantum licet de rebus scientiam accipere (quod etiam supponunt idearũ assertores) inquantũ scientia accipitur specierum, secundum quas & res dicuntur, & considerantur; sequitur igitur, ꝙ genera sint principia rerum, cũ sint specierũ principia. Hoc idem astruitur ex placitis

[illegible] conſtituunt elementa rerum eſſe ens,& vnum; vel magnũ & paruum; [illegible] ſtatuuntur. Quòd ſi quis ab hac controuerſa diſputatione inductus, [illegible] rerum eſſe, tum quæ inſita ſunt rebus, vti illa ex quibus res primo con- [illegible] difficultatem, quod rei definitio, quæ debet eſſe vna, vnoq; [illegible] rei eſt quid vnum) erit tum vnius modi, tum alterius diuerſi: & [illegible] genera accipiuntur, & alia, ſi partes inſitæ indiuiduales, [illegible] tione ſumantur. Quod ſi pro veritate ſtatuatur, quod maxime prin- [illegible] difficultas diſcutienda: vtrum cenſenda ſint prima ge- [illegible] de indiuiduis prædicantur: nẽpe, ſpecies ipſæ [illegible]. Nam, ſi dicatur quod ſtatuenda ſint principia illa, quæ [illegible] genera maxime erunt principia, cum hæc de omni- [illegible] principia rerũ, quot ſunt prima genera earumdẽ: Quare [illegible] cum ens & vnum de rebus omnibus maxime præ- [illegible] vnum earum. Quòd ſi quis id velit defendere, hæc [illegible] quorum ſpecies, quæ ſunt ſub generibus, de pro- [illegible] ebus prædicaretur de differẽtijs; quorũ vtrumq; [illegible] de differentijs, ſed differentiæ de ſpeciebus; neq; ge- [illegible], niſi quatenus iunctæ ſunt ſpeciebus; ita enim ratio- [illegible] de differentijs prędicari, dum prędicatur de ſpecie, cuius pars [illegible] lib. Top. genus bis de ſpecie prædicaretur: ſemel ratione [illegible] genus prædicari, cũ etiam differentia de [illegible] manifeſtantur. Etenim, ſi ens & vnum ſunt genera, opor- [illegible] differentias, & ſingulam quamq; eſſe vnam) quòd etiam en- [illegible] erit ens, & vna: ſed & ſpecies ex differentijs conſti- [illegible] vt ſupponitur ſunt genera, quæ de omnibus prædi- [illegible] de differentia ſua prædicabitur, inquantum ſpecies eſt ens, & [illegible]. Sed & genus de differentijs prędicari ſeorſum a ſpeciebus, quod eſt [illegible] & vnum de omni, quod ſit ens & vnum, habet prædicari at dif- [illegible] pariter ens, & vnum: quod ſi eſt ens & vnum; ergo ens & vnum prædicabitur de [illegible] de differentia quæ eſt ens. Vt igitur hæc abſurda tollantur, oportet [illegible] nulla ſit differentia: ex quo ſequitur, quod neq; erunt genera, ens & [illegible] nullum genus eſſe poteſt. Quòd ſi vnum & ens non ſunt genera: conſe- [illegible] erunt principia; cum iam ſuppoſitum ſit, genera eſſe principia. Præterea, ſi vnum & ens [illegible] genera, [illegible] media ſumpta ſimul cum differẽtijs erunt genera vſq; ad indiuidua: [illegible] aliqua genera videantur nonnullis eſſe principia, aliqua vero non [illegible] magis erunt principia, quàm genera iſta compoſita ex differentijs, qua- [illegible] videtur [illegible] vna enim eſt differentia, ſimplex ex ipſo genere, ſic par- [illegible] eſt, & [illegible] naturã ipſius vnius magis participat. At vero ſi dif- [illegible] quod infinita ferme erunt principia: ac præſertim, ſi primum [illegible]; quando entis infinitæ prope conſtitui poſſunt differen- [illegible] cum principia debeant eſſe pauciora, quatenus prima ſunt. [illegible] habet rationem principij, cum vnum ſit indiuiſibile, & omne in- [illegible] vel ſecundum ſpeciem; vnum autem ſecundum ſpeciem eſt prius, [illegible] quàm genera, quæ in ſpecies diuiduntur; ſequitur, vt extremum [illegible] magis principium quàm genera: ſiquidem ipſa ſpecies ſpecialiſ- [illegible] hominum. Adhuc in quibus eſt prius & poſterius, in ijs non eſt accipe- [illegible] Platonis: veluti, ſi dualitas eſt primus numerus, non eſt aliquis [illegible] numerorum: ſimiliter figura non eſt præter ſpecies figurarum. Atqui ſi horũ, [illegible] accipere aliquid præter ſpecies, multo igitur minus aliorum erit ali- [illegible], & figurarum videntur eſſe genera: in indiuiduis autem non eſt [illegible] eſt accipere aliquid pręter ipſorum naturam, ipſam ſpe- [illegible] ſimiliter vbi eſt quid melius, & quid deterius, quod eſt melius, [illegible], per hęc adducta, nullibi genus eſſe poſſe magis vniuerſa- [illegible] quidem [illegible] ſpeciebus hæc melioris, & deterioris differẽtia inuenitur. Ex qui- [illegible] ſpecies, quæ de indiuiduis pręдicantur in natura conuenientibus, ſint cenſen- [illegible] genera. Rurſus vero difficile eſt ita ſtatuere: ſiquidem oportet principium, [illegible] res, quarum ſit principium; & poſſe ab illis eſſe ſeparatum. At hoc, cur aliquis cen- [illegible] ſingulare, niſi quatenus vniuerſaliter & de omnibus prędicatur? quòd ſi per hanc cau- [illegible] ponenda videbuntur eſſe principia illa, quę magis ſunt vniuerſalia; vnde hac ratione prima gene- [illegible] principia rerum.

TEXTVS.

MAGNA [a] itaque de his dubitatio est, quonam modo ponendo, veritatem consequemur. Et de principijs, vtrum oporteat genera existimare elementa, & principia, an illa magis, ex quibus inexistentibus quicquam primum est. vt vocis elementa, & principia videntur ea esse, ex quibus primo omnes voces compositæ sunt, sed non vox in communi. [b] & designationum ea dicimus elementa, quorum demonstrationes in aliarum aut omnium, aut plurium demonstrationibus insunt. Item etiam corporum, & qui plura dicunt elementa esse, & qui vnum, ex quibus componuntur, & ex quibus constant, principia esse aiunt. vt Empedocles ignem & aquam, & quæ cum eis sunt elementa ait esse, ex quibus inexistentibus entia sunt: sed non ea, vt genera entium ponit. Et ad hæc, si quis cæterorũ quoq; naturam velit considerare, veluti lectum ex quibus partibus. & quomodo compositus est, tunc eius naturam cognoscit. Ex his itaque rationibus non essent principia genera entium. [c] Cum autem singula cognoscamus per definitiones: principia vero definitionum genera sint: necesse est definitorum etiam principia genera esse. Et si entium habere scientiam est ipsum habere specierum scientiam, secundum quas etiam dicuntur, specierum principia ipsa genera sunt. Videntur autem quidam etiam eorum, qui elementa entium ipsum vnum, aut ens, aut magnum, aut paruum dicunt, tanquam generibus eis vti. Aut vero non possibile est vtroque modo principia dicere: ratio namq; substantiæ vna. diuersa vero erit, quæ fit per genera, definitio, & quæ dicit, ex quibus inexistentibus. Et ad hæc, & si quàm maxime ipsa genera principia sunt, vtrum prima generum arbitrãdum sit esse principia, an vltima, quæ de indiuiduis prædicantur. etenim hoc dubitatur. Si enim quoniam vniuersalia, magis principia sunt, patet quòd suprema generum, hæc enim de omnibus dicuntur. Tot igitur principia entium erunt, quot prima generum sunt. Quare & ipsum ens, & ipsum vnum principia, & substantiæ erunt, hæc enim de omnibus maxime entibus dicuntur. Non est autẽ possibile, neque ipsum vnum entium esse genus, neque ipsum ens; [d] necesse etenim est vniuscuiusq; generis differentias & esse, & vnamquamq; vnã esse. impossibile vero est, aut species generis de proprijs differentijs prædicari, aut genus absq; suis speciebus. Quare si vnum, vel ens genus est, nulla differentia nec vnum, nec ens erit. at, si non genera, nec principia erunt: si quidem genera principia sunt. [e] Item etiam media cum differentijs collecta, erunt genera vsq; ad indiuidua, nunc autem quędã videntur, quædã vero non videntur. [f] Et ad hæc differentię magis principia, quàm genera. si igitur istæ etiam principia, infinita, vt ita dicam, principia fiunt, & maxime si quis primum genus principium ponat. At vero, & si principalis species magis ipsum vnum est: vnum autem est, quod indiuisibile est: omne vero indiuisibile, aut secundum quantũ, aut secundum speciem: prius autem, quod secundum speciem est: genera autem magis diuisibilia in species: vnum erit profecto, quod vltimo prædicatur. non enim est homo genus singularium hominum. [g] Item in quibus prius, & posterius est, non est possibile, quod de his dicitur, aliquid præter hæc esse. vtputa si dualitas numerorum est prima, non erit aliquis numerus præter species numerorum. similiter neq; figuræ prę ter species figurarum. Quòd si non horum, multo minus aliorum erunt genera pręter species. horum enim maxime videntur genera esse: in indiuiduis vero non est hoc quidem prius, illud vero posterius. Item vbicunque hoc quidem melius, hoc vero deterius est, semper prius est, quod melius est. quare nihil horum genus esset. Ex his itaque magis apparent, quę de indiuiduis prędicantur quàm genera esse principia. Rursus tamen quomodo oporteat ista existimare principia non est facile dictu. [h] Principium enim, & causam esse oportet pręter res, quarum principium est, & posse esse separatum ab eis. Tale quid autem esse præter singulare cur quisquam opinaretur, nisi quoniam vniuersaliter, & de omnibus prædicatur? At si propter hoc, quę magis vniuersalia sunt, magis ponenda principia sunt. quare prima genera vtiq; principia sint.

ADNOTATIONES.

MAGNA, [a] *itaq; de ijs dubitatio est. &c.* Passim referuntur hæc ad omnes quæstiones iam antea propositas: verum nil prohibet, etiam referre ad solam illam difficultatem motã circa entia mathematica, quæ fuit postrema: de qua dicit hoc loco, esse difficile statuere veritatẽ, siue ponantur separata, siue non separata a rebus sensibilibus; quemadmodum etiã erit difficile statuere veritatem hoc loco propositã circa genera; siue ponantur esse principia, siue non principia. [b] *Et designationum ea dicimus esse elementa. &c.* Quòd principia sint censenda ea, ex quibus insitis res constituantur, palam facit Aristoteles ex vsu loquendi circa designationes mathematicas: siquidẽ dicimus ea esse elementa, quorũ ostensiones assumũtur in ostensionibus, vel omnibus, vel plurimis aliarũ rerũ: & huiusmodi designationes ostenduntur per quædã insita rebus; veluti triangulus ostẽditur æquilaterus super datã rectam lineam, & demonstratur per ea, quæ cõponunt triãgulum: vnde, si hæc appellantur elementa, excluduntur igitur genera, vt sint dicenda elementa rerũ. Illud autẽ dictum, ꝙ elemẽta huiusmodi mathematica insunt omnibus, vel plurimis alijs theorematibus, quę ostenduntur in illis disciplinis (vbi supponuntur, & accipiuntur designationes iam ostensæ in illis theorematibus) huc tẽdit, ꝙ designationes iam ostensæ, vt prima elementa, accipiuntur in plurimis, si non in omnibus ostensionibus consequentium theorematum: non enim in omnibus demonstrationibus eadem accipiuntur.

[c] Cum

[illegible] *per definitiones*. Veritas huius pronunciati ita patet; nam ſcire, [illegible] quam res eſt; quod fit per demonſtrationem: at demonſtrationis [illegible] nita, cognoſcimus ſingula quæ ſciuntur per demonſtrationem; & ſunt [illegible] ſimplicia autem non demonſtrantur, ſed cognoſcuntur per [illegible] ſimiliter pertinet ad definitionem, vt clarius patebit infra ex his, quæ [illegible] deſeruit ad ea manifeſtanda, ex quibus notis conſtituitur rerum [illegible] quin etiã aliqua cognitio de rebus ſumatur per probabiles ratiocinatio- [illegible] cognitionem de re, q̃ ita ſit, aut non ſit: quod etiam pertinet ad rei [illegible] quæ inde colligi poteſt. [d] *Neceſſe etenim eſt vniuſcuiuſq; generis* [illegible] *vnam eſſe &c.* Ex communi interpretum ſentẽtia, Ariſtoteles hoc [illegible] non poſſunt ſtatui principia & elementa rerũ, ſi principia & elemẽta [illegible] vnum, & ens non poſſunt eſſe genera: aliter autem nõnulli; & alij ali- [illegible] eam hunc in modum: ait enim, ſunt altiſſima gene- [illegible] non communicant in vna natura; igitur ens, aut vnum non erit genus ad [illegible] alioquin inter ſe conuenirent ea, quæ ſupponuntur eſſe diuerſa. ex quo dicto [illegible] ens non habet conceptum vniuocum ſupra res; de quo tamen cumulate agemus [illegible] ita videtur fieri poſſe interpretatio: nempe, q̃ vnum & ens nõ poſ- [illegible] ſequeretur, q̃ ſpecies prædicaretur de ſua differentia, & genus etiã de [illegible] quorum vtrumq; eſt inconueniens. Nam (quòd attinet ad primum) nõ poteſt [illegible] dicetur de ſua differentia, tum quoniam in plus ſe habet differentia, quàm ſpecies, vt [illegible] in [illegible] Porphyrij de quinque vocibus; tum etiam, quoniam ſpecies eſt aliquid [illegible] differentia. quod tollit, vt non poſſit ſpecies prædicari de differẽtia; alioquin [illegible] ſpeciei, & ita eſſet quid compoſitum, quod non ſupponitur de differentia. [illegible] autem non deducit probationem, vti modo nos deduximus: ſed ſolum infert hoc cõſecta- [illegible] ſi ens & vnum eſſent genera, ſpecies prædicaretur de differentia: quod quidem hunc in mo- [illegible] Nam ens & vnum conuenit etiam ſpeciei, cum vnaquęq; ſpecies dicatur ens & vnũ [illegible] etiam differentijs; hinc ſequitur, vt ſpecies, quatenus eſt ens, vel vnum, dicatur de ſua differentia, quæ eſt ens & vnum. Dici etiam poſſet per hanc eandem probationẽ, q̃ differentia exi- ſtens ens, & vnum, [illegible] de ſpecie, quæ eſt ens & vnum. Verum non eſt abſurdum, q̃ differentia de ipſa prædicetur [illegible] maxime conueniens: ſicuti eſt abſurdum, q̃ ſpecies prædicetur de differẽ- tia. Quod vero genus prædicetur de differẽtia, id abſurdum eſt dicere; quoniam bis genus prædicaretur de ipſa, vt [illegible] Ariſtoteles in lib. 6 Topicorum: ſemel, dum prædicatur de ſpecie, tanquã illius ge- nus [illegible] vero, quatenus ſi prædicaretur genus de differentia, de ſpecie quoq;, media differentia, prę- [illegible] eſſe animal. Quòd autẽ genus prædicaretur de differentia, ſi ens aut vnũ ſta- [illegible] Ariſtoteles ex hoc ſuppoſito: q̃ cuiuſq; generis ſunt differentiæ; erit igitur [illegible] ſi ſunt genera & [illegible] differentia entis erit ens; & vnius differentia pariter erit [illegible] differentia prædicaretur, quod non eſt admittẽdum: ſiquidem (vt di- [illegible] habetur hæc eadẽ diſputatio) ſi eſſet differentia entis, aut vnius, [illegible] idem quod genus, ſi genus de ipſa prædicaretur; at genus [illegible] quale quid vt patet ex logica. Non ignorandũ autem, q̃ differen- [illegible] cap. de differentia, ſunt potẽtia in genere; actu autem nulla eſt in [illegible] in ſpecie actu inueniuntur: quod eſt dicere, q̃ animal, quod habet ratio- [illegible] eſſe genus ad diuerſas ſpecies animaliũ, eſt in potentia vt fiat vel animal rationale, vel [illegible] in comment. [illegible] huius libri ait; non eſſe inficiandum, quin genus poſſit prædicari de [illegible] ipſe, differentia omnis eſt qualitas, & qualitas genus eſt; ergo ge- nus de differentia prædicabitur. Idem inquit ſubſtãtiam, tanquã cõmune genus, prædicari tam de cõpo- ſitis quam de ſimplicibus ſubſtantijs, inter quas ſimplices eſt etiã differentia. ſed pace tanti viri, hæc nõ videntur rationi conſentanea etenim qualitas, & ſi prędicatur de differentijs, nempe de habitu aut diſpo- ſitione, [illegible] fortitudine, caliditate, & huiuſmodi; quibus tanquã differentijs res ſolent inter ſe di- ſtingui; attamen non prædicatur de iis, niſi quatenus retinet naturã generis; ſub quo etiã, vt ſpecies quę- dam qualitatis, & non vt differentiæ colli[illegible]ntur, & ſanitas, & iuſtitia, & caliditas, & alia huiuſmodi; quæ deinde [illegible] apponitur, euadunt ipſarũ differentiæ. Similiter, ſi ſubſtãtia prædicatur de ſubſtantijs etiã ſimplicibus, & non ſolũ de cõpoſitis; dicendum q̃ eatenus prædicatur de differẽtijs, ſi ſunt ſubſtan- tiæ, quatenus ſunt ſpecies ſubſtantiæ. Verum ſimplices formæ (vt habetur in cap. de ſubſtantia in lib. prædicamentorum) non ponuntur proprie inter ſubſtantias in eo loco, vbi Ariſtoteles mouet dubitatio- nẽ circa partes ſubſtantiarũ, num ſint in ſubiecto. Quare poterit quidẽ dici, hanc vocẽ, *ſubſtantiam*, eſſe quoddam [illegible] analogum; in quo tũ ſimplices ſubſtantiæ, tum cõpoſitæ cõueniant, ita quidẽ, vt propter ſimplices ſubſtantias, quæ ſunt partes concurrentes ad conſtitutionẽ ſubſtantiarũ cõpoſitarum, ipſæ cõ- poſitæ ſubſtantiæ exiſtant: vt exponitur infra lib. 7. cap. 2. Ex dictis autẽ Alexandri colligitur, omnes dif- ferentias etiam eſſe in prædicamento qualitatis: quod infra clarius apparebit in lib. 5. c. de quali. [e] *Item etiam mediæ cum differentiis colle[illegible] erunt genera vſq; ad indiuidua*. Horum verborum cõmunis eſt interpre- tatio: q̃ non poſſunt dici aliqua eſſe genera, quatenus ſunt vniuerſalia; quoniã ſequeretur, media vſq; ad

Auer.

Auer.

Alexand.

indiuidua, ipsas species specialissimas, esse pariter genera; quoniam & ipsæ de pluribus prædicentur; quę tamen species non videntur esse genera, neque alijs, qui non supponunt species esse genera: neque no-
Auerr. bis; nempe ipsi Aristoteli; quam interpretationem videtur etiam innuere Auerroes. Verū & aliter possemus hoc deducere; quòd media essent genera, quatenus omnibus his conuenit dici & ens, & vnum: & sic vt talia, essent genera: cum tamen non videantur omnia esse genera. Aut ita quoque possemus interpretari; quòd media comprehensa cum differentijs essent genera; & consequenter principia: cum tamen non videantur omnia esse principia, sed tantum aliqua: quam expositionem videtur etiā innuere
Alexand. Alexander, vt sit deductio ad hoc absurdum: quòd plurima, ac prope infinita essent principia. Verba autem illa: *nunc autem quædam videntur, quædam vero non videntur*: duplici modo explicat Alexander:
Alexand. aut ita, videri quædam non esse genera, vt quæ carent proprio vocabulo; sicuti animal rationale; sed tamen sunt. Aut hoc modo: quoniam in 1. lib. de par. anim. explicatur, quòd priuatiuę tantum differentiæ cum generibus acceptæ, non faciunt neque species, neque genera; vt quæ nihil definitum significent. Verum præstat magis intelligere, quòd non videntur omnia esse principia, sed solum aliqua: quod respicit aliorum positionem; siue quo ad positionem generum; siue quo ad positionem principiorum.
Philop. f *Et ad hęc differentię magis principia quàm genera*. Huius pronunciati hanc affert Philoponus concisam explicationem: quoniam inquit differentiæ cum generibus comprehendūtur; ac genera nuda sunt.
D.Tho. D. Thomas inquit: quoniam genus habet rationem materiæ, & potentiæ: at differentia actum & formā importat. Fortasse melius diceremus, quòd differentiæ comparatæ præsertim generibus medijs, quoniā hæc sint composita, differentiæ vero sunt simplices, sic vt simpliciores, magis videntur esse principia.
g *Itē in quibus prius, & posterius est*. Ratio hæc deducitur ex placitis Platonis: qui (vt explicatur in lib. 1. Eth. cap. 6.) nolebat quòd vbi est prius, & posterius, possit accipi vnum præter multa: quod forte asserebat, quoniā in eiusmodi esset inæqualitas; vnitas autē non cadit inter inæqualia, sed inter vniformia. Atqui si non in numeris, quorum quàm maxime genera esse videntur, non est accipere genus præter species; ergo nec in alijs: siquidem in omnibus reperitur quid prius, & quid posterius; aut quid melius, & quid deterius: igitur non est constituere genera aliqua præter multa. in indiuiduis autem, in ipsorum communi natura non est prius vel posterius; vnde in his non esset inconueniens dicere, quòd sint species præter multa indiuidua: & ideo species magis videbuntur esse principia quàm genera, quod erat propositum hoc in loco probare. Aristoteles autem secūdum sua placita, in alio sensu, supponit aliquid commune præter singularia, cum accipitur aliquid, quod est in ipsis singularibus secundum modū vniuersalem; licet idem non æque in omnibus reperiatur: pro vt est proportio, quæ in numeris, magnitudinibus, motibus, & temporibus inuenitur: vel vt est os in animali, & radix in planta proportione respondens ori animalis: & alia huiusmodi, de quibus est frequens mētio in libris de animalibus: vbi Aristoteles suas contemplationes contexit sub ratione quadam vniuersali; licet idem non sit absolute commune genus in omnibus speciebus; sed prius in aliquibus sit huiusmodi vniuersale; a quo cætera depēdent, aut in cognitionis ratione, aut in essendo, pro ut a substantia in esse, & cognosci pendent omnia alia prædicamenta; vt dicitur infra li. 4. In li. autē Analy. cap. de vniuersali animaduertit, decipi nos circa vniuersale, quando nihil est accipere præter singulare, vel singularia; aut si est accipere, illud est innominatū; adeo vt demonstrantes in parte, existimemus demōstrasse in toto, & in vniuersali. Etenim ibi supponitur, quòd sint nonnulla, in quibus nihil licet accipere præter singularia, aut præter singulare: aut, si est accipere, est innominatum: idque ad differentiam aliarum rerum, in quibus est accipere aliquid præter singularia, & est nominatum: veluti præter singularia animalia; nempe præter homines, equos, boues, est accipere conceptum communem, ipsum animal: sub quo vniuersalis demonstratio texitur æque communis omnibus animalibus. At non ita erit de luna, quæ est singularis & vnica: vnde, præter eius propriam naturam, non est accipere conceptum aliquem vniuersalem, tanquam communem pluribus indiuiduis lunæ naturam obtinentibus: ac propterea Aristoteles infra li. 7. cap. 15. palam facit, quòd rerum, quarum natura vno tantum indiuiduo comprehenditur, & præsertim si sit æternum indiuiduum, non potest proprie tradi definitio. Similiter circa lineas ęquidistātes, quæ non concurrūt, de quibus loco ante citato in Analy. meminit Aristoteles, & si varijs modis possint designari, in quantum varie linea deduci potest super lineas duas æquidistantes; attamen non est in ipsis accipere vnum communem conceptum, qui omnibus istis modis conueniat; sed diuersis demōstrationibus singuli istimodi ostenduntur. In alijs autem quibusdam rebus contingit accipere, præter singularia, vnum conceptum vniuersalem pluribus communem, sed non nominatum: veluti est proportio, quę in numeris, & magnitudinibus, & motibus, & temporibus repetitur; quibus omnibus ratio eadem proportionis conuenit: sed conceptus vniuersalis huius conuenientię non est nominatus; vnde nec proprie demonstratio secundum vnum conceptum vniuersalem, qui sit nominatus, de ijs afferri potest: sed in singulis his rerum generibus sigillatim patefacienda est, quę omnibus conuenit, dicta proportio. Hæc itaque omnia oportet nobis esse perspicua, ne erremus in demonstrationibus contexendis penes ipsum vniuersale: semper enim quo ad fieri potest, debet vniuersalis astrui demonstratio: & vbi id non contingit fieri siue, quoniam sit innominatum vniuersale; siue, quoniam non licet accipere vniuersale pręter singulare, aut singularia; saltem cauti, & circumspecti simus, scientes quòd de huiusmodi non astruitur proprie demonstratio; & non decipiamur putantes demonstrationem vniuersalem confecisse, quę tamen non sit vniuersalis: quod Aristoteles animaduertebat summopere obseruandum in Analy. loco citato circa ipsum

[illegible] *pium enim & cauſam eſſe oportet præter res, quarum principium eſt, &* [illegible] vult Ariſtoteles in hoc loco ſignificare; quod res compoſitæ & ſingula- [illegible] it a principio, & a cauſa, quæ debet eſſe pręter res, vt ſit quid aliud ab ipſis, & poſſit eſſe ſepa- [illegible] rationem ab indiuiduis: adeo quòd forma multorum ſingularium in [illegible] indiuiduis: in quibus deinde forma eadem in ſingulis eſt varia, & diuerſa [illegible] conſtituunt vnumquodque ſingulare: de qua re infra lib. 7. & 8. ex [illegible] De ipſis autem ſingularibus notitia habetur, dum ſecundum formam illis omnibus [illegible] ita vt vnaquæque ſpecies ſecundum huiuſmodi formam vniuerſalem, [illegible] omnibus indiuiduis, quatenus eſt ſeparata a particularibus cōditionibus vniuſcuiuſque, [illegible] cognoſcatur: & huiuſmodi cognitio, ſi ad ſpecies rerum referatur, eſt diſtin- [illegible] pertinet ad ſpeciem ſpecialiſſimam. ſi autem ad ſingularia indiuidua comparetur, hac ratione [illegible] in [illegible] & non in energia, quæ deſumenda eſt ex conſideratione, & animaduerſione [illegible] explicatum eſt ab Ariſtotele in calce lib. 13. apud nos 11. & clarius [illegible] de deceptione. Vbi, ſicut etiam animaduertimus ſupra in lib. 1. cap. 14. in quę- [illegible] comprehendat ſingulare, tres modi ſciendi afferuntur; tum in vniuerſali, quæ [illegible] confuſa, vt ſi cognoſcatur homo, quatenus eſt animal: tum proprie, vt ſi homo ſecun- [illegible] propriam formam comprehendatur; tum ſecundum energiam, quatenus res vt ſe habet in [illegible] & pertinet ad ſingulare; quod non niſi ſenſu comprehenditur: veluti dum cognoſci- [illegible] quod nulla mula pariat, de hoc cognitionem ſumendo, facta experientia circa mulas particulares.

[illegible] afferuntur, vel ſiquid pręter ſingularia, vel ſi nihil pręter ipſa conſtituatur. Cap. VI.

PARAPHRASIS.



ONSEQVENS iam vero, & emergens ex antea diſputatis eſt illa quæſtio omnium dif- [illegible] & maxime neceſſaria vt illam contemplemur, de qua nunc fuit mentio, dum dictum eſt, cauſam & principium debere eſſe præter res ſingulares, & ab illis poſſe ſeparari. Iam enim hoc ponitur in quæſtione, num præter ſingularia; ſtatuendum ſit aliquid eſ- ſe. [illegible] ſi dixerimus, nihil eſſe pręter ſingularia, hinc maximum illud ſequeretur abſurdum, quòd non haberetur ſcientia rerum ſenſibilium: ſiquidem ſingularium, cum ſint infinita, non eſt ſcien- [illegible] quatenus ob vnum idem exiſtens in omnibus indiuiduis, ſub quodam vniuerſali conce- [illegible] ideo ſi nihil eſſet pręter ſingularia, ſcientia non haberetur. Quòd ſi volentes hoc [illegible] effugere, conſenſerimus aliquid eſſe pręter ſingularia; iam ſequetur neceſſe eſſe, vt gene- [illegible] ad indiuidua, cum per ipſa ſit habenda ſcientia, ſint pręter ſingu- la [illegible] eſſe dubitatum eſt antea. Amplius ſuccedit hæc alia difficultas di- [illegible] aliquid eſſe præter ſinolon, id eſt pręter ipſum totum, cum aliquid prę- [illegible] ſi ſit ſpecies quædam pręter ſingularia, hęc ipſa ſit præter omnia, [illegible] aliqua alia non ſit, an præter nullam rē. Siquidem igitur dixerimus [illegible] eſſe pręter ſingularia, ſequitur quod nihil erit intelligibile, ſed omnia erunt ſenſibilia: & ita nul- [illegible] ſcientia, niſi quis velit appellare ſcientiam, ipſum ſenſum, qui verſatur circa ſenſibilia, & ſingu- laria [illegible] nihil erit ęternum, nihil immobile: quando omnia ſenſibilia corrumpuntur, & ſunt in motu. Atqui, ſi nihil eſt ęternum, neque generationem poſſibile eſt eſſe: ſiquidem oportet in genera- [illegible] aliquid eſſe quod fiat, & aliquid ex quo fiat, & horum extremum eſſe ingenerabile, quando ex non ente nihil fit, & in cauſarum proceſſu eſt ſtatus, vt oſtenſum eſt in lib. ſuperiori: vnde implicat con- tradictionem, dicere nihil eſſe ęternum, & ꝙ poſſit eſſe generatio. Amplius, ſuppoſita generatione & mo[illegible] neceſſe eſt quoque generationis & motus eſſe terminum: quandoquidem & nullus eſt motus in- finitus, ſed cuiuſcunque finis eſt, & quod non poſſibile eſt fieri, impoſſibile eſt vt fiat; & quod factum eſt: neceſſe eſt vt ſit, cum primo factum eſt. Vnde, ſi neceſſe eſt finem eſſe generationis, oportet vt ſit aliquid ingenitum, ex quo [illegible] quę generantur. Adhuc ſi materia eſt, quoniam ſit ingenerabilis, multo etiam magis rationabile eſt, ſubſtantiam eſſe, ipſam ſcilicet formam, per quam proprie res ſunt; cum ipſi materię [illegible] ipſa forma ſit cauſa: nam ſi non ſit, neque id, quod largitur eſſe, neque materia, quę ſuſci- p[illegible] eſſe, nihil erit omnino. Quod ſi hoc eſt impoſſibile, neceſſe eſt igitur aliquid eſſe pręter ipſum to- tum, pręter compoſitum, ipſam ſcilicet formam eſſe, atque ſpeciem; ſiquidem compoſita deficiunt. At ſuppoſito ꝙ ſit forma pręter totum; inquirendum eſt, quorum nam ſit ponenda huiuſmodi forma, quæ ſit pręter totum. Nam perſpicuum eſt, ꝙ omnium eſſe non poteſt: nunquam enim poneremus, ꝙ ſit ali- qua domus pręter domos particulares. Adhuc etiam inquirendum, num ſubſtantia ſit vna omnium, veluti hominum. Nam hoc aſſerere abſurdum eſt: non enim omnia ſunt vnum, quorum eſt ſubſtantia vna: ſed multa ſunt, & inter ſe differentia. verum & hoc eſt irrationabile, quòd quę conueniunt in vna eademque ſubſtantia, non ſint vnum, ſed multa. Adhuc etiam inquirēdum, quomodo materia fiat vna-

quęque

quæque harum substantiarum:& quomodo ipsum totum est vtraque:nempe,tum materia, tum forma simul. Adhuc & de principijs hanc eandem de vnitate aliquis moueret dubitationem : num principia sint vnum specie,an numero:nam si ponantur esse vnum specie , sequitur quòd nihil erit vnum numero,neque ens,neque ipsum met vnum. Ex alio latere,quomodo aderit scientia,nisi fuerit quid vnum in omnibus?at vero, si quodque principiorum est vnum numero , & non sint , sicuti sensibilium sunt alia aliorum principia:veluti syllabæ,quæ sit specie eadem,etiam principia sunt specie eadem; eiusdem autem speciei syllabæ plura numero indiuidua & diuersa sunt ; & ita etiam indiuiduorum principia sunt plura:nisi igitur ita dicatur de principijs rerum omnium:sed velimus asserere,quòd vnumquodq; principium sit vnum numero,sequetur quòd præter elementa nihil aliud erit . siquidem dicere vnum numero,& dicere singulare,nil differt.Ita enim describimus singulare,quòd sit numero vnum ; vniuersale autem illud esse dicimus , quod in his ipsis est singularibus . Quemadmodum igitur si vocis elementa determinata essent in vno numero , necesse foret tot esse omnes litteras , quot sunt elementa ; adeo quòd non essent neque duo,neque plura;ita quoque de principijs rerum omnium statuendum esset, si determinata secundum numerum ponantur;nempe, tot fore tantummodo res , quot principia,& elementa in numero determinata ponerentur .

TEXTVS.

EST ª autẽ consequens his, & ad speculandum omnium difficillima , maximeque necessaria dubitatio,de qua præsens fit sermo . ᵇ Si enim non est quicquam præter singularia,singularia vero infinita sunt,quomodo possibile est infinitorum habere scientiam? quatenus enim vnum quid, & idem,& quatenus vniuersale quid est,eatenus omnia cognoscimus . At si hoc necesse est , & oportet aliquid præter singularia esse,necesse erit,vt genera,aut vltima aut prima , sint præter singularia . hoc autem quòd impossibile sit,paulo ante dubitauimus . Item, si quàm maxime aliquid est præter totum, cum quicquam de materia prędicetur,vtrũ si aliqua species est,præter omnia esse aliquid oporteat, an pręter aliqua esse,& præter aliqua non esse,an præter nullum.Si igitur nihil præter singularia est,nihil intelligibile erit,sed omnia sensibilia:& scientia nullius erit,nisi quis sensum dicat scientiam esse. Item nihil esset sempiternum,nec immobile . ᶜ sensibilia enim omnia corrumpuntur , & in motu sunt . At si nihil est sempiternum,neque generationem esse possibile est . ᵈ necesse est enim aliquid esse id , quod fit , & ex quo fit,& vltimum horum ingenitum esse:siquidem stat,& ex non ente fieri impossibile est . ᵉ Item generatione & motu existente,necesse est vt finis etiam sit,nec enim infinitus est aliquis motus,sed cuiusque est finis. & fieri non est possibile,quod factum esse impossibile sit.quod autem factum est,necesse est vt sit , cum primo factum est . ᶠ Item,si materia est,propterea quòd ingenita est,multo magis rationabile est ipsam substantiam esse,cum illa existat,vt hæc sit. Si enim nec hæc erit,nec illa,nihil erit omnino . quòd si hoc impossibile est , ᵍ necesse est vt forma,& species aliquid præter totum sit.Si autem rursus hoc aliquis ponet , dubium est de quibus hoc ponet,& de quibus non.quòd enim de omnibus non est possibile,patet.non enim ponemus aliquam esse domum,præter domos singulares.Et ad hæc ʰ vtrum vna erit omnium substantia,vtputa hominum.Sed absurdum est.non enim vnum essent omnia , quorum substantia vna , sed multa atque diuersa. sed hoc etiam inconueniens est. ⁱ Simul autem quomodo materia vnumquodque horum est , & est totum hæc ambo ? ᵏ Item de principijs hoc etiam aliquis dubitabit , nam si specie sunt vnum , nihil erit numero vnum,nec ipsum,& ipsum ens.Ipsumque scire quomodo erit,si non aliquod vnum in omnibus erit? At vero si vnum numero,quodque principiorum vnum,& non,vt in sensibilibus,alia aliorum,vtputa huius syllabæ cum specie sit eadem,etiam principia specie eadem sunt. etenim hæc numero alia sunt. Quòd si non ita, sed principia entium numero sunt vnum,non erit prẹter elementa aliquid aliud.numero enim vnum dicere,aut singulare,nil differt. ita enim singulare dicimus , quod vnum numero est : vniuersale vero , quod in his.quemadmodum si vocis elementa,eo quòd vnum numero est,determinata essent , necesse esset tot omnes litteras esse,quot elementa,cum non essent duo,aut plura eadem .

ADNOTATIONES.

EST ª autem consequẽs his,& ad speculandum omnium difficillima, maximeque necessaria dubitatio,de qua pręsens fit sermo. Interpres Alexandri græcam dictionem , quæ habetur hoc loco , ἐσόμενος , vertit in tempus futurum;id est,erit . Alij referunt ad tempus præsens , vti & Bessario hunc in modum vertens . *de qua præsens fit sermo*. Verum ad tempus quoque Præteritum posset aptari dictum verbum ; & forte conuenientius,vt dicatur,quòd de quæstione nunc agitanda,fuit antea sermo;nempe,cum dictum est, quòd causa & principium videtur debere esse præter res,& posse separari:quibus verbis significatum est,aliquid esse posse præter singularia ; de quo nunc quæstio ex proposito mouetur,num sit aliquid causa rerum præter ipsa singularia,an non:& si sit, num præter composita,sit aliquid ab ipsis separatum per se subsistens,vt omnino sit præter sensibilia: & vtrum substantia existens causa rerum,sit vna in omnibus,an non: & quomodo ad hanc fiat materia ; & quomodo ipsum totum constans ex materia,& forma sit vnum : quibus quæstionibus inuicem ita coniunctis coincidit etiam consimilis dubitatio de principijs;num specie,an numero quodque sit vnum . Dubitatio

[illegible] hæc omnia, eſt difficillima, vt patet ex nodis ex vtraque parte emanantibus. [illegible] maxime eſt neceſſaria, vt circa eam ſpeculatio habeatur: quandoquidem ex ijs dubita[illegible] determinatio, num poſſit haberi ſcientia, & num detur ſubſtantia ſeparata immobilis [illegible] huius philoſophiæ eſt propria contemplatio. [b] *Si etenim non eſt quicquam* [illegible] hac ſuppoſitione quod nihil ſit præter ſingularia, deducitur quòd nihil eſſet in[illegible] ad inferendum, dari igitur debere aliquod vniuerſale [illegible] omnibus indiuiduis eiuſdem ſpeciei, a quibus ſit ſeparabilis ſecundum [illegible]. Ex eadem quoque ſuppoſitione deducitur, quòd niſi eſſet [illegible] nihil eſſet æternum, nihil immobile. De quo etiam non ignorandum eſt, actũ [illegible] huiuſmodi quæſtiones breuiter percurruntur: & dicitur ibi, quòd ſi non [illegible] ſenſibiles, nihil eſſet omnino: idque, quoniam æternitas ſpecierũ non [illegible] primo motore immobili, a quo cœlum & natura pendet. Hoc autem loco [illegible] aliquid immobile æternum, non eſſet generatio, quod ita manifeſtatur. [illegible] aliquid ingenitum, ad quod tandem deueniatur: quod oportet fateri, quando [illegible] proceſſus infinitus; ſed datur ſtatus in cauſis, vt probatum eſt in lib. præ[illegible] eſſe ad materiam, quæ ſit ingenerabilis: nam ſi generaretur quo[illegible] oporteret quod eſſet aliquid ipſi ſubiectum, ex quo fieret, vnde in eiuſ[illegible] ideo ingenerabilis eſſe debet: quare ſuppoſita generatione, concluditur [illegible] de ſuctio apud Chriſtianum, qui iuxta fidẽ & rei veritatẽ ſupponit re[illegible] omnino ſeret. Quin, ſi conſideretur quòd materia eſt potentia, ex quo ſe[illegible] infra lib. 11. apud nos 13. cap. 2.) quòd idcirco magis ſit ſupponenda [illegible] quàm materia, quæ potentia tantum eſt, & cum forma innixa [illegible] corruptionẽ ſubiecti; vtique, niſi ſupponeretur ſubſtantia ſeparata a mate[illegible] perpetuoque ſeruetur, omnia ruerent: adeo quòd iuxta philoſophiam [illegible] ad cœlum, a quo hæc inferiora regantur: & a cœlo, quod mouetur, pro[illegible] immobile; quod dari debere arguitur ex hac rerum generatione atque mu[illegible] fine motu cœli; neque ſine primo motore immobili. Ideo etiam in hoc [illegible] ſi non eſſet forma, quæ dat eſſe rei, & materia ſuſcipiens formam, nihil [illegible] hoc impoſſibile: idcirco ſubiungit, ſupponi debere quòd omnino detur ali[illegible] præter totum: id eſt, præter compoſitum ex materia, & forma; hinc innuens [illegible] ſine qua entia non exiſterent, quam dari patefacit in lib. 12. apud nos poſtremo [illegible] tamen, vt dum ſupponit dari formam hanc immaterialem, non admittat ideas [illegible] ſecundum modum Platonis. Et hæc quidem ſubſtantia immaterialis præſuppoſi[illegible] a qua omnia pendent, præbet modum Ariſtoteli tuendi æternitatem mundi, & [illegible] iuxta quã & ſenſibilium generatio ſuſtinetur per agentia, in [illegible] & ſcientia pariter de eiſdem obtinetur media ſpecie ab in[illegible]. Ex hoc autem quod infert Ariſtoteles in hoc capite, dari ſtatũ [illegible] quod probatum eſt in lib ſuperiori; apparet ex illa diſputata du[illegible] dubitationes diluendas; veluti in hoc cap. deducitur, quòd mate[illegible] conſequenter: quod futurum denunciauerat Ariſtoteles in calce li[illegible] *ea rurſus allaturi, quæ de his ipſis quiſpiam dubitabit, ex ipſis enim* [illegible] *forſitan conſequemur*. [c] *Senſibilia enim omnia corrumpuntur &* [illegible]. [illegible] contra hoc pronunciatum, quòd cœlum exiſtens ſenſibile, non [illegible] Alexander occurrens huic dubitationi, inquit ita dictum eſſe, quòd omnia ſenſi[illegible] aliorum, qui putabant omnia ſenſibilia naſci & interire, vt etiam Pla[illegible] ſua natura interitui cenſebat; licet non interiturum ſtatueret. Poſſumus etiã [illegible] Ariſtoteles, ſenſibilia eſſe in motu; id accommodari poſſe ipſi cœlo; quòd [illegible] corruptibile; quod ſat eſt ad inferendum, ſupponi debere aliquid immobi[illegible]. [d] *Neceſſe eſt enim* ſupponit id, quod manifeſtum eſt: oportere in generatione aliquid [illegible] quorum vtrumque naturam materia inſinuat; tum quod genera[illegible] id, ex quo generatur, & ita ex materia: ſed vtrum horum [illegible] deuenire ad aliquod ingenitum ſubiectũ: quando datur ſtatus in cauſis; [illegible] conſtituit Ariſtoteles; quoniam in generatione modo magis cõpo[illegible] modo hæc ex compoſitis generãtur: vt patet de generatione rerum ex ele[illegible] generatione ex miſtis. [e] *Iam generatione & motu exiſtente, neceſſe eſt vt* [illegible] hoc loco confirmat Ariſtoteles, quòd detur ſtatus in generatione: ex quo ſequitur, de[illegible] ad primum ſubiectum ingenitum: remouet enim ꝙ non poſſit dici, proceſſum eſſe in[illegible] quoniam ſuppoſita quacunque mutatione, oportet vt eius ſit finis, cum nullus mo[illegible] ita vt eius finis non ſit: tum ex hoc etiam, quoniam impoſſibile eſt, vt aliquid generetur, ſi impoſſibile eſt generari; vt eſſet impoſſibile, ſi non eſſet finis generationis: at apparet id quod factum eſt, eſſe, cum primo factum eſt; vnde generationis finis eſt. Accipit autem Ariſtoteles pro confeſſo, motum non eſſe infinitum, quod ex propoſito probatum eſt in lib. 6. phyſicorum. ſed aduertendum eſt, ita mo- Alexand.

ita motum intelligi non esse infinitum, quoniam in quoque motu est finis: vnde & si motus cœli est
sempiternus, vt nunquam deficiat secundum Aristotelem; attamen secundum quamcunq; circuitione,
qua cœlum mouetur, finem habet motus cœli; cum quæq; eius circuitio spatio 24. horarum absolua-
Alexand. tur. Huic autem rationi Alexander censuit supplendum esse hoc consequens: *quorum finis est, etiam*
Syrianus. *principium eorum habetur, erit igitur aliquod subiectum extremum sempiternum*. Syrianus autem, quē
sequutus est Albertus, supplendam censuit orationem hoc assumpto: nihil producitur ad finem, siue
ad actum, nisi ab eo quod est actu: veluti homo ab homine; & hinc probari volunt, formam eandem
specie, aut genere esse perpetuam. Forte aptius ita interpretaremur; quòd velit Aristoteles id remo-
uere, quòd non sit processus infinitus in generatione, sed omnino cuiusq; motus esse finem; ex quo se-
quitur, deueniendum esse ad primum principium; vnde habebitur subiectum ingenerabile. [f] *Item si*
materia est. Hæc non censenda sunt posita pro alia ratione, ad confirmandum quòd detur subiectum
ingenerabile; sed pro statuenda hac alia conclusione: nempe substantiā, quæ proprie competit formę,
& esse, & esse sempiternam: id autem sic deducitur. Si materia est, nempe in rerum natura, vt patet,
quoniam est ingenerabilis, magis etiam rationabile est, q substantia sit, ipsa nempe forma: quando ipsi
materiæ fit esse per formam: non enim materia appareret, & proprie esset sine forma, per quam subsi-
stit, vt sit huiusmodi ratiocinatio. Est materia, quoniam est ingenerabilis; multo igitur magis erit for-
ma, quæ facit, vt sit materia. & iuxta hanc interpretationē videretur corrigendus textus, tanquam men-
dosus, vt particula hæc, ἐκείνῃ, stet in dandi casu cum iota subscripto, & non in nominatiuo, sicuti habe-
tur passim in codicibus Latinis, & Bessario ita legit: *cum illa existat vt hæc sit*: sed ita legatur: *quoniā*
illi fit esse, græce enim ita habetur: ὁπότε ἐκείνῃ γίνεται εἶναι, idest, quando illi fit esse: nempe ipsi mate-
riæ, fit esse ipsa forma, dum illam materia suscipit. Nonnulli autem ex manu scripto codice adiungunt
particulam καὶ, hunc in modum legentes: *multo magis rationabile, esse, & substantiam, quando illa est,*
esse: ita quidem, vt vocem, *esse*, & *substantiam*, pro eodem accipiant ita interpretantes: multo ma-
gis rationabile est, esse, id est substantiam, esse sempiternam: quando illa est; nempe materia. sed non
animaduertunt, nec ponderant verbum illud γίνεται, quod significat fieri, non autem esse: adeo quòd
Aristoteles non vult inferre, q forma sit ingenerabilis (licet hoc cōsequatur ad illud, quod infert, siqui-
dem si est, quod præbet esse materiæ, & hæc est ingenerabilis, vtique & præbens illi esse, ipsa forma, in-
generabilis & sempiterna erit) sed quòd sit: sicuti etiam subiungit; *quòd si non sit neque hoc, neque illa*;
idest neq; materia, neq; forma, nihil omnino erit. ex quibus explicatur, & cōstituitur, quòd præter ma-
teriam, est aliquid existens causa constitutiua rerum; & hæc est forma, quæ iure substantia appellatur,
Alexand. quoniam propter ipsam compositæ substantiæ existant. Alexander autem inferens, quòd vt materia
est sempiterna, ita quoq; de forma aliqua id sit supponendum; animaduertit, hoc non tribui formæ,
quæ in materia generatur, sed formæ efficienti: quæ si similis efficienti, efficiens vt præexistat consen-
taneum est. [g] *Necesse est vt forma & species aliquid præter totum sit*. Hanc quæstionem, num sit ali-
Albertus Magnus. quid præter totum, censuit Albertus Magnus pertinere ad illud, quod perpenditur in lib. 7. num qui-
ditas materialis substantiæ sit aliud ab ipsa substantia, cuius est quiditas: accipitq; particulam, *præter*,
non pro separatione, sed pro alietate, ita ipse loquitur. quæ interpretatio non videtur esse ad mentem
Aristotelis: qui, vbi mouet hanc quæstionem, semper subiungit (vti etiam facit in hoc loco) num sit
aliquid huiusmodi vt forma præter omnia, an præter aliqua: & affert, quòd non sit præter omnia, in-
stantiam de domo, cuius non potest esse forma, quæ sit præter particulares domos: vt hinc pateat innui
ab ipso ideas Platonis, quas negat esse præter substantias sensibiles: quod etiam non abhorret ab Ale-
xandri interpretatione: ita tamen vt dicamus, pertinere hanc eandem quæstionem ad speculādum de
substantia separata; quæ, licet sit præter substantias sensibiles, non tamen sit ponenda tanquam earum
idea, sed vt principium quidem primum omnium, a quo cœlum & vniuersa pendet natura. Quæstionē
autem hoc loco propositam, magis explicate proponit Aristoteles discutiendam infra lib. 7. cap. 11. dū
inquit: *vtrum autem, præter materiam huiusmodi substantiarum, sit aliqua alia, & oportet quærere sub-*
stantiam earum aliquam aliam, vt puta numeros, aut aliquid tale, posterius considerandum est. Et licet
Aristoteles non admittat huiusmodi formas, quæ sint sensibilium præter formas inexistentis materiæ,
attamen vult præter totum, idest præter ipsum compositum, quod generatur, formam esse semper præ-
cedentem, per quam & fiat generatio, & scientia quoq; habeatur: idque propter specierum æternitatē;
quæ deinde existentiam habet ab ipso primo motore immobili; sine quo non essent species æternæ.
[h] *Vtrum vna erit omnium substantia*. Hæc quæstio, vel in genere referri potest ad omnia entia, vel ad
singulas quasque species; num substantia, & forma sit vna in omnibus. de qua quæstione agitur infra
lib. 7. cap. 8. & 11. vbi patefit, esse formam præter particulares formas; quatenus quod ratione intelli-
gitur, est illud, quod in omnibus indiuiduis speciei reperitur, sed varie particulatim in quoque indiui-
duo: non autem absolute supponitur, q sit separata forma sensibilium per se subsistens; cum sola indi-
uidua subsistant; quæ deinde perpetuantur secundum formam in specie, & per hanc comprehendun-
tur ab intellectu. [i] *Simul autem quomodo materia vnumquodque horum est*. Aliqui interpretantur hic
induci aliam rationem ad probandum, q causa formalis non sit vna omnium: quoniam scilicet mate-
Alexand. ria, cum sit diuisa in singula indiuidua, non posset accipere vnam & eandem numero formam. At Ale-
xander aliam inquit proponi quæstionem, quomodo materia fiat horum vnumquodq;: sicuti & hæc
alia subijcitur; quomodo totum erit ambo; nempe tum materia, tum forma. de ijs autem disputatur
infra

ii ... & ... alibi, ... modo materia ex potentia fiat quodq; in actu medio efficiente. item ... compositum sit vnum, constans ex diuersis partibus, ex materia, & forma: de quo præcipue ... vel ..., quomodo homo sit & animal & bipes; licet hæ quæstiones supra ... Et aduertendum hoc loco legi græce, ἕκαστον, quòd materia fiat vnumquodq; ... vnde subiungitur, & quomodo hoc totum sit hæc ambo; atq; ideo non ... aliam lectionem ἑκάτερον, quam aliqui induxerunt. *f Item de principijs hoc* ... Num principia sint specie vnum, vt quodque eorum sit vnum specie ... quæsitum est de ipsa forma constituente substantias compositas: nunc autem ... de ipsis principijs & elementis in cõmuni: quæ quæstio dissoluitur in fine lib. 13. apud nos 14. nec non in lib. 12. apud nos postremo cap. 10.

Dubitationes circa principia, tum si eadem corruptibilium, & incorruptibilium, tum si diuersa esse dicantur. *Cap. VII.*

PARAPHRASIS.

NVLLA autem dubitatione inferior hæc alia succedit, a prioribus omissa philosophis, num sint eadem principia corruptibilium & incorruptibilium. Nam si eadem omnia statuantur, quomodo, & propter quam causam ita fit, vt rerum aliæ sint incorruptibiles, aliæ vero corruptibiles, cum tamen omnes ab ijsdem principijs emanent incorruptibilibus? & Hesiodus quidem, & alij Theologi, qui illud solum curantes, vt persuasibilia sibi ipsis dicerent neglectis ..., supponentes quod Dij sint rerum omnium principia, dixerunt: quæ non gustarunt nectar, & ambrosiam, hæc fuisse mortalia. Et quidem supponentes nomina sibi ipsis nota, at supra captum nostrę intelligentiæ, de gustatione harum causarum enunciarunt. Ac propterea occurrit nobis dubitare in oppositum: propterea quod si dij nectare, & ambrosia vescuntur causa voluptatis; iam igitur vt sint Dij, non sunt in causa nectar & ambrosia, quæ Deorum deseruiunt voluptati. si autem ijs ipsis pascuntur dij ad hoc vt sint, non erunt igitur immortales, qui egent alimento. Verum accurato studio immorari circa eos, qui fabulatum inuolucris philosophantur, non decet philosophum. Ideo accedentes ad eos, qui demonstratiue, atque perspicue edisserunt de suis dogmatis, oportet nos ab ipsis percontari; vnde nam eueniat quod ab ijsdem principijs aliæ res prodeant corruptibiles, aliç vero incorruptibiles? siquidem cum huius facti causam non afferant, neque res ita se habere possit; hinc perspicuum esse debet, quod eadem principia, atque causæ non possunt esse harum rerum diuersarum. Etenim & ipse Empedocles, qui ... videretur maxime constans in suis sermonibus, hanc eandem patitur difficultatem; cum ponat discordiam esse causam corruptionis, & tamen (si recte eius sententia inspiciatur) nõ minus ... facere eandem quoque causam generationis: siquidem ex hoc ipso vno principio, nempe ex ... Deos ... dicit, præsentia, præterita, & futura, homines, & plãtas, & pisces, & Deos ... perspicuum est ex eo quod dicit, quòd nisi esset discordia in rebus, omnia essent vnum ... in vnum, in ipsum chaos; sic deinde vltima sistit discordia, cessans ab opere generandi. Ex qua positione contingit Empedocli, vt Deus (qui est omnium fœlicissimus) minus sapiens sit cæteris, vt qui omnia non cognoscat elementa; non cognoscẽs discordiam: supponit enim simile cognosci simili. terram terrea; aquam aqua; amorem amore; & litem liti: vnde, si Deus non habet in se discordiam, iam huius notitiam habere non poterit, neque eorum, quç cõstant ex discordia. sed (vt ad rem propositam redeamus) patet quòd discordia non potius est causa vt res intereant, quam etiam vt ... sicuti & concordia apud eundem Empedoclem, non magis est causa generationis quàm corruptionis, dum enim omnia congregantur in vnum a discordia; hinc reliqua omnia, quę sunt multa, intereunt. Sed idem de hoc etiam redarguẽdus; quòd nullam causam assignat huius mutationis, sed solum inquit natura ita comparatum esse, vt res in vnum congregentur ex multis; & ex vno in multa fiant, atque dissoluantur: idq; fieri ex necessitate; cuius tamen nullam assignat causam. In hoc autem tantummodo sibi constat, quòd non facit alias res corruptioni obnoxias, & alias liberas a corruptione, sed omnes constituit caducas prçter elementa, & ipsum Deum. At nunc proposita est nobis quęstio, cur aliç res sint corruptibiles, aliç vero incorruptibiles. Et quidem quç adducta sunt, sint ... attendendum, quod nõ possunt esse eadem principia corruptibilium & incorruptibilium. Si autem supponatur, quod non sint eadem omnium principia, sed diuersa: hçc primo occurrit dubitatio; num hçc principia diuersa sint corruptibilia, an incorruptibilia. nam si corruptibilia supponantur, oportet igitur & ipsa ex aliquibus constare: siquidem quodq; corrumpitur in ea, ex quibus cõstat. Quare sequetur, principiorum esse alia principia priora; quod est impossibile; tum si sit abitio infinita. Adhuc, quomodo aderunt corruptibilia, si horum principia auferantur, ex quibus constituuntur? si autem supponantur principia omnia incorruptibilia, sed diuersa tũ corruptibilium, tum incorruptibilium; iam reddenda erit ratio, cur ex principijs incorruptibilibus, quædam

dam res proueniant corruptibiles, quædam vero incorruptibiles: hoc enim nequaquam est rationabile: sed vel est impossibile; aut longa indiget oratione, & discussione. Accedit, quòd nemo aggressus est dicere diuersa esse principia; sed omnium eadem esse constituunt: prædictam autem dubitationem tanquam quid exiguum ducentes, deglutiunt, & missam faciunt.

TEXTVS.

NIHILO autem minor dubitatio & a præsentibus & a prioribus prætermissa est, vtrum eadem corruptibiliũ et incorruptibiliũ principia sint, an diuersa. Si enim eadẽ sunt, quomodo hæc quidem incorruptibilia, hæc vero corruptibilia sunt, & propter quam causam? Quicunque igitur circa tẽpora Hesiodi fuerunt, & cuncti Theologi, solũ quo ad sibi persuaderent, curæ habuerunt, nos autẽ contempserunt. Cũ enim principia Deos facerent, et ex Dijs fuisse dicerent, [a] *quæcunq; non gustarunt nectar, & ambrosiam, mortalia dicunt fuisse. Manifestum autem est, quòd sibi ipsis hæc nomina cognita dicentes,* [b] *talesque afferentes causas, supra vires nostras dixerunt. nam si voluptatis gratia ea attigerunt, nequaquam sunt ipsius esse causa nectar, & ambrosia. quòd si ipsius esse gratia, quomodo essent sempiterna, cum alimento indigerent? Sed de his,* [c] *quæ fabulose & sophistice dicuntur, non est dignum accurate considerare. Ab illis vero,* [d] *qui per demonstrationem dicunt, petere oportet, ac interrogare, cur cum ex eisdem sint, hæc quidem entium sempiterna natura sunt, hęc vero corrumpuntur? cum autem neque dicant causam. neque rationabile sit ita se habere, patet quòd non sunt eorum eadem principia neque causæ. Empedocles, namque, quẽ quis maxime sibi ipsi putauerit consona dicere, is quoque idem passus est. ponit enim quoddam principium corruptionis causam, contentionem. nihilominus tamen & hæc videbitur generare, præter Deum. dicit enim.*

Ex quibus omnia quæ erant, quæ sunt, quæque in posterum erunt,
Ac arbores pullularunt, & viri, ac mulieres,
Feræ, alitesque, & pisces in aqua nutriti,
Ac Dij longæui.

At etiam absque his patet. nam, si non inesset in rebus contentio, vnum omnia, vt ait, essent. cum enim conueniant, tunc extima statuitur contentio. [e] *Vnde & accidit ei fęlicissimum Deum minus sapientem cæteris esse. non enim cognoscit omnia elementa. contentionem namque non habet. cognitio autem similis simili.*

Terra enim, ait, terram inspicimus, aquam vero aqua:
Aethere autem æthera diuum, sed igne ignem manifestum:
Ac amicitia amicitiam, & contentionem contentione perniciosa.

Sed vnde sermo digressus est, hoc est manifestum, quòd accidit ei, contentionem non magis corruptionis, quàm ipsius esse causam esse. similiter nec amicitiam ipsius esse. cum enim congreget in vnum, corrumpit cętera. & simul ipsius trasmutationis nullam causam dicit, nisi quòd ita natura aptum est. ait enim.

Magna contentio in membris nutrita fuit.
Ac ad honores ascendit tempore perfecto.
Quod eis cum alternum sit, amplum præcessit iusiurandum.

Tanquam necesse sit quidem transmutari, causam tamen necessario nullam manifestat. tantum tamen sibi ipsi consentanee dicit, quòd non facit hęc quidem entium corruptibilia, hæc vero incorruptibilia, sed omnia corruptibilia, præter elementa. Quæ autem dicitur nunc dubitatio est, cur si omnia ex eisdem sunt, hęc quidem sunt, hæc vero non. Quòd igitur non sint eadem principia, hęc demum dicta sint. Quòd si diuersa principia sunt, vna quidem dubitatio est, vtrum incorruptibilia etiam ista erunt, an corruptibilia. Si enim corruptibilia, patet quòd necesse est ea quoque ex aliquibus esse. omnia enim in illa, ex quibus sunt, corrumpuntur. [f] *quare accidit principiorum alia esse principia priora. hoc autem impossibile, siue statur, siue in infinitum progreditur. Item, si principia adimentur, corruptibilia quomodo erunt? Quòd si incorruptibilia sunt, cur ex his quidem cum incorruptibilia sint, corruptibilia erunt, ex alteris vero incorruptibilia? hoc enim non est rationabile, sed aut impossibile est, aut multis indiget rationibus.* [g] *Item nemo conatus est alia ostendere, sed eadem omnium principia dicunt, & quod primo dubitatum est, tanquam paruum quiddam putantes, prætereunt.*

ADNOTATIONES.

QVAECVNQVE [a] *non gustarunt nectar, & ambrosiam.* Hesiodus, & alij Theologi poetæ asserebant, quòd illa essent mortalia, quæ non gustarunt nectar, & ambrosiam: quo pronunciato censet D.Thomas, sub inuolucro fabulę, Theologos illos voluisse significare summam bonitatem primi principij; cum omnis dulcedo amoris ad aliquam bonitatem, ac proinde ad summam referatur; vt hinc designarent, quòd res prope accedentes ad summam bonitatem, & eam degustantes, essent immortales quo ad esse singulare & indiuiduum; aliæ vero, quæ longius absunt, & solum odorant bonitatem, non esse immortales, nisi secundum speciem. [b] *Talesque afferentes causas.* Sic Bessario verba hæc: περὶ αὐτῆς τῆς προσφορᾶς: conuertit: interpres vero Alexandri vocem han-

D.Tho.

[illegible] ... & [illegible] idetur aptior intelligentia, quàm ſi interpretemur, *traditio-* [illegible] ... nihil [illegible] ... in Pæronius: Et ita dicemus; quòd de guſtatione harum cauſarum nihil [illegible] ... facta dubitatione, propter quid Dij guſtent nectar & ambro- [illegible] ... *ſophiſtice dicuntur*. Græce habetur μυθικῶς: quam vocem Beſſario ad ſophi- [illegible] ... *ſed* [illegible] *us quæ fabuloſe, & ſophiſtice dicuntur*. & antiqua etiam verſio ita [illegible] ... *us*. Alexander ait, *qui fabulis veritatem excludunt*. Forte poetæ, vt ab- [illegible] ... tanquam ſophiſtæ philoſophari dicuntur; cum aliud ſi- [illegible] ... quod Ariſtoteles tribuit poetis, nominans eos theologos, vt qui de Dijs [illegible] ... *a Qui per demonſtratione dicunt*. Quod aliqui explicant, qui demonſtrãdo de [illegible] ... Ariſtoteles, quod demõſtrationibus vterentur; ſed quòd perſpicue ex- [illegible] ... propriã ſententiã, & non inuolutam, & tectã proponerent, vti poetæ illi. [illegible] ... dæmones, de quibus Platonici meminerunt: nam Apuleius, & [illegible] ... dæmonem eſſe animal animo patibilẽ, mente rationa- [illegible] ... At Empedocles ponit dæmones ex diſcordia cõſtare. Ideo, aut Plato- [illegible] ... Empedocles, pro longæuis, perpetuos intellexit: [illegible] ... *tẽ cæteris eſſe*. In aliquibus cod. græcis loco huius vocis, [illegible] ... ſiquidem per vitã fœliciſſimã, Deus intelligendus eſt; [illegible] ... contextus: quod ad poſitionem Empedoclis ſequeretur, quòd [illegible] ... alij vitæ, ſeu cæteris viuentibus ſapiens; quoniam neſciret di- [illegible] ... ſimile autem ſimili ſecundum ipſum cognoſcitur. Alexander dubi- [illegible] ... Empedocli, ſequi ad eius poſitionem, quòd Deus eſſet minus ſa- [illegible] ... loco, id eſt infra lib. 12. apud nos poſtremo; melius eſſe quædam non [illegible] ... ad hominem ad ipſum nempe Empedoclem, hanc adductam [illegible] ... Alexandrum, ſi Ariſtoteles ex opinione Empedoclis hoc deducit, [illegible] inconueniens, quòd Deus [illegible] ſapiens eſſet, vt qui ignoraret aliqua; ergo ex hoc videtur in- fe [illegible] quòd non concedi debeat, quòd Deus aliqua ignoret. Vnde & D. Thomas, ex his quæ hic di- cuntur contra Empedoclem, colligit ex ſententia Ariſtotelis, non conuenire Deum ignorare, quæ nos ſcimus. *8 Quare accidit principiorum alia eſſe principia priora*. Hæc conſequentia hunc in modum deducitur. Nam ſi ſupponantur principia rerum corruptibilium eſſe corruptibilia; vtique, dum corrumperentur, in aliquod corrumperentur & ita in ea, ex quibus conſtat: conſequenter hæc erunt priora [illegible], quod tamen eſt impoſſibile; ſiue concedatur eſſe ſtatum in principijs (vnde non poſſunt eſſe principia ſupra principia) ſiue etiam dicatur quod ſit abitio infinita: adhuc enim remanet idem impoſſibile, quòd [illegible] alia priora principia; ita enim non eſſent principia, quæ ſupponuntur. [illegible] interpretantur, quòd eſſet impoſſibile, ſi ſit abitio infinita, quòd ſint principia prin- [illegible] neque [illegible] nihil fit, ſi fiat reſolutio in nihilum: neque ex infinitis principijs [illegible] conſtituit. Verum Ariſtotelis verba nihil aliud inducunt, quàm id, quod expoſitum eſt: [illegible] quòd principiorum principia priora eſſent, ſi ſupponantur principia corruptibilia: at hoc [illegible] in [illegible], ſiue ſit abitio infinita. Ex quo dicto, apparet diſputationẽ [illegible] cauſarum, reuocari hoc loco ad dilucidationem præſentis quæſtio- nis, [illegible] *h Item nemo conatus eſt, alia oſtendere, ſed eadem omnium* [illegible]. Ex veteribus neminem ait, conatum eſſe oſtendere, quòd alia ſint principia corru- [illegible]. Ipſe autem Ariſtoteles in lib. 12. apud nos poſtremo, ſtatuit quomo- do [illegible] æternis, ſed aliter ſe habentibus circa motum perpetuum cœli, ſequatur per- petua corruptio & generatio in his inferioribus. Quæ ſpeculatio (vt ipſe inquit hoc loco) indiget multa oratione forte innuens [illegible] illam tractationem de motu, & de alijs plurimis, quæ præmit- tuntur in lib. [illegible] apud nos [illegible]; nec non in libro huic conſequenti, quem poſtremũ conſtituimus in hac philoſophia; & conferunt ad explicationem, tum prædictæ quæſtionis, tum plurimorum aliorum etiam problematum.

Alexand.

Alexand.

D.Tho.

Num vnum, & ens ſint per ſe ſubſtantiæ, vt ponebant Plato, & Pythagorei.
Cap. VIII.

PARAPHRASIS.

QVOD autem omnium eſt difficillimum contemplari, & ad veritatem habendam maxime neceſſarium, iſtud eſt; num ipſum ens, & vnum ſint ſubſtantiæ eorum quæ ſunt; ita quidem vt horum vtrumque non exiſtens quid aliud, de quo prædicentur, ſit hoc quidem ens, illud vero vnum: an oportet vlterius inquirere, quidnam ſit illud, de quo ens & vnum, tanquam de ſuppoſita illis natura prædicentur: Etenim vtriuſque opinionis ſectatores non defuerunt. Nam Plato, & Pythagorei in priorem ſententiam ierunt, quòd non ſit quidpiam, de quo dicatur ens, vel vnum,

ſed hanc eſſe naturam vnius dixerunt,vt ſit vnum;& entis vt ſit ens;ita quidem vt ſubſtantia,ſeu eſſen-
tia ipſius vnius;nil aliud ſit,quàm ipſum vnum,& ipſius entis,ipſum ens.Qui autem naturam contem-
plantur;ex his Empedocles,tanquam ad diſtinctiorem notitiam negocium deferens,explicat quod nã
ens ſit ipſum vnum:& videretur,ſecundum eius dogma, eſſe concordia , cauſa exiſtens omnibus vt ſint
vnum.Alij vero ignem;alij aerem,aut quattuor elementa; quæ conſtituunt eſſe cauſam vt ſint , & ſint
vnũ,ea quæ ſunt,aut fiunt:adeo quòd ſecundum horum ſententiam,vnum & ens prædicarẽtur de prin-
cipijs,quæ quiſque conſtituit;vt in eorum natura tantum ſint,atque ſubſiſtant;& non aliter.Verum ad
uerſus vtramque opinionem non deſunt propriæ difficultates. In primis enim , niſi conſtituatur quod
ipſum ens,& ipſum vnum ſint per ſe ſubſtantiæ,ſequitur quòd nullum omnino ſit vniuerſale , ſi vnum
& ens non ſunt;quæ,vt ſumme vniuerſalia,de omnibus prædicantur . At vero huiuſmodi admiſſa ſup-
poſitione,inſurgit hinc alia magna difficultas; quonam pacto erit aliquid præter hæc;pręter ſcilicet ip-
ſum vnum,& ipſum ens: ideſt,quomodo erunt plura entia vno. ſiquidem quod eſt diuerſum ab ente ,
non eſt ens;vnde locum habebit Parmenidis ſententia,quòd omnia ſint vnum, & hoc eſſe ipſum ens .
Vtroque autẽ modo,ſiue vnum ſit ſubſtantia,ſiue non ſit,adeſt difficultas:impoſſibile eſt enim , vt nu-
merus ſit ſubſtantia,vt volunt aſſertores huius poſitionis.Nam non exiſtente vno ſubſtantia,neque nu-
merus qui conſtat ex vnitatibus,poterit eſſe ſubſtantia.Si autem ponatur ꝙ vnum ſit ſubſtantia,nihilo-
minus ſequitur,ꝙ numerus non erit ſubſtantia ob eandem,quæ adducta eſt de ente rationem, ꝙ ſi ens
ſit per ſe,nihil aliud erit pręter ipſum:ita quoque ſi vnum eſt per ſe ſubſtantia,nihil aliud pręter ipſum
erit:ex quo enim,præter ipſum vnum,erit aliud vnum?omnia autem entia,aut ſunt vnum,aut multa.ac
multa eſſe non poſſunt,niſi ſit vnum:præter vnum autem non eſt aliud vnum;ſi vnum eſt per ſe ſubſi-
ſtens,res ſingularis:multa autem non ſunt vnum;neque multa eſſe poſſunt, niſi,præter vnum , ſint alia
vna:quare nullo modo numerus poteſt eſſe ſubſtantia,vt aſſerebant Plato,& Pythagorei . Quin etiam
iuxta placita Zenonis ſequitur , ꝙ ſi vnum eſt indiuiſibile , nihil erit omnino . Ipſe enim non repu-
vllo pacto eſſe id,quo addito,vel ſublato,res neque maior fit per additionem , neque minor per ſubla-
tionem : tanquam , ſecundum eius opinionem,ens ſit ipſa magnitudo:ac præſertim ſi ſit corporea.hæc
enim vndequaque,& omni ex parte eſt ens,& vndequaque abſolute augebit. aliæ vero magnitudines,
vt longitudo,& latitudo,ſecundum quid rem maiorem faciunt.punctum autem, aut vnitas id minime
præſtant.Verum,cum Zeno importune & odioſe argumentetur , & re vera contingit aliquid eſſe indi-
uiſibile:quare & ita dicendo,præſto eſt ſolutio:& ad eius quoque argumentationem ita per inſtantiam
reſpondere licet:dicendo,ꝙ ſi indiuiſibile non facit maius,ſaltem efficiet plus,rei alicui adiectum . Ve-
rumtamen reſtat dubitatio,quomodo ex vno indiuiſibili, vel etiam ex pluribus eiuſmodi conſtituetur
magnitudo;ſimile enim eſt,ac ſi dicatur lineam conſtare ex punctis.Verum,conceſſo etiam ad mentem
Platonis,& aliorum,qui ita ſenſerunt,quòd ex ipſo vno,tanquam ex forma,& ex alio quodam non vno
tanquam ex materia,videlicet ex inæqualitate,ſeu dualitate indefinita (quę etiam magnum & paruum
appellatur,) numerus fiat;ad huc remanet perquirendum; quomodo,& propter quid,modo numerus,
modo magnitudo erit id,quod fit.ſiquidem non vnum eſt ipſa inæqualitas;& pro eadem natura ſem-
per ſumitur;ſicuti etiam vnum idem eſt ſemper; non enim apparet , quomodo vel ex hac inæqualitate
& vno;vel ex æqualitate & numero poſſint conſtitui magnitudines.

T E X T V S.

O*MNIVM* [a] *autem & ad ſpeculandum difficillimum,& ad cognoſcendam veritatem maxime*
neceſſarium eſt , [b] *vtrum ipſum ens , & ipſum vnum ſubſtantiæ entium ſint , & non aliquid*
aliud vtrumque eorum ſit,ſed hoc vnum,illud vero ens ſit:aut oporteat quid nam ſit ipſum ens,
& ipſum vnum quærere,tanquã altera natura ſubiecta.Quidam enim illo,quidam vero hoc mo-
do putant naturam habere.Plato namque,ac Pythagorici nõ eſſe aliud quid ipſum ens, nec ipſum vnũ aie-
bant,ſed hoc eorum naturam eſſe,tanquã ſubſtantia idem vnum,& ens eſſet.Qui autẽ de natura tractarunt,
vt Empedocles, [c] *tanquam in magis cognitum reducens,dicit quòd vnum eſt ens.videri namque poſſit di-*
cere hoc amicitiam eſſe.cauſa enim hæc omnibus eſt,vt vnum ſint.Alij vero ignem,& alij aerem aiunt ip-
ſum vnum,& ipſum ens eſſe,ex quo entia & eſſe,& facta eſſe.Similiter,& qui plura elementa ponunt.ne-
ceſſe enim & his eſt tot eſſe dicere ipſum ens,& ipſum vnum, quot aiunt principia eſſe.Accidit autem,ſi
quis non ponet eſſe aliquam ſubſtantiam ipſum vnum , & ipſum ens, nec aliorum vniuerſalium quicquam
eſſe.hæc enim vniuerſalia maxime omnium ſunt.Quòd ſi non eſt aliquid ipſum ens,& ipſum vnum, multo
minus quicquam aliorum ſit præter ea , quæ ſingularia dicuntur , Item , ſi ipſum vnum non ſit ſubſtan-
tia , patet quòd nec numerus erit, tanquam natura alia ſeparata ab entibus . numerus enim vnitates,
vnitas vero vnum quid eſt . Quòd ſi quid eſt ipſum vnum & ipſum ens , neceſſe eſt eorum ſubſtantiam
eſſe vnum & ens . non enim aliquid aliud vniuerſaliter prædicatur , ſed eadem ipſa . At vero ſi quid
erit ipſum ens , & ipſum vnum , magna dubitatio eſt , quonam modo aliquid aliud præter hæc erit
dico autem quomodo entia erunt plura vno . quod enim aliud ab ente eſt , non eſt . quare ſecundum
Parmenidis rationem neceſſe eſt accidere omnia entia eſſe vnum , & hoc eſſe ens . Vtroque autem modo
difficile eſt . ſiue enim vnum non ſit ſubſtantia , ſiue ipſum vnum ſit , impoſſibile eſt numerum eſſe
ſubſtantiam . Si igitur non ſit , dictum eſt prius quare . Si autem ſit , eadem ac de ente dubitatio eſt . ex qua
enim

[illegible] necesse profecto est nihil esse. omnia vero entia, aut vnum, [illegible] vnum est. Item, si [illegible] vnum indiuisibile, secundum quidem Zenonis [illegible] quod [illegible] neque additum, neque demptum facit aliquid maius, id non esse [illegible] & si magnitudo corporalis: hæc namque omniquaque ens. cæte- [illegible] facient maius, quodammodo vero nihil: vt superficies & linea facient, [illegible] [d] moleste speculetur, ac contingat aliquid indiuisibile esse, [illegible] huiusmodi namque additum non maius, sed plus efficit. Sed quòmo- [illegible] nile namque est, ac si dicatur ex punctis lineam esse. Quod si [illegible] quidam dicunt, ex ipso vno, & alio quodam non vno numerus fiat: nihi- [illegible] quomodo quandoque numerus, quandoque magnitudo erit. quod fit, [illegible] natura erat. Nec enim apparet, quo pacto ex vno, & ista, neque [illegible] & illa magnitudines fieri queant.

ADNOTATIONES.

[illegible] [a] [illegible] ad [illegible] andum difficillimum, & ad cognoscendam veritatem maxi- [illegible]. Supponit hoc loco Aristoteles difficillimam esse quæstionem: videli- [illegible] ens, & vnum per se essentiam obtineant nec ne: idque ob [illegible] cum Plato posuerit ipsum vnum, & ipsum ens per se separatum a [illegible] tes & ipsi per se substantiam esse ipsum vnum, ipsum tamen non sepa- [illegible]. Alij vt naturales philosophi, constituerunt aliquid ex sensibilibus; puta [illegible] ens supponantur; ita quidem vt ignis, secundum opinionem ponen- [illegible] rerum, est illa substantia, cui competit vt dicatur ens, & vnum. Ari- [illegible] autem [illegible] ens vnum, & ens tantū esse cathegorema, vocem quādam [illegible] quatenus [illegible] prædicamentorum, aut substantiæ, aut accidenti accom- [illegible] vniuersalia prædicata, veluti animal, aut corpus, referant conceptum rei [illegible] in sin[illegible]; quod non præstat ens, nisi expositum, & conceptum sub ratione [illegible] accidentis. Et enim hæc quæstio admodum difficilis ob varias dubitationes, quæ hinc & inde ex[illegible] & eadem [illegible] Aristoteles) est maxime necessaria ad veritatem dignoscendā: [illegible] & vnum [illegible] vniuersi, cum de omnibus prædicentur: hincque pendeat dilucidatio, [illegible] de singularibus [illegible] sumatur per vniuersalia. [b] *Vtrum ipsum ens. &c.* Alexander inter- pre[illegible] quæstionem propositam, num ipsum ens & vnum sint substantiæ, an accidentia. Sed melius vi- [illegible] ita interpretari num essentia ipsius vnius, & ipsius entis, sit de se, & secundum se; an [illegible] in alia [illegible]; [illegible] quod ens & vnum possunt dici habere essentiam in alijs rebus, tam [illegible] quam in accidentibus, quæ etiam dicuntur entia, & de quibus etiam vnum prædicatur. ne[illegible] prædicetur. sequitur vt debeat esse accidens: quando animal de [illegible] in homine sed prædicatur de homine, vt quid vniuersale [illegible] in homine. Cum autem Plato, & Pythagorei supponerent ipsum vnū, & ip[illegible] Aristoteles proponit quæstionem, num de se sint substantiæ, an qua- [illegible] alijs, quæ [illegible] substantiæ, cum tamen (vt dictum est) vnum & ens possint etiam ac- [illegible] accidentibus, licet principaliter de substantia dicantur. [c] *Tanquam in magis cognitum* [illegible] *ens &c.* Vult hoc loco innuere Aristoteles, quòd constituere ipsum vnum, & ipsum ens pro prin- [illegible] substantiam rerum, est [illegible] confuse & indeterminate. at dicere, quòd vnum sit tale ens, nempe [illegible] vnum principium rerum, vt ponebat Empedocles; ita est quid notius in medium a[illegible] secundum [illegible] distinctam notitiam rerum: cum quo tamen stat, quòd vniuersalia sint notiora no- b[illegible], quia prius nota, vt confusa: non autem vt distincte cognita. Aduertendum autem græce ita legi [illegible] vbi distinguendum illud [illegible], & non legendum coniunctim, sed disiunctim; ita vt signifi- cet [illegible] *quid*: & sit sensus huius dictionis: quòd Empedocles ad notius exponit, quod nam ens sit vnum: dum dicit [illegible] esse concordiam. [d] *Moleste speculetur*. Redarguit Zenonem, quoniam speculetur [illegible], quam vocem nonnulli *onerose*, alij *inepte*, aliqui *arroganter* vertunt; aliqui *moleste* vt [illegible] Arridet autem vt interpretemur, quòd Zeno importune suas conficeret contemplationes, ita vt onerosus, & [illegible] odiosus, & molestus esset: tanquam qui nonnulla abhorrentia a sensu communi nimis fa[illegible] enunciaret: vt patet ex disputatione aduersus ipsum habita in lib.6.physic. Aduerten- dum autem in græcis codicibus ita legi. [Greek illegible], idest, *non contingit aliquid in-* [illegible] cum tamen neque apud Alexandrum id negatiue enunciatum appareat; exponit enim affirmati[illegible] neque vllus interpres particulam negatiuam habeat, quum omnes codices latini affirmati- ue le[illegible]: vnde particula ipsa [illegible] expungenda est; quod etiam sensus verborum postulare videtur: qui- bus Aristoteles occurrit positioni Zenonis; tum instando contra eius placitum, quòd datur aliquid in- diuisibile: tum etiam respondendo eius argumentationi; quòd si ipsum indiuisibile non facit maius, saltem faciet plus, addendo indiuisibile indiuisibili: veluti si ad vnitatem addatur vnitas, aliquid plus fiet.

Alexand.

Num numeri, & magnitudines, & puncta sint substantiæ. *Cap. IX.*

PARAPHRASIS.

CONSEQVENS autem in ordine ad præcedentem quæstionem est hæc alia dubitatio; vtrum numeri,& corpora,& superficies,& linea, & puncta sint quædam substantiæ nec ne, quandoquidem si hæc non sunt substantiæ,profecto nos effugiet,quid nã sit ens,& quænam sint rerũ substantiæ:nã passiones,& motus,& relationes,& dispositiones,& ipsæ definitiones nullius substantiam videntur significare:omnia enim hæc de aliquo subiecto dicuntur,& nullũ horum est hoc aliquid,& per se subsistens substantia.Quæ vero maxime viderentur significare substantiã,aqua scilicet,& terra,& ignis,& aer,ipsa famosa eleméta,ex quibus corpora composita constant,si circumspiciantur,horum quidem caliditates,& huiusmodi affectiones non sunt substantiæ: solum autem corpus hæc in se ipso patiẽs permanet,vt ens quoddam,& quædam substantia. At vero corpus minus esse substantia videtur quàm superficies:& hæc minus quàm linea;& hæc minus quàm vnitas,& punctũ:siquidem his omnibus corpus definitur:& hæc quidẽ alia videntur cõtingere esse sine corpore:corpus autẽ sine ijs alijs esse non potest. Hinc vulgus,& priores philosophantes opinati sunt,corpus esse substantiã, & ipsum ens,reliqua vero corporis esse affectiones:vnde & principia corporũ, rerũ principia dixerunt. Posteriores autẽ,& qui sapientiores habiti sunt,numeros censuerunt rerũ esse substantias. Quare,sicuti dictũ est,nisi hæc sint substantia,nulla omnino erit substantia,nullumq; penitus ens;quãdo quæ ijs accidunt,non dignũ est entia nuncupare. Atqui,si quod antea præfatũ est,pro confesso accipiatur,ꝙ magnitudines,lineæ,& superficies,& itẽ puncta sint magis substantia,quàm corpora:cũ nõ videamus,quorũ nã corporum hęc sint,cum neq; in corporibus hæc esse dici possint (quando neq; punctũ vt indiuisibile, neque linea sine latitudine, neq; latitudo sine profunditate,sicuti definiuntur, in rebus sensibilibus conspiciantur) iã consistente vniuersa disputatione hactenus habita, nulla omnino erit substantia.Secundo,hæc omnia videntur esse diuisiones corporis,vel in profunditatẽ per superficiẽ;vel in latitudinẽ per lineã:vel in longitudinẽ per puncta:ꝙ si sunt diuisiones corporũ, consequenter eorumdem erunt affectiones,& non substantiæ. Tertio,in solido inest simili modo vnaquæq; figura, sicuti etiã insunt magnitudines,& puncta. At si in lapide nõ inest,verbi gratia,Mercurij figura nisi in potentia;& in tessera non inest dimidiũ tesseræ:a simili igitur neq; inerit superficies actu in corpore:nã si quæuis inesset,profecto & illa inesset,quæ definit ipsius dimidiũ:eademq; ratio est de linea,de puncto,& vnitate. Quare si omniũ maxime substantia corpus statuatur,& corpore magis substantiæ sunt linea,superficies, & punctũ:hæc autẽ non sunt,nec substantia quædam sunt:hinc sequitur cõclusio,ꝙ nos lateat, quid sit ens,& quænam sit rerum substantia. Nam præter adductas rationes, adsunt etiã absurda contingentia penes generationẽ & corruptionẽ. Nam substantia,quæ antea non erat, & nunc est, vel quæ prius erat, & postea non est;videtur hæc pati cum generatione, & corruptione:ita quidem, vt transeat ab esse ad non esse per corruptionẽ;a non esse vero ad esse per generationẽ. At puncta,& lineas,& superficies non contingit aut fieri,aut corrumpi,tanquam res,quæ modo sint,modo non sint.nam quando corpora,aut inuicẽ tanguntur,aut distinguntur,hęc alia,modo vna sunt simul contingentium corporũ; modo duo sunt diuisorum inter se corporũ.Ex quo sequitur,vt neq; sint corporũ simul compositorũ, cũ corruptæ sint,vt non sint amplius:sint autem distinctorum corporum ea,aut puncta,aut lineæ,quæ prius nõ erãt: neq; enim punctũ indiuisibile existens diuideretur in duo puncta;vt dicendũ sit,ipsa puncta,cum non sint,fieri ex ipsorũ diuisione,cum sint indiuisibilia:& si eadem generantur,vel corrumpuntur, vtiq; ex aliquo generantur,& in aliquod corrumpuntur: vnde aliquid his erit prius: & ita puncto aliquid prius erit. Similis est quoque ratio de ipso temporis momento: Etenim neque ipsum potest generari aut corrumpi;sed semper aliud esse videtur,non existens tamen aliqua substantia.patet autem eodẽ pacto rẽ se habere in punctis,lineis,& superficiebus;eadẽ enim est ratio,vt omnia hæc sint diuisiones,vel termini.

TEXTVS.

HIS [a] autem consequens dubitatio est,vtrum numeri,& corpora,& superficies,& pũcta aliquæ substantiæ sint,an non. Si enim non sunt, [b] fugit nos quidnã ipsum ens, & quę entiũ substantiæ sint. Passiones enim,& motus,& quæ ad aliquid sunt,ipsæq; dispositiones, [c] ac rationes nullius substantiã significare videntur. cuncta etenim de aliquo subiecto dicuntur,nihilq; horum ipsum quid est. Quę vero maxime substantiã videantur significare,sunt [d] aqua,terra, & ignis,ex quibus cõposita corpora consistunt. horũ autẽ caliditates quidẽ,& frigiditates,& huiuscemodi passiones,non substãtię sunt. corpus vero solũ,quod hęc patitur,permanet tanquã aliquod ens,et aliqua existens substãtia. At vero corpus minus est substantia,quàm superficies,& superficies quàm linea,& linea quã vnitas,& punctũ. [f] his enim corpus definitur. & hęc quidẽ videntur posse sine corpore esse, corpus vero absq; his impossibile esse. Quare plures quidẽ,& Antiquiores substantiã quidẽ & ens,putabãt esse corpus;cętera vero huius passiones:& vt principia corporũ,entiũ essent principia. Posteriores vero,et illis sapiẽtiores habiti,numeros. Quemadmodum

[illegible] non [illegible] substantiæ, nulla substantia, nec aliquod ens omnino est. [f] quæ enim [illegible] At si hoc quidem conceditur, quod longitudines, & puncta magis [illegible] qualia corpora hæc sint non videmus (in sensibilibus namque impossibile [illegible] videntur hæc omnia dimensiones corporis esse, hoc quidem [illegible] profundum, illud porro ad longitudinem. Et ad hæc similiter inest in solido [illegible] Mercurius, nec in cubo dimidium cubi, sic vt disterminatum, er- [illegible] & ea profecto sit, quæ dimidium disterminat. eadem autem ratio & de [illegible] Quare si corpus maxime substantia est, hæc autem corpore magis, hæc vero [illegible] sint, fugiet nos profecto quidnam sit ens, quæ ve entium substantia est. [illegible] circa generationem, & corruptionem accidunt inconuenientia. [illegible] nunc sit, aut cum antea existens, postea non, cum genera- [illegible] At puncta, lineas, & superficies, neque fieri, neque corrumpi contingit, cum [illegible] Cum enim tangant, aut diuidantur corpora, quandoque vna, cum [illegible] fiunt. quare neque iam compositis, sunt, sed corruptæ sunt: [illegible] punctum neque indiuisibile, non est diuisum in duo. Cæterum, si [illegible] fiunt. Similiter autem se habet & circa nunc, quod est in tempore. [illegible] corrumpi: sed tamen aliud esse semper videtur, cum non substantia ali- [illegible] quod etiam circa puncta, lineas, & superficies similiter se habet eadem enim ratio est. [illegible] aut diuisiones sunt.

ADNOTATIONES.

[illegible] consequens dubitatio est &c. In ordine quæstionum supra propositarum cap. 1. [illegible] quæstio circa numeros, lineam, superficies, & pũcta, sequitur ad præcedentem: ideo dictum est, quod consequitur ad iam explicatam: & optime hæc series se habet. Nam, cum in præcedenti quæstione actum sit de vno, & de numeris, quæ sunt res immobiles, & secundũ [illegible] a rebus sensibilibus; proximum erat, vt consequenter quæreretur de cæteris entibus mathematicis, [illegible] superficies, lineæ, & puncta. [b] *Fugit nos quidnam ipsum ens, & quę entium substantia.* Cum substantia sit potissimum ens; ideo post nominationem entis, quæ est communis etiam accidentibus, subiunxit Aristoteles ipsas substantias, vt magis rem explicaret. [c] *Ac rationes*. Gręce: [illegible] quam vocem vetus translatio retulit *orationem*: & sunt propterea qui hoc dictum interpretantur de oratione, quæ voce profertur: quod non admittendum, cum huiusmodi oratio pertineat ad prædicamentũ quantitatis. Auerroes autem conceptus, & ipsa intellecta interpretatus est. Alexander vero numeros intellexerit. Aliqui alij proportiones. At præstat intelligere ipsas definitiones, vt Aristoteles, [illegible] hoc velit [illegible] quæ dicuntur de subiecto, non proprie substantiam denotent: idest, non sunt ipsa [illegible] secundum modum tamen solum notissimum etiam vulgo, supponat substantiam esse ipsam [illegible] de qua in prædicamentis apud logicos agitur. Nam etsi animal & [illegible] eius essentiam, quatenus est homo, pertineant: attamen non sunt ipsa [illegible] per se subsistit. [d] *Aqua, terra, & ignis*. Aut supplendus est aer: aut dicendum [illegible] factam, quoniam vulgus inter aquam & cœlũ censet mediũ esse vacuum. [e] [illegible] Quod superficies, linea, & pũcta, sint magis substãtia quàm corpore, [illegible] de lucis Aristoteles: quoniam scilicet his ipsis corpus definitur; & ratio efficax videtur, [illegible] illud, quod definit, est causa, & principiũ rei: vnde, vt sit res, causa est. ideo causa magis tale est, [illegible] allatam in libro præcedenti cap. 1. quod semper illud maxime tale, a quo est communicatio aliis, [illegible] & hac ratione, inquit Alexander, probari ab Aristotele, quod forma sit magis substãtia quã materia, quoniã materia constituitur in esse per formam. [f] *Quę enim eis accidunt, non conuenit entia nominare*. Non hoc vult Aristoteles, quod accidentia non sint entia: sed aut ita protulit ex aliorum sententia; aut etiã ex proprio [illegible] hunc sensum; quatenus accidentia non sunt potissima entia: quod præsertim conuenit prius dicto; [illegible] deductũ sit per argumentationẽ, quod corpora sensibilia non sunt substãtia; vnde multo minus conuenit censere, quod horũ accidentia sint entia, tanquã in his ipsum ens potissime cõprehenderetur, quod non est dicendum. Quod etiã cõsentiens est dictis illis Aristotelis. *At simul (vt ita dicam [illegible] sunt ipsa simpliciter.* quæ habet in initio lib. 12. apud nos postremi loquens de accidentibus. [g] *[illegible] non est diuisum in duo.* Quoniam Aristoteles supponit lineas, & superficies non esse in corporibus, nisi potentia, vnde inferebat, quòd diuiso corpore duæ essent lineæ, aut superficies, quæ prius non erant, & ita apparent generari, & corrumpi, absque quod generentur & corrumpantur, & posset aliquis dicere, quod adsunt lineæ, ita vt diuidatur vna in duas, & sic de superficie: ideo paucis excludit hanc responsionem dicens; quod non diuideretur punctum, cum sit indiuisibile in duo pũcta; quod tamen oporteret, cum & ipsum debeat inesse, existens terminus lineæ. vnde stat conclusio, quòd hi termini magnitudinum, non nisi potentia sint in corpore. Cum vero subiungit Aristoteles: *si generantur & corrumpuntur, ex aliquo fiunt*, his verbis supplendum est, & in aliquod corrũpuntur; quod potest esse allatum in genere de superficie, & linea, & puncto ad hunc sensum: quoniam oportet aliquid præcedere in generatione superficiei, vel lineæ, quando apparent in diuisione: & tamen nihil adest,

Auer.
Alexand.
Alexand.

hil adest,nisi corpus;in quo diuiso prædicta constituuntur. Verum,cum corpus possit dici constate ex superficie; & hanc ex linea,& ipsam ex punctis:attamen non apparet,quomodo punctum possit ex aliquo generari,cum ipso nihil sit superius. [b] *Cuncta namque similiter aut fines,aut diuisiones sunt*. ... ipso nunc,hoc profert,quòd est terminus temporis iam elapsi; aut est diuisio inter præteritum tempus, & futurum,quod quidem nunc modo est,modo nõ est sine generatione & corruptione:& id iure,quoniam solum terminus est rei diuisibilis,ipsius temporis;& consequenter ipsius motus,cuius nõ est alius motus,vt ostenditur in lib.3.Physicorum.res autem deferens motum,& quæ generatur, habet aliquid præcedens,ex quo generatur,huiusque generationis terminus non fit,sed est consequens ad generationem.Pariter superficies,linea,& punctum sunt termini corporum,vel diuisiones,quibus corpus diuiditur:non autem generantur per se ex aliquo;aut in aliquod corrumpũtur; sed ad generationem substantiæ corporeæ,cui insunt in potentia,generantur;& ad eiusdem corruptionem corrumpuntur.

Num principia sint præter singularia,& numero, an specie determinata, & num potentia an actu. Cap. X.

PARAPHRASIS.

OMNINO autem dubitaret aliquis,quare oporteat præter res sensibiles,& medias ipsas mathematicas,alias etiam inquirere,quales constituimus esse ideas:si enim id fiat, propterea quod entia mathematica in aliquo differant a rebus nostratibus, veluti quòd non sint sensibilia, vt hæc aliæ; in hoc non differunt, sed conueniunt cum sensibilibus, quod & in ipsis sint multa eiusdem speciei,prout & in rebus sensibilibus; adeo quòd neque entium mathematicorum erunt principia seorsum determinata:sicuti etiam harum litterarum omnium sensibilium non sunt principia determinata numero,sed specie:nisi quis alicuius singularis litteræ,& singularis talis vocis acceperit principia,quæ pariter erunt determinata numero,vti sunt principia cuiusque rei particularis. Hinc sequitur in communi ad res sensibiles & mathematicas,quod si non sint res aliæ diuersæ, quales nonnulli asserunt esse ideas præter vtrumque dictorum entium;non erit igitur substantia,quæ sit vna numero, & specie & consequenter,neque principia rerum erunt certo quodam numero determinata;sed tantum specie. Vnde,si hoc est necessarium,vt sit substantia vna specie & numero; & principia itidem sint determinata numero;necessarium quoque erit,vt sint ideæ:hòc enim est, quod volunt innuere auctores idearũ; tam etsi aperte id non declarent.Nam necessarium est illis dicere,quòd idearum vnaquæque est quædã talis substantia numero determinata,& nulla est secundũ accidens,quemadmodũ vniuersalia in singularibus per accidens,& non per se subsistunt.Verũ, si constituerimus ideas esse, & quod principia sint vnũ numero,& non specie;iã explicatũ est antea, quæ impossibilia sequantur ad hanc positionẽ. Huic autẽ dubitationi propinquũ & consequens est,dubitare num elementa sint potentia,an alio modo: nam,si alio modo quàm potentia constituerentur,aliquid esset prius ipsis principijs. siquidẽ vnoquoq; principio & causa,prius est eius potentia;& non necesse est,vt quod est potentia,sit etiã actu. si autẽ elemẽta sint potentia,contingit nihil omnino entiũ esse:quando & possibile est esse,quod nondũ est:vt patet ex hoc,quoniam fit id,quod non est;& nihil fit,quod sit impossibile fieri; sed quod est possibile. Has igitur dubitationes oportet de principijs dubitare.Insuper etiam,num principia sint vniuersalia,an singularia:si enim constituantur esse vniuersalia,iam non erunt substantiæ,cum nullum vniuersale significet hoc aliquid:si autem quod communiter prędicatur,sit hoc aliquid,& exponi,& designari tanquam digito potest;sequetur quod Socrates erit multa animalia;tum ipse,tum homo, tũ animal,si vnumquodque horum significat hoc aliquid.Si autem principia ponantur esse non vniuersalia, sed vt singularia; iam non cadent sub scientiam;cum omnium sciẽtiæ sint vniuersales: vnde erunt alia principia ptiora principijs,quæ vniuersaliter prædicentur,si horum est futura scientia.

TEXTVS.

OMNINO [a] *autem aliquis dubitabit, quare oportet alia quædam præter sensibilia, & media quærere,vtputa eas,quas ponimus,formas.Si enim propterea quod mathematica quidẽ ab his,quæ hic sunt,alio quodam differunt,in eo sane,quod plura eiusdẽ speciei sunt,nihil differunt. & ideo non erunt eorũ principia,* [b] *numero determinata,sicuti etiã litterarũ quæ hic,numero quidẽ nõ sunt omnium principia determinata,sed specie,nisi quis huius syllabæ,& huius vocis accipiat.harum enim numero etiam determinata erunt.similiter etiam de medijs.infinita etenim etiam illic sunt,quæ eiusdẽ speciei sunt.Quare,si pręter sensibilia,et mathematica non sint alia quędã,qualia dicũt quidã formas esse,* [c] *non erit vna numero,& specie substãtia:nec entiũ principia aliqua numero aliquot,sed specie erũt.Si itaq; hoc necessariũ est,et formas propterea necesse est esse.etenim quamquã non bene declarẽt,qui hęc dicũt,hoc tamen est,quod volũt:& necesse est eis hoc dicere,quod formarũ vnaquęq; substãtia quędã sit, & nulla secundũ accidẽs.* [d] *At vero si ponemus formas esse,et principia vnũ numero,nõ specie esse,diximus,quę impossibilia necesse est*

[illegible] vtrū potentia an alio quodāmodo elementa ſint. Si enim alio
[illegible] prius. potentia namque prior illa cauſa eſt. non eſt autem neceſſe,
[illegible] habeat. Quod ſi elementa potentia ſunt, contingit nihil entium eſſe.
[illegible] ſit enim quod non eſt, ſed nihil eorum fit, quæ eſſe impoſſibi-
[illegible] dubitationes neceſſe eſt dubitare. [f] Et vtrum vniuerſalia ſint, an, vt
[illegible] communium quod quid, ſed
[illegible] vniuerſalia, non erunt ſubſtantiæ. [g] nihil enim communium quod quid, ſed
[illegible] quod quid. Quòd ſi quod communiter prędicatur, quod quid ſit, &
[illegible] erit ipſe Socrates, & homo, & animal. ſi ſingula quidem, quod quid, &
[illegible] vniuerſalia ſunt hæc accidunt. Quòd ſi non vniuerſalia ſint. ſed
[illegible] vniuerſalis omnium ſcientiæ ſunt. quare erunt alia prin-
[illegible] ſi ſit quidem eorum futura ſcientia.

ADNOTATIONES.

[illegible] [a] *autem aliquis [illegible]*. Memoria repetēdum eſt, quatenus antea cap. 2. po-
[illegible] quæſtione, & [illegible] dubitationes circa ideas, num eſſent ſubſtātiæ præ-
ter [illegible] & pariter circa entia media, ſi eſſent præter ſenſibilia: hoc autem loco tantum-
modo [illegible] tanquam res magni momenti, propter quid ſit neceſſarium conſtituere
ideas præter ſenſibilia, & entia media mathematica. Et affertur, quidnam potiſſimum induxerit idea-
[illegible] res [illegible] hoc [illegible]. & id quidem innuitur fuiſſe in cauſa; nempe, vt haberetur, dari
[illegible] numero eadem: vt ratione ſpeciei ſcientia haberetur, ratione vero numeri per ſe
[illegible] de re [illegible]; [illegible] non per accidens; vt videtur contingere, ſi habeatur ſcientia
[illegible] vniuerſalia, quæ per ſe non ſubſiſtunt: vnde occurrendum erit huic diffi-
[illegible] abſque poſitione idearum, ſcientiam per ſe haberi poſſe: quod præcipue præſtabit
[illegible] in calce lib. 13. [illegible] 11. [b] *Numero determinata*. In aliquibus græcis cod. legitur
[illegible] quæ dictio poſſet ſignificare principia mathematica, quæ ſunt præter ſenſibilia; & ita [illegible]
[illegible], id eſt ſeparata: vnde & determinato numero cenſenda ſunt, quatenus ſunt ſeparata. Alexander Alexand.
autem [illegible] mathematica diſtingui a ſenſibilibus, quoniam ſint æterna, & immortalia. At Philo- Philop.
ponus [illegible] quoniam ſenſibilia ſunt in materia, mathematica vero ſunt immaterialia. Quod dictum
[illegible] non eſt [illegible] infra lib. 7. cap. 10. & 11. exponitur, materiam intelligibilem conuenire
entibus mathematicis, non autem ſenſibilem. [c] *Non erit vna numero & ſpecie ſubſtantia*. Pro in-
telligentia horum [illegible] animaduertendum eſt quòd in ſenſibilibus, & mathematicis rebus ſup-
p[illegible] eiuſdem ſpeciei; hinc deducitur quòd non erit ſubſtantia, quæ ſit & nu-
mero [illegible] quidem, quoniam (vt ſubiungitur paulo poſt) debet vnaquæque idearum
eſſe [illegible] non ſecundum accidens: quemadmodum vniuerſale eſt per
accidens [illegible] us. cum non per ſe, ſed in ſingularibus, & per ſingularia exiſtat.
At [illegible] ſpeciei non ſit per ſe ſubſiſtens, ſed per aliud: vnde idea ſup-
p[illegible] eadem numero & ſpecie exiſtens. Aliqui autem ita interpretantur: quod apud
[illegible] per accidens: vt puta per quantitatem, aut per indiuidualem differen-
tiam. [illegible] quòd non erit vna numero & ſpecie, hoc eſt natura, Alexand.
& ſubſtantia. [illegible] in eodem commentario inquit; quòd non erit aliqua ſpecifica ſubſtantia
[illegible]. [d] [illegible] *ſi ponamus* [illegible]. Duo deduxit antea: tum quòd deberent eſſe ideæ;
tum quòd [illegible] numero determinata. In oppoſitum ad hæc duo, ſupponit iam adducta eſſe ab-
ſurda; tum contra [illegible] cap. 2. huius libri, vt omittamus difficultates allatas quoque in 1. libro aduer-
ſus hanc opinionem; tum etiam contra hanc poſitionem, quòd non debent ſtatui principia numero
determinata, [illegible] cap. 4. huius libri. [e] *Vtrum potentia*. Hæc quæſtio, num principia ſint potentia,
an alio modo, [illegible] cap. [illegible] fuit poſita ordine ante illam quæſtionem modo agitatam circa numerum
& magnitudines, num eſſent ſubſtantiæ. Illa vero alia quæſtio, num principia ſint per motum, an
alio modo, [illegible] cap. [illegible] amplius hic repetitur, & agitatur, vt factum eſt de alijs: de ipſa tamen
in ſequentibus, tum penes ideas, tum penes primum principium omnium agetur: veluti, cum di-
cetur [illegible] ideæ non conferrent ad generationem rerum: aut cum de primo principio, Deo opt. max.
dicetur quòd moueat ratione cauſæ finalis. [f] *Et vtrum vniuerſalia ſint*. Supra cap. 3. poſitum
fuit in quæſtione, num genera deberent poni magis principia, an ea, ex quibus res conſtituuntur. At
cap. [illegible] aliquid eſſet præter ſenſibilia ſingularia, præter ipſum compoſitum. Hoc
vero loco quæſtio propoſita pertinet ad hoc, num principia ſint vniuerſalia, an ſingularia: quæ quę-
ſtio [illegible] ordine ante illam, num principia ſint potentia, an alio modo. [g] *Nihil enim*
[illegible] quod quid, ſed quale quid ſignificant. Ex his dictis, & ex ſequentibus, cum habet Ariſto-
teles, *quod quid [illegible], & exponi poſſit*, colligitur, doctrinam prædicamentorum traditam in organo
(vbi hæc explicantur, quòd ſubſtantia proprie eſt, quæ ſignificat hoc aliquid, & digito demonſtrari po-
teſt) conferre vniuerſæ philoſophiæ. Aduertendum autem dici hoc loco ab Alexandro, quòd hæ Alexand.
quæſtiones ſunt diſputatæ, & confirmatæ rationibus probabilibus, quia aliter ſolui non poſſent, cum
ad oppoſitas partes ſint confectæ. Quod dictum ita moderandum videtur, aliquas ſcilicet in ijs eſſe
rationes,

rationes, quæ non sint dissoluendæ, sed in suo robore relinquendæ, vti quę sunt adductæ aduersu quædam dogmata aliorum non concedenda. Nec non dicendum est, quòd secundum distinctionem, aliqua positio accepta in vno sensu, potest statui vera, in alio vero sensu non vera: veluti (exempli gratia) erit verum quòd ad hoc vt scientia habeatur, oportet procedere per cognitionem vniuersalium, non per singularia. Et rursus erit verum, quòd singularia sola sunt, quæ per se subsistunt; vniuersalia autem non sunt in re. sed & illud aduertendum, in hoc libro tractari difficultates, quæ contingunt, v earum habeatur ratio in progressu huius scientiæ potius, quàm quòd certa de his omnibus conclusio hic deducatur.


FINIS LIBRI TERTII.

ARGVMENTVM LIBRI QVARTI.

CVM in primis duobus huius philosophiæ libris, nempe in Alpha maiori, & Alpha minori (vt Græci appellant) Aristoteles veluti prooemia quædam tradiderit, atque rudimeuta, quæ sequentibus tractationibus deseruirent: dum in 1. libro naturam sapientiæ, quam esset inquisiturus, & methodum ei conuenientem explicauit, & causarum quattuor esse genera statuit iuxta doctrinam ab eo dem traditam in lib. physicorum: & in 2. libro earumdem causarum statum, & certam finitionem esse ostendit: & mox in lib. 3. varias contingentes dubitationes proposuit, e quibus lumen sumeretur ad propositam sapientiam venandam. Iam in hoc 4. libro cominus rem aggrediens, illud in primis statuit; vnam esse scientiam, quæ de ente quatenus est ens, & de per se accidentibus enti contemplatur: quæ autem sit hæc scientia, hoc loco non determinat; quod deinde explicabit in lib. 6. & clarius in lib. 11. & 12. apud nos 13. & 14. Interim autem accipit hoc pro comperto, nulli particularium scientiarum hoc munus incumbere, vt de ente prout est est ens, harum vlla contempletur: sed singulæ partem entis abscindentes, quæ huic accidunt, demonstrant: ac simul rerum aliarum exemplis patefacit, quomodo huius communissimi generis, entis dicti, tam etsi non sit genus vniuocum, sed analogum, ad vnam scilicet naturã se habens, ad quam reliqua omnia referuntur; attamen de eo possit haberi scientia, quæ omnes species entis in genere contempletur, sub ratione tamen substantiæ, vti potissimæ entis speciei, a qua dependent omnia alia prædicamenta, vt & sint per ipsam, & per eandem exacte cognoscantur. Vnde etiam Partes huius philosophiæ tot esse futuras insinuat, quot sunt diuersa genera substantiæ. Præterea simul complicans vnum, & ens, vt quæ inuicem a rebus seiungi non possint. & supponens ad oppositionem, quæ cadit inter vnum, & multa, reduci omnia genera contrariorum, hinc & hac ratione, & accedente itidem auctoritate omnium philosophorum, asserentium omnia constare ex contrarijs: necnon & similitudine inducta a dialectica, atque sophistica, quæ sapientiam æmulantes, de rebus omnibus agere aggrediuntur: statuit de substantia, & de omnibus, quæ quouis modo vel ad ens, vel ad vnum referuntur (a quibus seorsum nil aut esse, aut cogitari potest) vniuersam tractationem iure ab hac proposita scientia absolui debere. Mox vero docet ad hanc eandem spectare agere de principijs, quæ dignitates appellantur; & in quaque particulari scientia secundum vniuscuiusque propriam opportunitatem adhibentur. Quorum tameu tractatum patefacit eiusmodi esse debere, vt non sit expectanda demonstratio, quemadmodum nonnulli ignari modi sciendi (de quo in Analyticis) requirebant. Assumens igitur ipsis hoc principium, quòd omnium primum & firmissimum esse insinuat; nempe, quòd impossibile est idem simul esse, & non esse; hinc progrediens ad patefaciẽdum, quòd nemo iure possit de veritate huius principij dubitare, eum, qui huic sententiæ refragari vellet (vt Sophistæ consueuerunt) ita redarguendum sibi constituit, vt ex eiusdem aduersarij sermone, velit, nolit, hoc idem confirmari probet: dummodo is, qui aduersari studet, sermone vti velit, & constanter asserere, & consentire, quòd quæ loquatur nomina & verba, quid certum, atque determinatũ significent: alioquin, ipsum omittendum, tamquam plantam, qui cum sermocinari non conueniat. Animaduertit autem præter Sophistas, qui vi orationis, & disputationis robore sunt cogendi ad hoc principium confitendum; nonnullos alios inueniri, qui superati a quibusdam difficultatibus emanantibus, tum circa rerum generationem, tum circa apparentia, quæ varia atque contraria & pluribus hominibus, & eisdem etiam sæpenumero videntur, accedente horum etiam imperitia scientiæ demonstratiuæ, ob quam petunt omnia sibi demonstrari, illa quoque, quæ demonstrationi non subijciuntur, in hanc eandem sentẽtiam consenserunt, quòd omnia sint simul & vera, & falsa. Quibus quidem, tanquàm aliquo morbo mentis laborantibus, philosophus hic pręstantissimus prospicit, atque præclare medetur, dum dissoluit dubitationes, partim exorientes e placitis Anaxagoræ, ponentis omnia simul; partim pullulantes ex opinione Protagoræ, asserentis quæ videntur cuique, omnia esse vera; & partim ab Heraclito, atq; Cratylo, pro... tentibus, quòd ob continuum motum, in quo res versantur, nihil omnino certi affirmari possit: atque ideo affirm... tibus pariter omnia & esse, & non esse: vt tandem ijs omnibus adminiculis, atque remedijs, seu diuersionibus ad... bitis, Aristoteles ostendat cõstantissimæ atque certissimæ veritatis hoc esse principium; quòd impossibile sit idem simul esse verum, & falsum. Consequenter vero ad hæc patefacit, quòd neque duo contraria possunt eidem simul inesse: quandoquidem, cum alterum contrariorum semper vim habeat priuationis (de qua re ex proposito agitur in lib. 10.) priuatio autem sit negatio a quodam determinato genere, hinc deducitur, contraria naturam subire contradictionis, atque consequenter eidem simul inesse non posse. Pręterea hoc aliud quoque principium commune, quòd de quoque oporret affirmare, vel negare verum, eadem arte confirmat, qua & alterum primum principium probat. Et cum, ex erroneis philosophorum sententijs, sequeretur ad quorumdam placita, nihil moueri, & ad quædam alia omnia quiescere: ideo has falsas opiniones euellens secundum principia iam confirmata, statuit, quòd neque omnia semper quiescunt, neque omnia semper mouentur: sed aliqua sunt, quæ mouentur semper, & mouent hæc generabilia, & corruptibilia: & aliquid etiam est æternum, immobile, omnium primum mouens. Hæc autem prudentissimo consilio tractata sunt ab Aristotele: tum vt ad philosophandum viam sibi planam strueret, ab eiusmodi erroribus expurgatam: tum vt principia hæc stabiliret in hac scientia omnium architectonica, ad aliarũ quoque particularium scientiarum exactiorem certitudinem: cum præsertim hoc principium, quòd impossibile sit idem simul esse & non esse, mirifice deseruiat huic primæ philosophiæ; in qua plurima theoremata per deductionem ad impossibile demonstrantur, quæ huic principio innituntur.

IN LIBRVM QVARTVM PRIMAE PHILOSOPHIAE ARISTOTELIS PARAPHRASIS.

Vnam esse scientiam seiunctam a particularibus scientijs, quæ ens quatenus est ens habet contemplari. *Cap. I.*



EXPOSITIS dubitationibus, per quas aditus nobis patere possit ad venandam constituendamq; supremam illam scientiam, quam inquirimus; iam in hoc opere structurum nostrum collocandum est. Ante omnia autem hæc præcedat suppositio, cuius veritas ex sequentibus erit manifesta: vnam esse scientiam, quæ contemplatur ens, inquantum ens, & ea quæ enti insunt secundum se. Et hæc quidem nulla est earum scientiarum, quæ cuidam parti rerum operam nauant: siquidem nulla harum speculatur ens, in quantum ens; sed abscindens vnaquæq; aliquam partem entis, speculatur id, quod circa ipsam accidit; vt patet de scientijs mathematicis: sicuti geometria assumens magnitudines, contemplatur quæ circa ipsas accidunt: & quæ circa numeros arithmetica, quos accipit contemplanda. Quoniam autem (vt suppositum est in 1. lib.) ille nobis propositus est scopus, vt principia, & extremas causas inuestigemus iuxta normam eius scientiæ, quæ digna est sapientię nomine; ideo per ipsam esse debet, quod cum ad rationem causæ pertineat, vt sit alicuius causa, necessarium est, vt & extremæ causæ sint causæ alicuius naturæ secundum ipsam, ita vt ei sint appropriatæ. Vnaquæq; autem natura vt sit ens oportet: quare & extremæ causæ, erunt causæ entis, vt est ens. Vnde, si qui elemēta entium inuestigabant, ad extremas causas inquisitionem intendebant, oportet quòd & inuestigata & proposita ab ipsis elementa, entis essent elementa secundum se, & non secundum accidens; sed quatenus sunt entia. Ideo primæ causæ entis, quatenus est ens, sunt a nobis sumendæ, vt ad propriū suum scopum scientia illa, quam inquirimus, instituatur & dirigatur.

TEXTVS.

EST ᵃ *scientia quædam, quæ speculatur ens, prout ens est, & quæ ei per se insunt: Hæc autem nulli earum, quæ in parte dicuntur, eadem est. nulla namque cæterarum vniuersaliter de ente, prout ens est, considerant, ᵇ sed eius aliquam partem abscindentes, quod ei accidit speculantur, vt mathematicæ scientiæ. ᶜ Cum autem principia, & supremas causas quæramus, patet quòd alicuius naturæ per se necesse est eas esse. Si igitur illi etiam, qui entium elementa quærebant, ipsa principia quærebant, necesse ipsa etiam elementa entis non secundum accidens esse, sed prout entia sunt. Quare nobis quoque entis, prout ens, primas causas accipiendum est.*

ADNOTATIONES.

EST ᵃ *scientia quædā, quæ speculatur ens, prout ens est.* Quomodo possit esse vna scientia, quæ speculatur ens secundum se, licet ipsum multis, ac varijs modis dicatur; paulopost exemplo sanorum, quorum est vna scientia, tametsi multis modis dicantur, & nonnullis alijs a simili deductis argumentis, manifestabitur. Per illud autem, quod adiectum est, *inquantum ens*, scientiarum mutua innuitur distinctio: siquidem nulla est scientia, quæ non speculetur ens; vt patere potest singula prospicienti. At considerare ens prout est ens, id distinguit supremam, & vniuersalem scientiam ab alijs particularibus & inferioribus scientijs; vt sit hæc vna, quæ speculatur omnia, quatenus entis habent rationem, & est contemplatrix primarum causarum, illiusq; potissimum substātiæ, quæ omnino immobilis est, & a materia penitus seiuncta. Id autem dictum est, ad differentiam in primis quidem scientiarum speculatiuarum; tum scientiæ naturalis, quæ res materiæ immersas, motuiq; subiectas contemplatur, quatenus sunt eiusmodi; tum mathematicarum disciplinarum; quæ res quidem vt immobiles, & vt a materia seiunctas quadam intellectus abstractione, non autem re vera ita existentes contemplantur, vt docetur infra lib. 6. & explicatius quoque lib. 11. apud nos 13. cap. 3. & 6. Deinde etiam ad distinctionem artium sermocinalium: propterea quòd in ijs fit perscrutatio, quid vel communibus simplicibus notionibus conueniat iuxta vocum significationem, vnde processit tractatus prędicamentorum, vel quid eisdem accidat, aut quatenus verum, aut falsum, mutua complicatione iuxta affirmatio-

affirmationem, & negationem continent, vnde ortum habet tractatus de enunciatione; aut qua... syllogismo, vel simpliciter dicto, vel demonstratiuo sumpto colliguntur conclusiones, vnde lit... res & posteriores, dicti Analytici sunt constituti: ex quibus omnibus partibus absoluitur totius... logicæ facultas, quæ est constituta, tamquam organum, ad alias omnes scientias capessendas. In su... ma autem philosophia, iuxta vniuersalem speculationem, quam tradit primus philosophus de o... ente, tum intra animam, tum extra animam existente; idipsum genus entis, quod pertinet ad... logicam facultatem, in genere speculatur; quatenus se habet ad naturam entis extra animam ex... tis: & vnde veritas & falsitas dependeat, patefacit. Ac denique distinguitur suprema scienti... phistica, & a dialectica. A sophistica quidem, quoniam sophista tantummodo versatur circa e... accidens dictum, affectans sapiens videri, cum re vera non sit sapiens; idque ob quæstum, aut... gloriam. A dialectica vero, quoniam dialecticus sua facultate est per probabilia tentator eorum... rum est cognitor primus philosophus secundum veritatem: vt dicitur cap. sequenti: cum conte... tur ens, prout est ens, & quæ enti insunt secundum se. Hinc clare colligendum, quòd consideratio e... tis secundum se, & consideratio eorum, quæ enti insunt secundū se, non est vna & eadem: quippe cu... aliud supponi debeat esse id, quod inest alicui, & aliud illud, cui inest: & propterea subiungit Arist... les, substantiam esse potissimum ens, ad quam omnia alia entia referantur: idcirco entis considerati... secundum se, erit potissimum circa substantiam; & consequenter circa ea, quæ insunt secundum se sub... stantiæ: cuius si causæ sunt assignandæ, & explicanda ea, quæ ei insunt secundum se; vtiq; asserendu... quòd huiusmodi substantia non erit nisi composita, cui insunt accidentia; & citius sunt assignāda p... cipia, & causæ: quarum aliæ sunt internæ, vt materia & forma; aliæ sunt externæ; inter quas est p... rerum omnium principium Deus, substantia simplex existens, immobilis, immaterialis, & æterna: c... certe non possunt esse alia principia; neq; ei inesse accidentia, quoniam Deus est actus purus & ... plex: & ideo non potest proprie constitui Deus subiectum huius philosophiæ; si subiectum (vt iam suppositum est in præfationibus per regulas & dicta Aristotelis) est illud, cuius principia sunt inu... ganda secundum rationem entis, & simul assignanda, quæ ipsi insunt secundum se. Sed aduertendu... accidentia in hac prima philosophia considerari in genere, quatenus enti potissimo, ipsi scilicet sub... tiæ insunt secundum se: ita quidem, vt & eorum esse, quod pertinet ad ipsum quod quid est, ex su... stantiæ quiditate & definitione dilucidetur, vt patebit infra ex lib. 7. necnon & eorumdem principi... quęnam sint, ex principijs substantiæ in genere quoque manifestentur, quod fit in lib. 12. apud nos p... stremo. Ex ijs etiam colligendum est, non debere statui ens absolute sumptum, subiectum huius ph... losophiæ: sed limitandam esse hanc propositionem, quòd est vna scientia entis contemplatrix, quate... nus est ens; in quantum scilicet primo exercetur contemplatio circa potissimum significatum en... quod est substantia; circa quam etiam ea, quæ ipsi insunt secundum se, considerantur, ita vt a conside... ratione substantiæ, ad aliarum rerum, quæ ipsi insunt, contemplationem existat progressus. Alioquin, ens sine hac limitatione statueretur subiectum, quomodo stabit, vt inuicem segregentur, tum ens, c... aliquid inest, tum ens, quod enti inest secundum se? cum hæc sint inter se diuersa; neq; conceptus com... munis vniuocus sit ipsius entis, vt quidpiam possit assignari, quod seorsum a substantia, aut ab acciden... te significet aliquid, quod sit vtrique commune. quod patebit magis ex sequentibus; vbi Aristoteles statuet ens non esse genus vniuocum, sed neque æquiuocum, sed analogum. Illud quidem est con... cedendum, si asserere velimus, quòd in quauis scientia illud sit subiectum, de quo aliqua habeatur con... templatio, quòd hac ratione, quæcunque entis habent appellationem, singula dici poterunt subiectu... huius philosophiæ: cum penes singula entis significata, aliqualis hic habeatur consideratio: ita vt neq... ens dictum per accidens, neque ipsa negatio ab huiusmodi subiecti nuncupatione excludatur. Verum, vt ordo statuatur congruus speculandi in hac prima philosophia, decet decernere aliquod determin... tum subiectum, cuius principia & causæ inuestigentur, & assignentur; necnon etiam ea tradantur, explicentur, quæ ipsi subiecto insunt secundum se: quod sane non potest esse aliud, quàm substanti... composita: quemadmodum in præfationibus explicatum est, & distinctius enucleabitur in propria di... sputatione infra habenda circa subiectum huius philosophiæ. [b] *Sed eius aliquam partem abscinden-tes, quod ei accidit speculantur.* Veluti geometria (vt dicitur infra lib. 11. apud nos 13. cap. 3.) ab... nens a rebus, quatenus sunt sensibiles, assumit ipsum quantum continuum secundum tres dimēsiones, & passiones quæ ipsis insunt, prout continua, & quanta sunt, speculatur: non autem quatenus sunt en... tia: quod munus pręstat prima philosophia, edisserens vna cum reliquis rebus omnibus entis partib... etiam de continuis magnitudinibus, & de ijs, quę ipsis insunt, quatenus entis referunt naturam. Geo... metria autem, quę insunt magnitudinibus secundum se, & quatenus sunt continuæ propria accidenti... ex proprio suo munere demonstrat: ita vt hęc sint veluti accidentia quędam relata ad naturam enti... vnde etiam Aristoteles dixit hoc loco, quòd aliç scientię abscindentes partem entis, circa illud cōsid... rant accidens; idest illud, quod est accidens relatum ad considerationem entis: licet deinde hęc cad... sint per se, si referantur ad considerationem eorum subiectorum, quibus insunt secūdum se: de quib... geometria, aut alia scientia particularis suas astruit demonstrationes; supposita tamen semper substā... seu essentia subiecti, quatenus est ens, circa quod versantur. Quod similiter dicendum est de scienti... naturali: quę etsi consideret omnia entia, ita vt nihil eorum quæ habent esse extra animam, ab e... contemplatione intractatum relinquatur; attamen ab hac prima philosophia distinguitur; quoni...

scient...

[illegible] vt continuum eſt abſtractum ab affectionibus ſenſibilibus, hæc [illegible] *ſi us ad inuicem conſiderat, & ea, quæ eis inſunt: horum vero commē-* [illegible] *rationes; attamen vnā omnium et eandem ſcientiam po-* [illegible] vnam deſignauit geometriam, in qua tria enumerata tractentur [illegible] loco luculentius explicandum erit. In hac autem prima philoſophia [illegible] ob ſubiectum commune, quod omnibus competit ſub ratione [illegible] vnde [illegible] ſe conſequuntur hæ philoſophiæ partes: cum omnes non po- [illegible] ne confuſio ſuborireiur Auerroes autem & D. Thomas, & Al- [illegible] de ſubſtantia, ex quibus plures partes huius philoſophiæ conſtituuntur, con- [illegible] ſenſibili; alteram vero de immateriali. Nos autem ſup- [illegible] vt quæ ad ſubſtantias proprias pertineant, adiunximus [illegible] magnitudines, ideas, & numeros; de quibus an ſint ſubſtātiæ, [illegible] aliorum placitis ſupponerentur: quæ tractatio, iuxta ordi- [illegible] media inter tractationem de ſubſtantia ſenſibili, quæ præ- [illegible] de immateriali ſubſtantia, quę poſtremum obtinet locum. [illegible] partes [illegible], de quibus hic eſt mentio, ita diſtinguunt, ſicuti Alexander; [illegible] ſubſtantias ſeparatas immobiles: alia quæ conſiderat ſubſtantias [illegible] quæ verſantur circa ſubſtantiam ortui & interitui obnoxiam. Quæ di- [illegible] phyſ. vbi dicitur tres eſſe negociationes ipſius ſcientiæ naturalis: [illegible] circa mobilia ſempiterna, & aliam circa mobilia corruptibilia. [illegible] accipiatur (pro vt accipit Alexander comment. 6. huius libri) hac [illegible] philoſophiam eſſet de ſucenda, quam tamen in hac diuiſione ipſe prætermi- [illegible] philoſophia accipiatur; dicimus & huius quoque partem mathema- [illegible] dictum ſit ab Ariſtotele infra lib. 6. cap. 1. quod contemplatiuæ phi- [illegible] mathematica, & alia theologica. Verum, cum hoc loco ſupponatur, tot [illegible] quot ſunt ſubſtantiæ, ſequitur, quòd inter has non poſſint comprehendi ma- [illegible] excepta aſtrologia, non verſantur circa ſubſtantias: vnde prior interpretatio [illegible] & verbis Ariſtotelis congruentior. [k] *Cęterum cum vnius eſt oppoſita ſpecu-* [illegible] Ariſtoteles intendit palam facere, quod, ſicut ſpeculari de vno, & eius ſpeciebus perti- [illegible] ens; ita quoque ad eandem ſpectat agere de oppoſitis, tum vni, tum [illegible] oppoſita debent conſiderari ab eadem ſcientia, quæ ex communi enunciato [illegible]. Verum, cum inter ſpecies vnius & inter ſpecies multitudinis ſint nonnulla, [illegible] priuatiue, ſicuti [illegible] opponitur inæquali, & ſimile diſſimili, vti etiam vnum multi- [illegible] Ariſtoteles; quòd eſt eiuſdem ſcientiæ, contemplari negationem, & pri- [illegible] conſideratione cadit vnum, cuius eſt vel priuatio, vel negatio: [illegible] non [illegible] oppoſitio, quæ eſt ſecundum contradictionem, [illegible] priuationem: circa vnum enim vtraque oppoſitio verſa- [illegible] oppoſitione facta per negationem, ab ipſa negatione pro- [illegible] vt dicendo, non homo: ab ipſa vero priuatione con- [illegible] genere; vel vt, per cœcitatem abſentia viſus denotatur. Hinc, [illegible] priuatiuo, vti & ipſorum ſpecies priuatiue ſecūdum alte- [illegible] ſcientiæ contemplari de his omnibus oppoſitis. Siquidem (vt de- [illegible] quædam determinata oppoſitio, tanquam contradictoria. [illegible] multitudo, ſunt qui dicant (vt Alexander & Philoponus) ꝙ [illegible] vel [illegible] priuationem vnius. Latini vero interpretes vna cum Auerroe di- [illegible] ſententia conſona eſt ijs, quæ habentur infra lib. 10. cap. 7. vbi [illegible] & priuationem concernere naturam. Aliorum autem expoſitio a no- [illegible]; quoniam alij ſupponunt hoc dictum, ꝙ ſit eiuſdem cōtemplari & negatio- [illegible] vnū, quatenus eius oppoſitio ad multitudinem ſe habet, aut ne- [illegible] aduertenda hæc verba, quæ gręce ita ſe habent. παρὰ τὸ ἐν τῇ ἀποφάσει, [illegible] *præter id, quod eſt*. nam hæc propoſitio παρὰ, vt ſignificet præter, [illegible] quod non fit, cum ad caſum dandi ſit appoſita. Sed [illegible] ab aliquo: ſicuti in lib. ad Eudem. παρὰ τῷ θεῷ: accipitur pro [illegible] hoc in loco, hæc, παρὰ τὸ ἐν τῇ ἀποφάσει, ita erunt explicanda: ideſt, ab eo quod [illegible] lectionem reddidit Perionius in ſua verſione. etenim ijs verbis ſignificatur, [illegible] per negationem id aſſert, vt ſimpliciter abſentia alicuius rei per ipſam denotetur: per pri- [illegible] connotatur differentia abſentiæ in quodam genere determinato: pro ut dictum eſt de [illegible] noſtra explicatione. [l] *Et quæcunque alia, quæ aut ſecundum eadem dicuntur, aut ſe-* [illegible]*tem*. Græca exemplaria hic variant, vt quædam legant κατ' αὐτὰ ideſt, ſecundum ea- [illegible] lectionem [illegible] eſt etiam interpres Alexandri Sepulueda; vt hinc ſignificaretur, aliqua [illegible] oppoſitionem [illegible] eiuſdem & diuerſi. Perionius autem tranſtulit dictam vocem, *per ſe*, ꝙ aliqua opponantur per ſe, aut per oppoſitionem vnius, & multitudinis. Quædam alia exemplaria le-

gunt

Auer.
D. Tho.
Albertus Magnus.
Alexand.
Alexand.
Philop.
Auer.

gunt κατὰ ταῦτα, idest, *secundum hæc*, nempe secūdum ante adnumerata; quæ sunt: idē, diuersum, simile, & dissimile: ita vt quędā opponantur, vel secundū hęc, uel secundū multitudinem, & vnum. [l] *Manifestum itaque quod in dubitationibus dictum est. &c.* Soluitur ex dictis hoc loco illa dubitatio mota in 3. lib. num esset vnius scientiæ de substantia contemplari, & de his, quæ accidunt substantiæ, & de simili, eodem, & æquali, de quibus tractant dialectici: patefactum est enim, quòd ad eandem scientiam pertinet de his contemplari; adeo vt proprium sit philosophi, de omnibus contemplationem suscipere; sicuti & eius facultas extenditur ad speculationem omnium. Quod etiam deduxit clarius Aristoteles infra lib. 11. apud nos 13. cap. 3. vbi dicitur; tolli difficultatem, quomodo pertineat ad vnā scientiam de pluribus differentibus genere considerare: quæ illatio pendet ex suppositione illa, quòd est vna scientia, quæ contemplatur ens, & quæ illi insunt secundum se, in quantum ens est: & ex hac quoque alia, quòd ens & vnum inuicem constituunt, & conuertuntur. [n] *Cum itaque vnius, prout vnius, & entis, prout entis, hæ per se passiones sint.* Supra inter species entis, & vnius adnumerata sunt hæc: idem diuersum, simile, dissimile, æquale, & inæquale: quæ hoc loco nominantur passiones vnius, & entis. Idcirco aduertendum, quòd hæc omnia in genere possunt dici species entis, & vnius, quatenus vnum conuertitur cum ente. Verum, cum vnum & ens præcipue denotent substantiam; hinc hæc alia prædicta, relata ad substantiam, passiones entis, & vnius dici possunt: & præsertim, quoniam in mente habent esse, vti ea, quæ relationem mentalem referant: vnde ad res existentes extra animā relata, siue substantiæ sint, siue accidentia, erunt entis passiones, & vnius; quatenus vnum conuertitur cum ente.

Alexand. [o] *Tanquam non philosophantes. &c.* Alexander, sophistas intelligit: Albertus autem, & alij ex latinis
Albert. accipiunt hoc dictum de his, qui philosophantur de eiusmodi: nempe, de eodem, simili, æquali, & eorum oppositis: in hoc enim rectè se gerebant; sed reprehendendi sunt, vt qui prætermitterent substantiā, de qua nihil philosopharentur, cum tamen ijs alijs sit prior, vti eorum fundamentum existens: & ideo erant tanquam non philosophantes; quoniam de substantia non philosopharentur. [p] *Verum philosophia ab hac quidem modo potestatis, ab illa vero electione differt.* Distinguit philosophiam a dialectica, & a sophistica; cum omnes versentur non circa aliquod genus determinatum entis, sed circa vniuersum ens. A dialectica; quoniam vis, & facultas ipsius ad vtramque partem contradictionis vergit, per probabilia ratiocinando, & ex his tentans veritatem elicere, & periculum facere de illis hominibus, qui iactant se veritatis cognitores, an re vera sint tales. At philosophia tātummodo rerum veritatem recta persequitur, & vt se habet, illam proprie cognoscit. differt uero a sophistica in electione; quandoquidem sophista ob inanem gloriam, aut ob lucrum faciendum, affectat uideri sapiens, per apparentia, licet falsa sint, ratiocinationes inducendo. At philosophus ueritatis amator hanc rimatur, ut fuget ignorantiam, & rerum germanam teneat cognitionem. Vnde, quoniam philosophi proprium munus est, rerum omnium cognitionem, ut se habent sectari, & eam tenere ob studium ueritatis: idcirco tum dialecticus, tum sophista, personam philosophi induere dicuntur: ut qui uersantur circa genus omne entis, ut facit etiam philosophus. Verum & differentia magis præcipua distinguit Aristoteles infra lib. 11. apud nos 13. cap. 3. philosophiam a dialectica, & a sophistica, dum inquit. *dialectica vero ac sophistica de ijs, quæ accidūt quidem entibus sunt; verum non prout entia, nec circa ipsum ens, prout est ens.* Ex ijs enim, & subiecto, circa quod uersatur philosophia, quæ uniuersum ens, prout est ens, speculatur, distinguitur a dialectica & a sophistica, ut quæ circa totum ens non negocientur; nisi iuxta ipsum accidens; & neque hoc ipsum tractent, quatenus est ens. In lib. 1. quoque Reth. distinguitur dialecticus a sophista, quoniam dialecticus a sola sua facultate pendet, qua in utramque partem ratiocinatur, per probabilia de ueritate periculum faciens: quod præstabit in utilitatem philosophantium, ut inquit
Alexand. Alexander. At sophista pendet ab electione, ut qui affectet (ut dictum est) uideri sapiens ob inanem gloriam, aut lucri causa: & hinc per apparentia circa rerum considerationem se permiscet. [q] *Accipiatur autem reductio a nobis.* Vult supponi, contrariorum reductionem factam ab ipso ad principiū oppositionis, quę est inter unum, & multa; hanc enim confecerat Aristoteles: unde perperam intellexerunt, qui hoc referunt ad tractatum habitum infra de contrarijs lib. 10. ubi id nequaquam pręstatur,
Alexand. Non ignorandū autem in græco cod. haberi hæc uerba, *in lib. 1. de bono:* quem tamen Alexander uult esse secundum. Verum hæc Bessario, & Argiropylus prætererunt, tāquam irrepserint ex aliquo glossemate. Illud quippe constat, nullibi in alijs operibus Aristotelis reperiri, ut iuxta numerum, aut ordinem alphabeticum nuncupet sua scripta, sed tantummodo sermones appellat, aut de motu, aut de cœlo, aut de anima & alijs huiusmodi. [r] *Cuncta etenim aut contraria, aut ex contrarijs.* Hoc pronunciatum non uidetur expositum ab Aristotele, tanquam ex propria sententia, sed ex omnium aliorum philosophorum placitis eo scopo, ut hinc quoque suppositionem illam magis etiam cōfirmaret; quòd est una scientia, quæ omnia contemplatur, quatenus entis habent nomenclaturam. Ipse quidem in initio lib. 13. apud nos 11. tanquam peccatum omnibus obijcit antiquis philosophis, quòd omnia constituerint ex contrarijs: posuerintq; principia omnia esse contraria; cum tamen Aristoteles lib. 12. apud nos postremo cap. 10. ostendat, primo principio nihil esse contrarium; sed neque substantiæ simpliciter contrarium esse insinuabat in initio lib. 14. apud nos 12. Verumtamen hæc non tollūt, quin omnia sub oppositione dicta secundum unum & multa reducantur; cum de omnibus necesse sit dicere, quòd sint aut unum, aut multa. Verum primo principio, & si unum dicatur, non ita tamen aliquid ei opponitur, ut contrarietatem quandam illi inferat, a qua penitus est seiunctus. Auerroes autem dixit hoc loco,
Auer. quo-

[illegible] habet contrarium, neq; conſtat ex contrarijs. Verum dici poteſt, quòd ratio- [illegible] in cœlo ſecundum diuerſitatem ſitus, quædam inſinuetur in ipſo ſecun- [illegible] ut ſeparatum: Græce χωριστόν, ideſt ſeparabile. duo autem hoc loco [illegible] quod non ſunt vniuerſalia eadem in omnibus, tanquam vni- [illegible] ſeparabile vnum a natura ſenſibilium; prout Plato aſſerebat, ponens vni- [illegible]

[illegible] prout ens, pertinet veritatem ſtatuere de principijs demon- [illegible] primum & omnium firmiſſimum eſt hoc, impoſſibile idem ſimul [illegible] non eſſe. Cap. III.

PARAPHRASIS.

[illegible] de principijs illis quæ axiomata a mathematicis appellantur, nũ [illegible] contemplari, & de ſubſtantia, ad quam (vt dictũ [illegible] reliqua omnia [illegible] referuntur. & ſane ſtatuendum eſt, quòd hoc munus ſit eiuſ- [illegible] ſubſtantiam; quod quidem ex his poteſt eſſe manifeſtum. [illegible] ſpectare de huius generis principijs conſiderare, quæ cõtemplatur ſub- [illegible] cum hæc ſint principia entis; ſequitur ergo, quòd ad eam ſcien- [illegible] de ſubſtãtia diſſerere, & de omni ente, quatenus eſt ens; [illegible] vocantur axiomata. Quòd autem hæc ſint entis principia, quate- [illegible] omnibus inſunt rebus, ita vt communia ſint omnibus generi- [illegible] quoniam omnes ſcientiæ particulares his ipſis vtuntur, tanquam con- [illegible] eſt ens: & ita quidem ijs vtuntur, vt vnaquæque ſcientia, hæc principia pro- [illegible] generi, atque ſubiecto: quod quidem in quaq; ſciẽtia eſt genus entis particulare, ſub [illegible] comprehenſum. Sed & huius ſuppoſitionis veritas, ex hoc quoq; poteſt eluce- [illegible] aggreditur ſpeculari, num huiuſmodi principia ſint vera, necne: [illegible] aut arithmeticus, aut alius quiſpiam. Nonnulli tantum philoſophi naturales hanc pro- [illegible] qui cenſerent in conſideratione vniuerſæ naturæ, vniuerſi quoq; [illegible] contemplationem. Verum, cum philoſopho naturali ſit quiſpiam alius ſuperior [illegible] natura, nõ totum ens complectens) vtiq; ipſius philoſophi, [illegible] eſt, & [illegible] contemplatur, erit proprium munus & de dictis etiam [illegible] inficiamur, cum etiam naturalis ſit quædam ſapientia: ve- [illegible] Quæ autem nonnulli differentes de veritate, aggrediuntur de his prin- [illegible] id temere agunt, vt ineruditi ſcientiæ demõſtra- [illegible] eſt perſtudata. Vbi, inter alia, hoc etiam ſtatutum eſt: oportere eum, [illegible] ad eam, præhabita horum principiorum notitia: vt mini- [illegible] ad ſcientiam audiendam, atque capeſſendam aliquis ſe ſe confert: [illegible] cognitione: ac præſertim ex ea, quæ ſpectat ad veri- [illegible] ſcientia demonſtratiua. Quod igitur ad philoſophũ, [illegible] contemplatur, pertineat etiam hoc munus contemplãdi [illegible] manifeſtum eſt. Quomodo autem horum principiorum veritas ſta- [illegible] eſt. In primis autem hoc ſtatuatur, conuenire, vt qui [illegible] rei, tanquam certiſſimam hanc obtinens ſcientiam, poſſit aſſere- [illegible] ſint firmiſſima: alioquin ſcientiam dicti generis non maxime obtine- [illegible] dicere, quod is, qui maxime ſit cognitor generis entiũ, quatenus ſunt [illegible] ad genus rerum omnium, ſimiliter ſint firmiſſima. & qui [illegible] qui ſapiens ſupponitur. Ad hæc, illud omnium firmiſſimum ſtatuen- [illegible] quod impoſſibile eſt, vt aliquis decipiatur: tale enim principium oportet [illegible] circa ea, quæ non cognoſcimus) & non pendens a ſup- [illegible] neceſſarium eſt haberi ab eo, qui omnium obtinet notitiam, hoc [illegible] ab alio penderet eius manifeſtatio; & ita non haberet omnium [illegible] certitudinem petere aliunde opus haberet; quod eſt cõtra iam ſuppoſitum. Vnde [illegible] eſt, quòd qui omnia cognoſcit, oportet vt accedat, obtinens dicti principij cogni- [illegible] poſſit circa ipſum, neque aliunde petere habeat eius manifeſtationem. Quòd [illegible] firmiſſimum ſit illud, circa quod impoſſibile eſt hominem decipi, ex his [illegible] eſt. Quod autem ſit hoc principium, explicandum eſt: & dicimus eſſe id ipſum. Nempe, [illegible] & non ineſſe eidem, ſecundum idem, eodem tempore, & eodem modo, cũ [illegible] logicas captiones & difficultates ſophiſtarum ſunt addendæ; prout in lib. de [illegible] animaduerſum eſt. Et ſane huiuſmodi principium eſt firmiſſimum omnium,

vti il-

vti illud, quod habet illam definitionem, qua principium firmissimum explicatum est: impossi- bile est enim, vt aliquis existimet simul idem esse & non esse, prout nonnulli censent Heraclitum as seruisse, cuius quidem enunciatio nullum nobis facessere negocium debet: siquidem non est neces sarium, vt quæ quis pronunciet ore, hæc etiam animo opinetur. Alioquin, si dicere velimus quòd pos- sit aliquis existimare idem simul esse & non esse, contingeret, vt eidem simul inessent contraria se cundum omnes conditiones oppositionis. Manifestum est autem, quòd contraria est opinio opinio- ni contradictionis; quare impossibile, q̄ aliquis existimet idem esse, & non esse: simul enim haberet contrarias opiniones, qui penes hoc principium deceptus esset. Vnde si contrariæ opiniones non pos sunt esse in eodem, neq; igitur possibile est hominem decipi circa dictum principium; vt existimet idem simul esse & non esse: atque ideo omnes qui vtuntur demonstrationibus, ad hanc vltimam sen- tentiam omnia reducunt, tanquam ad illud principium, quod natura est principium omnium aliarum dignitatum.

TEXTVS.

DICENDVM autem est, vtrum vnius, an alterius scientiæ est de hisce, quæ in mathemati- bus dignitates nominantur, & de substantia speculari. Patet itaque quòd vnius est, & eius que Philosophi est, consideratio. Omnibus enim entibus insunt, sed non alicui generi separatim ab alijs. & omnes quidem vtuntur, quia entis, prout entis sunt. vnumquodq; autem genus ens. at eatenus vtuntur, quatenus eis satis est. hoc autem est, quantum illud continet genus, de quo de- monstrationes afferunt. Quare, cum pateat quòd, prout entia sunt, eis insunt (hoc nanque eis commune est) illius de his speculatio est, cuius est de ente, prout ens est cognoscere. Propter quòd nemo eorum qui particulariter considerant, conatur aliquid de his, siue quatenus vera, siue non, dicere. nec enim Geome- tra, nec Arithmeticus, sed naturalium quidam merito hoc facientes. soli namque putabant & de tota na- tura, & de ente considerare. [a] *Cum autē aliquis adhuc superior Naturali sit (natura namque vnum quod- dam entis genus est) illius vniuersalis, & circa primam substantiam speculatiui profecto fuerit de his etiam consideratio. est autem Naturalis sapientia quædam, sed non prima. Quæcunque vero quidam eorum qui de veritate dicunt, quonam modo oportet admitti, dicere conantur. propter ignorantiam Resolu- tiuorum hoc faciunt, oportet enim accedere hæc edoctum, sed nequaquam dum audiunt quærere. Quòd itaque Philosophi, & eius, qui de tota substantia* [b] *quoad natura fert, speculatur, etiam de principijs syllogisticis est considerare, manifestum est.* [c] *Decet autem illum, qui maxime circa quodque genus co- gnoscat, vt dicere habeat certissima rei principia, quare & illum, qui de entibus, prout entia omnium cer- tissima, hic autem est Philosophus.* [d] *Omnium autem certissimum principium est, circa quod impossibile est mentiri. Notissimum etenim, vt huiusmodi sit necesse est, circa namque illa, quæ non cognoscunt, de- cipiuntur omnes. Et non ex suppositione: quod enim necesse est illum habere, qui quoduis entium intelli gat, hoc non est suppositio. quod autem cognoscere illum necesse est, qui aliquid cognoscat, necesse est vt ve- niat habens illud. Quòd igitur tale principium omnium certissimum est, patet. Quid autem illud sit, de inceps dicamus. Idem enim simul inesse & non inesse eidem, & secundum idem, impossibile est. & quæ- cunque alia annotaremus, sint ad Logicas difficultates annotata. hoc autem omnium est principiorum cer- tissimum. habet etenim dictam annotationem.* [e] *Impossibile namque est quempiam idem putare esse & non esse, quemadmodum quidam Heraclitum dicere arbitrabantur. non enim necesse est quæcunque quis di- cat, ea etiam putare. Quòd si non contingit inesse eidem contraria (annotentur autem a nobis etiam huic propositioni consueta) contraria vero opinio opinioni est, quæ contradictionis est, patet quòd im- possibile est simul eundem idem arbitrari esse, & non esse. simul etenim haberet opiniones contrarias, qui de ea re haberetur mendax. Quare omnes demonstrantes ad hanc vltimam opinionem reducunt, natura etenim hæc cæterarum quoque dignitatum omnium principium est.*

ADNOTATIONES.

CVM [a] *autem aliquis adhuc superior naturali sit &c.* Quinam sit superior philosopho natu- rali, explicat Aristoteles, dum subiungit: quòd est ille, qui vniuersaliter speculatur, & circa substantiam primam versatur, adeo vt hinc sit eliciendum; quòd, qui primam substantiam speculatur, is euadit vniuersalis philosophus & totius entis contemplator. Hinc infra lib. 6 cap. 1. dicitur, quòd si non esset aliqua substantia præter naturales, philosophia naturalis esset prima sed quia est limitata ad quoddam genus entis, quod obtinet naturam motui obnoxiam, & vltra hoc genus entis mobilis inuenitur etiam aliud quod est prius, & magis præcipuum ens quàm sit substantia mobilis; hinc fit, vt primum locum in philosophia sibi vendicet, qui speculatur primam substantiam immobilem; qui etiam, tanquam primus ob suam præstantiam, philosophus, & sapiens nominatur. Id non inficiatur Aristoteles, quin & naturalis philosophia sit quædam sapientia, licet non prima: quin & mathematicæ scientiæ infra lib. 11. apud nos 13. cap. 3. inter partes sapientiæ adnumerantur. [b] *Quo ad natura fert.* Sic vertit Bessario quod græce habetur ἡ φύσει. Argiropylus vero ita: *ea ratio- ne, qua natura talis est.* quam lectionem sequutus est etiam interpres Alexandri ita præsentem locum exponentis

[illegible] ſpectat diſpicere, quæ natura ſit cuiuſque ſubſtantiæ, cum aliæ ſint [illegible] mobiles, aliæ immobiles, aliæ animatæ, aliæ vacántes anima. Quæ in- [illegible] non videtur conſentiens verbis Ariſtotelis: quæ potius hanc [illegible] quod conditio huius ſcientię, quę verſatur circa ſubſtantiam eſt huiuſ- [illegible] ſtantiam, *quo ad natura fert*: ideſt in vniuerſali, & non in particu- [illegible] Ariſtoteles ſupra lib. 1. cap. 2 dum dixit. quòd *ad ſapientem pertinet* [illegible] vt qui habeat vniuerſe notitiam & tradere ſcientiam [illegible] vt ibidem dicitur; licet hoc præſtet circa ſub- [illegible] non autem in particulari, vt ibidem dicitur [illegible] exorta eſt hæc prima philoſophia: Diſtincta autem cognitio cu- [illegible] ſcientiæ particulares contemplantes proprium ſubiectum, eſt re- [illegible] dictum; *quo ad natura fert*, ad contemplationem, quæ poſſit [illegible] notitiam non niſi modicam accipere poſſumus, ſuffulti ſi [illegible] Ariſtoteles eodē loco cap. 2. lib. 1. dum dixit: maxi- [illegible] ſcientiam conſequi, quæ verſatur circa rem nobiliſſimam, [illegible] ſcilicet ſubſtantiam diuinam: ſed id tamen, quan- [illegible] notitiam accipere. Ex eo autem quòd dicit hoc loco [illegible] ſubſtantiam, debet etiam contemplari principia ſyllogiſtica: duo ſunt [illegible] conſideratio præcipue concernit contemplationem ſubſtan- [illegible] principijs ſyllogiſticis, pendent a notitia, [illegible] definitione, quæ aſſumuntur pro principijs ſyllogiſticis [illegible] primus philoſophus: vt qui naturam omnium definitionum generatim [illegible] inferiores normam definiendi ab ipſo habeant accipere. Hic autem [illegible] quod primus philoſophus de primis ſententijs diſputat: non quòd illas de- Alexand. [illegible] ſed inueſtigat quæ nam ſit horum natura, & quomodo in nobis [illegible] ijs ſit vtendum cum alijs, quæ in libris de demonſtratione ſunt tradita. [illegible] *maxime circa quodq; genus cognoſcat*. Id ipſum vult hoc loco Ariſtoteles, con- [illegible] maxime ſciens circa quodq; genus, poſſit dicere, quòd principia, quibus tradit [illegible] ſint firmiſſima: id autem congruit ei, qui maxime ſcit: adeo q; nihil ignorare ha- [illegible] illum doctrinæ apicē peruenerit, quæ de ſubiecto genere haberi poſſit. Non autem id [illegible] ſcientiam generis, circa quod verſatur, exacte ſit aſſequutus; is enim in plu- [illegible] dum ſibi manifeſta. Qui vero maxime obtinet ſcientiam ali- [illegible] principia certiſſima atq; firmiſſima, ex quibus cœtera demonſtret, [illegible] poſſit occurrere, & falſitatem dignoſcere, quæ inſit ratiocina- [illegible] in oppoſitum. Id enim etiam inſinuauit Ariſtoteles in lib. 1. Ana- [illegible] *ſit certius, neque in ſcientia, neque ex oppoſito ad ſcientiam eſ-* [illegible] ſcientię eſt accipiendum: quando (vti dicitur in initio [illegible] demonſtrant; inter quas, omnium exactiſſima eſt [illegible] principia debent eſſe omnium firmiſſima, atq; veriſſima [d] *Om-* [illegible] *mentiri &c.* Hoc enunciatum ex hoc [illegible] homines, niſi circa ea, quæ non cognoſcunt: vnde im- [illegible] principium ſit certiſſimum; & q; poſſibile ſit mentiri circa ipſum: [illegible] non pendere ab aliqua ſuppoſitione. Nam ſi principium huiuſmodi debet [illegible] debet igitur alicui ſuppoſitioni innixum eſſe: nam ita ſeque- [illegible] ſupponeretur: vnde rueret ſuppoſitum iam factum, q; prin- [illegible] omnia cognoſcat. Conſequenter (inquit Ariſtoteles) oportet [illegible] apud ſe habeat prædictum principium firmiſſimum, ex quo aliorum ſumat [illegible] conditiones conueniunt primo philoſopho, qui contemplatur omne genus [illegible] non autem ſcientijs particularibus, quorum principia pendent ex ſuppoſitio- [illegible] hac prima & vniuerſali philoſophia. [e] *Impoſſibile namq; eſt, quempiam idem puta-* [illegible] impoſſibile, q; homo exiſtimet idem eſſe, & non eſſe: quod manifeſtat [illegible] haberet opiniones contrarias: at hoc non eſt concedendum: & ideo [illegible] principium notiſſimum, q; non poſſit aliquis ſimul habere contrarias opi- [illegible] Quod autem hoc loco ſupponitur tanquàm manifeſtum; q; non poſſit aliquis ſi- [illegible] opiniones de eodē paulo poſt ponet Ariſtoteles in diſputatione aduerſus eum, [illegible] ſententiam defendere obſtinate vellet ore, & non animo [f] *Natura etenim hæc cæte-* [illegible] *principium eſt*. Dicit Ariſtoteles q; axioma prædictum, q; ſit impoſ- [illegible] ſimul eſſe & non eſſe, eſt natura omnium dignitatum principium; vtpote, quia ſua ex na- [illegible] primum eſt, cum ſupponatur in alijs omnibus principijs, vt patebit magis ex ſequenti- [illegible] ratiocinationes, & enunciationes ex hoc ipſo principio pendeant, & confir- [illegible] aduerſus negantes definitiones, ſeu alia principia cuiuſcunque ſcientiæ.

Qua via sit occurrendum aducrsantibus huic principio, quòd impossibile sit idem simul esse & non esse. Cap. IIII.

PARAPHRASIS.

SVNT autem quidam (vti dictum est antea) qui asserunt idem simul contingere esse & non esse,& talem etiam haberi posse existimationem; quo pronunciato vtuntur in suis asser nibus nonnulli de natura philosophantes. Nos vero iam accepimus, tanquam impossi le,quòd idem simul possit esse & non esse. & ex hoc demonstrauimus, dictum princip omnium principiorum esse firmissimum. Quidam autem alij censent huiusmodi principium dem strari posse; idque ob ineruditionem: vt qui ignorent,quorum nam oporreat,& quorum nō oporte demonstrationem inquirere: siquidem omnium non potest esse demonstratio: alioquin esset proce sus infinitus in demonstrationibus: & ita nulla existeret demonstratio; prout ostensum est in Anal Quòd si aliquorum non conuenit quærere demonstrationem,certe nullum est principium,de quo ma gis id sit dicendum,quàm hoc ipsum,de quo præsens est sermo. Verumtamen & de hoc ipso licet de monstrationem instituere per modum redargutionis; dummodo qui de dicto principio ambigat, quam illud non admittens,loquatur,& sua oratione aliquid significare & sibi,& alteri supponat. Al quin,si nihil enunciaret,ridiculum foret sermocinari cum huiusmodi homine, qui sermone nō vtatu similis enim esset plantæ, quatenus nihil loquitur. Supponimus autem hoc genus demonstrandi pe redargutionem,aliud esse ab ipsa propria demonstratione: siquidem, qui tentaret demonstrare hui modi principium, videretur petere id quod in principio; quoniam assumeret, vt probatum, id q probandum esset. Alia vero existente causa,vt hoc principium petatur,& inferatur, quoniam ex ei sermone ad hoc deducitur, & ipsemet ex sua oratione assertor redditur; quòd impossibile sit idē sim esse & non esse; huiusmodi quidem redargutio fit ad hominem,non autem proprie est demonstratio

TEXTVS.

SVNT autem quidam,qui,vt diximus,ipsi quoque dicunt,contingere idem esse, & non esse, & ita arbitrari.vtuntur autem hac oratione multi quoque eorum,qui de natura tractant.Nos au tem nunc accepimus, tanquam impossibile sit,de eodem simul esse & non esse. [a] & per hoc mo strauimus, quòd certißimum hoc cunctorum principiorum est. Conantur autem quidam ho quoque probare, propter ignorantiam. Est etenim ignorantia, nescire quorum oportet quærere demon strationem.& quorum non.etenim omnino impoßibile est omnium esse dcmōstrationem.in infinitum nam que progrederetur; quare nec hoc modo esset demonstratio. Si autem aliquorum non oportet quęrere de monstrationem,quod magis principium esse tale iudicarent,dicere non haberent. Est autem etiam de h demonstrare,redarguendo quòd impoßibile est,dummodo aliquid dicat,qui dubitat. Quòd si nihil, [b] ridi culum est quęrere rationem ad eum,qui nullius habet rationem,quatenus nullam habet rationem. [c] simili namque plantę talis est,prout talis est. Demonstrare vero redarguendo, dico differre a demonstratione quia qui demonstraret,videretur petere quod a principio. cum autem alia huiusce causa sit,redargutio,& non demonstratio.

ADNOTATIONES.

ET [a] *per hoc monstrauimus, quod certißimum hoc cunctorum principiorum est.* Dicit hoc lo co, quòd ex hoc sumpto principio, quòd impossibile sit idem simul esse & non esse, ipse ostendit supra, quòd huiusmodi principium est omnium firmissimum; quoniam impossibi bile sit hominem decipi circa ipsum: sicuti impossibile est, quòd oppositæ opiniones sin simul in eodem; vnde certissimus quisq; esse debet de veritate huius principij. [b] *Ridiculum est quę rere rationem.* Græce legitur, λόγον; vnde hæc dictio pro oratione quoque accipi potest; & esset sen sus: quod est ridiculum,sermonem habere cum eo, qui nullius rei sermonem proferat. nam (vt paulo post dicitur) cum huiusmodi homine non est colloquendum. Pro redargutione autem facienda ad uersus negantem dictum principium,instandum est,vt aliquid enunciet,declaretque. quidnam suis vo cibus atq; nominibus significari intendat: qui quidem si consentiat sua oratione hoc, vel illud signifi cari; vtique ex eius determinata enunciatione, atque significatione vocum quas loquitur, ansam præ bebit,vt ex proprio eius sermone redarguatur; tanquam qui & sua oratione significare hoc aliquid fa teatur,& rursus non significare conuincatur; dum illud defendere velit, quòd possit simul idem esse & non esse. [c] *Similis namque plantę talis est, prout talis est.* Assimilat Aristoteles hominem, qui nullo

[illegible] ipsi plantæ: quæ neque emittit, neq; admittit vocem. non dixit autem, [illegible]; siquidem bruta animalia proferunt voces apud ipsa significantes, tũ [illegible] nisi vole & damnosum, vt dicitur in lib. 1. polit. cap. 2. Qum & voces etiam [illegible] ad quantum sonum assueta, multas faciunt operationes ad votum hominum [illegible] tiam. Notandum autem est dictum esse a Theophrasto in lib. de affirma- (Theoph.) [illegible] quod demonstratio huius principij, quòd impossibile sit idem si- [illegible] simul affirmare, & negare; est violenta, & contra naturam: id ipsum forte [illegible] quod natura ratio legendi, quæ insita est homini, est aduersaria atq; repugnás, [illegible] principio aduersetur. Aut id voluit innuere Theophrastus, quòd [illegible] cedere a propria sententia, qui neget dictum principium; cum vel [illegible] quod nollet, vt infert Alexander. Quidam autem animaduertunt, circa (Alexand.) [illegible] demonstrationem simpliciter ducentem ad impossibile; vti cõ- [illegible] aliquod maius absurdum aduersus suppositionem iam [illegible] posse circa principium, de quo est sermo; cum nihil ab- [illegible] simul sit & non sit. Verumtamen possumus etiam dicere, sat [illegible] colligatur ex eius positionibus, & enuncians illud, quod ipse nega- [illegible] tanquam sibiipsi contradicens, ita vt ad ipsum sequatur impossi- [illegible] Cum autem principium, de quo est sermo, sit supremũ, vt eo nul- [illegible] proprie sub demonstratione non cadat, sed redargutio ex pronun- [illegible] eo modo, vti dictum est. Reliqua vero omnia principia pos- [illegible] deducendo aduersarium ad hoc inconueniens, q; simul sint contradictoria, [illegible] Aristoteles, q; omnes qui demonstrant, deducunt suas demonstra- [illegible] quòd non possit idem simul esse, & non esse.

[illegible] significantibus, pronunciatis ab aduersario, confirmari dictum principium per eundem, qui negat principium. *Cap. V.*

PARAPHRASIS.

PRINCIPIVM [illegible] omnia, quæ sunt afferenda pro disputatione redarguente opi- [illegible] non sit verum, erit, non quidem petere ab ipso vt di- [illegible] forte aliquis existimaret petitionem fieri principij, [illegible] ario, necnon accipere ab eo, quòd aliquid ipse signi- [illegible] est necessarium, dummodo aliquid enunciet: quod [illegible] erit sermo, neque quo ad se ipsum, neque quo ad [illegible] quas enunciet; hac ratione locus erit præ- [illegible] ponatur determinatum; quod vt tale existens, non possit [illegible] non esse posset, iam nil determinate significatum habe- [illegible] modum principium, de quo est sermo, verum esse demó- [illegible] non qui demóstrat, atq; redarguit; sed qui sustinet po- [illegible] enunciatum, dicendo idẽsimul posse esse & non esse, [illegible] profert aliquid ita determinatum significari concedit; vt [illegible] ad pugnam accedatur, illud primo debet esse ma- [illegible] significat hoc aliquid esse, aut significat non esse hoc aliquid; siqui- [illegible] esse nõ potest. Sed vtrouis modo dicatur significari; sequitur, [illegible] hoc aliquid nõ esse, hac ratione erit aliquid determina- [illegible] & non ita se habere; sed solum aut ita se habebit; [illegible] particularia deueniamus) supponatur, quòd homo signifi- [illegible] intelligimus significari vnum, vt si homo significet [illegible] ni. Et nihil etiam refert, si quis dixerit plura signi- [illegible] constituatur, determinata esse hæc plura significata. Nam [illegible] diuersum a nomine alteri definitioni accommodato; ita [illegible] accipiantur: in quibus singulis determinatæ defini- [illegible] appropriatæ habebuntur: dummodo constituatur, per nomen æ- [illegible] significari. Quòd si ex aduerso disputans id non dederit, sed [illegible] inquiens infinita aliquo nomine, quod proferat, significari; tunc manife- [illegible] non erit sermocinatio. siquidem, si nomina quæ loquitur, non si- [illegible], nihil omnino enunciabit, atque significabit. nominibus autem nil signi- [illegible] ibus, [illegible] atio, tum ad inuicem inter disputantes; tum apud semet ipsum secun-

N dum

dum veritatem : quandoquidem nihil contingat intelligere eum , qui non vnum aliquid intelli-
gat : qui enim neque vnum intelligit, is neq; plura intelliget, quæ supponunt vnum . Si autem conti-
git, vt intelligat aliquid vnum, conuenit, vt huic rei vnum constituat nomen . Erit igitur (vt dictum est
antea) nomen significans aliquid, & significans vnum : vnde deducitur, non contingere, quòd esse ho-
mini , significet non esse homini , si homo significat non solum de vno, sed etiam vnam quandam na-
turam, & vnum : non enim censemus , quòd vnum significari, sit idem , quod dici de vno : alioquin , si
ita intelligeremus, iam & musicum, & album & homo vnum significarent , vt quæ dicantur de vno, p
ta de Socrate , in quo sint , tanquam multa nomina simul in vno cadentia . consequenter non erit es-
homini, & non esse homini idem, nisi secundum vniuocationem ; quatenus scilicet, si quem nos homi-
nem nuncupamus, alij non hominem appellarent. Verum, quod apud nos est positum in quæstione, nō
est id, si contingat idem tum nomine hominis, tum nomine nō hominis appellari: sed de re ipsa, atq; re-i
significatione est quæstio. Videlicet, num cōtingat idē & esse homini, & simul non esse homini. Si autē
dicatur, ꝙ diuersum non significat homo, & non homo : patet ꝙ etiam non erit diuersum, esse homini
& non esse homini ; vnum enim erunt : quoniam significat esse vnum, tum homo, tum non homo (vt
vestis & indumentum) si eadem est definitio vtriusq; nominis. Si autem vnum erunt, sequitur ꝙ vnum
etiam significat esse homini, & non esse homini; sed ostensum est antea, ꝙ diuersum significant: necesse
est igitur , si quid verū est dicere ꝙ sit homo, ipsum animal bipes esse: hoc enim erat, quod significabat
homo. Si autē hoc est necesse, non contingit igitur hoc idem non esse animal bipes ; id enim significat
necesse esse, quod impossibile non esse : non contingit igitur simul verum dicere, idem esse hominem,
& non esse hominem. Eadem quoq; ratio erit, si sermonem exerceamus circa nō esse hominem . Nam
homini esse, & non esse homini diuersum significant : siquidem, si esse albū significat aliud ab ipso esse
hominem ; multo magis, vt magis oppositum, diuersum significabit nō esse hominem, ab ipso esse ho-
minem. Si autem dixerit respondens, ꝙ & album significet vnum & idem cum hoc, esse hominē; rursus
nos dicemus idem, quod dictum est antea ; quòd omnia vnum erunt, & non solum opposita . At enim
non contingit, vt omnia sint vnum : sequitur igitur conclusio iam deducta; ꝙ non contingit idem simul
esse & non esse ; si modo ad id, quod quæritur, respondeat qui interrogatur. Si autem de vna re simpli-
citer interrogatus, afferat etiam negationes, iam ad interrogationem factam nō respondebit: nihil enim
prohibet, idem esse & hominem, & album, & alia millia numero; & tamen percontatus, si verū est dice-
re, hominem esse quid tale, aut non : respondendū ꝙ vnum significat ; & non addendum in responsio-
ne, ꝙ etiam significet & magnum, & album; cum sit impossibile percurrere accidētia, quæ sunt infinita:
vnde aut omnia percurrere haberet, aut nihil addere ad id, de quo sit interrogatus . A simili igitur, etsi
quòd millies idem esset & homo, & non homo ; qui interrogatur num sit homo, non habet respōdere
ei, qui quærit num sit homo, ꝙ est simul non homo, nisi & alia afferat , quæcunq; accidant, quæ aut sit,
aut non sit illud, de quo est interrogatio : Quòd si id faciat, iam non disputat , neq; consermocinatur,
cum hoc modo loqui, sit nihil determinate loqui .

T E X T V S.

*PRINCIPIVM vero ad hæc omnia, non petere vt aut esse aliquid, aut nō esse dicat (hoc enim
fortassis aliquis esse putaret quod a principio petere) sed aliquid significare & sibi ipsi & alte-
ri, hoc enim necesse est, siquidem aliquid dicat. Quòd si non, tali non esset sermo, nec sibi ad seip-
sum , nec ad alium. Si autē aliquis hoc concedat, erit demonstratio. iam enim erit aliquid deter-
minatum. attamen non qui demonstrat, sed qui sustinet, causa est, tollens enim orationem, sustinet orationem.
Primo igitur manifestum est hoc ipsum verum esse, quòd [a] nomen esse hoc, aut non esse significat. quare non
vtiq; omne ita, & non ita se habet. Item si homo vnum significat, sit hoc animal bipes . dico autem vnum
significare hoc, si hoc est homo, si quid homo sit hoc est homini esse. Nihil autem differt, etiam si plura quis si-
gnificare dicat, solum autem sint determinata : imponeretur etenim cuilibet orationi aliud nomen. dico autem
tem vt puta , si non dicat hominem vnum significare , sed multa , quorum vnius quidem vna oratio , ani-
mal bipes . sint autem cæteræ quoque plures , determinatæ vero numero : imponeretur etenim proprium
nomen secundum quamque orationem . Quòd si non poneretur, sed infinita significare dicat, manifestum
quòd non esset oratio. non vnum enim significare, nihil est significare. nominibus vero non significantibus,
[b] perit ipsa reuera disputatio, & ad inuicem, & ad seipsum. nihil enim intelligere cōtingit nihil vnū intelli-
gentes. Quòd si contingit, imponeretur nomen huic rei, vnum. Nomen itaq; , vt a principio dictū est, sit a-
quid significans, & vnum significans, non potest igitur homini esse significare id, quod non esse homini, si ho-
mo quidē non solum de vno, sed etiam vnum significat. Non enim hoc dicimus vnū significare quod de vno
hoc enim modo musicum etiā, & album, & homo vnū significant. quare vnum omnia erunt. vniuoca nam-
& non erit esse & non esse idem, nisi [c] secundum æquiuocationem; sicuti si quem nos hominem nominamus
alij non hominem uocarent. Quod autem dubitatur non est hoc, si contingit simul idem esse, & non esse ho-
minē nomine, sed re. Si autem non alterum significat homo & non homo, patet, quòd nec non esse homini ab
eo quod est esse homini : quare homini esse erit non homini esse . unum namque erit . hoc enim signific-
unum esse , sicuti tunica & uestis , si ratio una . Si autem erit unum , unum significat homini esse , & non
homini.*

*[illegible] quod aliud significat : necesse igitur, si quid est verum dicere quòd homo,
[illegible] quod significabat homo. Si autem necesse est, non potest idem non esse
[illegible] namque significat ipsum necesse esse, quod impossibile est, non esse hominem. non con-
[illegible] dicere hominem esse, & non esse hominem. Eadem ratio est & de non
[illegible] namque esse & non esse homini diuersum significat. siquidem & album esse, & ho-
[illegible] enim magis illud opponitur. quare diuersum significat. Si autem album ali-
[illegible] rursus idem dicemus, quod & antea dictum est, quòd omnia vnum
[illegible]. Quòd si hoc non contingit, accidit quod dictum est, si ad interrogatum re-
[illegible] interroganti. addat etiam negationes, non respondet ad interrogatum. ni-
[illegible] album, & alia infinita multitudine esse. Attamen interroganti
[illegible], an non, id respondendum est, quod vnum significat, & non addendum,
[illegible] namque est accidētia, cum infinita sint, percurrere. aut igitur om-
[illegible] si infinities idem esset homo & non homo, interrogatus si homo
[illegible] simul etiam non homo respondere, nisi cætera quoque, quæcunq; acciderũt,
[illegible] [d] hoc autem si non fecerit, non disputat.*

ADNOTATIONES.

NOMEN [a] *[illegible] non esse significat.* Ijs verbis videtur Aristoteles innuere, ꝙ nomen si-
[illegible] vel non esse; vnde duæ exurgunt dubitationes. Altera est, ꝙ nomen si-
[illegible] esse, quod est contra determinata in libro de enũciatione cap. de verbo;
[illegible] dicitur, quod nomina & verba in hoc conueniunt, vt significent aliquid, quo significato
[illegible] loquentis, & audientis, quo ad quandam rei conceptionem: non autem significant, quòd
[illegible] sit, nisi nomini verbum adiungatur. Altera dubitatio oritur ex hoc, quòd dicat Ari-
[illegible], quòd [illegible] esse, aut non esse aliquid, vnde videtur assumere hoc principium pro pro-
[illegible] tractat; quòd de quocunque est affirmare vel negare: & ita sequeretur, per hoc
[illegible] pro [illegible] aliud, impossibile idem simul esse & non esse: quod tamen suppositum est
[illegible] primum. Ad primam igitur dubitationem respondentes, dicimus, non
[illegible] ab illo libri de enunciatione; sed eandem vtrobique haberi sententiam. Ete-
[illegible] quod loquens supponat quòd nomen, quod enunciat, significat ali-
[illegible], album, significat, quòd album est color visus disgregatiuus: hoc
[illegible] nomine significante: nempe, quòd per ipsum concernitur ali-
[illegible], quam nomen significet. nec propterea sequitur, quòd pronuncians
[illegible] a positione verbi pronunciet aliquid esse, aut non esse: idest as-
[illegible] esse. [illegible] vero dubitationi ita occurrendum videtur, vt dicamus: non
[illegible] ab aduersario, vt assentiat, suis se nominibus aut significare rem
[illegible] axiomati, ꝙ oportet de quocunque aut affirmare, aut
[illegible] quando concedit aduersarius, quòd nomina quæ profert, aliquid
[illegible] significat talem rem, aut non talem rem significat, sed quid
[illegible] deducitur ex concessione aduersarij (si dederit quòd nomen significet
[illegible] quod non erit igitur significatum nominis & hoc, & non hoc;
[illegible], aut non hoc [illegible] ex aduersarij sermone hæc omnia deducantur; & pronun-
[illegible] impossibile, idem simul esse & non esse; quod Aristoteles primo in ge-
[illegible] deduxit. postea vero descendens ad magis particularia significata,
[illegible] concessionibus. [b] *Perit ipsa re vera disputatio, & ad inuicem, & ad se ip-*
[illegible] Bessario, *& ad se ipsum:* græce habetur: κατὰ δὲ ἀλήθειαν καὶ πρὸς αὑτον: id-
[illegible] *apud se ipsum;* vt hinc velit Aristoteles innuere; quòd, qui non con-
[illegible] ratiocinari, & cum alijs, & etiam apud seipsum, secundum veritatem;
[illegible] aliquis proferre apud seipsum voces nihil significantes; qui ita nihil se-
[illegible], vt qui nihil hunc in modũ intelligeret circa nomina, quæ non signifi-
[illegible] intelligeret enim aliquid vnum, qui proferat huiusmodi nomina; & ita nihil
[illegible] qui non intelligit vnum, dici potest quòd neq; intelligat multa, quæ supponunt
[illegible] nomen nõ significat aliquid vnum, dicendum est, quòd absolute nil significat.
[illegible] *[illegible] em.* Græce habetur ὁμωνυμίαν, idest, vniuocationem, siue nomenclationẽ, quæ
[illegible] diuersa nomina idem tamen significantia: veluti (vt ponit exemplum Aristoteles)
[illegible] nomen non homo, idem significent apud diuersa hominum idiomata. vnde non
[illegible] Aristotelis translatio, quæ habet, *æquiuocationem*, vt Bessario vertit. Sepulueda
[illegible], *varietatem nominum*. Perionius *homonymam vertit*. [d] *Quod si non fecerit*,
[illegible] Aliqui inter quos Bessario & Sepulueda, legunt negatiue: nẽpe, quòd si qui interrogatur,
non fecerit, idest [illegible] percurrerit omnia significata cum oppositis negationibus, non disputabit; cum ad

 pronun-

pronunciationem sibi factam non respondeat, non afferens omnia significata nominum, quę enunciet Verum lectio affirmatiua, quam etiam sequitur Perionius, nempe; *quòd si hoc faciat*, iuxta græci cod lectionem, sensum habet accommodatiorem huiusmodi: quòd, qui velit omnia percurrere, cum hæc sint infinita, is non disputat: non sermocinatur: nam (sicuti dictum est antea) non significare vnum quid, est nihil significare: quod eo magis dicendum est, si simul infinita, & ipsorum negationes ad vnius nominis significationem afferantur.

Affertur, & explicatur absurdum, quòd omnino auferant substantiam & ipsum quod quid, qui dictum principium firmissimum negant. Cap. VI.

P A R A P H R A S I S.

MNINO autem qui asserunt idem simul esse, & non esse, auferunt substantiam, & quod quid erat esse, ita ut nullam prædicationem relinquant, quæ sit secũdum essentiam: sed omnia accidere sequitur necessario ad horum positionem; vt non detur ipsum esse homini, vel esse animali. Nam si erit aliquid, quod sit esse homini, vtiq; id non erit non esse homini, vel esse non homini; quæ sunt ambæ negationes ipsius esse homini: & ita non idem simul esset, & non esset, cum quidpiam determinatum esset, nempe esse homini. Et assumptum quidem patet; vnum enim erat, quod supponebatur significare esse homini, & hoc erat alicuius substantia, & essentia: significare autem substantiam, est dicere, quòd non est aliud quid esse homini ab ipsa substantia hominis. Si autem dicatur, quòd idem erit esse homini, quod esse non homini; aut nõ esse homini; iam aliud erit ipsum esse homini, ab homine, cum non sit hominis substantia. Ex quo patet, quòd asserentibus contradictionem simul esse in eodem, necesse est dicere, quòd nullius rei erit propria, & secundum essentiam, & semper aptata subiecto oratio, & definitio; sed omnia erunt secundum accidens. siquidem in hoc seiungitur substantia ab accidenti; quòd accidens (vt puta album) dicitur accidere homini, ita vt homo sit quidem albus, at non idem, quod esse album; vt in hoc, esse album, eius sit posita essentia; sicuti homo idem est cum eo, quod est esse ipsius. Atqui, si omnia dicantur secundum accidens; iam nullum erit primum vniuersale, quo aliquid alicui inesse primo, atque per se dicatur. Nam si tale haberetur, vtiq; non esset secundum accidens: si autem omnia dicantur secundum accidens, erit abitio infinita in prædicationibus; quatenus semper quod prædicatur secundum accidens, dicitur de subiecto, quod quidem subiectũ non est huiusmodi, vt sit substantia propriam habens essentiam; vnde & ipsum erit accidens; quod rursus prędicabitur de alio subiecto non existente substantia; vnde & hoc de alio, & ita in infinitum, vt nunquam sit deuenire ad determinatum subiectum, si omnia se habent secũdum accidens. Verum abitio infinita in huiusmodi esse non potest: siquidem non plura duobus simul complicantur, accidens scilicet, & id cui accidit: veluti Socrates, & album: accidens autem accidenti nõ accidit) nisi quatenus duo eidem accidũt; sicuti musicum & album eidem Socrati accidunt: & ideo dicitur, ꝙ musicum est album, quoniam Socrates, qui est musicus, est etiam albus: non autem Socrates it est musicus, quoniam vtrumque, Socrates scilicet & musicus, accidant cuidam alteri. Quando igitur his duobus modis dicuntur accidentia; quæ ita dicuntur, quemadmodum Socrati inest album, hæc minime contingit infinita esse in homine; veluti, quòd Socrati albo, & alterũ quid sit accidens, & ita aliud sine fine: non enim fit aliquid vnum ex omnibus; neq; igitur albo alterum quid erit accidens; veluti musicum: non enim magis dici potest, ꝙ musicum accidat albo, quàm quòd & album musico. Simul autem determinatum est, quòd aliqua quidem accidunt hunc in modum, vt album musico; alia vero vt musicum Socrati: & quæ ita se habent, non dicendum, quòd accidenti accidat accidens; sed quæ alio modo: Quare non omnia dicentur secundum accidens: non enim Socrates tanquam accidens sumendus est. Erit igitur & aliquid, quod substãtiam significat. Si autem hoc est ostensum; erit igitur impossibile simul contradicentia verificari.

T E X T V S.

[illegible] ratione. Hoc autē loco D.Tho. animaduertit, ꝙ mensurā esse, [illegible] numeri: & ꝙ non est hoc vnum ita explicatum idem cum [illegible] ratio talis vnius in sola indiuisione consistit. Circa quod [illegible] explicatio vnius secundum indiuisionē pertinet ad quantum; ita [illegible] aq;, nempe secundum quanti discreti diuisionem. Vnde, quatenus [illegible] rerum. ita in particulari explicatur cum quadam relatione ad res [illegible], ꝙ vnum est vndequaq; indiuisibile, sic limitatum quodāmodo ad [illegible] a rebus explicatur; cuius tamen esse & existere non separatur [illegible] vnum. [o] *Vbiq; autem ipsum vnum, aut quantitate, aut specie* [illegible] *secundum quantum*, pertinet ad significationē vnius secundū con[illegible] comprehenduntur omnes aliæ significationes vnius; accipiendo [illegible] & ad illam pertinet: nam & materia, & genus quandā speciem referūt, [illegible] definitio, seu intellectio rerum. [p] *Item alia numero.* Hæc [illegible] noluit Aristoteles illā prętermittere, & est huiusmodi: [illegible] vnū specie, alia vnum genere, & alia vnum analogia, idest pro[illegible] & similitudo cadens inter os animalis & radicē plantæ: vultq; [illegible] numero vnum, sint etiā specie, sint genere, sint analogia vnū: & quæ [illegible] genere & analogia vnum: & quæ genere sunt unū, sint etiā analogia vnum. Nō [illegible] sunt analogia vnum, sint etiā genere vnum: nec quę genere sunt vnū, [illegible] specie sunt vnum, numero necessario sunt vnū: sicuti quæ sunt vnū nume[illegible] specie & genere, & analogia vnum: & ita de ijs dicendum est, quæ specie sunt [illegible] aut genere, aut proportione vnum. Aduertendū autē, ꝙ quæ dicuntur [illegible] plura, quæ in vno indiuiduo inexistant. ita enim habet Aristoteles, ꝙ [illegible] *materia vna*; vnde supponuntur multa, quæ in eadē indiuidua materia [illegible] & hæc erunt [illegible] musicum, & iustū, quæ in Socrate vno existētē sunt numero vnū, [illegible] materia reperiūtur. Et ita intellexit Philoponus, dans hoc loco exem[illegible] quæ etsi sint res diuersæ, attamen sunt vnū numero; quoniam in eadem mate[illegible] ipso Socrate [illegible] cap. de Differentiis; inquit Mercuriū & quadratum esse vnū numero [illegible] vtrumq; in eadem statua ærea inueniatur. Vnde etiā Aristoteles infra in lib. 10. [illegible] a se ipso respectu plurium rerū, quæ sint in eodem indiuiduo. [illegible] numero, non erunt secundū se vnum, sed secundum accidens; [illegible] iustum in eodem Socrate inueniuntur. Vnde, si in Socrate sunt per [illegible], per accidens quoq; erunt vnum & genere, & proportione respectu indiuidui [illegible] & species, & genus, & analogia quædam.

D.Tho.

Philop.

De Ente *Cap. VII.*

P A R A P H R A S I S.

[E]NS [illegible] partim per accidens, & partim per se. Ac per accidens qui[illegible] quia duo accidunt substantiæ, vt musicu, & album; vnde dicimus [illegible] quoniam vnum accidit substantiæ, sicuti musicū Socrati; vnde dicimus [illegible] de eo quod accidit, id cui accidit, prædicatur; vt si dica[illegible] quod est [illegible], a[illegible] si dicatur, musicum ædificare: idest, ei qui ædificat, acci[illegible] musico [illegible] e conuersio dici potest, quòd ei, qui est musicus, accidit vt sit ędificator. Cum [illegible] homo [illegible] intelligitur ꝙ homo, cui accidit esse musico, prædicatur de musico; non autem homo, cum si substantia, dicitur accidere musico; estq; prædicatio huiusmodi præter naturam. [illegible] modis dicitur ens per accidens; in quibus supponitur aliquid inesse substantiæ, quod ad sub[illegible] essentiam non pertinet. Per se autem dicuntur esse, quæcunque significant figuras prædicamen[illegible] nam [illegible] modis dicuntur figuræ prædicamentorum, tot etiam modis significant esse. Quo[illegible] quæ prædicantur de alijs, aliqua ipsum quid significant, alia quantum, alia quale, alia ad ali[illegible] facere, vel pati, alia alicubi, alia quando: hinc dicimus quòd horum esse vnicuique idem [illegible] est quodque horum. Neque vero facere debet nobis difficultatem, quòd interdum [illegible] homo ambulat; in qua oratione ipsum est, reticetur. Nam dicimus idem valere, si [illegible] homo ambulat; & si dicatur, homo est ambulans, & ita de alijs huiusmodi. vnde semper præ[illegible] referunt naturam illius entis, quod singula significant, iuxta propriam figuram prædicatio[illegible] Amplius ipsum esse, & est, significat quia verum; & non esse, quia non verum, sed falsum: idq; simi[illegible] in affirmatione & negatione. Veluti Socrates est musicus, quia verum est hoc: & Socrates est non albus, quia verum. hoc autem non est; videlicet diameter est commensurabilis, quoniam falsum est: adeo quod quicquid pronunciatur vere, id est, quoniam verum est: quod autem falso pronunciatur, id non est, quoniam falsum est. Amplius esse, & ipsum ens significat, tum quod potentia dicitur, tū quod

actu est eorum aliquod, quæ sunt commemorata. Nam cernens dicimus esse, tum quod manifeste potentia est videns; tum quod actu videt. Similiter scire dicimus, & quod potens est vti scientia, & quod actu ea vtitur, & quiescere quoque tum illud dicimus, cui iam ineit quies; tum illud, quod potest quiescere. Similiter & in substantijs se res habet; nam & Mercurium dicimus esse in lapide potentia, & dimidium lineæ; & frumentum nôdum maturum pariter esse potentia. Quando autem aliquid in potentia, aut non in potentia dicendum sit, in alijs erit determinandum. Siquidem non omni modo potentia, sed determinata potentia sumenda est.

TEXTVS.

ENS dicitur, aliud secundum accidens, aliud per se. [a] Secundum accidens quidem, vt iustum musicum esse dicimus, & hominem musicum, ac musicum hominem: similiter dicentes vt cum dicimus musicum ædificare, quia accidit ædificatori musico esse, aut musico ædificatori. hoc enim hoc esse dicere significat hoc huic accidere. Ita igitur de his, quæ dicta sunt, cum hominem dicimus musicum esse, & musicum hominem, aut album musicum, siue hunc album, hoc quidem, quoniam ambo eidem accidunt: illud vero, quoniam enti accidit. Hoc autem musicum hominem, quoniam huic musicum accidit, ita etiam dicitur album esse, quoniam cui accidit, illud est. Quæ igitur secundū accidens dicuntur, ita dicuntur, aut quoniam eidem enti ambo insunt, aut quoniā illud enti inest, aut quoniam ipsum est, cui inest, de quo ipsum prædicatur. Per se vero esse dicuntur, quæcunque significant prædicationis figuras. quoties enim dicuntur, toties ipsum esse significant. Cum ergo eorum, quæ prædicantur, quædam quid est significant, quædam qua'e, quædam quantum, quædam ad aliquid, quædam facere, aut pati, quædam vbi, quædam quando, [b] horum cuiq; idem ipsum esse significat. [c] nihil enim differt, homo conualescens est, aut homo conualescit: & homo ambulans vel incedens est, aut homo ambulat vel incedit. similiter in alijs quoque. [d] Item ipsum esse, & ipsum est significat quod verum est, ipsum vero non esse, quod non verum, sed falsum similiter, tam in affirmatione, quàm in negatione. vtputa, quòd Socrates musicus est, quoniam verum hoc est: aut quòd Socrates non albus, quoniam verum. quod autem diameter non sit incommensurabilis, quoniam falsum est. Item ipsum esse, & ipsum ens, quoddam eorum, quæ dicta sunt, [e] potentia dici potest significat, quoddam actu. videns etenim dicimus esse, & quod potentia, vt dicitur, videt, & quod actu, ipsum quoque sciens similiter, & quod potest vti scientia, & quod iam vtitur. ac etiam quiescens, tum illud, cui iam inest quies, tum quod quiescere potest. Similiter autem in substantijs. etenim Mercurium in lapide dicimus esse, & lineæ medietatem, ac triticum, quod nondum maturum est. quando vero possibile, & quando non, in alijs determinandum est.

ADNOTATIONES.

SECVNDVM [a] accidens quidem. Orditur a notioribus significatis entis, & sunt ea, quæ pertinent ad ens per accidens; vt ꝙ homo sit albus, aut musicus, hæc enim non insunt per se homini, vt vel ad essentiam, vel ad proprias eius passiones pertineant. vnde neq; sunt in primo modo dicendi per se, in quo accipiuntur prædicata concernentia rei definitionem, vt ꝙ homo sit animal: neque in secundo modo dicendi per se, in quo supponitur propria passio inhærens subiecto; sicuti cōpetit triangulo habere tres angulos æquales duobus rectis. Inter entia autē per accidens adnumerat Aristoteles illā etiam enunciationem, in qua prædicatur de accidente substantia, cū ipsi accidat accidens. Veluti cum dicimus, ꝙ musicū est Socrates, quæ prædicatio in Anal. prçter naturam appellatur; & iure merito: quando non est ex natura rerum, vt substantia accidat accidenti, quod fundatur, & subsistit in substantia: sicuti dicetur infra lib. 7. cap. 1. & lib. 12. apud nos postremo. cap. 1. Quia autem est sermo de varijs significatis entis, non propterea supponēdum, quin omnia eius significata reducantur ad genus analogū: quemadmodū in lib. præcedenti explicatum est. Non affertur autē descriptio entis seorsum a particularibus eius significatis, quoniā id non patitur generalissima ipsius nuncupatio. Quòd si de vno allata est antea quædā explicatio, id eatenus factū est, quatenus vnū limitatur ad prædicamentū quanti, & sub ratione quanti, per quandam relationē ad ea quæ dicuntur vnū, explicatur. [b] *Horum cuiq; idem ipsum esse significat.* Vult his verbis Aristoteles denotare, ꝙ esse cuiq; prædicamento significat illud, quod est horum vnūquodque. ex quo dicto colligitur, ens non habere proprium aliquod vnum significatum seorsum ab ipsis prædicamentis: sed tantummodo illis applicari, & significare aut hoc, aut illud horum. Colligitur etiam quòd vnumquodq; prædicamentum habet suam entitatem; adeo quòd etsi alia prædicamenta non subsistant citra substantiam; attamen ipsorum singulorum est quædam propria essentia; licet non seiunctā a substantia eam obtineant. Vnde aliud est considerare albedinem, prout significat quandam talem qualitatem: & aliud est considerare album coniunctum homini, vbi ens per accidens comprehenditur. in albedine autē considerata in seipsa, prout per se sumpta notio albedinis obtinetur, licet per se absolute nō subsistat; sed necessario sit adnexa substantiæ; sine qua neq; subsistere, neq; perfecte cognosci potest. [c] *Nihil enim differt, homo conualescens est, aut homo conualescit.* Dixerat, quòd per vnumquodq; prædicamentum significatur esse. Vnde, quoniam huiusmodi propositio; qualis est homo ambulat, non videtur significare ens, & ipsum esse; pat

[illegible] dicatur homo eſt conualeſcens, & ſi dicatur, homo conualeſcit; quod [illegible] de quo eſt quoq; ſermo infra lib. 7. cap. 1. vbi etiam [illegible] valens, magis ſignificatur ipſum eſſe; quàm dicendo ſedet, valet. idq; [illegible] denotatur ſubiectum, ipſa ſubſtãtia ſedens & valens, cui potiſſimũ [illegible] ea, per quam ſubſiſtunt accidentia. Et hinc videretur vera ſententia Auicennæ, [illegible] primo ſignificare ſubſtantiã, deinde accidens ad hunc nempe ſenſum, [illegible] denotetur in ſubſtantia, per quam ſubſiſtunt. Quam tamen ſen- D.Tho. [illegible] D. Thomas & alij ſequentes Auerroem. qui ex aduerſo ait, accidens vt albũ, primo ſi- Auer. [illegible] ſubiectum cui inhæret; quoniã accidens natum eſt ineſſe ſubiecto; alioquin [illegible] denotaret corpus, cũ diceretur Socrates eſt albus, diceretur ꝙ Socra- [illegible] aliud corpus adderetur in infinitum. D. Thomas adiungit, ꝙ ſi vera [illegible] talia, ideſt prædicamenta accidentiũ non ponerentur inter ea, [illegible] homo albus eſt per accidens. Verum pro opinione Auicennæ dici po- [illegible] lib. 7. ꝙ ſedens, & valens, & eiuſmodi deſignant magis, [illegible] ſedere & valere. Ex quo dicto innuitur, vocibus, ſeu nominibus acciden- [illegible] ſubſtantiam, quàm ipſa accidentia. Quod etiã videtur maxime conſentaneũ ra- [illegible] vti potiſſimo ente, ſubſiſtant accidentia. Neque vero ſequitur abſurdum indu- [illegible] prædicamenta accidentium eſſent prædicata per accidens, & non per ſe. nam dici- [illegible] veluti homo eſt albus, aut valens, ſunt inter entia per accidens: at albedo [illegible] color diſgregans viſum, ſic per ſe dicit entis notionem, licet non abſolute ſe- [illegible] Similiter ex aduerſo nil vrget abſurdũ inductum ab Auerroe; quoniam [illegible] eiuſmodi, magis, ſeu primo ſignificent ſubſtantiam quàm accidens; non [illegible] ſubſtantiam ſignificant ſeorſum ab accidenti: ſed in ipſa pronunciatione [illegible] includi dicimus & concerni etiã ſubſtantiã. Cum autem dicitur, Socra- [illegible] diſtincte ſubſtantia ſubiecta accidenti: ac ſi diceretur, eſt ſubſtantia habẽs [illegible] quod valet. Alexander autem circa hoc dictũ Ariſtotelis, ꝙ non differt ho- Alexand. mo ambulat, & homo eſt ambulans, animaduertit, ꝙ verbũ, *eſt*, quod conſtruitur cũ ambulatione, nihil aliud ſignificat, quam exiſtentiam ambulationis. Nam, vt teſtatus eſt (inquit ipſe) Ariſtoteles in lib. de Enunciat. ipſum eſt, nihil eſt: ſignificat autẽ quandam compoſitionẽ, quæ ſine cõpoſitis eſſe nequit. Verum dictum illud Ariſtotelis in lib. de Enunciat. huc tendere videtur, ꝙ nomina & verba ſeorſum prolata, non ſignificant aliquid eſſe, vel non eſſe. ſicuti docet ibi ex hac ſuppoſitione, quoniã neq; ipſum eſſe, & non eſſe, ſignificant aliquã rẽ; neq; ipſum ens nudum prolatũ; inquit enim: *nihil eſt ens, ſed ſi*[illegible] *quam ſine compoſitis non eſt intelligere*. quod eſt dicere ꝙ ipſum ens nõ habet notionem [illegible] ab ipſis rebus particularibus, per quas ſolum intelligitur, ſi illæ proferantur [illegible] veluti ens et ſedens, ens et album, ens vt ſubſtantia, aut accidens. Alioquin nil per ipſum [illegible] denotatur. Præterea dicere eſt, vel non eſt, exiſtentiam eſt in genere deſignare, non autẽ eſt [illegible] ob ipſius eſſe amplitudinem ſuper omnia ſe habentis; quemad- [illegible] eſt [d] *Item ipſum eſſe & ipſum eſt, ſignificat quod verum eſt*. Inter ſi- [illegible] verum & falſum hunc in modum; vt dicatur eſſe illud, quod eſt [illegible] aliquid quod verũ ſit affirmare vel negare: falſum autem, ſi quod [illegible] verum enim & falſum proprie in affirmatione & negatione [illegible] non ens autẽ, quod eſt falſum; & hæc erunt iuxta affirmatio- nem & negationem. [illegible] Ariſtoteles, ꝙ ens, & eſt, ſignificat quod verum eſt, adiungens ipſum *eſt* [illegible] veritas & falſitas per ipſum, *eſt*, enunciatur & denotatur; ſicuti hinc pẽdent [illegible] [e] *dici poſſe ſignificat*. Græce habetur [illegible], quod adiunctum eſt ad de- [illegible] ꝙ illud quod eſt in potentia, debet eſſe in aliqua determinata potentia, vt idcirco adiunctũ ſit verbum [illegible], ad inſinuandum, ꝙ manifeſte debet conſtare, quomodo ſe habeat huiuſmodi potẽtia. Nam (vt dicit Ariſtoteles in fine huius capitis) quando aliquid ſit dicendum eſſe in potentia, & quando nondum in potentia, est in alijs exponendum, quod fiet infra lib. 9. vbi agitur ex propoſito de actu & potentia.


Hoc in loco Auerroes animaduertit, inter ens extra animam, & ens vt de eo fit conceptus in anima Auerr. ſecundum verum aut falſum [illegible] hoc diſcrimen; ꝙ vt eſt extra animam, habet ſuam eſſentiam, & de hoc ſi quæratur an ſit, ſit quæſtionẽ eſſe de genere; nempe ſub ratione entis, de quo eſt ſermo in lib. 2. [illegible] eſt in anima, habet eſſe diminutum, & eſt accidẽtale, quatenus accidit enti reali, vt vere, aut falſe [illegible] in anima. & ita ſi quæratur, an ſit Socrates albus, nũ ſit vere illud quod eſt conce- [illegible] anima, ita vt reſpõdeat enti [illegible] eſt extra animã, erit quæſtio de accidenti; quoniã accidit rei, vt af- [illegible] vel negetur: non enim hoc eſt de eſſentia rei, ſed ipſi accidit. Nonnulli autẽ ponunt etiã quæ- [illegible] accidentis eſſe, dum quæritur, num ſit aliquid extra animã, quoniã ad conceptum eſſentiæ acci- [illegible] exiſtere enim non dicit eſſentiã rei. Verũ (vt determinatũ eſt in lib. præcedenti in propria [illegible] dicendũ, quod exiſtere ſignificat cõplementum eſſentiæ, quæ ſit in actu: vnde reducitur quæſtio an ſit, ad quæſtionẽ de genere ad ipſum ens, quod prædicatur & de eſſentia rei ſeorſum ab exiſtentia, & etiã de eſſentiæ exiſtentia ſecundũ eius cõplementũ. Neq; refert ꝙ ſint variæ cõce-

P 3 ptiones

ptiones entis hæ omnes, esse actu, & esse potentia; aut esse sine actu & potentia; hæ enim omnes sunt speciales entis notiones, & non est notio vlla entis in genere. Quare existētia, licet nō pertineat ad rationē essentiæ, ad eius tamen cōplementum pertinet, vt sit actu: & vt est actu, non dicendum, quòd sit accidens ipsa existentia essentiæ; alioquin etiam essentia actu existens esset accidens, quod non est dicendum. Circa autem simplices conceptiones quòd non sit proprie ens verum aut falsum, & quomodo in his quoque locum habeat hoc ens verum & falsum, infra lib. 6. in fine: & in lib. 9. pariter in fine explicatur. Adnotandum etiam aliter in organo agi de prædicamentis, quàm in hoc loco. Nam ibi supponuntur simplices voces tanquam nobis notiores ex vsu sermonis, in quibus exercetur omnis contemplatio; quæ diuiduntur, quatenus significant hoc, vel illud prædicamentum; & de prædicamētis postea fit explicatio secundum modum vniuscuiusque iuxta eorum proprietates; & cuiusque diuisiones pariter in suas species afferuntur secundum conceptiones communes, vt referuntur ad ipsas voces simplices, & non compositas ex affirmatione aut negatione, vt hinc imbuamur communi cognitione, quam singulæ voces significantes præseferant. In hac vero philosophia supponitur ens, cuius natura quomodo se habeat per ipsa prædicamenta explicatur; in quæ etiam diuiditur absque huiusmodi consideratione vocum simplicium, aut compositarum: nec non & afferūtur variæ entis significationes; inter quas sunt etiam significationes prædicamentorum, de quibus postea cōsideratur, quæ sit horum natura, quoad ipsum quod quid erat esse, & quo ad essentiam ipsorum. præcedit autē, vt valde vtilis & necessaria simplex illa prædicamentorum manifestatio ad omnes scientias capessendas.

De Substantia. Cap. VIII.

P A R A P H R A S I S.



SVBSTANTIA autem dicuntur tum simplicia corpora, veluti terra, & ignis, & aqua, & alia huiusmodi, & omnino corpora; tum quæ ex his componuntur, animalia scilicet & dæmonia, & horum partes: & hæc omnia dicuntur substantia; quoniam de subiecto non dicuntur, sed de his quidem alia. Alio vero modo substantiæ dicuntur ea, quæ in his existunt, horum sunt causa vt sint; veluti anima inest animali. Amplius substantiæ dicuntur, quæcunque partes in his dictis substantijs inexistentes, quæ definiunt, & determinant, significantque hoc aliquid; quibus sublatis, aufertur & totum: sicuti corpus tollitur, sublata superficie; & hæc aufertur, sublata linea: & absolute numerus talis esse videtur, vt ipso sublato, nihil sit, nihilque definiatur. Amplius quod quid erat esse omnibus rebus, cuius oratio est definitio, etiam dicitur substantia cuiusque. Hinc colligitur, contingere dici duobus modis substantiam: tum vltimum subiectum, quod non vltra dicitur de alio; tum illud, quod hoc aliquid est, & separabile existit, hoc autem est cuiusque forma, & species.

T E X T V S.



SVBSTANTIA dicuntur & simplicia corpora, vt terra, ignis, aqua, & quæ talia sunt, & [a] vniuersaliter corpora, & quæ ex his consistunt animalia, & [b] dæmonia, ac eorum particulæ. Hæc vero omnia dicuntur substantia, quoniam non dicuntur de subiecto. sed de eis cætera. Alio modo quodcunque fuerit causa existentiæ, talibusque inexistens, quæ non dicuntur de subiecto, vt anima animali. [c] Item quæcunque particulæ inexistentes sunt in talibus, definientes, & quod quid significantes, quibus peremptis, totum perimitur, vt superficie, corpus, vt quidam aiunt, & linea superficies, & vniuersaliter numerus videtur quibusdam talis esse. eo etenim perempto nihil esse, & omnia terminare. [d] Item quod quid erat esse, [e] cuius ratio definitio est, & hoc vniuscuiusque substantia dicitur. [f] Accidit itaque tur duobus modis substantiam dici, & ipsum vltimum subiectum, quod non dicitur de alio: & id, quod cum quod quid sit, etiam separabile fuerit. tale vero cuiusque forma & species.

A D N O T A T I O N E S.



ET [a] *vniuersaliter corpora*. Dicuntur corpora in vniuersali esse substantiæ, non more mathematico sumpta corpora; sed vt ea, in quibus reperitur forma naturalis, quæ primo inexistit corpori accepto secundum tres magnitudines, sine quibus non existunt substantiæ naturales, cum tamen forma substantialis sit ea, per quam corpus habens aptitudinem ad formam substantialem, est substantia, cum illi forma inexistit. [b] *Et dæmonia*. Ponuntur inter substantias etiam dæmonia, vti entia, quæ habeant corpus; siue intelligantur dæmones, qui secundum platonicos (vt refert Apuleius) sunt animalia corporea, aerea, mēte rationabilia, animo passiua, tempore æterna: siue intelligantur per dæmonia, corporia cælestia, vt interpretatur Alexander; intelligens ipsa astra, & p...

Alexand.

astro...

[illegible] compoſita etiam in animalibus, manus, & caput, & ſimilia ſunt corporea. [c] *Item* [illegible] *ſunt in talibus definientes, & quod quid ſignificantes.* Supponit Ari- [illegible] ſententia) etiam terminos magnitudinis, ſuperficiem, & lineam, & puncta, [illegible] ſubſtantiæ, tanquam quòd ſine iſtis terminis magnitudinis nihil poſſit eſſe [illegible] ingrediatur conſtitutionem, & definitionem prædictarum ſubſtantiarum. [illegible] quoque Ariſtoteles infra lib. 7. cap. 2. enumerans ſignificata ſubſtantiæ; ſed [illegible] apud nos 11. & 12. [d] *Itẽ quod quid erat eſſe omnia.* Hæc dictio, *omnia,* [illegible] interpretibus; cum tamen conſtanter legatur in omnibus græ- [illegible] modum quidem conuenienter. Nam, cum iam dixiſſet ex aliorum ſententia, ter- [illegible] eſſe ſubſtantias, quibus definiuntur ſubſtantiæ compoſitæ; ideo magis ge- [illegible] ſignificationem eorum, quę pertinent ad quod quid erat eſſe, ſubiunxit in gene- re [illegible] quod erat quid erat eſſe omnia; ideſt omnibus rebus. Hæc autem ſignificatio ſub- [illegible] ſignificatione, in qua dictum eſt, ſubſtantiam dici id, quod ineximit ſubſtantiæ [illegible] ſiquidem in hac ſignificatione comprehendi poteſt pars quiditatis, in [illegible] vniuerſa quiditas pertinens ad ſubſtantiam compoſitam. [e] *Cuius ratio* [illegible] oratio continens ipſum quod quid, eſt definitio: vnde dictio, λόγος, non pro [illegible] proprie pro oratione eſt accipienda. [f] *Accidit igitur duobus modis ſubſtantiam dici.* Re- [illegible] ad duos modos; quorum alter concernit extremum ſubiectum; quod eſt hu- [illegible] de nullo dicitur, & proprie pertinet ad ſubſtantiam compoſitam, quæ digito ſit de- [illegible] prædicamentis. ſed & materia quoque innuitur, quæ eſt pars compoſiti, cui cõ- [illegible] Alter vero modus ſubſtantię pertinet ad formam cuiuſque rei: de qua hoc [illegible] eſt aliquid, & ſeparabile. Ad duos hos igitur modos ſignificata ſubſtantiæ [illegible] Nam primum ſignificatum ſubſtantiæ pertinet ad ſubiectum, quod de nullo dicitur. Secũ- [illegible] vero ſignificatum [illegible] formam cuiuſque rei. Et tertium pariter pertinet ad formam reſpe- [illegible] terminorum corpora concernentium; in quo ſignificato includitur etiam numerus. Aut dicendum, [illegible] in hac poſtrema parte contextus ſubſtantiam compoſitam, in materiam, extremum ſubiectum; & in formam [illegible] vſus eſt etiam Ariſtoteles infra lib. 7. cap. 3. vbi, præter duo ſignificata hoc loco aſſignata ſubſtantiæ, quorum alterum ad quod quid erat eſſe pertinet, & alterum ad ſubiectum, adiunxit etiam vniuerſale; id eſt ſpeciem & genus, de quibus nulla hic eſt mentio, quæ etiam in prædi- camentis inter ſubſtantias ſecundas numerantur. Quòd autem hoc loco appelletur forma rei, hoc ali- quid, explicatum eſt etiam in lib. 2. Phyſicorum: dicitur enim forma hoc aliquid, ad differentiam ma- teriæ [illegible] per ſe non eſt hoc aliquid. Quod vero etiam dicatur forma quid ſeparabile, id Alexãder va- [illegible] Aut quoniam [illegible] forma eſt ſeparabilis a materia: aut quia forma non [illegible] nec ſemper eadem manet, ſed ſecernitur & interit. Vel, inquit, eſt ſeparabile; quia eſt [illegible] ſubiecto, neque [illegible] ex eius ſubſtãtia, ſic enim ſe habet forma cum materia. Vel ſepara- [illegible] eſt pro eo quod eſt inſeparabile; quod conuenit ſubſtantiæ, quæ inter alia entia, ſo- [illegible] Verum præſtat interpretari, quòd forma eſt ſeparabilis; nempe ratione & co- [illegible] materia; vt habetur infra lib. 7. cap. 3. & in li. 8. cap. 1. etiam explicatius: [illegible] ans ex materia & forma ipſi materiæ; quoniam ſunt ſeparabilia; [illegible] dependens, quale eſt materia. Et ideo quoque accidentia in eorum eſſe [illegible] poteſt eſſe ſine accidentibus, non autem accidentia ſine ſubſtantia; [illegible] infra in libro 7. conſiderandum erit. Alexand

De Eiſdem, Diuerſis, Differentibus, & Similibus. *Cap. IX.*

PARAPHRASIS.

EADEM dicuntur partim ſecundum ſe, & partim ſecundum accidens. Et ſecundum acci- dens his omnibus modis: vel quoniam muſicum & album accidunt homini, vnde muſicum & album ſunt idem ob ſubiectum cui accidunt; vel quoniam homo eſt muſicus, vnde muſicum homo idem cum homine muſico, quoniam alterum alteri accidat: aut quoniam muſicum eſt homo, & ita [illegible] præter naturam prædicatio; quatenus homo, cui accidit muſicum, prædicatur de muſi- co, & itaque [illegible] homo idem cum homine, & homo idem cum muſico homine. Et idcirco [illegible] omnia, ideſt non dicuntur vniuerſaliter: nõ enim eſt verum dicere, quòd omnis ho- [illegible] & muſicum: & id quidem, quoniam vniuerſalia inſunt ſecundum ſe, accidentia autem nõ ſunt ſecundum ſe. Abſolute autem, & ſimpliciter in ſingularibus hęc dicuntur; quòd Socrates idem vi- dens & muſicus: non enim Socrates in pluribus reperitur, cum ſit ſingulare & indiuiduum: vnde non dicitur omnis Socrates, ſicuti dicitur omnis homo. His igitur modis dicuntur eadem ſecundum acci- dens. At vero ſecundum ſe, eadem dicuntur illis modis, quibus etiam dicitur vnum. Nam & ea, quorũ eſt materia vna, vel ſpecie, vel numero, vel genere, dicuntur eadem ſecundum ſe. Item ea, quorum eſt

ſubſtantia

substantia vna; vt ex his sit perspicuum, quòd identitas est quædam vnitas, vel plurium quæ plura
sint, vel eiusdem rei relatæ ad se ipsam, dum bis idem assumitur: veluti cum dicimus, quòd idem
sibi idem.

Diuersa autem sunt ea, quorum vel plures sunt species materiæ; vel numero est materia diuersa,
plures sunt rationes essentiæ; & omnino opposito modo ad ipsum idem dicitur diuersum.

Differentia dicuntur quæcunque sunt diuersa, cum simul sint etiam eadem, non solum numer
album & musicum in eodem indiuiduo existentia; sed etiam specie, vt Socrates, & Plato; & genere,
homo & bos: & denique analogia, vt radix in planta, & os in animali. Item ea differentia sunt, quo
genus est diuersum. Item contraria, differentia dicuntur. Item quæcunque habent diuersitatem in
substantia.

Similia dicuntur, tum quæ idem sint passa, vt omnino sint inter se similia secundum speciem & for
mam, vti maxima ex parte solent esse gemelli; tum quæ eisdem pluribus, quàm diuersis sint affecta,
ob excessum sunt similia, vt solet germanus germano, & indus indo; & filij similes esse genitoribus.
ea, quorum qualitas est vna; vt calida secundum calorem sunt similia. Item secundum contraria, qu
fit alteratio, vt calidum, frigidum, humidum, siccum, dulce, amarum, & huiusmodi, si quid in aliquib
horum plurimis conueniat cum alia re; aut & si in paucioribus conueniat, attamen hæc sint potiora,
cuti in vino sapor est proprior vini qualitas quàm color; hac ratione etiam simile dicetur vnum al
Oppositis vero modis dicuntur dissimilia.

TEXTVS.



*ADEM vero, quædam secundum accidens dicuntur, vt album, & musicum idem, quoniam
dem accidunt: ac homo & musicum, quoniam alterum alteri accidit. musicus vero homo,
niam musicum homini accidit. vtrique vero hoc, & huic vtrũque illorum. etenim homini
co & homo, & musicum idem dicitur, & his illud. Quare omnia hæc vniuersaliter non di
tur. non enim est verum dicere quòd omnis homo idem & musicum, vniuersalia namque per se existun
cidentia vero non per se, sed de singularibus simpliciter dicuntur. idem enim videtur Socrates, & Soc
musicus esse. Socrates enim non de multis. quare non dicitur omnis Socrates sicuti omnis homo, qu
igitur ita dicuntur eadem. Quædam vero per se, sicuti & vnum. etenim* [a] *quorum materia, aut specie,
numero vna, eadem dicuntur: & quorum substantia vna. Quare patet, quòd identitas vnitas quædam
sentiæ est, aut plurium, aut cum vt pluribus vtatur. vtputa cum dicat ipsum sibi ipsi idem, vt duobus
ipso vtitur. Diuersa vero dicuntur,* [b] *quorum aut species plures, aut materia, aut ratio substantiæ. & om-
nino diuersum dicitur opposite ad id, quod idem dicitur. Differentia vero dicuntur,* [c] *quæcunque diue
sunt, cum idem quid sint, modo non sint idem numero, sed aut specie, aut genere, aut proportione. Ite
rum diuersum genus. & contraria, & quæcunque* [d] *diuersitatem in substantia habent. Similia dicuntur,
[e] quæ idem passa sunt, & quæ plura eadem quàm diuersa passa sunt, & quorum qualitas vna. ac secun
quæcunque contrariorum alterari contingit id, quod plura his, aut magis propria habet, simile illi est. O
posite vero similibus dissimilia dicuntur.*

ADNOTATIONES.



VORVM [a] *materiam, aut specie aut numero vna.* His modis comprehenduntur m
vnius iuxta materiam; quæ vel numero vna accipi potest, sicuti eadem materia, tale æs, M
curij & quadrati est materia, vt exponit quoque Philoponus. vel vna specie, sicuti materia
Philop. norum specie est eadem. vel vna genere, vt extrema materia liquorum est aer, aut aqua.
autem, quòd sit eadem genere materia, omisit Bessario, forte sequutus Alexandrum; qui hanc dicti
non explicat. Aliæ vero significationes vnius comprehenduntur in hoc dicto; quod sint eadem ea, q
est vna definitio: ita enim comprehensus est modus vnius secundum definitionem, vel secundum
portionem: & in hoc etiam comprehendi potest illud, quod est vnum genere, quod similiter per
ad definitionem. Ea vero quæ sint vnum continuatione, dicendum comprehendi sub hoc modo; q
rum vna est materia. Notandum autem dici hoc loco quòd identitas est quædam vnitas; quoniam
ra supponuntur, quæ sint eadem; vnde quodam modo vnum, non autem absolute sunt vnum; vt
stinguatur conceptus vnitatis a conceptu identitatis, [b] *Quorum autem species plures, aut materi
ratio substantiæ.* His verbis explicantur modi diuersitatis, vt intelligãtur diuersa esse, quorum sunt
res species materiæ, aut materia non est eadem numerabilis; qui modi diuersitatis opponuntur m
illis identitatis, in quibus eadem materia, vel numero, vel specie; vel genere supponebatur vna. Per
dum vero illum, quo dicuntur diuersa, quorum ratio est diuersæ essentiæ, constituitur oppositio ad
dum identitatis; quo dicitur eadem esse illa, quorum est eadem ratio & definitio. Explicare autem
sint diuersa ea, quorum sint plures species, non videretur cõueniens, nisi addatur, quomodo sint pl
species; præsertim quòd in pluribus speciebus oportet vt sit definitio diuersa; vnde in hunc alium

[illegible] *Quæcunque diuerſa ſunt, cum idem quid ſint, modo ſint idem numero, ſed aut*
[illegible] verba quæ græce ita ſe habent: ὅσα, ἕτερά ἐστι τὸ αὐτὸ τι ὄντα μὴ μόνον ἀριθμῷ
[illegible] ita debent reddi; *quæcunque diuerſa ſunt aliquid idem exiſtentia non ſolum*
[illegible] & quæ ſequuntur. ſed Beſſario aliter interpretatur, forte ſequutus Alexã- Alexand.
[illegible] quod dummodo non ſint res eędem numero, differunt: nam quæ
[illegible] quoniam quæ inter ſe differunt, idem habeant oportet non nume-
[illegible] inter ſe: vnde oportet (inquit) vt diſſideant in ſpecie, aut genere, aut
[illegible] Aſpaſij ita interpretantis: oportere quæ ſunt differentia, non Aſpaſius.
[illegible] etiam inter ſe eadem ſecundum quodpiam, vt ſint non ſolum diuerſa
[illegible] quæ numero ſunt, non ſunt prorſus differentia. Atqui verba Ariſtotelis
[illegible] *quæcunque ſunt diuerſa, cum tamen idem aliquid exiſtant, non ſo-*
[illegible] *genere, & proportione*; quibus verbis ſignificatur, non ſolum eſſe diffe-
[illegible] in his, qua ſint eadem ſpecie, & genere, & proportio-
[illegible] differentiam vſque ad ea, quæ ſunt eadem propor-
[illegible] eſt propterea quòd ſuprema genera, & ſi dicantur diuerſa, attamen in nul-
[illegible] ideo non dicuntur differentia, vt docet infra Ariſtoteles lib. 10. Quòd autem
[illegible] poſſint differre inter ſe, perſpicuum eſt: quando in ipſa ſtatua ærea, Mercurius
[illegible] vt ſint idem numero in eadem materia indiuidua, cum tamen inter ſe diffe-
[illegible] genere. Sed & Socrates ſedens differt ab ipſo met Socrate ſtante, vt ait quoq; Por- Porphyr.
[illegible] differentia. Socrates autem & Plato, ſunt idem ſpecie; differunt autem inter ſe
[illegible] bos vero & homo cum ſint idem genere, differunt differentijs eſ-
[illegible] diuerſæ ſpecies. Rurſus os in animali, & radix in planta cõueniunt in
[illegible] proportione in qua tamen habent inter ſe differentiam. Si autem accipiantur ſu-
[illegible] hæc inter ſe non differunt, quoniam nullam habent conuenientiam, in qua debeant in-
[illegible] Cum autem ſubiungit Ariſtoteles. *Item quorum diuerſum genus*: ſignificauit ea, quæ
[illegible] inter ſe, & ita non poſſunt dici eadem; quorum tamen poteſt eſſe differen-
[illegible] genere, veluti homo in ſubſtantia, differt hoc ipſo genere ab albedine,
[illegible] genere diuerſo, in ipſa qualitate. Vnde colligitur, differentiam omnem pendere
[illegible] contineatur illud, quod differt ab alio. Ipſa autem genera diuerſa, vt ſunt ſuprema;
[illegible] habent ſub quo contineantur, vt per illud poſſint differre inter ſe, ideo diuerſa quidem
[illegible] non autem differentia dicuntur. Et ideo Ariſtoteles infra lib. 10. habet, quòd ipſum aliud,
[illegible] per aliquid ſed ſimpliciter eſt aliud, vt ſunt genera ſuprema, quæ ſunt alia inter ſe;
[illegible] habent in quo differant. Similiter contraria dicuntur differentia, quo-
[illegible] genere; & ita in aliquo conueniunt in quo etiam differunt: aut ſunt
[illegible] idem; ſed tamen differunt genere, quoniam aliud genus ſit vnius
[illegible] *Quæ diuerſitatem in ſubſtantia habent*. Hunc locum
[illegible] quod quæ in ſubſtantia habent mutuam quandam con- Alexand.
[illegible] habent tamen differentiam inter ſe; ſicuti terra differt ab
[illegible] humidum; in ſubſtantia vero terræ adeſt ſiccum. Alio etiam mo-
[illegible] ſubiecto eadem, attamen differunt definitione; prout alia
[illegible] Thomas ita explicat dans exemplum de ſpecie hominis & bouis, D.Tho.
[illegible] quæ habent rationem contrarietatis, licet ſpecies non ſint contrariæ. Magis
[illegible] probatior expoſitio Alexandri, quod nonnulla ſunt eadem alijs modis, ſed
[illegible] dictum eſt quo pacto de cauſa, & principio, & de ente & vno in lib. præcedenti.
[illegible] Secundum Alexandrum intelliguntur ea, quæ ſecundum ſpeciem & formam Alexand.
[illegible] eſſe gemelli. Ariſtoteles autem in lib. 10. cap. 4. ponit quadrangulum magnum &
[illegible] ſpeciem; licet in materia ſint diuerſa; & duas rectilineas inęquales eſſe
[illegible] numerantur quattuor modi ſimilium, ſicuti & hoc loco, licet aliqua varie-
[illegible] aſſignatione. Nam in lib. 10 his modis ſignificata ſimilium afferuntur. Ibi enim prima
[illegible] non ſecundum ſubiectam ſubſtantiam & materiam, in qua
[illegible] ſecundum ſpeciem, id eſt formam, & apparentiam rei. Quæ ſignificatio reſpondet primæ
[illegible] ſimilia ea, quæ idem paſſa ſint, vt eſt ſimilitudo gemellorum. Secunda ve-
[illegible] in lib. 10. ſupponit eandem ſpeciem & apparentiam figuræ in pluribus, & quòd in ipſa ſit
[illegible] magis & minus vt in rebus, vt puta eſt albedo, & non ſit penes ipſam varietas;
[illegible] reſpondet tertiæ ſignificationi hic aſſignatæ; vbi ſupponitur qualitas eadem,
[illegible] In eodem lib. 10. pro tertia ſignificatione ſimilium ſupponitur eadẽ
[illegible] atque figura; ſed paſſio magis & minus inexiſtens. Et hæc reſpondet ſecundo ſi-
[illegible] eadem, quàm diuerſa ſupponuntur ineſſe pluribus rebus: ita enim hæc
[illegible] id, vbi magis de vna re, quàm de oppoſita participetur ſecundum ma-
[illegible] Quarta autem ſignificatio ſimilium allata in lib. 10. vbi plura eadem quàm diuerſa ſuppo-
[illegible] vel ſimpliciter, vel ſecundum præcipua; reſpondere poteſt quarto ſignificato ſimi-
lium huius præſentis loci.

De Oppo-

De Oppositis. Cap. X.

PARAPHRASIS.



PPOSITA dicuntur, tum contradictio affirmationis & negationis; tum contrar[...] quæ ad aliquid se habent; tum priuatio, & habitus; tum extrema, tam ea ex quibus, quā[...] in quæ fiunt mutationes, vti sunt generationes: siquidem corruptio est mutatio ex ente [...] non ens: generatio autem ex non ente in ens; vnde hæc extrema, ens, & non ens, sunt op[...]sita. Ad hæc quæcunque eidem duorum susceptibili inesse simul non possunt, hæc quoque o[...] dicuntur; vel ipsa, vel ea, ex quibus constituuntur. Veluti fuscum & viride, quæ sunt species mediæ co[...]rum, eidem non insunt simul. idcirco aut ipsa inuicem opponuntur, aut ea, ex quibus constant, opp[...]tur his; nempe album fusco; nigrum vero ipsi viridi, cum fuscum ex nigro constituatur; viride aute[...] albo: & ita viride ratione albi, ex quo constat, opponitur fusco ratione nigri, ex quo fuscum [...] componitur.

Contraria autem dicuntur, tum quæ cum differant genere, non possunt eidem inesse, vt iustitia, [...]ponitur sub genere virtutis, & iniustitia quæ est sub genere vitij, eidem simul inesse non possunt: [...] quæ plurimum differunt in eodem genere, vt album & nigrum in eodem genere coloris constitu[...] quæ plurimum differunt in eodem susceptibili, vt sanitas & ægritudo circa corpus animalis: tum [...] plurimum differunt in eadem facultate, vt sanorum, & ægrorum in arte medica contemplatio: tū [...] rū differentia est maxima; & extrema, vel simpliciter, vt affirmatio & negatio, habitus & priuatio, bo[...] & malum, plenum & vacuum; vel secundum genus, vt iustitia; & iniustitia differūt genere, cum hæ[...] vitio, illa sub virtute collocetur; vel secundum speciem, sicuti album & nigrum, quorum differen[...] cundum speciem est maxime distans. Cætera vero contraria dicuntur, partim quoniam habeant [...] ipsis dicta contraria, non quòd sint ipsa prima contraria: sicuti Socrates albus, est contrarius Cal[...] gro ob album & nigrum inuicem contraria, quæ ipsis insunt: partim quoniam sint susceptibilia con[...]riorum, vt corpus susceptibile sanitatis est contrarium corpori, quod est susceptibile ægritudinis: pa[...] quia sint effectiua contrariorum: partim quia sint apta pati contraria; aut faciunt contraria; aut pati[...]tur. Item abiectiones contrariorum; & assumptiones; vel eorumdem habitus, & priuation[...] dicun[...] contraria. His enim modis omnibus dicuntur contraria. Quod quidem mirum non est, cum etiam en[...] & vnum multis modis dicantur. Vnde necesse est, ꝙ & quæ his consequuntur, dicantur similiter mul[...] modis: ipsum idem; ipsum diuersum; ipsum contrarium; adeo vt sint hæc omnia diuersa in quoque [...] dicamento, secundum quod dicuntur.

Diuersa autem specie dicuntur; tum quæ existentia eiusdem generis, alterum tamen sub altero n[...] collocatur: veluti albedo, & scientia sub prædicamento qualitatis constitutæ, sunt species qualitatis [...] inuicem subalternæ: tum quæcunque in eodem genere existentia habent differentiam; tum quę in[...]stantia, & definitione contrario modo se habent: tum ipsa contraria, vel omnia, vel saltem illa, quæ [...]mo dicuntur contraria. Item ea, quorum in postrema generis specie positorum (& dicuntur spe[...] specialissimæ) diuersa est definitio, vt homo & equus. Item quæ in horum definitione accepta ha[...] inter se differentiam. Eadem autem specie modis oppositis dicuntur.

TEXTVS.



PPOSITA dicuntur, contradictio, contraria, ad aliquid, priuatio, & habitus, & ea, e[...]bus, & in quæ vltima. vt generationes & corruptiones, & quæcunque susceptiuo ambo[...] contingit simul adesse, [a] hæc opponi dicuntur, aut ipsa, aut ex quibus sunt. fuscum nam[...] album simul eidē non insunt. quare ea, ex quibus sunt, opponuntur ipsis. Contraria dicū[...] non possunt simul eidem adesse, cum eorum sint, quæ secundum genus differunt. & quæ plurimum diff[...] cum in eodem genere sint, quæue plurimum differunt, cum in eodem susceptiuo sint. ac etiam quæ plu[...] differunt, cum eorum sint, quæ sub eadem potentia sunt. & [b] quorum differētia maxima, aut simpli[...] secundum genus, aut secundum speciem. [c] Cætera vero contraria dicuntur, quædam, eo quòd talia [...] quędam, eo ꝙ susceptiua talium sunt: quædam, eo ꝙ actiua aut passiua talium sunt, aut agentia, aut [...]tia, aut abiectiones, aut sumptiones, aut habitus, aut priuationes sunt horum, ac talium. Cum autem [...] & ens multipliciter dicatur, necesse est, vt cætera quoque, quæcunque secundum hæc dicuntur, sequ[...] quare & idem & diuersum, & contrarium, vt secundum vnumquodque prædicamentum diuersum [...]uersa vero specie dicuntur, quæcunque, cum eiusdem sint generis, non sunt subalterna, & [d] quæcunque [...] in eodem genere sint, differentiam habent. & [e] quęcunque in substantia contrarietatem habent. Con[...] quoque diuersa specie inuicem sunt, aut omnia, aut quæ primo dicūtur, & quorum in vltima generi[...] rationes diuersæ. vt homo & equus indiuidua genere, rationes vero eorum diuersæ, & [f] quæcunque [...] in eadem substantia sint, differentiam habent. Eadem vero specie sunt, quæcunque his opposite dicun[...]

ADNOTATIONES.

[illegible] *[illegible] ur,aut ipſa,aut ea ex quibus* . Hæc pertinent ad media contrariorum, [illegible] A[illegible] les, quod opponuntur inuicem:aut ipſa,aut ratione extremorum,ex [illegible] fuſcum & ceruleum (cum hoc ex albo conſtituatur, illud vero ex [illegible] ponuntur ſecundum ſe, ſaltem erunt oppoſita propter extrema, ex quibus [illegible] albo [illegible] opponitur fuſco;& nigrum ceruleo:& conſequenter media ra[illegible] inuicem ſe oppoſita. Aduertendum autem hanc dictionem, λευκὸν, quod album [illegible] olle incuria librarij irrepſiſſe in locũ huius alterius dictionis, quæ [illegible] ceruleum. ſicuti facilis ex vna in aliam poteſt eſſe mutatio: ſiquidem eſt [illegible] contraria,quę ex contrarijs conſtituuntur:album autem nõ eſt medium; [illegible] conſtituitur ex alio colore. Vnde nil mirum, ſi ſeruata vulgata lectio[illegible] Alexander interpretationes, valde ſe torquens,& laborãs Alexand. [illegible] contrarium. [b] *Quorum differentia maxima*. Inter alia ſignificata contrariorum, [illegible] eſſe contraria, quorum eſt maxima differentia; ideſt, extrema; vt non [illegible] extrema differentia dicitur contrarietas, vt explicatur infra lib. 10. cap. [illegible] autem differentia ſimpliciter extrema illa, quæ non ad genus, aut ad ſpeciem limita[illegible] ſicuti affirmatio differt a negatione per extremam differentiam; & pro[illegible] ſimpliciter contraria. Similiter priuatio & habitus ſimpliciter conſiderata, abſq; [illegible] maximam inter ſe differentiam, vt idcirco inuicem contraria dicantur. ſimi[illegible] uum & plenum; par & impar collocantur inter huiuſmodi contraria ſimpli[illegible] a. Quæ vero ſecundum genus opponuntur per differentiam maximam & extremam, di[illegible] ſed ſecundum genus: ſicuti inter iuſtitiam & iniuſtitiam eſt maxima differentia [illegible] cum iuſtitia ſub genere virtutis, iniuſtitia autem ſub vitio collocetur. perſpicuum eſt [illegible] quod maxima eſt differentia inter vitium & virtutem. Differentia vero maxima ſecundum ſpe[illegible] differentia, qua differt homo per rationale a boue irrationali: & ideo, quoniam horum [illegible] differentiæ, dicũtur etiam inter ſe contraria; licet non pugnent inuicem, pro vt calidum [illegible] dum, & alia huiuſmodi. [c] *Cætera vero contraria dicuntur*. Poſt explicationem contra[illegible] proprie dictorum, quæ Ariſtoteles appellat contraria primo dicta; ſubiungit, quæ nam dicantur [illegible] tanquam habentia relationem ad cõtraria primo dicta: quemadmodum etiam hoc idem fe[illegible] explicatione ipſius termini, vnum. in ijs enim eſt ordo, qui eſt etiam in ipſo genere entis; in quo [illegible] ſub ratione entis dicitur proprie & primo ens; alia vero prædicamenta non primo entia, ſed [illegible] ad ſubſtantiam entia appellantur. Et hoc eſt, quod obſeruãdum & perficiendum docue[illegible] Ariſtoteles lib. 4. cap. 2. circa idem, diuerſum, contrarium, & alia quæ ad vnum conſequuntur. Sunt [illegible] non primo dicta, ſed per habitudinem ad prima huiuſmodi. Veluti ſuſceptiua contra[illegible] contraria, quoniam ſunt per ſe ſuſceptiua contrariorum: non ſunt autem primo con[illegible] forma & ratio contrariorum: quod pariter dicẽdum de effectiuis contra[illegible] contraria, & alia huiuſmodi. [d] *Et quæcunque, cum in eodem genere ſint,* [illegible] apponit his verbis comprehendi ea, quæ ſunt ſubalterna: nam (vt in- Alexand. [illegible] habent [illegible] en. Quod dictum non videtur conueniens, cum non appareat, qua [illegible] ſpecies ab ea, cui eſt ſubalterna: niſi forte dicamus, iuxta tradita a Porphy- Porphyr. [illegible] cap. de Differentia, quod ſpecies habeat differentiam, quam non habet genus, habens illam actu, [illegible] in genere niſi potentia; & ita dici poſſet diſtingui ſpeciẽ ſubalternã ab eo genere, cui eſt [illegible] a. Sed & illud aduerſus Alexandrum dici poſſe videtur, quòd diuerſa ſpecie eiuſdem generis [illegible] non ſunt ſubalterna: ſicuti patet de habitu & diſpoſitione ſub genere qualitatis; & de poten[illegible] impotentia: ſunt enim ſub eodem genere, neque inuicem ſubalternæ ſunt ſpecies, neque haben[illegible] differentiam inter ſe. Et hic eſt primus modus aſſignatus eorum, quæ ſpecie ſunt diuerſa. Secundus [illegible] modus eſt eorum, quæ ſub eodem genere habent differentiam; ſicuti habitus ad diſpoſitionem; & potentia ad impotentiam. [e] *Et quæcunque in ſubſtantia contrarietatem habent*. Alexander, & Phi- Alexand. loponus [illegible] ſubſtantiam proprie dictam, vt ignis & aqua; in quorum ſubſtantia eſt cõtrarietas, Philop. [illegible] in ſubſtantia ignis eſt ſiccitas: in aquæ vero ſubſtantię eſt humiditas. Forte intellexit Ariſtote[illegible] non proprie ſubſtantiam contradiſtinctam ab alijs prædicamentis, ſed eſſentiam & definitionem, quæ contrario modo ſe habent in vnã re & in alia, vt dici poteſt de definitione aſcenſus & deſcenſus. [f] *[illegible] in eadem ſubſtantia ſint, differentiam habent*. Alexander refert hoc dictum ad in- Alexand. diuidua quæ in eodem ſpecie continentur, vt Simon, & Socrates: quoniam cuique forma eſt diuerſa. D. [illegible] refert ad accidentia vnius ſpeciei, quæ ſint in eodem ſubiecto, quę differunt ſpecie. At non vi- D.Tho. detur Ariſtoteles innuere, ſicuti neque conuenit dicere, quod Socrates, & Simon, & omnino indiuidua (vt [illegible] Alexander) ſint ſpecies diuerſæ: ſed hoc ipſum, quod ea, quæ in definitione ſpecierum indiuidua[illegible] ultimatum reperiuntur, & habent differentiam oppoſitam, hæc etiam dicuntur ſpecie di[illegible] uerſa. ſicuti in definitione hominis ponitur rationale; in definitione vero equi irrationale: & ideo ratio- nale & irrationale dicuntur ſpecie diuerſa.

De Priori & Posteriori. *Cap. XI.*

PARAPHRASIS.

PRIORA autem & posteriora dicuntur, nonnulla quidem tanquam existente vno quodam primo atque principio in vnoquoque genere; vt hinc prius dicatur illud, quod est propinquius principio determinato, vel simpliciter & secundum naturam; vel ad aliquid secundum quandam relationem; siue sit alicubi iuxta locum, siue ob alias res. Quemadmodum (quod attinet ad locum) ea dicuntur priora, quæ sint viciniora aut loco secundum naturam determinato, vel medium mundi, aut extremũ vt ita in loco medio, qui est locus terræ, prior sit aqua quàm aer, vero prior ad locum extremum mundi ad concauum lunæ quàm aer) aut cuicũque loco, cuius principium aliquod, sit ex hominum placito constitutum; sicuti ratione metæ cõstitutæ pro fine cursus, prior, qui huius loci termino sit vicinior. Posteriora autem dicuntur ea, quæ longius absunt ab huiusmodi locorum principijs & terminis. Alia vero dicuntur priora & posteriora secundum tempus. Veluti ratione præteritorum, illud prius dicitur, quod longius abest a præsenti tempore, & posterius id, quod abest proprius; sicuti prius fuit bellum Troianum quàm illud Medorum. in futuris autem prius dicitur, quod proprius abest a præsenti tempore; posterius vero id, quod ab eodem abest longius: veluti erunt priores ludi Iouis, quàm Apollinis. hæc autem non simpliciter sunt priora, sed secundum relationem dicuntur. Alia item dicuntur priora secundum motum, quæ sunt viciniora primo mouenti, sicuti hac ratione prior est puer quàm vir; quoniã puer est vicinior ipsi motui generationis, & primo mouenti. Et hoc principium est simpliciter, & secundum naturam; vnde etiam secũdum naturam prior puer quàm vir. Alia etiam dicuntur priora secundum potentiam: nam quod excedit in potẽtia id prius est & potentius; idque est illud, ad cuius voluntatem, & electionem necesse est alia sequi; adeo quod non mouente, alia non moueantur; ipso autem mouente, moueantur & alia: & hic quidem electio principium. Alia etiam priora dicuntur secundum ordinem; & sunt ea, quæ ad vnum quidpiam constitutum, secundum quandam rationem, habent inuicem aliquam distantiam. Veluti in saltatione, qui secundum locum tenet, prior est eo, qui tertium: & in fidibus penultima chorda vltimã antecedit: id quoniam in choro, qui caput obtinet chori, principium est: in fidibus vero principium est media chorda. Alio quoque modo dicuntur priora secundum cognitionem, qui modus pertinet ad priora simpliciter dicta. Est autem discrimen, si accipiatur prius in cognitione secundum intellectum, & prius secundum sensum. Nam quæ secundum rationem sunt priora in cognitione, sunt vniuersalia: quæ vero secundum sensum, sunt singularia. Et in his quæ pertinent ad cognitionem secundum rationem & definitionem, accidens priorem locum obtinet in cognitione quàm totum: vt puta musicum prius agnoscitur quàm homo musicus: nam huius totius, hominis musici, non erit ratio & definitio sine partis definitione; tam & si non potest musicum esse sine subiecto, cui inhæreat. Amplius illæ passiones rerum, quæ alijs antecedunt, dicuntur priores passionibus illis, quæ ad res posteriores pertinent: vt rectitudo, quæ lineæ existens, prior est æquitate, quæ est passio superficiei; quemadmodum & linea superficiem antecedit. His igitur modis dicuntur aliqua priora, & posteriora. Nonnulla vero alia secundum naturam, quæcunque contingit esse sine alijs, alia vero non possunt esse sine ipsis; vt in quibus non conuertitur ratio subsistendi. Qua diuisione visus est Plato, & secundum hunc modum, quoniam ens dicitur multipliciter, secundum substantiam, & secundum alia prædicamenta, primum quidem subiectum est prius, ipsa scilicet substantia; deinde alia sequuntur prædicamenta. Item secundum potentiam & actum alia priora, & posteriora dicuntur. Veluti secũdum potentiam, prior est dimidia linea quàm tota; & pars prior quam totum; & materia quàm substantia: actu vero sunt posteriora. quidem: dissoluto autem toto, pars quæ erat prior potentia, erit postea actu: & quæ materia prior erat potentia, postea fit actu, dissoluto subiecto. Et quidem omnia dicta priora & posteriora quodam modo se habent, vt dicantur priora, vti ea, quę possunt esse sine alijs; alia vero nõ sine ipsis. Nam & quæ secundum generationem sunt priora, cõtingit esse sine alijs: vt puta totum sine partibus actu; secundum corruptionem, partes possunt esse actu sine toto; & similiter in alijs.

TEXTVS.

PRIORA a & posteriora dicuntur, vno quidem modo tanquam aliquo primo & principio in vnoquoque genere existente, quod propinquius est principio cuidam determinato, aut simpliciter natura, aut ad aliquid, aut vbi, aut ab aliquibus. Vt puta quædam secundum locum, eo quòd propinquiora sunt alicui loco natura determinato, medio videlicet, aut vltimo, aut ad quoduis. vero remotius, est posterius. Quædam secundum tempus. aliqua enim, eo quòd remotiora a nunc sunt eis, quæ facta sunt. quæ enim in Troia fuerunt, priora sunt his, quæ apud Mediam facta sunt, quoniam tius a nunc distant. aliqua vero, eo quòd propinquiora ipsi nunc sunt: vt de futuris. prius enim festum

[illegible] turum eſt. [illegible] quod apud Delphos, quoniam propinquius ipſi nunc eſt, vt principio, & [illegible] poſt[illegible] Quædam ſecundum motum. quod enim propinquius primo mouenti eſt, prius eſt: vt [illegible] enim quod[illegible] & hoc ſimpliciter principium eſt. Quædam ſecundum potentiam. quod enim [illegible] & fortius eſt, prius eſt. tale vero eſt, cuius electionem, vt alterum, & quod poſterius eſt, [illegible] ut ne[illegible]ſſe eſt, vt non mouente illo non moueatur, & mouente moueatur, electio enim principium eſt. [illegible] ſecundum [illegible]rdinem, hæc vero ſunt, quæcunque ab aliquo vno determinato proportionaliter diſtāt, [illegible] qui ſecūdum locum obtinet, prior eſt eo, qui tertium tenet, & paranete, quàm nete. illic enim [illegible] vero media principium eſt. Hęc itaq; hoc modo priora dicuntur. Alio vero modo [b] *quod [illegible], tan[illegible]nam & ſimpliciter prius. Horum autem aliter ea, quæ ſecundum rationem, atque ea quæ ſec[illegible] ſenſum. Secundum enim rationem vniuerſalia priora, ſecundum vero ſenſum ſingularia. Et [illegible] rationem accidens toto prius, vt muſicum homine muſico. non enim erit ratio tota abſque parte. [illegible] non con[illegible]ingit muſicum eſſe, ſi non ſit aliquis muſicus. Item priores dicuntur paſſiones priorum, vt [illegible]tate. iſta enim lineæ per ſe paſſio, hæc vero ſuperficiei. quædam igitur ita priora & poſteriora di[illegible]. Quędam vero ſecundum naturam & ſubſtantiam, quęcunque contingunt abſque alijs eſſe, iſta ue[illegible] qua diuiſione vſus eſt Plato. Cum autem ipſum eſſe multipliciter dicatur, primo quidem [illegible]um e[illegible] prius. propter quod ſubſtantia prior. Deinde aliter quæ ſecundum potentiam, & quæ ſecundū [illegible] quædam enim ſecundum potentiam priora ſunt, quædam vero ſecundum actum. veluti ſecundum po[illegible] qu[illegible] dimidia quàm tota, & particula quàm totum, & materia quam ſubſtantia. ſecundum actū ver[illegible] poſterior, diſſoluto etenim ſecundum actum erit.* [c] *Quodam modo igitur omnia, quæcunque prius & poſter[illegible] dicuntur ſecundum hæc dicuntur. Quædam enim ſecundum generationem contingit abſque alijs [illegible], v[illegible] partibus. quædam vero ſecundum corruptionem, vt pars toto. ſimiliter etiam cætera.*

ADNOTATIONES.

PRIORA [a] & *poſteriora*. De his terminis prius & poſterius, actum eſt etiam in poſtrema parte prædicamentorum: vbi aſſignantur hi quattuor modi prioris & poſterioris: ſecundum tempus, ſecundum naturam, vbi non conuertitur ſubſiſtendi conſequentia; ſecundum ordinem; & ſecundum potentiam atque dignitatem. Hic autem plures afferuntur ſignificationes; & quomodo ſingulæ ſe habeant, diſtincte explicatur. Quaternam igitur ſeriem affert Ariſtoteles circa ſignificata pertinentia ad prius & poſterius. Quorum primum eſt iuxta conſtitutionem alicuius principij, ad quod res ipſæ referatur differenti modo: quoniam huiuſmodi principio aut propinquiores ſint, aut remotiores: cuius ſeriei ſunt quinque modi. Primus pertinet ad principium loci. Secundus ad principium tempo[illegible]s. Tertius ad principium motus, Quartus ad principium potentiæ: & quintus ad prin[illegible] o[illegible]dinis. Secunda vero ſeries continet prioritatem cognitionis, quæ vel pertinet ad intellectum, ve[illegible]. Tertia ſeries concernit paſſiones rerum ita ſe habens, vt quemadmodum res rei antece[illegible] quoque paſſio paſſioni. Quarta ſeries reſpicit modum dictum ſecundum naturam; vt porro eum, [illegible] ita dicimus eſſe prius alio, vt ſine hoc poſſit eſſe, non autem aliud ſine ipſo. & diſtinguitur [illegible] in prædicamenta, in quibus priorem locum obtinet ſubſtantia ad alia genera: [illegible] & actum, ſecundum quæ & priora & poſteriora nonnulla conſtituuntur. Inter hæc a[illegible] ponitur nonnulla pendere a principio, quod ſimpliciter, & ſecundum naturam ita [illegible] habet, veluti eſt locus medij, & extremi, quorum vterque reſpectu mundi, eſt terminatus ſimpliciter [illegible] natura: vnde & prioritas circa hæc erit ſimpliciter determinata, vt dicamus aquam ſimpliciter eſſe [illegible] ad medium mundi, quàm ſit aer: ad extremum autem mundi priorem eſſe aerem, quàm aquā. N[illegible]a vero pendent a principio, quod non ſimpliciter ita ſe habet; ſed ex hominum poſitione p[illegible] ſtadio, vbi curſus ſit exercendus, ex hominum placito conſtitui ſolet & principium, & te[illegible] cu[illegible]; quibus qui viciniores ſunt, priores quoque dicuntur alijs, qui abſunt longius ab eiſdē. C[illegible]a autem prioritatem temporis, principium quoque ita firmum eſt, vt ſimpliciter ſit prius quo ad præteritum tempus illud, quod longius abeſt a præſenti: prius vero quo ad tempus futurum, illud, quod e[illegible]quius tempori præſenti. Similiter quo ad motum, ſimpliciter prius eſt id, quod eſt vicinius [illegible], vt puer quàm vir. Circa vero prioritatem, quæ reſpicit poteſtatem ſeu dignitatem, hæc nō pendet a [illegible], quod ſimpliciter in natura ſit tale. Non enim ita comparatum eſt a natura, vt ſim[illegible] e[illegible] hominibus præſit alius cæteris: niſi dicere uelimus, quòd vir bonus, uirtute præditus eximia & [illegible] ſingulari, alijs, qui egent regimine, habeat dominari; ut docet Ariſtoteles in lib. de Rep. Sim[illegible] ordinis depender a principio ex hominum placitis, non tamen ſine ratione congrua c[illegible] modum obſeruandum, aut in ſaltatione, aut in muſica facienda, & alijs huiuſmodi. In [illegible]n, quæ reſpicit cognitionem, ſimpliciter ipſum uniuerſale eſt prius in notitia apud i[illegible]ro ad ſenſum, notius ſimpliciter eſt ſingulare. Item paſſiones, quæ rebus prioribus ſun[illegible]di u[illegible] n[illegible]n exiſtentibus alia non poſſint eſſe, ipſa uero ſine alijs eſſe poſſint; hęc manifeſtiſſime [illegible], & ſecundū naturam priora. [b] *Quod cognitione prius, tanquam & ſimpliciter prius.* Alexander explicans hunc locum, inquit, ſimpliciter & natura prius eſſe cognitione illud, quod eſt prius cognitione ſecundum rationem, quoniam per hanc cognitio in diſciplinis comparatur; at co-

S gnitio ſe

D.Tho. gnitio secundum sensum, quo ad nos prior est; at nō simpliciter prius est singulare. D. Thomas inquit esse simpliciter priora ratione cognitionis ea, quæ secundum rationem cognoscuntur, quoniam hæc principia, per quæ res cognoscuntur: tanquam secundum hanc interpretationem sit comparatio inter sensum & intellectum; vt intelligatur prius in cognitione, quod apud intellectum, & posterius quod apud sensum est cognitum. At verba Aristotelis, si recte perpendantur, insinuant comparationem partim inter cognitionem intellectiuam ad aliam intellectiuam; & partim inter cognitionem sensitiuam ad aliam sensitiuam: ita enim habent. *Alio vero modo, quod cognitione prius tanquam & simpliciter prius. Horum autem aliter ea, quæ secundum rationem, atque ea quæ secundum sensum:* vt id videatur statuere (quòd pertinet ad intellectiuam cognitionem quam appellat secundum rationem) notiora esse magis vniuersalia, quàm minus vniuersalia. quo vero ad sensum, notiora esse magis singularia, quàm quæ minus sunt singularia. Notiora autem secundum rationem intelliguntur, quæ sunt notiora naturæ, & ita simpliciter sunt nota, vti etiam sunt priora. Quam explicationem secutus est etiam Philoponus, inquiens: quòd vniuersaliora, vt notiora naturæ, sunt priora: singularia vero

Philop. sensui: quod etiam dictum est in Analy. cap. 2. quòd quæ sunt propinquiora sensui, sunt nobis notiora. Aliud autem est, quòd vniuersalia, vt confusa, sint nobis notiora: quemadmodum explicatum est antea in lib. 1. cap. 2. Neque vero debet nobis facere difficultatem, quòd non congrue cognitio habita per sensum dici posse videatur cognitio simpliciter prior, aut notior. Nam dicimus, quòd comparando cognitionem sensitiuam ad aliam sensitiuam, non incōuenit dicere, quòd magis singularia simpliciter sunt notiora sensui; id est, firmiter ita se habeāt vt sint notiora quàm minus singularia: non autem in genere cognitionis id asserendum est: cum cognitionis præcipuæ atque simpliciter acceptę intellectus iure sibi primas, & hunc sibi vendicet honorem, non sensus: sicuti & in Analyt. loco citato explicatum est. *Quodam modo igitur omnia, quæcunque prius & posterius dicuntur, secundum hæc dicuntur.* Reducit hoc loco omnia significata prioris & posterioris ad hoc ipsum, quo etiam vtebatur Plato, vt priora dicantur secundum naturam, quæ possunt esse sine alijs, at non alia sine ipsis: quod docet Aristoteles exemplo, tum partium ad totum relatarum, tum materiæ ad substantiam compositam comparatæ. Nam in his partes potentia sunt priores toto, & materia est prior quàm substantia composita: actu vero totum præcedit partes; & substantia composita materiam antecedit: adeo quòd in generatione perfecta, totum erit actu, absque quòd sint partes actu: in dissolutione vero partes erunt actu absque toto. Verum in omnibus alijs significatis hæc prioritas dicta, a quibus non cōuertitur subsistendi cōsequentia, potest ostendi. Nam quod in loco propinquius est, potest esse sine eo, quod est posterius. Et idem dicendum de tēpore, de motu, de potentia, de ordine, & de alijs: aliquo enim modo in ijs omnibus, id quod prius est, consistere potest sine posteriori: non autem posteriora possunt esse sine ijs, quæ ipsis sunt priora.

De Potentia & Impotentia. Cap. XII.

PARAPHRASIS.



POTENTIA dicitur vno modo, principium motus & mutationis in alio, vel quatenus est aliud, ita vt hoc principium sit in mouēte, quatenus est quid aliud a re mota; veluti ędificatoria potentia, seu facultas est non in eo quod ædificatur, sed in ædificante. Nam si facultas medendi est in medicato; vt puta quòd idem sit medicus, qui etiam medicatur: attamen non inest ipsi, quatenus medicatur, sed quatenus est medicus. Omnino igitur, & sine vlla adiectione accepta potentia, dicitur principium motus, vel mutationis in alio, quatenus est aliud. Alio vero modo dicitur potentia, secundum quam aliquid pati quid potest ab alio, vt aliud est; vel quatenus est aliud a ipso; & hæc est potentia passiua. Nam quod potest pati ab alio, id dicimus possibile, & aptum esse pati, & diuiditur partim in simpliciter posse pati, & partim in posse pati vel melius, vel peius. Alio modo dicitur potentia ad perficiendum aliquid bene, vel secundum electionem; interdum enim eos, qui solum ambulant, vel loquuntur, sed non recte, aut non ut eligunt & vellent loqui, aut ambulare, non dicimus posse loqui, vel ambulare. Et hoc similiter intelligendum quo ad potentiam passiuam, secundum quam dicimus aliqua pati bene, vel non bene. Amplius illi habitus, secundum quos aliqua dicuntur omnino impassibilia, aut immutabilia, vel facile in peius mobilia, potentiæ quoque dicuntur ad patiendum spectantes. Nam frangi, conteri, flecti, corrumpi, non significanr habere potentiam, sed non habere, & in aliquo deficere. Impassibilia autem ab ijs dicuntur ea, quæ vix parumque patiuntur ob potentiam, quam habent vt possint resistere, & quomodo possint resistere ob propriam dispositionem & habitum, quem obtinent. Cum autem potentia his modis dicatur, ipsum etiam possibile, quod deducitur a potentia, totidem modis dicetur. Vno modo, qui respondet primo significato potentiæ, dicitur possibile id, quod habet principium motus vel mutationis: etenim & ipsum sistiuum (quæ vox proprie conuenit virtuti, quæ possit sistere, & facere quiescere) est quid possibile in alio; aut quatenus est aliud: quoniam si sisteret se, vt quid aliud existens a virtute sistendi, se sisteret. Secundo modo dicitur possibile, illud, quod existens quid aliud ab eo, quod habet pote-

[illegible] mutandi, habet potentiam in ſe, vt pati poſſit mutationem. Alio modo dicitur poſſibile cum [illegible] quid habuerit potentiam talem mutandi in quodcunque, vel in peius, vel in melius: & ſi[illegible] eſt poſſibile ad hæc patienda. Siquidem & corruptiuum videtur poſſibile corrumpi, aut non [illegible] ſit incorruptibile. ſed, vti nunc intelligimus, huius paſſionis, nempe corruptibilitatis, adeſt [illegible] diſpoſitio & cauſa, & principium. Interdum enim dicitur, quòd hoc habet aliquid ad bo[illegible] ad augmentum, vel ad conſeruationem. interdum dicitur, quòd priuatur huiuſmodi ad bo[illegible]: ita vt ad corruptionem ſit diſpoſitum. & ſi priuatio eſt quodam modo quidam ha[illegible] omnia poſſibilia corrumpi dicentur, ex eo quòd habeant aliquid in ipſis, ſecundum quod cor[illegible] ita tamen vt hoc habere aliquid, ſit æquiuoce, tum pro habere priuationem, tum pro ha[bere] [illegible] ad bonum. Quare poſſibile dicetur, tum ex habere habitum, & quoddam princi[pium] [illegible] ex habere priuationem huius principij, ſi contingit habere priuationem. Alius mo[dus] [illegible] eſt in non habere potentiam, ſeu principium ipſius corruptiuum in alio, vel quatenus eſt [illegible] aliud corrumpere ipſum poſſit. Adhuc hæc omnia poſſibilia accipi poſſunt (vt dictum eſt [illegible] in tertio ſignificato) aut ſolum quatenus contingit fieri, vel non fieri; vel cum adie[ctione] [illegible] vel bene vel male hæc eueniant: quæ potentia ineſt etiam rebus inanimatis, ipſis in[ſtrumentis] [illegible] ſicuti de aliqua lyra dicimus, quòd poteſt emittere ſonum, & de aliqua alia quòd nō poteſt emittere ſonum quoniam non ſit vt decet ſonora.

Impotentia autem eſt priuatio potentiæ ſublatione dicti principij; vel abſolute ſine vlla adiectio[ne], [illegible] hunc modum in lapide ineſt impotentia generandi; vel cum adiectione, vt ſit priuatio po[tentiæ] [illegible] eo, quòd ſit aptum eam habere; vel etiam quando eſt aptum eam habere. Non enim ſimi[liter] [illegible] impotentem ad generandum eunuchum, & puerum; ſiquidem puer impotens eſt ra[tione] temporis tantum, quoniam nondum habeat ætatem aptam ad generandum, ad quod deinde [illegible] ætate aptus erit. eunuchus vero, qui quatenus homo aptus eſt generationi, ita impotens di[citur] [illegible] factus, vt abſolute in nullo tempore poſſit generare. Amplius impotentia opponitur vtrique po[tentiæ] [illegible] ſimpliciter motiuæ, tum ei, quæ bene ſit motiua; vt ſit impotentia, vel quoniam res non eſt apta [ad] mouendum; vel quoniam non apta ad bene mouendum.

Impoſſibilia autem dicuntur; partim ſecundum hanc prædictam impotentiam; partim etiam alio modo, ſicuti poſſibile & impoſſibile. Et enim impoſſibile eſt illud, cuius contrarium ex neceſsitate ve[rum] eſt; [illegible] diametrum eſſe commenſurabilem, eſt impoſsibile; quoniam hoc falſum eſt; cuius con[trarium] non ſolum eſt verum, ſed etiam ex neceſsitate eſt; nempe diametrum eſſe incommenſurabilem [illegible], vnde commenſurabilem eſſe, non ſolum falſum, ſed etiam ex neceſſitate falſum eſt. Contra[rium] vero huic impoſsibili eſt poſsibile, quod eſt huiuſmodi, vt non ſit neceſſarium, vt eius contrarium [ſit] falſum; veluti diximus, poſsibile eſſe hominem ſedere; adeo quòd non eſt ex neceſsitate falſum, [illegible] non ſedere, etiam quòd ſedeat. Ita igitur poſsibile vno modo ſignificat id, quod ex neceſſitate [non] eſt falſum; alio vero modo id, quod eſt verum, cum ſit actu id, quod eſt poſſibile; & alio modo id, quod [illegible] eſſe verum, licet non ſit actu. Per ſimilitudinem vero, & per metaphoram in geome[tria] [illegible] dicitur potentia, vt quòd latus hoc, vel talis linea poteſt tale quadratum, & ternarius nu[merus] [illegible] poteſt: verum hæc non dicuntur ſecundum potentiam, qua aliquid moue[ri] [poſ]ſint; ſed [illegible] oſtenſiones fiunt in geometria, quòd talis linea valet tantum quadratum.

[illegible] vero ſecundum potentiam omnia dicuntur per relationem ad vnam primam, quæ eſt princi[pium] [illegible] in alio, quatenus eſt aliud: cætera enim dicuntur poſſe, partim quoniam aliquid [illegible] habet potentiam ſuper ipſa, vt poſſit in ea agere; vnde & hæc pati poſſunt actionem mouentis; [illegible] quoniam aliquid non habeat potentiam ſuper ipſa; veluti quæ non frangi, conteri, aut corrum[pi] [illegible] partim quoniam ſic habeat cum adiectione potentiam, vt in melius, vel in peius, & vt vel re[cte] [illegible] vel non recte mouere alia poſſit. Similiter oppoſito modo dicentur impoſsibilia per relationem [ad] primum ſignificatum impotentiæ, quæ eſt oppoſita dictæ primæ potentiæ. Ex quibus patet, [quod] proprius, & præcipuus modus primę potentię eſt principium mutandi in alio, quatenus eſt aliud.

T E X T V S.

POTENTIA [illegible], quædam quidem ª principium motus, aut tranſmutationis in altero, aut [illegible] eſt. vt ædificatiua potentia eſt, quæ non ineſt in ędificato. ſed ars medendi cū ſit potē[tia] [illegible] vtiq; in eo, qui ſanatur, ſed non prout ſanatur. Quædā igitur omnino principiū trāſmu[tationis] [illegible] motus dicitur potentia in altero, aut prout alterū eſt. Quædā vero ab altero, aut pro[illegible] quam profecto quod patitur, aliquid patitur. Quadoque igitur, ſi quodcunq; pati poſ[ſit] [illegible] poſſe pati. quandoq; vero non ſecundū omnē paſſionē, ſed ſi ad melius. Item qua eius, [illegible] ciatur, aut ſecundum electionem, aliquando enim eos, qui ſolum ambularunt, aut di[xerunt] [illegible] ne, nec vt propoſuerunt, non dicimus poſſe dicere, aut ambulare: ſimiliter quoque [illegible]. Item [illegible] habitus, ſecundum quos impaſsibilia omnino aut immutabilia ſint, aut non fa[cile] ad deteriꝰ [illegible], potentiæ dicuntur. franguntur namque, & conteruntur, & flectuntur, & omnino corr[illegible], non propter poſſe, ſed propter non poſſe, & in aliquo deficere. impoſsibilia ve-

ro a talibus sunt, quæ propter potentiam & posse, & aliquatenus se habere vix & parum patiuntur. Cum autem potentia tot modis dicatur, potens quoque vno quidem modo dicetur, quod motus, aut transmutationis principium habet. etenim sedatiuum potens quid est in altero, aut prout alterum est. Alio vero, si quid eius aliud talem potentiam habet. Alio vero, si quid ad quodcunque transmutetur, siue in peius, siue in melius potentiam habeat. etenim quod corrumpitur, videtur possibile esse corrumpi, aliter non corrumperetur, si impossibile esset. nunc autem habet quandam dispositionem, causam, & principium huiuscemodi passionis. quandoque enim, propterea quòd habet, quandoque propterea quòd priuatur, tale videtur esse. Quòd si priuatio habitus quodammodo est, omnia, propterea quòd habent, profecto aliquid erunt, [b] *æquiuoce autem dicimus ipsum ens. Quare propterea quòd habet habitum quendam, & principium, possibile est: & propterea quòd habet huius priuationem, si possibile est priuationem habere. Alio autem modo, propterea quòd non habet eius potentiam, aut principium in altero, aut prout alterum, corruptiuam. Item hæc omnia, aut eo quòd solum contingant hæc fieri, aut non fieri, aut eo quòd bene. etenim inanimatis etiam talis potentia inest, vt instrumentis. aliquam enim posse sonare lyram aiunt, aliquam minime, si non bene sonans est. Impotentia vero potentiæ priuatio est, ac quædam talis principij ablatio, quale diximus, aut omnino, aut ab eo, qui natura aptus est habere, aut & cum natura aptus sit iam habere. non enim similiter dicent impossibile esse puerum generare, & virum eunuchum. Item vtrique potentiæ est impotentia opposita, & ei quæ solum motiua: & ei, quæ bene motiua est. Impossibilia quoque quædam secundum hanc impotentiam dicuntur, quædam alio modo, vti possibile, & impossibile.* [c] *impossibile quidem, cuius contrarium necessario verum est. veluti diametrum commensurabilem esse impossibile est. quoniam falsum huiuscemodi est, & cuius contrarium non solum verum, sed necessarium quoque est, vt incommensurabilis sit. commensurabile igitur non solum falsum, sed necessario etiam falsum est. Ipsum vero possibile huic contrarium, cum non sit necessarium, contrarium falsum esse. vt sedere hominem possibile est. non enim necessario non sedere falsum est. possibile itaque vno quidem modo significat, vt dictum est, quod non necessario falsum est: alio vero, ipsum verum esse: alio autem, contingens verum esse. Metaphorice autem, quæ in Geometria, potentia dicitur. Hæc igitur possibilia, non secundum potentiam. Quæ autem dicuntur, secundum potentiam,* [d] *omnia ad primam vnam dicuntur. hæc autem est principium transmutationis in altero, prout alterum est. cætera namque possibilia dicuntur, quædam, eo quòd eorum aliquid talem potentiam habet: quædam, eo quòd non habent: quædam, eo quòd sic habent. Similiter etiam impossibilia. Quare propria primæ potentiæ definitio profecto erit, principium transmutatiuum in altero, prout alterum est.*

ADNOTATIONES.

PRINCIPIUM [a] *motus aut transmutationis*. Hoc primum significatum potentiæ respicit agens & mouens, a quo initium pendet, vt res moueatur, concurrente actione mouentis. Quòd si dicitur natura principium motus in eo quod mouetur; intelligitur quatenus passiue res mouetur, vt in ipsa re mota, quatenus talis est, motus passiue insit; cum actiue huius initium pendeat ab agente. Dicitur autem potentia *principium motus vel mutationis*: vt accipiatur Alexand. secundum expositionem Alexandri, mutatio pro quiete, in qua siquid cõstituatur, a non quiete in quiete mutandum est, Pro complemento igitur & fine perfecto mutationis, accipitur mutatio; quod innuauit Aristoteles; dum loquens de possibili in hoc eodem capite, & eius primam significationem ferens dicendo, quòd habet principium motus; subiunxit (quasi explicans hanc vocem mutationis) quòd etiam statiuum; idest habens possibilitatem ad sistendum aliud, dicitur possibile. Cum vero xit Aristoteles, quòd potentia est principium mutationis in alio absolute, græce ὅλως, hoc aduerbio significauit differentiam potentiæ actiuæ ad potentiam passiuam; quoniam illa est principium mutationis in alio absolute: vt potentia passiua est principium mutationis in patiendo; & ita non absolute principium mutationis. Aut ita dictum est, vt distingueretur potentia simpliciter dicta, ab ea, quæ cum adiectione; vt vel in melius, vel in peius possit mouere. [b] *Aequiuoce autem dicimus ipsum ens*. Græce hæc ita se habent: ὁμωνύμως δὲ καὶ λεγόμενον τὸ ὄν, quæ Bessario ita retulit latine: *æquiuoce autem dicimus ens*. Sepulueda autem aliter habet, vt sic concludat: *si vero non sint, æquiuoce possibilia erunt*. Perionius hunc in modum; *quoniam que id quod est ambigue dicitur*: vt omnino referendum videatur hoc dictum ad ipsam potentiam priuationis & habitus, quòd æquiuoce dicantur; adeo quòd vult Aristoteles, esse etiam quandam dispositionem & causam in priuatione, ob quam, ad malum res disponitur; sicuti & per habitum est ad bonum dispositio. Nam quod corrumpi potest, quod frangi, id ad peius dispositionem quandam habet, seu habitum priuationi conuenientem: & ideo potentia æquiuoce dicitur de habitu ad bonum, & de priuatione boni: de qua priuatione infra in propria explicatione manifestesit, quomodo priuatio, quæ sit limitata, continet quandam dispositionem oppositam habitui, vt per ipsam aliquid significetur, & sit. Vnde etiam in Physicis dictum est, quòd priuatio est quodam modo forma; & ideo sub prædicamentum qualitatis posita est potentia & impotentia. [c] *possibile quidem*. De possibili secundum oppositionem ad impossibile, affert Aristoteles varia significata; quorum vnum est, quatenus aliquid non est necessario falsum, licet sit falsum, at nõ impossibile. Aliud signifi-

[illegible] atum poſſibilis, eſt concernens verum, quoniam in actu ita ſit: ſicuti ſedere, dum ſedet Socrates, [illegible] eum in a[illegible]u. Aliud deinde eſt poſſibile, vt contingens verum eſſe, quod non eſt actu verum; ſicu[illegible] ſedere Socratem. Et hæc ſunt animaduertenda pro exacta intellectione eorum, quæ tradun[illegible] prioribus Analyt. præſertim circa ſyllogiſmos miſtos ex varijs generibus propoſitionum; qua[illegible] aliæ neceſſariæ, aliæ de ineſſe, ſeu veræ dicuntur, & aliæ poſſibiles, ſeu contingentes. [d] *Omnia ad [illegible] am vnam dicuntur.* Hoc loco reducit omnia ſignificata potentiæ ad primum illud, quod dicitur [illegible] ipſum mutandi in aliud, quatenus aliud. Alenſis autem hoc loco inſtantiam attulit contra hoc ſuppoſitum Ariſtotelis; quòd potentia actiua vt aliquid moueatur, ſit in alio, quatenus aliud: nam [illegible], qui amat, idem eſt ſimul & amans, & amatum. Quæ inſtantia tollitur hac reſpoſitione: quo[illegible] d[illegible]mus, quòd amare eſt deſiderare bonum rei amatæ; at hoc non eſt dicere potentiam mouendi, [illegible] ſupponit Alenſis. Alenſis.

De Quanto. *Cap.* *XIII.*

PARAPHRASIS.

QVANTVM dicitur illud, quod eſt diuiſibile in ea, quæ ſibi inſunt; quorum vtrumque vel ſingulum eorum, in quæ fiat diuiſio, eſt aliquid vnum, & aptum hoc aliquid eſſe, ſicuti ſunt partes lineæ ſectæ, & partes corporis diuiſi: vnaquæque enim pars lineæ eſt vnum aliquod, quod eſt aptum hoc aliquid eſſe; vt non ſolum tota linea, ſed etiam eius pars ſecta ſit quid vnum aliquid. Multitudo quidem igitur quantum aliquod eſt, ſi fuerit numerabilis. Magnitudo vero quantum aliquid eſt, ſi fuerit menſurabilis. Dicitur autem multitudo id, quod eſt potentia diuiſibile in continua. Magnitudinis autem alia eſt continua ad vnum, ipſa longitudo, quæ dicitur linea: alia ad duo, ipſa latitudo dicta ſuperficies: alia vero ad tria, ipſa altitudo, quę corpus nominatur: horum autem multitudo quidem finita, numerus eſt. Ad hæc, alia quidem dicuntur per ſe quanta, alia per accidens: & per ſe quidem quanta, ſunt vt linea, quæ per ſe quanta eſt, quatenus linea. Per accidens autem muſicum eſt quantum, quoniam ei quod eſt quantum, accidit eſſe muſico. Rurſus, quæ ſecundum ſe quanta ſunt, alia ſunt ſecundum ſubſtantiam quanta, ita ꝙ in ipſorum quod quid erat eſſe quantum per ſe inexiſtēs, illis competit; vt lineæ, ꝙ ſit longitudo. Alia vero ſunt ſecundum ſe quanta, quoniam ſunt paſſiones & habitus ſecundum ſe talis ſubſtantiæ; ſicuti multum & paucum ſunt per ſe paſſiones numeri: productum vero & breue lineæ: & ſuperficiei latum & anguſtum: humile vero, & altum, & graue & leue ſunt paſſiones per ſe corporis. quin etiam magnum & paruum; magis & minus, & ſimpliciter ſumpta in his quæ ſunt, [illegible] ter ſunt magna, aut ſimpliciter parua, & etiam accepta quatenus referuntur ad aliud, ſunt etiam paſſiones per ſe quanti. Verum hæc nomina ad alia quoque transferuntur. Nam de his quæ dicuntur per accidens quanta, vt puta de albedine, dicitur multa albedo, quoniam multum ſit quantum illud, cui accidit albedo. Adhæc eorum, quæ ſecundum accidens quanta dicuntur, aliqua ſunt vt muſicum, aut album, dicta quanta, quoniam ipſi quanto accidant: alia vero ſunt per accidens quanta, vt motus, & tempus. [illegible] enim & hæc quanta dicuntur & continua, eo quòd motus, & tempus ſunt paſſiones eorum, quæ ſunt diuiſibilia; non eius, quod mouetur; ſed illius (nempe interualli) in quo motum eſt; [illegible] licet magnitudine, in qua fiat motus: in qua fluxus & continuatio motus ineſt, & apparet. Quoniam enim huiuſmodi quantum eſt; hinc & motus quantus, & propter motum tempus etiam quantum eſt.

TEXTVS.

QVANTVM [a] dicitur, quod eſt in ea quæ inſunt diuiſibile, quorum vtrumque, aut ſingulum vnum quid, & quod quid aptum eſt eſſe: Multitudo igitur quantum quid, ſi numerabilis eſt: magnitudo vero, ſi menſurabilis. Dicitur autem multitudo quidem, quæ potentia diuiſibilis eſt in [illegible] continua: magnitudo vero, quæ in continua. Magnitudinis autem, quæ quidem ad vnum [illegible] longitudo: quæ vero ad duo, latitudo: quæ autem ad tria profunditas eſt. Horum autem [illegible] finita numerus, longitudo vero linea, latitudo autem ſuperficies, profunditas vero corpus [illegible]. Item alia per ſe quanta quædam dicuntur, alia ſecundum accidens. vt puta linea quidem [illegible] per ſe eſt, muſicum vero ſecundum accidens. [b] Eorum vero, quæ per ſe ſunt: quædam ſe[illegible] ſunt: vt linea quantum quiddam. in definitione namque quod quid eſt dicenti, quan[illegible] eſt [illegible] quædam paſſiones, & habitus huiuſcemodi ſubſtantiæ ſunt: vt multum & pau[illegible] longum & breue, latum & ſtrictum, profundum & humile, graue & leue, & cætera quoque huiuſcemodi. Sunt autem magnum etiam & paruum, maius & minus, tam ſecundum ſe, quàm ad ſe inuicem dicta [illegible] per ſe paſſiones. transferuntur autem & ad alia iſta nomina. Eorum autem, quæ ſecundum accidens dicuntur quanta, quoddam ita dicitur, vt prædictum eſt, quod muſicum, & album quantum

 eſt: eo

est: eo quòd illud, cui insunt, quantum quid est. [e] *Quædam, vt motus & tempus, & hæc enim quan*[illegible] *quædam & continua dicuntur, eo quòd illa indiuisibilia sunt, quorum hæc sunt passiones. dico autem* [d] [illegible] *quod mouetur, sed quo motum est. etenim quoniam illud quantum est, & motio est quanta. tempus au*[illegible] *propter illam.*

ADNOTATIONES.

QVANTVM [a] *dicitur.* Explicat quid nam dicatur esse quantum in genere tam discret[illegible], quàm continuum. Et ait, quantum illud dici, *quod est diuisibile in insita, siue in ea, quæ i*[illegible] *sunt.* Quibus verbis innuuntur ea, quæ pertinent ad internam constitutionem quanti; vnde accidentia excluduntur, quæ non insunt ipsi naturæ quanti, vt per ipsa constituatur quantum. Item excluditur diuisio generis in species, cum non insit species in constitutione generis. Cu[illegible] vero subiungitur, *quorum vtrumque, aut singula vnum quid;* his verbis comprehenduntur ea, in quæ fit diuisio; quæ possunt esse, vel duo saltem; vnde dixit *alterutrum:* vel plura, vnde dixit *singula.* Vnaquæque igitur pars pertinens ad diuisionem quanti, est quid vnum; nempe, vt est quantum diuisum: sicuti pars lineæ, est linea; & pars corporis, est corpus. Et cum subiungitur: *& quod quid apta sunt esse;* istud respicit; quoniam pars est in toto quanto potentia; potest autem [illegible] pars quanti esse hoc aliquid, idest actu, sicuti & totum. Quod potuit Aristoteles animadu[illegible] tere, ad insinuandum quòd quantum, vt est magnitudo, vel numerus, est hoc aliquid, & substantia saltem secundum opinionem aliorum, qui huiusmodi entia constituunt substantias. Ex his autem, quæ dicta sunt pro explicatione quanti, excluduntur puncta & atoma: in quę quantu[illegible] non potest diuidi; quasi sint vnum quantum, & possint esse hoc aliquid. Similiter vnitas non est pars numeri; vnde etiam ipsa excluditur a natura quanti. Potest etiam excludi diuisio totius in partes respectu misti, quæ non sunt idem cum misto. Item diuisio compositi in materiam & formam, quæ
Alexand. non sunt ipsum compositum, neq; possunt proprie esse hoc aliquid, vt est compositum. Alexander autem censet excludi quoque tempus, & orationem, & motum, quæ constituuntur ex partibus situm non habentibus. Verum non ob id, quod affert Alexander, distingui videntur, seu excludi motus & tempus & oratio a natura per se qnanti: nam etiam numero competit descriptio assignata quanti, qui tam[illegible] numerus non constat ex partibus permanentibus. Ac propterea hoc videtur intellexisse Aristotele[illegible] quòd diuisio quanti sit in ea, quæ pertinent ad naturam quanti diuisi. Motus autem, & tempus disti[illegible] guuntur a quanto per se, quoniã non sunt apta esse hoc aliquid; veluti substãtia, quatenus est numeru[illegible] & magnitudo: licet possint diuidi in ea, quæ insunt, & pars motus sit motus, & pars tẽporis sit tempus: quibus etiam competit diuisio iuxta magnitudinem continuam, in qua factus est motus. Quòd autem quantum describatur; cum sit supremum genus, & non habeat aliud proprium genus supra se, nil mi[illegible] rum esse debet, cum describatur terminis relationis, qui ad omnia alia prædicamẽta aptari possunt ope intellectus nostri: vt ita explicetur quantum per quædam posteriora, qualia sunt relatiua comparata ad alia prædicamenta, a quibus, tanquam a fundamentis dependeant. Et descriptio quidem quanti, vt si[illegible] diuisibile eo modo vt dictum est, conuertitur cum ipso quanto; adeo quòd illud quod est diuisibile [illegible] descriptum est) quantum est, & quantum e conuerso est ita diuisibile. [b] *Eorum vero quæ per se, quædam secundum substantiam.* Quantorum quæ sint secundum se quanta, alia sunt, quæ secundum substantiam & essentiam sunt quanta, vt linea & superficies: horum enim essentia consistit in natura qu[illegible] ti: alia vero sunt secundum se quanta, quoniam sunt passiones, vel habitus quantorum: sicuti multum & paruum in numero; longum & breue in linea, latum & angustum in superficie: altum & humile, [illegible] ue & leue in corpore. Appellantur autem passiones, siue habitus; quoniam sunt affectiones immanentes prædictis subiectis. sunt igitur huiusmodi secundum se quanta, non quòd sint de substantia quantorum; sed proprietates quantorum in secundo modo dicendi per se: & ita ad essentiam quantorum referuntur; prout alia prædicamenta ad substantiam, quæ est primum ens, habent attributionem. S[illegible] dicet aliquis, si longitudo posita est vt substantia lineæ, & latitudo superficiei, & altitudo corpor[illegible] quomodo igitur longum & latum non erunt secundum substantiam quanta? Dicendum huiusm[illegible] omnino esse proprietates quantorum; neque inconuenit (quando sunt plures res quàm nomina, v[illegible] dicitur in lib. Elenc.) quòd his terminis, qui passiones sunt quantorũ, eorumdem etiam substantia explicetur; adeo quòd in definitione lineæ accipitur longitudo, vti pertinens ad substantiam lineæ, quæ ita distinguitur a puncto, cuius non est pars, aut lõgitudo; & ita linea est quid productum; passiones autem lineæ sunt, quòd sit breuis, vel producta; quod contingit longitudini, quatenus est substantia lineæ. Similiter de superficie dicendum est, ipsam distingui a linea per latitudinem, qua caret linea, & est substantia superficiei: cui deinde accidit vt passio propria, quòd sit vel angusta, vel lata in comparatione huius vel illius superficiei. Similiter corpus ad differentiam superficiei, supponitur productum in altitudine; quod pertinet ad eius substantiam: cui deinde inest vt passio, quòd sit humile vel profundum, seu altum secundum varietatem corporum. Quòd autem posuerit Aristoteles graue & leue inter passiones corporis; supponendum, id dictum esse ex aliorum sententia; qui etiam constituebant magnitudines esse proprie substantias; cum tamen dictæ passiones pertineant ad corpo[illegible]

[illegible] naturalis. Aut dicendum, accipi hoc loco graue, & leue pro ponderatione rerum, non pro
[illegible], qua motum concernat: idque ſecundum conſuetudinem ſermonis; vnde non propte-
rea [illegible]dum, quòd grauitas vel leuitas in elementis non poſſint eſſe formæ ſubſtantiales.
[illegible]dam *vt motus, & tempus*. Inter ea, quæ ſint quanta ſecundum accidens, adnumeratur ab
Ariſtotele etiam tempus, & motus. De quibus illud primo occurrit aduertendum, non poſſe dici quòd
motus & tempus ſint propriæ paſſiones quanti, ſicuti eſt breue & productum lineæ, aut latum & angu
ſtum ſuperficiei. Neque etiam dicendum, quòd ſint quanta ſecundum accidens, pro vt album per ac-
cidens quantum eſt. Et primo quidem quòd non ſint propriæ paſſiones quanti motus & tempus, adeo
vt ſemper inhæreant quanto vt quantum eſt, & ſint ab ipſo inſeparabiles, ſicuti ſuperficiei ſemper ineſt
latum vel anguſtum, & lineæ ſemper ineſt breue & longum, hinc perſpicuum eſt; quando non ita mo-
tus ineſt quanto; vt quatenus quantum aliquid eſt, eatenus motum inſitum habeat, cum etiam poſſit eſ-
ſe quantum abſque motu. Non eſt etiam motus per accidens quantus, prout album eſt per accidens
quantum. Nam album ideo quantum, & ideo continuum dici poteſt, quoniam magnitudo, cui acci-
dit album, eſt quanta, & continua. At motus, & ſi accidat quanto ad hunc ſenſum, quatenus ſecun-
dum ſe non ineſt ſemper motus quanto; attamen quòd ſit continuus, id habet in eius natura vt pro-
prium inſeparabile; licet deinde non eſſet continuus motus, niſi exiſtente quanto continuo; ſicuti etiam
nullo pacto motus exiſteret, niſi eſſet quantum, in quo motus fieret. Dubitat autem hoc loco Ale-
xander, quomodo in prædicamentis conſtitutum ſit tempus eſſe quantum per ſe, & hic dicatur quòd Alexand.
ſit quantum per accidens, & cur inter affectiones per ſe poſitas quanti, non ſit connumeratus motus,
qui tamen alicuius continentis ipſum per ſe eſt affectio. Quibus dubitationibus ita reſpondet: dicens
quod prius dictum eſt per ſe quantum ſecundum affectiones, nunc appellari per accidens, quoniam
non ſimiliter motus & tempus ſint paſſiones quanti, vt breue & productum in linea; quoniam motus
& tempus quantorum (vt quanta ſunt) non ſunt affectiones. Subiungit etiam quòd alia ſunt per ſe
quanta; quoniam perſiſtunt affectiones quantorum dum quanta ſunt, vt quæ in ſubiectorum natu-
ra ſint: at motus nihil eſt magnitudinis, fit autem in magnitudine. hæc Alexander. At (vti dixi-
mus antea) & ſi motus eſt accidens quanto, quoniam non ineſt in eius natura, ſed ei aduenit, cum
prius non ineſſet, attamen, cum motus adeſt, in ſua natura habet continuationem, vt non ſit ipſi ac-
cidens continuatio, licet a continuatione magnitudinis dependeat; & ideo etiam motus ratione ſuæ
continuationis eſt quantus in ratione motus, in quo menſura quædam continetur, quæ quanta dici
poteſt; licet non ſubſiſtat ſine quanto magnitudinis. Alio vero modo dici poteſt, quòd motus eſt
paſſio per ſe quanti, quatenus eſt propria paſſio alicuius mobilis naturalis, quod per ſe quantum eſt,
vt magnitudo eſt. In prædicamentis autem inter quanta per ſe continua adnumeratum eſt tempus,
vt illud, quod concernit menſuram quandam ſecundum multum & paucum: idque præſertim, quo-
niam famoſe diceretur tempus quantum ob ſuam menſuram, quæ tamen non exiſtit ſine motu; &
conſequenter non ſine magnitudine, in qua fit motus. Verum, vt res notior, tempus fuit adnumera-
tum in prædicamentis inter quanta, non autem motus ob eius maximam obſcuritatem. Similiter
etiam adnumerata fuit oratio ibi inter quanta ratione menſuræ quam habet ſecundum longas vel bre-
ues ſyllabas; quamuis huiuſmodi menſura non niſi a temporis menſura dependeat. De loco autem
animaduertit Auerroes, quòd non eſt quantitas, ſed potius de paſſionibus quantitatis. Addamus Auerr.
quòd locus, quatenus concernit ſuperficiem, ab ipſa non diſtinguitur: ſi autem concernit qualitatem
quandam formalem in rebus, diſtinguitur a ſuperficie ratione qualitatis, & ponitur proprie in præ-
dicamento dicto vbi. In prædicamentis autem adnumeratus fuit locus inter quanta, ob famoſam
[illegible] nominationem, cum ipſi competat, vt magnus & paruus, longus & breuis, anguſtus vel la-
tus dicatur. ᵈ *Non quod mouetur, ſed quo motum eſt*. dicit hoc loco, motum eſſe continuum &
diuiſibilem, non ratione rei motę, ſed ſpatij & interualli, in quo fit motus. Siquidem quatenus in
ſpatio fit motus, ſic motus continuus exurgit exiſtente ſpatio continuo: adeo vt fluxus, & continua-
tio motus appareat, & conſiſtat in continuatione ſpatij, in quo mobile mouetur. Dicit autem Sueſ-
ſanus hoc loco, quod ſi conſideraretur motus, vt eſt paſſio mobilis, ſic eſſet accidens, vti etiam al-
bum. Quod dictum ſuſpectum eſt, cum motus ad mobile conſequatur per ſe ad eius naturam, qua-
tenus ad tale mobile talis motus conſequitur: vt perſpicuum eſt de motu ſurſum in igne, & de mo-
tu deorſum in terra. Vnde hac ratione motus eſſet per ſe paſſio mobilis, vt eſt mobile: non au-
tem vt quantum eſt. Aduertendum autem illud, quod habetur græce λέγω δὲ οὐ τὸ κινούμενον, ἀλλ' ὃ κεκί-
νηται. [illegible]pud Auerroem ita legi. *dico autem non quod mouetur ſed quod motum eſt*. Alij autem vertunt,
[illegible] quo [illegible]etur. Antiqua lectio ita; *quo motum eſt*, & id ſupponitur eſſe ſpatium ipſum, nempe inter-
uallum, in quo motus fiat. & ſane, vt dictum eſt, continuatio motus non apparet, niſi in ſpatij con-
tinuatione, circa quod fit motus: qui deinde erit paſſio per ſe mobilis, ſi conſideretur quatenus talis
motus, conſequitur ad tale mobile.

De Quali.

De Quali. *Cap. XIIII.*

PARAPHRASIS.

QVALE dicitur vno modo, ipsa differentia substantiæ: vt si interrogemur quale quid homo, quòd bipes est; & quale quid bos,quòd est quadrupes respondebimus: interrogati autem qualis quædam figura sit circulus, quòd non est angulata respondebimus: vt hinc pateat,differentiam substantiæ dici qualitatem. Alio vero modo dicitur quale secundum immobilia,& mathematica,ipsos scilicet numeros; qui quales quidam dicuntur, non simpliciter quidem numeri; sed illi qui compositi existentes habent similitudinem cum superficie, & cum solido: sicuti enim superficies non ad vnum tantum, vt linea, sed ad duo, ad longum scilicet & ad latum est continua; solidum autem ad tria, cum ad profundum etiam continuationem habeat: ita simplices numeri quanti dicuntur, qui semel sumuntur, veluti binarius. Compositi autem sunt,vel dicti quoties quanti,sicuti quaternarius est bis duo; vel dicti quoties quanti quoties; vt octonarius,in quo bis duo, & bis quattuor continentur. Hi igitur compositi numeri,tum qui plani,seu ex altera parte longi appellantur ad similitudinem superficiei; tum dicti quanti quoties,& sunt illi,qui cubi,seu qui quadrantales ad similitudinem solidi nuncupantur,dicti quoties quantiquoties,habent præter simplicem numerum,præter ipsum scilicet quantum,aliquid aliud adiunctum,quod est qualitas in ipsis. Et omnino,quod inest præter quantum in substantia numerorum, id qualitas est,cum substanria cuiusq; numeri sit ipse semel sumptus numerus. Amplius substantiarum quæ motu cientur,passiones, caliditas, frigiditas,nigredo, grauitas,leuitas,& quæcunque sunt huiusmodi, vt secũdum ipsa alterentur corpora ex ipsis passionibus mutatis, hæc omnia qualitates dicuntur. Amplius etiam secundum virtutem & vitium,& absolute secundum bonum & malum. Verum ferme hæc significata ad duos modos reducuntur, quorum vnus est præcipuus. Nam prima qualitas est differentia,& huius aliquid & pars est ea qualitas,quæ est in numeris: nam & hæc qualitas quædam est differentia substantiarum,aut non mobilium; aut saltem quatenus non mouentur. Reliqua vero sunt passiones eorum, quæ mouentur, quatenus mouentur: nec non ipsorum motuum differentiæ. Vitium vero & virtus pertinent vt pars, ad ipsarum passionum significatum; cum & ipsæ ostendant differentias motus & operationis; secundum quas vel bene, vel m[...] bene agunt,vel patiuntur ea,quæ versantur in motu.Nam quod potens est ita agere vel pati,bonũ erit quod autem sic,& contrario modo,malum est. Bonum autem & malum præcipuum qualitatis significatum obtinent circa substantias animatas; & inter has,præcipue circa eas, quæ præditæ sunt electione, vti est humanum genus.

TEXTVS.

QVALE [a] dicitur vno modo differentia substantiæ: vtputa quale animal homo,quoniã bipes, equus vero quadrupes. [b] & circulus qualis quædam figura,quoniã absque angulis est, tanquam differentia,quæ secundum substantiam,qualitas sit. vno itaque modo qualitas dicitur substantiæ differentia. Alio,vt immobilia,& mathematica,veluti numeri quales quidam sunt, vt qui compositi: & non solum,qui ad vnum sunt,sed hi,quorum imitatio superficies & solidum. hi autem sunt, qui quoties quanti, aut quoties quanti quoties. & omnino quod in substantia,præter quantum existit: substantia namque cuiusque est quod semel,vtputa ipsorum sex,non qui bis vel ter,sed qui semel. sex enim semel sex sunt. Item quæcunque substantiarum,quæ mouentur passiones,vt caliditas & frigiditas,albedo,& nigredo,grauitas & leuitas,& quæcunque similia. secundum quæ dicuntur alterari corpora, ipsis mutatis. Item,secundum virtutem & malitiam, & omnino bonum & malum. Fere itaque secundum duos modos dici possit ipsum quale, & horum vnum maxime proprium. prima etenim qualitas substantiæ differentia est. huius autem pars,& quæ in numeris qualitas est. etenim differentia quædam substantiarum est. sed non aut eorum,quæ mouentur,aut non prout mouentur, hæc autem passiones eorum,quæ mouentur, prout mouentur sunt, [c] & motuum differentiæ. Virtus autem,& malitia passionum quædam partes sunt. differentias enim motus,& actionis quasdam manifestant,secundum quas bene,vel male agunt, aut patiuntur ea, quæ in motu sunt. Quod enim hoc modo potest moueri,aut agere, bonum: quod vero illo modo & contrario,prauum. Maxime autem bonum & malum significant qualitatem in illis,quæ animata sunt, & in illis maxime,quæ habent electionem.

ADNOTATIONES.

QVALE [a] *dicitur*. Non eo ordine, aut modo hic agitur de qualitate, vt fit in organo in tractatu prædicamentorum. Etenim,ibi scopus est assignare significationem qualitatis sub communi quadam huius prædicamenti notione; quod & fit crassiori quadam minerua,vt postulabat tractatio illa habita ad introductitios; vt haberetur,quid intelligendum esset hoc nomine qualitatis

... eius etiam ſpecies ibi ſigillatim explicantur quadam ſimplici tractatione. hic autem ſcopus eſt ... ſignificata ipſius qualis, quatenus multis modis dicitur: ita vt hæc conſideratio & ad ſubſtan- ... ad eius paſſiones referatur. Vnde etiam ad duos modos præcipuos ipſius qualis ſignificata re- ducuntur. Quorum præcipuus eſt ille, qui pertinet ad differentias ſubſtantiarum; vt qualitas ſit quæ- dam differentia ſubſtantialis. Alter vero pertinet ad ſubſtantiæ paſſiones, quarum qualitas ad quali- tatem ſubſtantiæ refertur; ſicuti in ipſo quoq; genere entis, alia omnia prædicamenta ad ſubſtantiam referuntur. Primum autem ſignificatum hic allatum qualitatis, quod dicitur ſubſtantiæ differentia, re- ... poteſt ad quartum genus qualitatis, dictum in lib. prædicamentorum qualitas ſecundum figuram & formam. ſiquidem differentiæ ſubſtantiales ſunt quædam formæ rerum compoſitarum: figura vero proprie pertinet ad ſubſtantiam quanti. Sed aduertendum hic accipi ſubſtantiam proprie dictam, vt di- ſtinguitur ab alijs prædicamentis: vnde & circuli qualitas ſupponitur eſſe ſubſtantia, & etiam numero- rum qualitas, cum etiam numeri ſecundum aliorum ſententiam ſint ſubſtantiæ. Quæcunq; igitur dif- ferentiæ pertinent ad ſubſtantiam, in prædicamentis ſunt comprehenſæ in genere qualitatis dicto ſe- cundũ formã & figuram. Aliæ vero ſpecies generatim hic reducuntur ad hanc ſignificationẽ qualitatis, vt paſſiones appellentur eorũ, quæ mouentur: quæ paſſiones in prædicamentis ſub tertia ſpecie qualita- tis, quæ appellatur paſſiua qualitas vel paſſio, collocantur. Sed & aduertendum, quòd virtus & vitium, habitus & diſpoſitio, quæ eſt prima ſpecies qualitatis poſita in prædicamentis, hic reducitur ad modum paſſionum ob id, quòd per huiuſmodi habitus vel ad agendum, vel ad patiẽdum bene vel male diſpo- nuntur ea, quæ motui ſunt obnoxia. Sicuti etiam ad idem ſignificatum reducitur ſpecies, dicta poten- tia & impotentia, quæ obtinet ſecundum locum in prædicamentis: & id pariter, quatenus potentia, & impotentia denotant quandam habitudinem ad agendum & ad patiẽdum. Ex his autem patet in præ- dicamentis, ad commodam intelligentiam & generalem introductionem eruditionis circa ſciẽtias ob- tinendæ, genus qualitatis in ſpecies quattuor fuiſſe diſtributũ, & ſingulas quaſque ſpecies craſſiori quo- dam filo explicatas per exempla. quæ tractatio, vti iam præmiſſa in organo pro generali quadam cogni- tione ad omnes ſcientias capeſſendas, hic ſupponitur vt manifeſta: ac deinde altiori doctrina, illaque perſtricta, vt decet primum philoſophum, ſignificata varia ipſius qualis traduntur; & ſimul edocetur, quomodo ſingula vel ad eſſentiam ſubſtantiarum, vel ad earumdem paſſiones pertineant. Non autem faceſſat nobis difficultatem, ꝙ differentiæ ſubſtantiales ſint poſitæ in prædicamento qualitatis, quod videtur eſſe accidens, ſi referatur ad ſubſtantiam. Nam dicimus, quòd qualitas importat conceptum & notionem quandam generalem, quæ etiam competit eſſentiæ rerum; & non ſolum paſſionibus ſubſtã- tiarum, ita tamen, vt qualitates ſubſtantiales ad ſubſtantiam referãtur; accidentales vero ad accidentia; conceptus autem communis in logica facultate id admittit, & fert, vt quale ſecundum quod qualia di- cuntur, & ad ſubſtantiam, & ad accidentia in communi quadam notione accommodetur. Quòd ſi qua- litates explicantur, veluti iuſtitia, ꝙ ſit habitus virtutis, & ita per genus & per quandam differentiam de- ſcribitur (ex quo ſequi videtur, quòd qualitas ſit qualitatis, ſiquidem iam conſtitutum eſt quòd omnis differentia eſt quædam qualitas) ideo aduertendũ, quòd qualitates eatenus deſcribuntur, quatenus ſunt tales quædam qualitates. & ita, vt ſunt ſpecies compoſitæ ex genere, & differentia ſub communi genere qualitatis comprehenſæ. vnde iuſtitia dicitur eſſe qualitas ſecundum habitum, quæ deinde vt eſt in homine, ipſum iuſtum reddit, & coarctat ad hanc differentiam, vt ab homine alio iniuſto diſtinguatur.

b *Et circulus qualis quædam figura*. Dubitat Alexander, quomodo circulus ſit poſitus tanquã aliquid Alexand. de quo ſubſtantiæ differentia quæratur, cum poſtea ſubiungantur qualitates dictæ ſecundum immo- bilia & mathematicã, inter quæ eſt etiam circulus. & reſpondet, ꝙ pro exemplo habita eſt mentio cir- culi. Aut, inquit, acceptus eſt circulus pro globo mundi. Aut intelligi debere per mathematica ipſos numeros. Quod ſupponendum videtur etiam ad mentem Ariſtotelis: qui ad hanc dictionem, *immobi- lia*, adiunxit hanc aliam, *mathematica*: quibus numeri denotantur ad differentiam immobilium non mathematicorum. Idque etiam confirmatur ex eo ꝙ ſubiunxit, quòd in numeris qualitas reducitur ad primum ſignificatum qualitatis acceptæ ſecundum differentiam ſubſtantiæ. Cum vero dixit, *eſt diffe- rentia in numeris qualitas ſubſtantiarum, ſed non eorum quæ mouentur, aut non prout mouentur*; innuit, per hæc, tum opinionem eorum, qui ponebant numeros ſeparatos a rebus ſenſibilibus, qui hunc in mo- dum ſtatuebant numeros eſſe ſubſtantias non mobiles: tum eorum etiam, qui ponebãt numeros in re- bus ſenſibilibus, ita tamen vt aliam naturam obtinerent; & ita numeri conſtituebantur differentiæ, ſeu principia ſubſtantiarum mobilium, ſed non quatenus ſunt mobilia. c *Et motuum differentiæ*. Has intelligit Alexander ſpecies motus; nempe alterationem, augmentum, & decrementum, & lationem. Alexand. Aut inquit, potentias ſignificari, quibus diſponuntur corpora ad motum localem. Et ita comprehenſæ eſſent ſpecies qualitatis dictæ in prædicamentis potentia & impotentia; veluti eſt grauitas & leuitas. Aut inquit insinuantur motuum diſcrimina ex diuerſitate habituum; prout exemplo docetur de virtute & vitio. Verum proprie videntur intelligi dictæ qualitates, ipſa grauitas & leuitas: hæ enim ſunt diffe- rentiæ motuum. Neq; refert, ꝙ eaſdem antea connumerarit inter paſſiones quanti: Siquidem, vt ſunt elementorum formæ, ſic ſunt ſubſtantiales differentiæ; in alijs autem rerum generibus poſſunt eſſe affe- ctiones quædam, de qua re alibi dicendum erit exactius. d *Maxime autem bonum & malum ſignificat qualitatem*. Bonum appeti a rebus omnibus ſtatuit Ariſtoteles in lib. 7. Eth. & infra lib. 12. apud nos poſtremo, vbi docet boni rationem eſſe in vniuerſo. Verumtamen hoc loco ſtatuit bonum & malum

magis

magis esse in rebus animatis, quàm in inanimatis. Et id quidem, quoniam inanimata absq; propria cognitione ad bonum deducuntur, vi quadam naturali directa ab intelligentia non errante. Animata vero appetitu feruntur in eum finem, cuius quidem habent cognitionem, sed quia sine consilio id agunt ideo ab obiecto inducta potius videntur ad sequendũ finem, quàm quod ipsa met agant. & propterea in ipsis non ita præclare viget bonum & malum, sicuti in hominibus, qui ratione viuunt, & electione consilij suas produnt operationes. Vnde, vt sunt electione propria auctores operationum suarum, ita quoque auctores boni vel mali, & maxime conscij atque participes sunt censendi, prout aut bene, aut male se gesserint.


De ijs, quæ ad aliquid. *Cap. XV.*

PARAPHRASIS.

AD aliquid dicuntur entia tribus primis, atq; præcipuis modis. Aliqua, vt duplum ad dimidium, triplex ad tertiam partem, & omnino multiplex ad submultiplex, & excedens ad excessum. Aliqua vero vt calefactiuum ad calefactibile, & omnino actiuum ad passiuum. Aliqua vt mensurabile ad mensuram, & scibile ad scientiam, & sensibile ad sensum. Ac primo quidem dicuntur ad aliquid secundum numerum, vel absolute sine vlla determinatione numeri, vel determinate ad numeros: idq;, siue ad vnum modum numeri, siue ad plures modos: sicuti ad vnum dicitur duplum, & est numerus determinatus; non enim potest esse nisi vnum id, quod est dimidij duplum; & pariter nisi vnum id, quod est dupli dimidium. Multiplex autem ad numerum quidem refertur, sed non determinate ad vnum modum numeri, cum possit esse secundum varios numeros; veluti secundum tria, vt triplex: secundum quattuor, vt quadruplex, & sic de alijs; cum tamen semper seruetur relatio multiplicis in vno numero, sit quicunq;, per quem multiplex dicitur ad submultiplicem, siue triplex, siue quadruplex, siue quintuplex sit. Sesquialterum autem ad subsequalterum, secundum numerum ad numerum refertur determinatum: veluti senarius numerus sesquialterum est in duobus ad quaternarium. Superparticulare vero ad subsuperparticulare refertur secundum numerum indeterminatum, sicut etiam multiplex ad submultiplex, secundum tria, quattuor, & alios numeros, ita vt maneat relatio secundum numerum; sed non secundum vnum determinatum modum numeri. Excedens autem ad excessum, omnino & absolute indeterminatum est secundum numerum. Siquidem numerus omnis est commensurabilis; at in excedente non determinatur numerus ad ipsum excessum, cũ per excedens nil aliud habeatur, nisi quòd est tantum, & aliud quid etiam plus super aliud, quod quidẽ est indeterminatum, cum huiusmodi excessus possit esse & æqualis, & inæqualis ad rem excessam. Hæc igitur omnia dicuntur ad aliquid secundum numerum, & secundum passiones numeri. Quibus etiam adiungi possunt hæc alia, æquale, simile, idem, quæ dicuntur ad aliquid secundum numerum, licet alio quodammodo. Nam secundum vnum hæc omnia dicuntur ad aliquid. Etenim eadem dicuntur, quorum est vna substantia. Similia vero, quorum est vna qualitas, & æqualia, quorum est vnum quantum. Et cum vnum sit principium & mensura numeri, hinc fit, vt & hæc omnia dicantur ad aliquid secundum numerum: sed diuerso modo a prædictis. Actiua autem & passiua dicuntur ad aliquid secundum potentiam actiuam & passiuam, & secundum operationes potentiarum, vt in his fundamentum relationum sit potentia: veluti calefactiuum refertur ad calefactibile, quoniam potest in ipsum calorem inducere; & calefaciens ad calefactum, quoniam in ipsum inducat calorem, vt iam operans. Relatiuorũ autem quæ sunt secundum numerum, non sunt operationes, nisi eo modo vt in alijs dictum est, nempe secundum translationem: non autem secundum motum sunt horum operationes. Adhuc per potentiam dicuntur nonnulla ad aliquid secũdum temporis significatum: vt effector refertur ad id, quod effectum est: & facturum ad id quod faciendum est: & hac ratione pater ad filiũ refertur, tanquam qui fecerit, ad eum qui factus est. Præterea nonnulla dicuntur ad aliquid secundum priuationem potentiæ: sicuti impossibile, inuisibile, & similia. Conueniunt autem simul relatiua, quæ dicuntur secundum numerum, & quæ secundum potentiam in hoc ipso, ꝙ omnia sunt ad aliquid hunc in modũ, vt quodq; esse horum, sit dici alterius; & non hunc in modum, vt aliud dicatur ad ipsum. ita enim duplum est ad aliquid, vt esse ipsius sit in hoc, vt dicatur alterius, nempe dimidij: & e conuerso, dimidium dicatur dupli; adeo ꝙ in his relatio pendet ab vno termino in alium, & ab hac in illum vicissim. Alia vero ratio est ipsius mensurabilis, sensibilis, scibilis, opinabilis, & eiusmodi: hæc enim dicuntur ad aliquid, quoniam aliud dicatur ad ipsa: Etenim intelligibile significat, ꝙ ipsius intelligibilis est intellectus; non autem intellectus refertur ad illud, cuius est intellectus: ita enim bis idem diceretur. Quemadmodum etiam dicendum est, ꝙ visus est alicuius (non eius autem, cuius est visus vt ad ipsum dicatur, licet verum sit dicere, ꝙ visus est eius, cuius est visus) sed visibilis, ipsius coloris; adeo ꝙ visibile dicitur ad aliquid quoniam visus ad visibile dicitur: alioquin, si alio modo dicatur, bis idem diceretur: nempe, ꝙ visus est cuius est visus. Dicta igitur secundum se ad aliquid, nonnulla dicuntur secundum modos assignatos, vti primos atq; præcipuos. Aliqua vero alia, quoniam ipsorum genera sint ad aliquid: quemadmodum diximus

dicimus medicinam eſſe ad aliquid, quoniam ipſius generis quod eſt ſcientia, dicitur ad aliquid. Item alia dicuntur ad aliquid, quoniam quæ habent ipſa, ſint ad aliquid: veluti æqualitas eſt ad aliquid, quoniam æquale, quod habet æqualitatem, dicitur ad aliquid: & ſimilitudo etiam ad aliquid, quoniam ſimile ad aliquid ſe habet. Nonnulla vero alia dicuntur ad aliquid ſecundum accidens, ſicuti homo, quoniam homini accidit eſſe duplo, quod eſt ad aliquid, & ſimiliter album ad aliquid, quoniam eidem contingat eſſe & duplo & albo.

TEXTVS.



AD ᵃ aliquid dicuntur quædam, vt duplum ad dimidiam, & triplum ad tertiam partem, & omnino multiplex ad multiplicati partem, & excedens ad exceſſum. Quædam, vt calefactiuum ad calefactibile, & ſectiuum ad ſecabile, & omnino actiuum ad paſſiuum. Quædam, vt menſurabile ad menſuram, & ſcibile ad ſcientiam, & ſenſibile ad ſenſum. Dicuntur autem prima quidem ſecundum numerum, aut ſimpliciter, aut determinate ad eos, aut ad vnum. vtputa duplum quidem ad vnũ numerus determinatus. multiplex vero ſecundum numerum ad vnum, non tamen determinatum, ut hunc, vel hunc. ſeſquialterum vero ad ſubſeſquialterum ſecundum numerum ad numerum determinatum. ſuperpartiens autem ad ſubpartientem ſecundum indeterminatum, ſicuti multiplex ad vnum. excedens autẽ ad exceſſum, omnino indeterminatum ſecundum numerum. ᵇ numerus enim commenſurabilis, ſecundum vero incommenſurabilem numerum dicitur. excedens enim ad exceſſum tantum eſt, & vltra hoc vero indeterminatum eſt: quodcunque enim contingit, eſt aut æquale, aut non æquale. ᶜ Hæc itaque ad aliquid omnia ſecundum numerum dicuntur, & numeri paſſiones ſunt. Et adhuc æquale, ſimile, ᵈ & idem ſecundum alium modum. ſecundum vnum etenim omnia dicuntur. Eadem enim ſunt, quorum ſubſtantia vna. ſimilia vero, quorum qualitas vna. Aequalia autem quorum quantitas vna. ipſum vero vnum numeri principium & menſura. vnde hæc omnia ad aliquid dicuntur, ſecundum numerum quidem, non tamen eodem modo. Actiua vero, & paſſiua ſecundum actiuam & paſſiuam potentiam, & potentiarum actiones. vtputa calefactiuum ad calefactibile, quoniam poſſunt. & rurſus calefaciens ad id, quod calefit, & ſecans ad id, quod ſecatur, vt agentia. Eorum autem, quæ ſecundum numerũ ſunt, non ſunt actiones, ᵉ niſi quemadmodum in aliis dictum eſt, ſed ſecundum motum actiones non exiſtunt. Eorum vero, quæ ſecundum potentiam, etiam ſecundum tempora iam dicuntur ad aliquid. veluti quod fecit, ad id, quod factum eſt: & id, quod facturum eſt, ad id, quod faciendum eſt. ſic enim pater quoque filij pater dicitur. hoc enim fecit, at illud paſſum quid eſt. Item quædam ſecundum priuationem potentiæ, vt impoſſibile, & quæcunque ita dicuntur, vt inuiſibile. ᶠ Quæcunque igitur ſecundum numerum, & potentiam ad aliquid dicuntur, cuncta ſunt ad aliquid, eo quòd ipſum, quod eſt alterius dicitur ipſum, quod eſt, ſed non eo quòd aliud ad illud. Menſurabile autem, & ſcibile, & intelligibile, eo quòd aliud ad illud dicitur. Nam intelligibile ſignificat quod eius eſt intellectus. Non eſt autem intellectus ad illud, cuius intellectus eſt. ᵍ idem enim profecto bis diceretur. ſit ſimiliter & viſus cuiuſdam eſt viſus, non cuius eſt viſus (etſi verum eſt hoc dicere) ſed ad colorem, aut aliquid aliud tale. illo vero modo bis idem diceretur, quòd viſus eſt, cuius eſt viſus. eorum igitur, quæ per ſe ad aliquid dicuntur, quædam ita dicuntur, ʰ quædam ſi genera eorum talia ſunt. vtputa medicina eorum eſt, quæ ad aliquid ſunt, quoniam genus eius ſcientia videtur eorum eſſe, quæ ad aliquid ſunt. Item ſecundum, quæ ad aliquid dicuntur ea, quæ illa habent. vt æqualitas, quoniam ipſum æquale: & ſimilitudo, quoniam & ipſum ſimile. Aliqua vero ſecundum accidens dicuntur. vt homo aliquid. quoniam accidit ei duplo eſſe. hoc autem eorum eſt, quæ ad aliquid ſunt. aut album, ſi eidem accidit duplo, & albo eſſe.

ADNOTATIONES.



AD ᵃ *aliquid dicuntur &c.* Huius termini dicti ad aliquid, varia ſignificata afferuntur, vt aliqua ſint ſecundum ſe ad aliquid: aliqua vero ſecundum accidens: ſicuti album dicitur ad dimidium, quatenus accidit quanto, quod eſt duplum ad dimidium, vt ſit etiã album. Quę vero ſecundum ſe dicũtur ad aliquid, alia primo ſunt ad aliquid, alia ob hæc ipſa; ſicuti medicina dicitur ad aliquid, quoniã ſcientia quod eſt ſuũ genus, eſt ad aliquid. Quæ vero præcipue ſecundum ſe ſunt ad aliquid, in tres diſpartiuntur modos. Vnus pertinet ad relationẽ excedẽtis & exceſſi. Alius ſpectat ad actiuum, & paſſiuum. Tertius vero conſiſtit in menſura & menſurabili. Primus autem modus continet relationem pendentem a numero, ſeu a paſſione numeri, ſeu ab vnitate, quæ eſt principiũ numeri. ſicuti hac ratione idem ad aliquid refertur, quoniam quæ eadem ſunt, horum eſt vna ſubſtantia: & ſimilia ad aliquid, quorum eſt vna qualitas. Secundum numerum vero relatio aſtruitur, cũ ſupponitur numerus in his quæ ſunt ad aliquid. ſiquidem excedens ſupponit exceſſum in numero; & ſimiliter, multiplex & ſeſquialterum, & ſuperparticulare, & duplum, ſeu triplum, & quadruplum. Eſt autem in his hoc diſcrimen, quòd excedens refertur ad exceſſum, non ſecundum numerum determinatũ; vt, cum poſſit eſſe omnis numerus menſurabilis, attamen in hac relatione non affertur vllo modo numerus determinatus, neq; æqualis, neq; inæqualis; cum tamen dicendo, excedens, intelligere poſſimus,

quòd

quòd vna res excedit aliam, vel in æqualitate, vt duplum ad dimidiũ, vel in inæqualitate: ficuti tripl aut fesquialterum. Multiplex quoq; ita fe habet, vt non referatur ad numerum determinatum duplex ad dimidium, triplex ad tertiam partem: fed tamen multiplex refertur ad numerum, vt fit per multiplex ad fubmultiplex; fiue fit in duplo, fiue in tertia parte, fiue in quatta, vel in alia eiufm Huic etiam refpondet fubparticulare ad fubfuperparticulare relatum: dicit enim relationem ad n rum fecundum exceffum in aliqua parte; fed non determinatur, num fit fefquialtera, an fefquiter fefquioctaua, & huiufmodi; quæ quidem funt ad aliquid fecundum numerum determinat m. ti etiam duplum, triplum, & eiufmodi; quæ differunt a fefquialtera, fefquitertia, fefquioctaua; q niam duplum, triplum, & fimilia ad vnum terminantur: ficuti quaternarius eft duplus ad binarium, q eft vnus binarius relatus ad quaternarium, qui continet duos binarios. At fefquialterum refertur fubfefquialterum non in vno, fed femper in duobus, vt fenarius eft fefquialterus ad quaternariũ, q excedit in duobus, vt non poffit accipi inter hæc relatio fub ratione vnius, fed fub ratione plurium duorum, aut trium, & huiufmodi. Et hæc quidem de ijs, quæ per fe funt ad aliquid dicta fint fecu exceffum & excedens. Secundo autem modo per fe primo dicuntur ad aliquid nonnulla fecund actiuum & paffiuum: quod poteft effe, aut fecũdum potentiam actiuam & paffiuam, vt combuftiuu ad combuftibile, aut fecũdum operationes earumdem; vel fimpliciter, vt comburens ad id quod com buritur; vel fecundum tempus, aut præteritum, vt quod effecit, ad quod effectum eft; aut futurum, factum ad efficiendum refertur. Aut funt fecundum priuationem potentiæ: vt impoffibile, in bile, & huiufmodi. Tertius vero modus eorũ, quæ ad aliquid fecundũ fe primo dicuntur, pertinet ad quæ concernunt menfuram & menfurabile: ficuti fenfibile & fenfus: fcibile & fcientia, & eiufmodi quibus hoc requiritur, vt vnũ dicatur ad aliud, quoniam ipfius fit aliud, non ꝙ ipfum fit alterius: quem admodum contingit in alijs relatiuis. Nam duplum eft ad aliquid, quoniam dimidij eft duplum, dimidium eft ad aliquid, quoniam eft dupli dimidium. at fcibile non eft ita ad aliquid, quoniam fit terius; fed folum quoniam ipfius fcibilis eft fcientia, adeo ꝙ fcientia dicitur ad fcibife, quoniam eft fius fcibilis fcientia: at fcibile non dicitur ad fcientiam, quoniam fcibile fit ipfius fcientiæ, fed pédet latio ipfius fcibilis omnino a relatione fcientiæ, quæ eft ipfius fcibilis. [b] *Numerus enim commen rabilis*. Id eft omnis numerus cadit fub aliqua menfura vel æqualitatis, vel inæqualitatis: idcirco, excedens ad exceffum dicatur (licet fignificetur exceffus fecundum numerum) attamen abfolut indeterminata fignificatio cum neq; æqualitas, neq; inæqualitas determinetur, quæ alterutra pote fe penes excedens & exceffum. At in multiplici faltem determinatur multiplicitas in numero; q in fubmultiplici talis, vt femper æqualis reddatur fecundum numerum, illud addendo, quod dee multiplici. Nam fi numerus 21. eft multiplex ad 7. ita eft multiplex vt 7. ter acceptus, euadat numer æqualis ipfi numero 21. at excedens poteft effe, & cum æqualitate, & cum inæqualitate; vnde abfolute numerus in ipfo eft indeterminatus. [c] *Hæc itaque ad aliquid omnia fecundum numerum dicuntur; & numeri paffiones*. Numerus fecundum fubftantiam quantus eft, vt dictum eft fupra in tractatu de qual vt autem quid vltra ei accidit, ita paffio & qualitas in numero exurgit; quatenus multiplex, fubmul plex, fefquialterum, & alia huiufmodi accidunt numero. & quoniam hæ paffiones non poffunt effe numero, cui tanquam fundamento funt innixæ, ideo harum relationes, tanquam illæ quæ concernun & paffiones numeri & ipfum numerum, dicuntur effe ad aliquid fecundum numerum, & numeri pa fiones. [d] *Secundum alium modum, fecundum vnum etenim omnia dicuntur*. Diftinguit hoc loco Ari ftoteles ipfum idem, fimile, æquale, vt ea, quę funt ad aliquid fecundum alium modum diuerfum ab quæ dicuntur ad aliquid fecundum excedens & exceffum: quoniam hæc fecundum numerum dicun tur ad aliquid: illa vero alia fecundum vnum, quod tamen eft principium numeri; vnde etiam quo dammodo dici poffunt & ipfa ad aliquid fecundum numerum, ratione vnius, quod eft principium nu meri. At diceret aliquis, etiam fecundum vnum dicuntur ad aliquid nonnulla ex prius enumera ficuti dictum eft de duplo, quòd dicitur ad vnum, nempe ad folum dimidium, quod eft vnum. Dicen dum ad hoc, quod duplum dicitur ad vnum determinatum numerum, non ad plures modos numeri quemadmodum multiplex poteft effe fecũdum varios modos; veluti triplicis, quadruplicis, & aliorum non autem in relatione dupli ad dimidium poteft cadere varietas, quin femper fit dimidium illud, a quod refertur duplum. Verumtamen duplum non ita refertur ad vnum, tanquam illud ad quod re fertur, proprie fit vnitas; quemadmodum dicimus contingere in his alijs relatiuis, idẽ, fimile, & æqual nuncupatis. Nam idem dicitur ad aliquid, quoniam fit aliquid vnum, per quod identitas rerum fig ficatur; vt omnino in his, vnum, vt eft principium numeri comprehendatur, non autem in illis alijs [e] *Eorum autem quæ fecundum numerum funt, non funt actiones fecundum potentiam, nifi quemadmo*

Alexand. *dum in alijs dictum eft*. Hæc verba duobus modis explicat Alexander. Primo fic: ꝙ numeri, quaten intelliguntur, ita horum actiones quædam exiftere videntur, quæ tamen non funt per motum: neq enim intelligens, quum intelligit, mouetur; neq; quod intelligitur: fed eft actio quædam eius, quod telligitur, fed non fecundum modum perpetientis, fed folius efficientis. Alia vero interpretatio A dri eft, ꝙ licet numeri non fint effectiui, neq; patientes: attamen fecundum exceffum ipforum, vel peramentum, & proportionem eorumdem afficiunt, atq; perpetiuntur: veluti medicamenta, vt per

D.Tho ciant, oportet ꝙ talem tantumq; exceffum habeant, & fic operantur. D.Thomas inquit effe in numeris operationes: vt multiplicare, diuidere, & eiufmodi: & per hæc vult actiones effe in numeris. Verum palam

... Ariſtoteles innuit id... quod dictum eſt ſupra in cap. de potentia; quod etiam in mathematicis ... potentia per metaphoram; veluti, quòd tantum latus poſſit tantum quadratum: & hac ratione ... multiplicato in numerus, quòd numerus multiplicatus tantus poſſit euadere, poterit dici quæ... ſecundum potentiam per ſimilitudinem, non autem proprie. Et id quidem erit intelligendum, non quatenus homo hanc facit operationem multiplicandi (hæc enim erit operatio ab homine ... circa numerum, & non actio ab ipſo numero proueniens) ſed quatenus protenſus vnus numerus in alium, euadit tantus, aut tantus: & ita per metaphoram præſefert quandam actionem, quæ tamen ... non eſt actio. Et hanc interpretationem ſecutus eſt Alenſis. [f] *Quęcunque igitur ſecundum numerum, & potentiam ad aliquid dicuntur.* Ponit hic diſcrimen inter ea, quæ inuicem referantur ſecundum numerum, aut ſecundum potentiam, & inter alia, quæ dicuntur ſecundum menſuram & menſurabile, aut ſecundum ſcibile, & ſcientiam: quoniam ſcilicet in illis alijs ita ſe res habent, vt ad aliquid dicantur, quoniam quodque, quod eſt, ſit alterius; & non quoniam alterum ſit ipſius. Veluti duplum dicitur ad dimidium, quoniam duplum eſt dimidij duplum, & e conuerſo, dimidium eſt dupli dimidium: non autem quoniam dimidij duplum dicatur, ſed quoniam dimidium dupli ... dimidium. Non autem hoc loco habetur conſideratio, ſicuti in prædicamentis, num quæ ad aliquid, inuicem referantur, aut ſecundum caſum generandi, aut alio modo; ſed tantummodo perpenditur relatio, quatenus alterum relatiuorum dicitur alterius, & hoc inuicem illius. Quod quidem non conuenit illis relatiuis, quæ dicuntur ſecundum menſurabile & menſuram, aut ſecundum ſcientiam, & ſcibile. Etenim in his vterque terminorum, non ita eſt ad aliquid, vt vnum dicatur alterius; & e conuerſo alterum alterius: ſed relatio ſolum procedit ex parte vnius termini ad alium: quemadmodum ſcientia ad ſcibile, ita enim refertur ſcientia ad ſcibile, quoniam ſcientia dicitur ipſius ... ſcientia, ſcibile autem refertur ad ſcientiam, non quoniam ſcibile ſit ipſius ſcientiæ; ſed ſolum, quoniam ſcientia dicitur ipſius ſcibilis: & nihilominus tamen alius terminus eſt, ſcibile, & alius terminus ... ſcientia. vnde & inuicem referuntur, modo tamen, ſeu ratione, qua explicatum eſt. Et hoc idem inſinuauit Auerroes, inquiens quòd in alijs, in ſubſtantia vtriuſque termini relatiuorum, ineſt relatio; vt puta in dimidio, & in duplo; non, quoniam accidat relatio alterius alteri, vt fit in ſcientia, & ſcibili: nam in ſubſtantia ſcientiæ eſt, vt referatur ad ſcibile: non autem in ſcibilis ſubſtantia eſt, vt referatur ad ſcientiam. Dicitur autem accidere relatio ipſi ſcibili, quoniam rei, de qua ſcientia habetur, non explicatur propria relatio, niſi inquantum ipſius eſt ſcientia. Neque tamen propterea tollitur, quin ſcibile ſit relatiuum ad ſcientiam; licet, vt ad ſcientiam referatur, in cauſa ſit ipſa ſcientia eo modo, vt dictum eſt. Et ideo dicuntur etiam huiuſmodi relatiua non eſſe ſimul natura; quoniam ...cet res, quarum poteſt eſſe ſcientia, poſſunt eſſe abſque quòd earum ſcientia habeatur. Dubitaret autem aliquis, quoniam hic dicitur, quòd relatiua ſunt, quorum eſſe eſt, vt dicantur alterius, cum ... hæc relatiuorum deſcriptio fuerit reprobata in prædicamentis, tanquam ea, ad quam ſequeretur, quod aliqua ſubſtantia, ſaltem ipſa vniuerſalis ſecundum partem corporis, vt eſt caput, eſſet ad aliquid, quoniam caput diceretur eſſe alicuius caput; vnde ibi corrigens Ariſtoteles priorem deſcriptionem, ... hanc aliam; *ad aliquid eſſe ea, quorum eſſe eſt ad aliud quodammodo ſe habere.* Dicendum ... pro ... ſolutione huius difficultatis, determinatum quoque eſſe in prædicamentis, quòd dici al..., ſit proprietas conſequens ad ea, quæ ſunt ad aliquid: vnde dicimus hac proprietate contentum ... Ariſtotelem pro explicatione relatiuorum. Ex aſſignata autem deſcriptione relatiuorum, ... accipiendo, quatenus horum eſſe eſt ad aliud quodammodo ſe habere; colligendum eſt, per re... nem, nil aliud importari, niſi habitudinem quandam, quæ eſt inter entia, vt vnius entis eſſe, re... eſſe alterius entis; ſicuti eſſe rei duplæ, reſpicit eſſe rei dimidiatæ. hoc enim ſonat, eſſe vnius habere ſe quodammodo ad aliquid; *quodammodo*; id eſt ſolum ſecundum mutuum rerum reſpectum, ... non importat rem, ſed habitudinem tantum circa entia exiſtentem ab anima comprehenſum. Quæ deinde poteſt eſſe vel determinata in natura, vt ſurſum & deorſum reſpectu partium vniuerſi, ita ... ſcientium, vt ſurſum a concauo orbis lunæ ſemper teneatur, a terra vero deorſum; ſicuti & in a...li, a ſiniſtris cor, a dextris vero lien ſemper eſt. Aut poteſt eſſe ſecundum variam & mutabilem ...em: quemadmodum idem magnum & paruum ad diuerſa ſe habere poteſt; & duplum ad di...dium, & alia huiuſmodi plurima. [g] *Idem enim profectò bis dictum eſſet &c.* Ait hoc loco Ariſtoteles, quòd non poteſt dici ſcientia eius, cuius ſit, nempe ſcientis; neque viſus videntis: alioquin, bis idem diceretur. Quam ſententiam explicantes Alenſis, & D. Thomas inquiunt; bis idem referre..., videlicet ſcientia ad ſcibile; & ad ſcientem: Aduerſus quam expoſitionẽ hæc militat dubita... ... reddenda eſſet ab ipſis ratio, cur potius ſcientia referri debeat ad ſcibile, quàm ad ſcientem; ... quis defendens, quòd ſcientia debeat dici ad ſcientem, & non ad ſcientiam, diceret ſimiliter ...nt, pro hac tuenda ſententia; alioquin futurum, vt idem bis diceretur; nempe, dum refer... ſcientia ad ſcibile, & etiam ad ſcientem. Auerroes autem ita hunc locum interpretatur. ſi di... inquit, intellectus intelligentis, ſic videretur conſtitui intellectus per intelligentem; cum ta... ... totum oppoſitum; vnde ſic ſimul idem eſſet reſpectu eiuſdem & cauſa, & cauſatum; & ita (in... bis idem diceretur. Alexander vero ita interpretatur: quòd eſſet ineptum dicere, quòd intellectus ſit cuius eſt intellectus, ſeu viſus ſit cuius eſt viſus: & ita bis idem diceretur. At dubitat poſtea Alexander, quoniam in lib. Topic. 4. dicitur, quòd habitus & diſpoſitio, & moderatio ſunt relatiua,

Alenſis. Auer. Alenſis. D.Tho Auerr. Alexand.

tiua; quæ sunt in his, ad quæ referuntur; sicuti habitus in habente, dispositio in disposito. vnde, si hæc sunt relatiua, erit etiam visus videntis, & scientia scientis contra ea, quæ dicit hoc loco Aristoteles. Adiungit etiam aliud dubium Alexander: quoniam in relatiuis dictis secundum potentiam, videtur posse dici, quòd vnum sit alterius, quoniam alterum dicatur ipsius: veluti combustiuum, quod sit combustibilis combustiuum: & rursus combustibile dicitur, quoniam ipsius est combustiuum; & ita in huiusmodi (contra suppositionem Aristotelis) erit idem modus relationis, qui dictus est esse in mensura & mensurabili, & in scientia & scibili. Quibus difficultatibus Alexander ita obscure respondet, vt videatur illas insolutas reliquisse; & hoc solum elici ex eius dictis; quòd verba Aristotelis volunt, vt quæ sic dicuntur, ad quid dicantur, ostendatur; vt, cum scientia, & visus dici possint & ad subiectum, ad quod referantur, & ad aliud, hoc haberetur, quòd ad res referuntur; non ad subiectum in quo sint; ita vt non ad ea a quibus habeanrur, visus & scientia referantur: sed ad ea, de quibus est scienria & sensus. hæc Alexander. Nobis autem videtur Aristoteles id deducere, quòd non potest dici, quòd scientia referatur per modum relationis ad scientem; adeo quòd dicatur, quòd scientia est scientis, & quòd sciens est, cuius est scientia; alioquin ita dicendo, idem bis diceretur: quod patet, cum dicere quòd scientia est scientis, tantundem valeat atque dicere, sciens est, cuius est scientia. vnde non proprie potest his terminis concludi relatio, cum relatiuorum termini inter se varietatem mutui respectus habere debeant; sicuti & per ipsos res diuersæ insinuantur; vt patet de duplo ad dimidium, & de dimidio ad duplum. Vnde, etiam quòd respectus atque relatio ipsius scibilis pendeat ab ipsa scientia; attamen alia est ratio respectus & relationis, quam habet scibile ad scientiam; & alia, quam habet scientia ad scibile; quemadmodum sunt etiam res inter se diuersæ; vnde non est idem dicere scientia est scibilis scientia: & dicere, scibile est scientia scibile: in primo enim modo dicimus, & intelligimus, cuius rei sit scientia, quia est scibilis: in secundo vero modo dicimus, & intelligimus, quomodo scibile sit scibile; nempe per scientiam. In relatiuis autem dictis secundum habitum & dispositionem est diuersa ratio, quàm sit inter scientem, & scientiam quæ est in sciente. Etenim in illis diuersi sunt termini, ad quos mutua fit relatio, sicuti aliud est habitus, & aliud habens habitum; & aliud est dispositio, & aliud ipsum dispositum: vnde optime dicemus, quòd habitus est habentis habitus; & quòd habens, est habitu habens: similiter dispositio est dispositi dispositio, & dispositum dispositione dispositum, & ita verum est in huiusmodi id, quod dicitur in lib. 4. Topic. iuxta deductionem hoc loco ab Alexandro; quòd sunt solum in rebus, ad quas referuntur: semper enim est habitus in habente, & dispositio semper est in disposito, scientia autem absolute non est in scibili, nisi per accidens; quatenus contingeret, quòd scientia de anima, in anima esset, quæ de seipsa scientiam haberet, non autem simpliciter scientia est in scibili: vt puta in lapide, aut in arbore, aut alijs, quorum sit scientia; & ideo non est proprie scientia in rebus, quarum est scientia. Quod etiam perspicuum hinc esse debet: quando scientia & scibile, & eiusmodi, proprie numerantur inter ea relatiua, quæ dicuntur opposita infra lib. 10. Et ideo non possunt esse simul: sicuti neque contrarium in contrario, licet ad inuicem referantur, sicuti etiam scientia & scibile. Ad illam vero aliam dubitationem motam ab Alexandro de combustibili & combustiuo, quòd combustiuum dicatur ipsius combustibilis, & combustibile pariter dicatur, quoniam ipsius est combustiuum, eodem modo quo dicitur etiam scibile ad scientiam: dicendum est, quòd combustiuum dicitur ad combustibile, & e contra combustibile ad combustiuum, vt termini inter se diuersi; quorum esse alterutri est, vt dicantur alterius, ita quidem combustiuum ipsius combustibilis, sicuti & combustibile ipsius combustiui; quod non potest dici de scientia & scibili, sicuti antea explicatum est: propterea quòd non aliter se habere potest scibile ad scientiam, nisi quatenus scientia est ipsius scibilis. [h] *Quædam, si genera eorum talia sunt*. Commemorat hoc loco nonnulla, quæ sunt ad aliquid secundum se; at non ita primo, vt nonnulla alia. Veluti medicina dicitur ad aliquid ratione sui generis, quod est scientia, quæ ad aliquid dicitur, similiter æqualitas, identitas, & similitudo dicuntur ad aliquid per se, & non secundum accidens; attamen non primo; sed quoniam, quæ sunt æqualia, & quæ eadem, & quæ sunt similia, dicuntur ad aliquid. Notandum autem relatiua, aut esse ex eodem prædicamento secundum vtramque partem: sicuti, quæ dicuntur secundum numerum & mensuram, sunt in eodem prædicamento quantitatis. quæ vero sunt secundum potentiam & operationes potentiæ, pertinent ad qualitatem, seu ad prædicamentum dictum agere & pati, in prædicamento quidem qualitatis, secundum potentiam simpliciter accepta, in prædicamento vero agere & pati, ratione operationis a potentia prodeuntis. Scibile vero, & scientia, & sensus & sensibile, sunt in diuersis prædicamentis: nam sensibile, & scibile pertinent ad prædicamentum substanriæ: sensatio autem, & scientia ad prædicamentum qualiratis. Ipsa vero sessio, accubitus, & statio, pertinent ad habitum; & habitus ab ipso habere dependet, in quo supponitur quædam relatio corporis in loco positi. Nonnulli etiam animaduertunt in relatiuis esse, tum habitudinem, & est ipsa relatio, tum subiectum, veluti est potentia, per quam fit relatio; tum fundamentum quod est prædicamentum, cui innititur subiectum, sicuti qualitati potentia est innixa.

De P

PARAPHRASIS.



ERFECTVM vno modo dicitur illud, cuius nihil licet extra ſumere, quod ſit pars pertinens ad eius integritatem: ſicuti hunc in modum dicitur cuiuſq; rei perfectum eſſe tempus illud, extra quod non eſt quidpiam accipere, quod, tanquam pars, poſſit accedere ad huius temporis expletionem: vt iuuentus dicitur perfecta, cum iam ſpatia illa omnia temporis [illegible] abſoluta, quæ requiruntur ad complendam ætatem iuuentutis: & domus ſimiliter perfecta dicitur, ad cuius integram conſtitutionem nulla pars deſideretur, & animal ſimiliter perfectum, cui nulla deſit pars, quæ requiratur ad vniuerſam huius, vel illius animalis fabricam conſtituendam. Alio modo di[illegible] perfectum ſecundum virtutem, vt hac ratione homo ille perfectus dicatur, qui in quouis gene[illegible] virtutis, ſiue moralis, ſiue intellectualis, ita excellit, vt ad habitum quem obtinet virtutis, nulla poſſit fieri acceſſio; & hunc in modum perfectus medicus, & perfectus tibicen, & perfectus vir for[illegible] dicitur. & per tranſlationem, dicimus etiam perfectos illos, qui in prauis operibus obeundis exacte [illegible] egregij: quemadmodum nominamus aliquem perfectum furem, aut perfectum ſycophantam. [illegible] quidem non inconuenit; quando ita tulit conſuetudo, vt huiuſmodi facinoroſos homines, tanquam præſtantes in vitijs, bonos etiam appellemus; idque ex ſimilitudine bonitatis, quæ conſequi[illegible] ad virtutem, quia boni redduntur, qui illam obtinent, & excellunt in ea. Quemadmodum etiam quoniam virtus eſt quædam perfectio, hinc eos, qui ſunt præſtantes in malis artibus, perfectos etiam nuncupamus. Et id quidem, quoniam vnumquodque perfectum, & vnaquæque ſubſtantia tunc perfecta dicitur, quando ſecundum ſpeciem propriæ virtutis nulla pars accedere poteſt ad apicem eius magnitudinis, & gradus, qui eius naturæ ſit conueniens. Tertio modo dicuntur perfecta ea, quibus ineſt bonus, atque ſtudioſus finis: & id quidem accommodatiſſime. Nam ex eo quòd finem obtineant (græce dicitur τέλος) ideo perfecta (græce τέλεια) vocantur: ſicuti dicimus actionem illam eſſe perfectam, quæ optimum ſit ſortita finem. Vnde, quoniam finis eſt de numero extremorum; hinc quoque transferentes ipſum ad mala, dicimus aliquem perfecte obijſſe, & aliquam rem perfecte eſſe corruptam; volentes hinc ſignificare, quòd ad corruptionem, ſeu ad malum nil adijci poſſit; ſed ad extremum iam peruenerit. Et idcirco, per tranſlationem, extremus vitæ dies, mors ipſa, τελευτὴ græce dicta, finis nominatur; eo quòd ſit iam peruentum ad extremum vitæ: cum etiam finis, & ipſum cuius [illegible], quod proprie concernit aliquod bonum, ſit extremum. His igitur tribus modis perfecta ſecun[illegible] ſe dicuntur. Aliqua ex eo quòd nihil boni deſit, quod ad finem, & ad bene eſſe ipſorum attineat. [illegible] ex eo quòd ita excellant in virtute morum, aut intellectus, vt nil ad eorum virtutem adiũgi poſſit. Aliqua vero, quoniam ad integram ipſorum conſtitutionem nihil vltra poſſit aſſumi. Cætera vero non ſecundum ſe ipſa primo, ſed per habitudinem, & attributionem quandam ad hæc primo per ſe dicta perfecta, & ipſa perfecta dicuntur; quatenus ſcilicet, aut ſunt effectiua dictorum perfectorũ; vt corporis exercitatio perfecta, quoniam perfectum faciat athletam: aut quoniam habeãt id, quod eſt perfectum: ſicuti Socratem, qui ad perfectam iuuẽtutem peruenerit, appellamus perfectum iuuenem, tanquam habentem iuuentutis perfectam ætatem: aut quoniam rei per ſe perfectæ aptantur per quandam relationem & habitudinem, quam habent ad ipſam: ſicuti hac ratione contemptus iniuriarum perfectus dicitur, quoniam magnanimo conueniat, qui eſt perfectus in virtute,

TEXTVS.



ERFECTVM [a] *dicitur vno quidem modo, extra quod non eſt vllam accipere particulam. vtputa tempus ipſum, vniuſcuiuſq; perfectum eſt, extra quod non eſt vllum accipere tempus, quod pars huius temporis ſit.* [b] *Et quod ſecundum virtutem, & quod eſt eius, quod bene, non habens exceſſum ad genus. vt perfectus muſicus, & perfectus tibicen, cum ſecundũ propriæ vir[illegible]tem in nullo deficiant. Ita etiam in malis transferentes dicimus calumniatorem perfectum, & fu[illegible]ctum, quoniam etiam bonos eos appellamus, vtputa furem bonũ, & calumniatorem bonũ. Virtus [illegible] quædam perfectio eſt.* [c] *vnumquodq; namq; tunc perfectum eſt, cunctaq; ſubſtantia tunc perfecta, [illegible]ndũ ſpeciẽ propriæ virtutis nulla deſit particula magnitudinis naturalis.* [d] *Item, quibus finis ſtu[illegible]s eſt, ita perfecta dicuntur. etenim ſecundum quod habent finẽ, perfecta dicuntur. Quare cum finis vl[illegible]n quippiam eſt, ad praua quoque transferentes, dicimus perfecte interemptum eſſe, & perfecte cor[illegible]m eſſe, cum nil corruptionis, aut mali deſit, ſed in vltimo ſit. propter quod & mors metaphorice dici[illegible] finis, quoniam vltima. finis autem & quod cuius gratia, vltimum.* [e] *Quæcunq; igitur per ſe perfecta dicuntur, toties dicuntur. Quædam eo quòd ſecundum bene in nullo deficiunt, nec habent in aliquo genere [illegible]ceſſum, nec eſt quicquam extra. Quædam, eo quòd omnino in vnoquoque genere exceſſum non habent,*

nec quicquam est extra, Cætera vero iam secundum ipsa, eo quòd aut tale faciunt, aut habent, a[illegible] niunt, aut tali, aut aliquo alio modo ad ea, quæ primo dicta sunt, perfecta dicuntur.

ADNOTATIONES.

PERFECTVM *dicitur*. Primum significatum huius termini, *perfectū*, videtur per[illegible] proprie ad integram absolutionem partium, vnde totum constituitur. Et hinc Philop[illegible] distinguens primum significatum ab alio, quod dicitur perfectum secundum virtutem[illegible] quit; quòd aliquis homo existens sine auribus, potest esse perfectus secundum [illegible] & tamen imperfectus esset quo ad integritatem corporis iuxta primum significatum. & sane exem[illegible] plum adductum ab Aristotele de ætate perfecta, hunc sensum præ se ferre videtur; & hanc interpre[illegible] tionem secutus est etiam Auerroes dicens, quòd corpus est perfectum, non linea, non superficies, [illegible] niam corpus habet omnes extensiones. Quod dictum Auerrois est etiam consonum sententiæ A[illegible] telis in initio lib. 1. de cœlo: vbi statuit, corpus esse vndequaque perfectum secundum magnitud[illegible] quoniam omnes in se includit, & complectitur magnitudines. Verum nil prohibet accipere prim[illegible] significatum pronunciatum simpliciter, quòd illud, sit perfectum extra quod nil extra est, quod sit e[illegible] pars; ita vt, quamuis præcipue hæc significatio respiciat totum & partes quantitatem cōcernentes, [illegible] sit nihilominus etiam accommodari perfectioni formę, secundum quam ad hoc vt animal sit perfe[illegible] oportet eius membra sub certa quadam ratione esse dearticulata, atque digesta: alioquin, nondum a[illegible] mal esset perfectum secundum propriam eius formam, cui adhuc aliquid adiungi posset. [b] *Et quod* [illegible] *cundum virtutem*. Hoc loco accipitur virtus; tum secundum motes, tum secundum habitus intel[illegible] ctiuos, inter quos cadit & ars: vnde secundum significatum perfecti determinatur per virtutem, quæ [illegible] exacte obtineatur, vt addi ad ipsam nil vltra possit. Cum vero subiungitur. *& eius quod est bene*. græ[illegible] ce, καὶ τὸ τοῦ εὖ, passim hæc verba interpretantur, tanquā expositiue dicta ad ipsam virtutem; vnde Su[illegible] sanus ait, ita dictum, quoniam in Ethicis ostensum est, bene se habere secundum virtutem, qui prędi[illegible] est virtute. Verū si virtus reddit eā habentem bene se habenrē, quorsum igitur adiungere hęc alia v[illegible] ba, *& ipsum bene*: cum id virtus in sua includat natura? Idcirco dicimus, per hæc, *& ipsum bene*, c[illegible] prehensum esse tertium significatum perfecti, quod subiungitur pertinere ad finem. siquidem finis[illegible] sum bene complectitur. [c] *Vnumquodque tunc perfectum est, cunctaque substantia tum perf*[illegible] Quorsum hæc duo dicta tendant, nemo ex interpretibus quos viderim, perpendit. sed non ex[illegible] dum temere, & sine causa esse apposita. Vnde dicimus, per illud, *vnumquodque tunc perfectum*: [illegible] rem compositam: per hoc vero. *& quæque substantia tunc perfecta*; intelligi cuiusque rei ess[illegible] quæcunque sit illa: siue ad substantiam proprie dictam referatur; siue ad aliam cuiusuis rei essentia[illegible] Cum autem dicat Aristoteles, ꝙ conuenit omni substantiæ, vt perfecta tunc dicatur, quando secun[illegible] speciem propriæ virtutis nulla deest pars secundum naturam magnitudinis, id proprie dictum vid[illegible] de sola qualitate; cum quanto (vt quantum est) virtus non conueniat. vox autem *magnitudo*, app[illegible] est ad insinuādum, quòd nulla pars desit secundum propriam virtutem, sed adest summus perfectio[illegible] gradus; & ita interpretatur Alexander, magnitudinem ad virtutem accommodans. Auerroes aute[illegible] explicauit; quòd sit substantia perfecta, cui nihil deest, & in perfectione magnitudinis, & in qua[illegible] [d] *Item quibus finis studiosus est*. Græce σπουδαῖον, volens hinc innuere Aristoteles, quod finis sit b[illegible] & non malus; proprie enim finis bonus esse debet: quod consonuū videtur priori illi sententiæ, [illegible] dictum est, ꝙ datur perfectum ipsius bene, quod fini competit: vnde in lib. 2. phys. improbatur P[illegible] qui mortem significans, ita locutus est: cōsecutus est finem, quem debebat. siquidem finis vult ess[illegible] ni. [e] *Quæcunque igitur per se perfecta dicuntur*. Breuibus colligit hoc loco Aristoteles as[illegible] perfecti significationes, quæ sunt tres, his verbis expressas. Nam partim sunt per se perfecta nōnull[illegible] quòd nihil desit circa ipsum bene, hoc est penes finem bonum: & sic innuitur tertio loco allata [illegible] catio: partim alia sunt perfecta, eo quòd non habeant excessum, singula in suo genere: & his inn[illegible] significatio perfecti secundum virtutem: partim nonnulla sunt perfecta, eo quòd non habeant al[illegible] extra, vnde primum significatum explicatum est. Alia vero dicuntur perfecta, per se quidem, at [illegible] mo; sed quoniam aut faciunt perfectum, aut habent perfectū, aut ad perfectum referuntur. Cit[illegible] notandum est, in græcis exemplaribus hæc haberi. τὰ δὲ ἄλλα ἤδη οὐ καθ᾽ αὑτὰ: idest, *aliæ vero iam* [illegible] *cundum se*: cum tamen particula negatiua omissa sit ab Alexandro, & ab alijs, qui affirmatiue le[illegible] hoc forte inducti, quoniam significata perfecti postremo loco assignata de quibus est sermo, n[illegible] per accidens dicenda perfecta, sed per habitudinem ad alia dicta primo perfecta: ita quidem, [illegible] ligendum sit, quòd hæc alia, facere perfectum, habere perfectum, & respectum habere ad pe[illegible] non sint quidem per se primo perfecta, sed neque tamen per accidens dicenda sint perfecta; se[illegible] per alia, a quibus vti primis perfectis, dependet horum aliorum perfectio, & vt perfecta dic[illegible] quemadmodum etiam de vno, & de alijs multipliciter dictis animaduersum est antea, esse non[illegible] significationes per se primo, a quibus nonnulla alia huiusmodi etiam dicantur: non primo qu[illegible] per se tamen, & non per accidens: sicuti per accidens perfecta diceretur albedo, quoniā Socrat[illegible] viro in morum virtutibus perfecto. Verum & seruata lectione negatiua, vti constanter legitur in[illegible]

[illegible] congruus ſenſus excipi poteſt ex verbis Ariſtotelis ; quem dicimus ita enunciare de ſi[illegible] perfecti in ſecundo ordine poſitis ; quòd eiuſmodi non ſunt ſecundum ſe perfecta, [illegible] unde habent vt perfecta dicantur, nempe ab ordine primarum ſignificationum, quæ pri[illegible] perfecta ; adeo vt ita intellexerit Ariſtoteles ſignificata ſecundi ordinis non eſſe ſecundũ [illegible] perfecta, quia non primo ſint perfecta, non autem quòd ſignificent perfectum per accidens, vt eſt [illegible] accidens ad perfectam alicuius iuuentutem. Non enim ſunt huiuſmodi, quæ perfecta dicun[illegible] in ſecundo ordine perfectorum : ſiquidem & hæc alia dicuntur per ſe perfecta ; aut quoniam ha[illegible] perfectum, vt puta iuuentutem perfectam : aut quoniam faciant perfectum ; ſicuti exercitium perfectum dicitur, quoniam perfectam ſanitatem efficiat, quod quidem per ſe facit : & hac ratione per ſe perfectum dici poteſt exercitium ; non autem ita quod obtineat in ſe ipſo eſſentiam perfectionis, quæ primo ipſi perfectæ ſanitati conuenit. igitur huiuſmodi perfectiones non ſecundum ſe ſunt, quia non primo ſunt : ſed (vt inquit Ariſtoteles in calce huius contextus) aliquo modo dicuntur ad ea, quæ primo dicta ſunt perfecta. Exemplum autem, quod nonnulli hoc loco afferunt de medico, dicen[illegible] ipſum appellari perfectum, quia perfectam inducat ſanitatem, minus congrue enũciatum videtur. Quandoquidem medicus cenſendus perfectus primo & per ſe is, qui in ſua arte ſit perfectus : perfectio autem medici ex inducta perfecta ſanitate arguitur. Illud vero, *aut conueniunt, aut tali:* aduertendum, græce ita legi : ἢ ἁρμόττειν τούτῳ. Perionius autem aliam lectionem ſequutus, vertit : *aut hoc decent*. Alexander autem inquit, ſic intelligi perfecta, quæ perfectis conueniunt : & hunc in modum [illegible] hastam Achillis dici perfectam, quoniam ipſe ſolus, qui perfectus erat, vti illa poterat, & actio dicitur perfecta, quæ decet ſtudioſum. D. Thomas affert exemplum de imagine, quæ perfecta [illegible], dicitur, ſi perfecte repræſentet ſimilitudinem alicuius ; & ita per ſimilitudinem eſt perfecta. [illegible] quo tamen poteſt eſſe dubium, quoniam videtur, quòd imago dici debeat per ſe primo perfecta, ſi perfecte ſit effecta. ſi autem dicatur imago perfecta, quoniam ſit imago alicuius perfecti viri fortis, hũc in modum per accidens perfecta diceretur. Qui dixerit autem inceſſum perfectum, aut perfectam vocem, ſi ſint, vt debent eſſe in magnanimo, recte dixerit, appellans perfecta, quæ viro perfecto, ipſi magnanimo conueniunt. Similiter perfecta ſcena dicetur quæ perfectæ tragœdiæ ſit accommodata. Adnotandum autem circa hunc contextum apud Alexandrum hæc haberi. *Ea igitur quæ per ſe perfecta dicuntur tot modis dicuntur ; alia propterea quòd in bene ſe agendo nil ipſis deficit ; neque exuperationem habent, neque quicquam eſt extra :* quibus verbis hæc deinde alia ſubduntur : *aliæ omnino, ex eo quia in vnoquoque genere exuperationem non habent, neque quicquam eſt extra*. quæ adiuncta verba leguntur etiam apud Argiropylum, & apud Auerroem, cum tamen in græco codice deſiderentur : ſicuti & prætermiſſa ſunt a Beſſarione, & ab ipſo Perionio : & iure quidem ; cum hæc adiuncta verba, eadem ſint cũ prioribus ; a quibus hæc ſola particula abeſt ; *quòd ſi bene* : vt omnino dicendum ſit, breuiter hic epi[illegible] ab Ariſtotele adducta prius ſignificata huius nominis : *perfectum ;* quæ per ſe primo dicta ſunt ; [illegible] & alia ſubinducturus eſſet ſignificata perfecti ſecundum ſe, ſed non primo dicta. Auerroes autem per hæc addita verba, cenſuit tradi aliud ſignificatum ipſius perfecti. dicens eſſe ſermonem in hoc ipſo de [illegible], quæ ſint perfecta in omni genere rerum : quod ait competere Deo, in quo nulla bonitas extra, quæ non ſit in ipſo, cum omnis perfectio creaturarum ſit in Deo. Verum obſtat huic interpretationi, quòd Ariſtoteles iam in vno ex prioribus ſignificatis ſuppoſuit perfectionem ſecundum quamcunque ſpeciem ; cum diceret, eſſe perfectum id, ad cuius virtutem nil poſſit accedere ſecundum genus ſuum.

Alexand.

D.Tho.

Auer.

De Termino. *Cap. XVII.*

P A R A P H R A S I S.



TERMINVS dicitur extremum cuiuſq; rei : tum illud, extra quod nihil eſt accipere, vt in linea initium & punctum ipſius, extra quod nil aliud primum eſt accipere : tum illud, intra quod primum omnia continentur : ſicuti pariter in linea, punctum eſt illud primum, intra quod omnes partes lineæ continentur. Item quod eſt ſpecies magnitudinis, vt linea & ſuperficies ; vel habentis magnitudinem, vt triangulus & circulus ; qui ſunt ſpecies figuræ habentis magnitudinem. Item terminus, dicitur finis cuiuſque ; quod intelligitur pro eo, in quod terminat motus, & operatio ; terminus ſcilicet ad quem ; & non terminus, a quo, quamquam etiam interdũ pro vtroq; termino, & pro eo a quo, & pro eo ad quem, finis accipiatur. Item cuius cauſa alia aguntur. Item ſubſtantia cuiuſque, & quod quid erat eſſe cuique : hoc enim eſt terminus cognitionis cuiuſque rei. Quod quidem ſi eſt terminus cognitionis, rei quoque quæ cognoſcitur, eſt terminus. Ex his manifeſtum, ꝙ quot modis dicitur principium, totidem etiam dicitur terminus : quin etiam ad plura ſe extendit terminus : nam omne principium eſt terminus ; non autem conuertitur, vt omnis terminus ſit principium : nam finis motus terminus dicitur ; non autem principium.

TEXTVS.

TERMINVS dicitur, quod vltimum cuiusque est, & extra quod nihil est accipere primum & intra quod omnia primum. Et quod magnitudinis forma, aut magnitudinem habentis cuiusque finis. tale vero est, ad quod motus & actus, & non a quo. [a] *quandoque autem ambo & a quo, & ad quod. Et cuius causa.* [b] *Et substantia vniuscuiusque, ac quod quid erat esse vnicuique. cognitionis enim hoc terminus est, quòd si cognitionis, rei quoque est. Quare patet quod quoties dicitur principium, toties etiam terminus, & adhuc amplius.* [c] *principium namque terminus quidam: sed non omnis terminus principium.* L.

ADNOTATIONES.

QVANDOQVE [a] *autem ambo, & a quo, & ad quod.* Ait hoc loco, finem interdum sumi pro termino ad quem. Veluti in consultationibus, quod est vltimum in exequutione, fuit primum in consultatione; quod quidem in exequutione est finis eius, a quo cœptum est exequi: & ita explicauit Alexander. [b] *Et substantia vniuscuiusque, & quod quid erat esse vnicuique illa.* Prima dictio *substantia*, accipi potest pro essentia non explicata; quæ postmodum explicatur per hæc adiuncta: *& quod quid erat esse vnicuique.* Et quoniam quod quid erat esse, terminat cognitionem, & cognitio est rerum; hinc substantia, & quæcunque res, cuius est est cognitio & definitio, terminus erit. [c] *Principium namque terminus.* Docet quòd terminus in plus se habet quam principium; quoniam omne principium est terminus: at non e contra, nam finis motus dicitur terminus; non autem principium.

Alexand.

De ijs quæ dicuntur secundum quod, & secundum se. *Cap. XVIII.*

PARAPHRASIS.

SECVNDVM quod, seu quo, græce τὸ καθ' ὅ, dicitur multis modis. Primus est species & substantia cuiusque rei. Veluti dicimus ipsum bonum, & ideam boni esse id, quo res bona est, vt omnino forma rei sit illud, quo res quæque est. Secundus modus est, vt secundum quod, seu quo, dicatur illud, in quo primo apta est res fieri; vt color in superficie; adeo quòd primus modus pertinet ad speciem: secundus vero modus ad materiam, seu ad subiectum cuiusque rei primum & immediatum. In vniuersali autem quot modis dicitur causa, totidem etiam dicitur ipsum secundum quod: consueuimus enim dicere, secundũ quid, vel cuius causa Socrates huc accessit? nempe, secundum quam causam mouentem ipsum sub ratione finis accessit. Similiter etiam dicere consueuimus, secundum quid falsa ratio conclusa est? aut recte conclusa? innuentes causam efficientem, secundum quam, aut false, aut vere sit conclusum. sicuti etiam de bello Troiano inquirentes secundum quid euenerit, inquirimus, quæ causa efficiens huius belli extiterit. Vnde perspicuum est, ipsum secundum quod, tot modis dici, quot modis etiam causa dicitur. Amplius dicitur etiam secundum quod, secundum positionem; vt secundum quod stetit? aut secundum quod ambulat? ad designandam positionem, & locum, seu modum standi, & ambulandi; quoniam vel inclinatus, vel erectus hæc fecerit.

Consequenter necesse est, vt ipsum secundum se, seu per se, græce, τὸ καθ' αὑτό, dicatur multis modis. Vno modo dicitur ipsum quod quid erat esse cuique rei: veluti Socrates est secundum se quod quid erat esse ipsius, quod pertinet ad eius essentiam. Secundo modo dicitur secundum se illud, quod inest, & continetur vt pars in ipso quod quid erat esse: sicuti Socrates dicitur secundum se animal, quoniam in eius definitione inest animal. Tertius modus est, vt dicatur secundum se illud, quod in se ipso quidpiam susceperit primo, vel in parte ipsius, vt primum subiectum existens rei inhærentis. Veluti superficies est alba secundum seipsam, tanquam primum subiectum susceptiuum albedinis: & homo etiam secundum se est animal. siquidem anima est pars hominis, in qua primo inest ipsum viuere: & hac ratione homo secundum eius partem, quæ est anima, erit secundum se animal. Quarto modo dicitur secundum se illud, cuius nulla est alia causa immediata; quemadmodum hominis plures causæ possunt assignari; vt puta animal bipes; attamen secundum se homo, est homo, idest, secundum suam specificam formam, per quam immediate constituitur hominis essentia. Amplius vltimo modo dicuntur secundum se, quæ insunt soli & quatenus soli insunt. Et ideo quod separatum est a materia, dicitur esse secundum se.

TEX-

TEXTVS.

SECVNDVM quod multipliciter dicitur. Vno modo, forma & substantia cuiusque rei, vt secundum quod bonus, ipsum bonum. Alio, in quo primo fieri aptũ est, vt color in superficie. Quod igitur primo dictum est secundum quod, ipsa forma est. secundo vero, tanquam cuiusque materia, & primum cuiusque subiectum. Et omnino ipsum secundum quod, toties dictum erit, quoties & causa. secundum quod enim venit, aut qua causa venit dicitur. et [a] *secundum quod paralogizatum, siue syllogizatum est, & quæ syllogismi, siue paralogismi causa est. Item secundum quod dicitur, quod secundum positionem est.* [b] *secundum quod stetit, aut secundum quod vadit. etenim hæc omnia positionem & locum significant. Quare & secundum se multipliciter vt dicatur necesse est. Vno namque modo* [c] *secundum se est quod erat esse cuilibet. vt Callias, & quod quid erat esse Calliam. Alio vero, quæcunq; in eo quod quid est insunt. vtputa Callias secundum se animal est. in ratione enim animal inest. Callias enim quoddam animal est. Item si in seipso primo susceperit,* [d] *aut in aliquo sui. vtputa superficies alba secundum se, & homo secundum se viuens. anima namque pars quædam hominis est, in qua prima ipsum viuere est. Item cuius non est aliqua alia causa. hominis namque multæ causæ sunt, animal, bipes. attamen secundum se homo est homo. Item quæcunque soli, prout soli insunt. quare quod separatum est, secundum se est.*

ADNOTATIONES.

SECVNDVM [a] *quod paralogizatum est.* Hoc loco supponitur causa efficiens illud, vnde verum vel falsum in syllogismo concludatur; cum tamen supra, dum ageretur de causa, suppositum sit propositiones esse materiam conclusionis. Idcirco huic apparenti contradictioni ita occurrendum est; dicendo, quòd ad formam syllogisticam colligendam propositiones concurrunt pro materia, cum ex earum complicatione tanquam ex materia, conclusio tanquam forma syllogismi deducatur. Aliud vero est considerare, quòd veritas aut falsitas in syllogismo concludatur: nam huius, vel alterius conclusionis est causa vt efficiens, veritas, seu falsitas propositionum. [b] *Secundum quod stetit.* Non proprie locus designatur his verbis; sed positio corporis in loco; quatenus stando, vel ambulando, positio aliqua circa corpus vel erecta, vel curua denotatur. [c] *Secundum se.* Terminus anterior, nempe ipsum, *secundum quod*, seu *quo*, Græce, καθ' ὅ, (vt patet ex eius explicatione) accipitur pro causa, seu modo, quo aliquid fit. ipsum vero *secundum se*, græce καθ' αὑτό, respicit rem, quæ talis sit secundum se; vel quo ad ea, ex quibus constituitur, vel quo ad ea, quæ sint in ipsa vt eius passiones. Primus autem modus assignatus ipsius secundum se comprehendit totam rei definitionem. Secundus autem aliquam partem spectantem id rei definitionem; vt quòd homo sit animal: qui modus non fuit distinctus a priori in Analyt. vbi tantummodo vnus modus constitutus est, & fuit primus, in quo comprehenduntur omnia prædicata essentialia ad rei definitionem pertinentia. Tertius autem modus hic assignatus, quo dicitur esse secundum se illud, quod est primũ susceptiuum alicuius rei inhærentis, sicuti superficies est alba, respondet tertio modo posito in Analyt. & explicatur hoc typo, & ijs nominibus; vt id *secundum se, quod non dicitur de subiecto:* ex quo sequitur, vt istud sit primum subiectum, quod recipit in se aliquid, non alio mediante, sed secundum se primo. D. autem Thomas tertium modum hic assignatum censuit respondere secundo modo posito in Analyt. quod tamen non apparet. Quartus vero modus hic assignatus, respondet quarto pariter modo constituto in Analyt. vbi supponitur secundũ se esse, si causa sit immediata: sicuti mortis causa immediata est ipsa iugulatio, vt ibi dicitur. hoc autem loco dicitur, quòd hominis non est alia causa secundum se, nisi homo, idest forma, & vltima eius differentia: de qua infra lib. 7. docetur, qualiter in ipsa proprie consistit esse & definitio rei. Quintus vero modus positus in hoc loco, supponitur a D. Thoma respondere tertio modo posito in Analyt. in quo dicitur esse secundum se id, quod non dicitur de subiecto; sed ipsum est primum subiectum. Quem modum nos ostendimus respondere tertio modo hic assignato; quòd sit secundum se, quod est primum susceptiuum alterius rei. Et vltimum modum hic assignatum respondere censemus secundo modo posito in Analy. in quo supponitur aliquid inesse subiecto, vt proprium ipsius: sicuti lineæ rectum, aut curuum: & numero par aut impar: adeo quòd, nisi distincta & constituta fuisset hoc in loco pars definitionis pro vno modo dicẽdi per se, vti diuerso ab illo, in quo tota definitio accipiatur, ijdem omnino modi dicendi per se, & numero, & re essent illi, qui hic, & qui in Analyt. constituuntur. [d] *Aut in aliquo sui.* Vult hoc loco aliquid esse secundum se, etiam quòd non secundum totum, sed secũdum partem in aliquid suscipiatur: sicuti non est homo per se primo susceptiuus animalis secundum totum suum esse, sed solum ob partem ipsius; idest, ob animam, quæ per se prima viuit, aut sentit. Alibi autem (vt innuit etiam Alexander) dictum est, quod inest alicui per partem, inest per accidens. sed forte hoc, quo ad partes quantas spectantes ad totius integritatem; non autem quo ad partes essentiales intelligendum est. si quidem dicitur homo animal non secũdum accidens; licet pars totius compositi sit animal. Hęc autem animaduersio non est facta in Analyt. vbi regulæ generales erant afferendæ: hic autem in indagine primæ philosophiæ distinctius res explicantur. In quinto autem lib. Physicorum & in lib. 11. apud

D. Tho.

Alexand.

apud nos 13.traditur distinctio in ea, quæ per se, & in ea quæ pet accidens, & secundum partem dicitur. ᵉ *Quod separatum, secundum se.* Alexander ait, aliter etiam loco huius dictionis, κεχωρισμένον, idest, *separatum*, lectum esse κεχρωσμένον, idest, *coloratum*: quæ lectio non videtur conuenire verbis præcedentibus; in quibus dicitur, quòd sit secundum se illud, quod soli inest, quatenus soli inest. Ideo dicendum ex antedictis deduci quoddam consectarium, quod est eiusmodi: esse secundum se id, quod est sepatatum; nempe a materia. Quibus quidem verbis innuitur Deus Opt. Max. per se existens, & a nulla re dependens: sicuti etiam in explicatione huius termini, *necessarium*, supra deductum est, illud aliud consectarium; quòd si qua sunt æterna & immobilia, his nil violentum, nil præter naturam inest. Quas illationes astruit Aristoteles, vti consentaneas ad doctrinam astruendam de primo principio.

De Dispositione. Cap. XIX.

PARAPHRASIS.



DISPOSITIO dicitur ordo rei habentis pattes: aut secundum locum, prout partes exercitus, qui ita sit dispositus vt in priori loco antecedat equitatus, post sequatur peditatus, & vltimus locus ab alio equitatu claudatur. Aut secundum potentiam, cum partes deseruientes potentiæ (veluti ad pugnandum) sint dispositæ, vti conuenit potentiæ exercendæ. Aut secundum speciem: sicuti in statua, quo ad eius partes requiritur quædam dispositio ordinata circa partes, & ita in natura hominis, & aliarum rerum. Siquidem oportet quandam adesse positionem in partibus, vti etiam sonat hoc nomen dispositio.

TEXTVS.

D*ISPOSITIO dicitur ordo partes habentis*, ᵃ *aut secundum locum, aut secundum potentiam, aut secundum formam. positionem enim quandam esse oportet, sicut ipsum etiam dispositionis nomen significat.*

ADNOTATIONES.

Alexand. AVT ᵃ *secundum potentiam.* Alexander censet dispositionem secundum potētiam esse, quēadmodum in potentijs animæ, in quibus prima est vegetalis, secunda sensitiua, vltima rationalis. idem censet dictum illud Aristotelis, quòd oportet esse quādam positionem in dispositione, intelligi debere de partibus secundum situm, vel secundum formam per accidēs in dispositione secundum potentiam. Verum, cum dicat Aristoteles *dispositionem secundum potentiam*, iam non plures, sed vnam potentiam insinuat; de qua debet esse consideratio secundum dispositionem partium; siue sit secundum locum, siue secundum potentiam, siue secundum speciem. Vnde Philoponus hæc habet; *vel secundum potentiam vt in gladio, & in se: verbi gratia, quoniam habet bonam dispositionem ad secandum:* quasi velit innuere Philoponus, quòd alicuius potentia sit talis, vt ad aliquid agendum sit

Philop. disposita, & in se bene disposita. Veluti erit gladium, quod & in se bene sit dispositum, & etiam ad incidendum. Quemadmodum etiam diceremus, dispositionem esse potentiæ ad pugnandum, adeo vt sint cum ordine conuenienti partes dispositæ in corpore humano; veluti, vt lacerta sint latissima, collū cōpactum, & manus netuosæ, & eiusmodi alia. Secūdum speciem vero dispositio erit, vt quod conuenit cuique naturæ, sit ordine dispositum in singulis partibus. Quod autē dicit Alex. ꝙ positio includit partium situm, & ꝙ proprie conuenit partibus secundum locum, & secundum formam; ad hoc possumus dicere, ꝙ si potentia simpliciter significat loci situm, vtique proprie ipsi dispositioni secundum locum conuenit: ipsi veto dispositioni secundum formam, & secundum potentiā conueniret, quatenus nulla harū sine partibus in loco dispositis potest considerari. Verū in dispositione secundū potentiā, & secūdum formam, erit positio partiū in loco consideratarū ad rationē potentiæ & formæ, vt explicatum est.

De Habitu. Cap. XX.

PARAPHRASIS.



HABITVS autem vno modo dicitur, veluti actus quidam rei habentis & habitæ, ad similitudinem ipsius actionis & motus: sicuti enim inter id quod facit, & id quod fit, est media ipsa operatio; ita quoque inter habentem vestem, & habitam vestem, medius est habitus: qui quidem manifestum est, quòd non potest habere alium habitum: alioquin esset abitio infinita in habere ha-

... rum. Alio modo dicitur habitus diſpoſitio, qua bene vel male afficitur illud, quod diſponitur; ... re ipſo, vt ſanitas eſt habitus bonus, ſeu diſpoſitio bona valetudinis in re ipſa, ad quam pertinet ... vt ad aliud; ſicuti eſt diſpoſitio ad pugnandum; & ſicuti iuſtitia eſt habitus ad alienum bonū ... Amplius dicitur habitus pars dictæ diſpoſitionis: veluti, ſi bene ſit diſpoſitum epar in homi- ... etiam partium virtus eſt quidam habitus.

TEXTVS.

HABITVS autem dicitur vno modo, tanquam quidam habentis, & habiti actus, ſicuti actio quædam aut motus. nam cum hoc quidem efficit, illud vero fit, eſt media effectio. ita & habentis veſtem & veſtis habitæ eſt medius habitus. Hunc itaque habitum, quòd non contingit habere manifeſtum eſt. in infinitum enim progrederetur, ſi habiti eſſet habitum habere. Alio modo [a] *habitus dicitur diſpoſitio ſecundum quam bene vel male diſponitur diſpoſitum, et aut ſecundū ſe, aut ad aliud, ... quidam habitus eſt. diſpoſitio etenim talis eſt. Item habitus dicitur, ſi particula talis diſpoſitionis* [b] *quare partium quoque virtus quidam habitus eſt.*

ADNOTATIONES.

HABITVS dicitur diſpoſitio. In prædicamentis quoque hoc habetur, quòd habitus eſt quędam diſpoſitio; ſed non omnis diſpoſitio eſt habitus. In 2. quoque libro Ethic. dicitur, quòd diſponimur per virtutem ad operanda, quæ decent. Verum in prædicamentis diſtinguitur diſpoſitio ab habitu, quatenus habitus eſt firma qualitas, non autem diſpoſitio. neque tamen propterea inconuenit dicere, quòd per habitum diſponimur, & habiles reddimur ad aliqua agenda. Cum autem ſubiungitur, quòd diſpoſitio eſt, qua diſponitur diſpoſitum vel ſecundum ſe, vel ad aliud, id innuitur, verbi gratia: quòd ſanitas eſt illa, qua homo bene diſponitur vt valeat, vt ad ipſum ſit bene ex valetudine, quam obtineat. Ad aliud vero, vt ſi aliquis habitu ſit bene diſpoſitus ad pugnandum, quod munus pręſtare habet pro tuenda republica: ſicuti & iuſtitia eſt habitus ad alienam pertinens vtilitatem. Quòd vero hoc loco ait D. Thomas, primum ſignificatum habitus, quo denotatur actus rei habentis & habitæ, pertinere ad vnum prædicamentum, quod eſt habere: dicere poſſumus, innui quidem huiuſmodi prædicamentum per ea, quæ in primo illo ſignificato habitus continentur: verumtamen nō concedendum, quòd habitus concernat rationem vnius prædicamenti, vt facit habere: quoniam habitus ſub huius nominis notione, pertinet ad prædicamentum relationis, quatenus habitus ad habentem ...itur. Notandum autem hic non conſiderari habitum, vt eſt ſub prædicamēto qualitatis, in qua ſpe... qualitatis, vt fit in libro prædicamentorum: vbi ſcopus eſt tradere genericas notiones, quatenus ... generibus concluduntur ad notitiam habendam vocum omnium aliquid ſignificantium: ... tantummodo hic, ſecundum huius præſentis methodi ſcopum, varia habitus ſignificata tradūtur. D.Tho.

[b] *Quare partium quoque virtus quidam habitus eſt.* Alenſis per hæc intelligit, virtutem pertinere ad partes animæ; ut quòd fortitudo pertineat ad partem animæ dictam concupiſcibilem: prudentia vero ad animam rationalem. Verum ſermo Ariſtotelis apparet generalis ad partem quamcunque pertingens, ... cuiuſcunque rei. Vnde dicemus, quòd epar etiam poteſt habere habitum, quo bene ſit diſpoſitum, vt hæc ſit eius virtus: & ita uirtus accipietur non pro habitu morali tantum; ſed latiori modo, & magis generico. Neque etiam uerum uidetur dictum aliud Alenſis, quòd fortitudo pertineat abſolute ad cōcupiſcibilem, cum omnis uirtus moralis præcipue dependeat ab electione, & a recta ratione: ut docet Ariſtoteles in lib. 6. Eth. Alenſis.

De Paſſione. Cap. XXI.

PARAPHRASIS.

PASSIO autem dicitur vno modo qualitas, ſecundum quam contingit fieri alterationem; veluti album & nigrum, dulce & amarum, grauitas & leuitas, & quæcunque alia huius generis. Alio modo harum qualitatum operationes, & alterationes exiſtentes in actu, dicuntur paſſiones; ut albefieri, calefieri, & huiuſmodi. Item dictarum qualitatum, quæ magis ſunt ...ciuæ alterationes & motus, & maxime quæ damnoſæ & moleſtæ ſunt, paſſiones dicuntur. Item magnitudines calamitatum, & dolorem inferentium, paſſiones pariter appellantur.

TEXTVS.

TEXTVS.

PASSIO dicitur vno quidem modo qualitas, secundum quam alterari contingit, vt album, nigrum, dulce & amarum, [a] grauitas & leuitas, & quæcunque alia similia. Alio modo horum actiones, & iam alterationes. Item harum magis, quæ noxiæ alterationes, & motus, & maxime quæ tristes & noxiæ sunt. Item calamitatum & tristium magnitudines passiones dicuntur.

ADNOTATIONES.

Alexand. GRAVITAS [a] *& leuitas.* Alexander ait, hæc inter ea numerari, quibus corpora alterantur, quatenus corpora in sua forma persistentia accipiunt intensionem & remissionem: quæ mutationes in ipsis factæ ad interitum & ortum earum pertinerent. Non explicat autem Alexander, neque vllus alius interpres, quomodo grauitas & leuitas pertineant ad alterationem corporum. Ideo aduertendum, post primum significatum passionis, in quo numerantur, album, nigrum, & grauitas, & leuitas cum alijs nonnullis; subiungi aliud significatum per hæc verba, *amplius horum actiones*, græce ἐνέργειαι; id est actus, seu operationes; quibus dicimus denotari motus prouenientes a grauitate & leuitate; sicuti etiam supra in cap. de quali, inter motuum differentias numeratæ sunt grauitas & leuitas. Illis vero verbis: *& alterationes*, denotantur passiones in actu existentes; vt calefieri, nigrefieri & eiusmodi: & ita in primo significato erit comprehensa qualitas dicta passiua in prædicamentis: & in secundo, passio, quæ simul cũ dicta passiua qualitate ponitur ibi pro tertia specie: ad quam passionem pertinent etiam magnitudines calamitatum, & rerum molestarum, de quibus hic est mentio in assignatis significatis de passione.

De Priuatione. *Cap.* *XXII.*

PARAPHRASIS.

PRIVATIO vno modo dicitur, si quid non habeat quidpiam, quod aptum sit haberi ab alio, licet non ab ipso: sicuti planta dicitur priuata visu, quem habere aptus est homo, sed nõ planta. Alio modo, si quid aptum habere aliquid, vel quatenus ipsum, vel secundum suum genus, illud non habet: & hunc in modum diceretur priuatus visu homo, vt est homo, si visum non haberet: talpa autem, non quatenus talpa, sed vt animal, aspectu priuata diceretur non secundum se ipsam, sed secundum genus suum ipsum animal, quod est aptum in genere ad videndum. Amplius, si quid aptum habere, & quo tempore aptum est habere, non habeat quod a natura possit habere, id dicitur priuatum; sicuti canis ad ætatem peruentus, in qua aptus est videre, si tunc non videat, cæcus diceretur; non autem ante debitam ætatem non videns, proprie cæcus dicẽdus esset. Similiter adijciendum est in quo loco: non enim cæcus ille, qui non videat, quæ retro ipsum sint posita, vel infra terram. Similiter in qua parte sit priuatus: non enim cæcus censendus, est qui auribus non videat. Adhuc in consideratione ponendum est illud, quod cernendum est: non enim cæcus, qui vocem non audiat. Ac denique quomodo: non enim cæcus homo, qui nõ videat, vti solet videre lynceus; sed si nõ videat vt apta est videre hominis natura. his enim omnibus simul iunctis circunstantijs, si quis homo habens ætatem aptam aspectui, in loco quo possit videre quæ sunt videnda, ea non videat secundum modum humanæ naturæ conuenientẽ, is vtique cæcus proprie, & priuatus visu dicendus erit. Item violenta cuiusque rei ablatio, dicitur priuatio; vt si quis fortunis suis spolietur. Amplius quot modis negationes dicuntur apud Græcos ab ipsa vocali Alpha incipientes; apud Latinos vero ab ipsa syllaba in, tot etiam modis priuationes dicuntur. Nam inæquale dicitur, quod non habet æqualitatem, quam aptum est habere. Inuisibile autem quod omnino non habet colorem, aut praue habet. Et sine pedibus (græcæ ἄπουν) dicitur & non habens pedes, & praue habens. Amplius & quod exiliter habet aliquid, priuatum dicitur, vt innucleatum, quod vix nucleos habeat; sicuti dicimus exossem oliuam. Item quòd non facile, aut non bene aliquid pati potest: sicuti insectile dicitur aliquid, non solum quia absolute secari non potest; sed etiam quia aut non facile, aut non bene potest secari. Item quod omni ex parte non habet. Non enim cæcus dicitur monoculus, sed qui vtroque oculo sit priuatus: & ideo non dicendum, quòd omnis homo sit bonus aut malus; seu iustus vel iniustus, quando datur etiam aliquis ambigens inter vtrumque: sicuti etiam inter videntem & cæcum interiectus est luscus.

TEXTVS.

PRIVATIO dicitur vno modo, ſi non habeat aliquid eorum, quæ apta ſunt haberi, etiam ſi ip-ſum non ſit natura aptum habere. vt planta dicitur oculis priuari. Alio modo, ſi cum aut ipſum, aut genus eius aptum habere ſit, non habeat, vt puta aliter cæcus homo viſu priuatur, & aliter tal- ... hæc quidem ſecundum genus, ille vero ſecundum ſe. [a] *Item ſi cum aptum ſit, & quando ...um ... re non habeat. cæcitas namque priuatio quædam eſt, cæcus autem non ſecũdum omnem æta-... ...na aptus eſt habere, non habet. Similiter ſi in quo, & ſecundum quod, & ad quod, & quem-...dum natura aptus ſit, non habeat. Item violenta cuiuſque ablatio priuatio dicitur. Et quoties negatio-... IN, vel ſimili negatione incipientes dicuntur, toties etiam priuationes dicentur. Inæquale namq; ...tur, eo quod non habeat inæqualitatem, aptum exiſtens habere. inuiſibile vero, eo quòd non habeat om-... ...orem, & quod exigue, &* [b] *impes, eo quòd & non habeat omnino pedes, & quòd debiles. Item cum ...m quid habeat, vt cum dicimus oliuã exoſſem, hoc autem eſt, eo quòd exile quiddam habet. Item, cum ... aut non bene. vt inſecabile, non ſolum eo quòd non ſecetur, ſed etiam eo quòd non facile, nec be-... cum omnino non habeat, cæcus namque dicitur non qui vnoculus eſt, ſed qui vtriuſque oculi viſu ...* [c] *Quare non omnis, bonus vel malus, aut iuſtus vel iniuſtus, ſed etiam intermedium eſt.*

ADNOTATIONES.

ITEM [a] *ſi cum aptum ſit.* Vt aliquid dicatur priuatum, opus eſt vt omnes has habeat conditiones. Primo, vt res ſit apta ad aliquid habendum, vt puta homo ad videndum. Secundo requiritur tempus conueniens, ſeu ætas apta ad videndum. Tertio vt in loco conuenienti fiat viſio, quoniam non quæ infra terram latent, cernere habet videns. Quarto, vt ſecũdum ...am partem deditam viſioni; vt oculis cernatur, non auribus. Quinto, vt ſit proprium ſubiectum, c... quod viſionem exerceat; quoniam circa colorem, non circa ſonos debet eſſe viſio. Poſtremo re-q...tur, vt omni ex parte ſit priuatus, quoniam monoculus non proprie cæcus dicendus eſt. His igitur o...bus conditionibus ſimul ſuppoſitis, qui non videat homo, perfecte, & abſolute oculorum aſpectu pri...tus dicetur. [b] *Impes.* Græce ἄπουν, Auerroes interpretatur, pedum tres eſſe priuationes; vel quo-... non habeantur pedes; vel quoniam praui, & tortuoſi: vel quoniam debiles. Et duo quidem mo-d... priuationis pedum ſunt manifeſti in verbis Ariſtotelis: ſi aut nullo pacto habeantur pedes; aut ſi praue habeantur. de exilitate autem pedum nulla mentio in contextu apparet. Sed tanquam alius modus ...tionis ſubiungitur ijs verbis: *ſi quis exiliter habeatur*; cuius exemplum affert Ariſtoteles οἷον τὸ ... quod Alexander interpretatur; vt innucleoſum: ſicuti diceremus oliuam exoſſem, quæ exile os ... quemadmodum (vt idem dicit) & incolles dicuntur, Græce ἀτράχηλοι, qui breui ſunt collo. Et ... conueniens ſententiæ Ariſtotelis dicentis, quòd exiliter habere, eſt habere quodammodo ... alia innuitur ſignificatio priuationis. Cum autem dicat, quòd omnes negationes ab ipſo Al-... deriuantes ſignificant priuationem; id quo ad græcum idioma eſt intelligendum. nam apud Lati-... negationes priuatiuę ab ipſa ſyllaba, in, incipientes deducuntur; vt inſecabile, inuiſibile: nec nõ apud ... as nationes poteſt eſſe alius modus, & vſus vocum ſignificantium negationes priuatiuas. Hæc autem ... ina de priuatione ſecundum etiam negationes, eſt generalis ad omnes hominum conſuetudines: ... apud omnes ſupponantur conceptiones communes, his, vel illis vocibus explicatæ: ſiquidem (vt ... in lib. de Enunciatione) voces ſunt diuerſæ, conceptus autem ſunt ijdem apud omnes. [c] *Quare ... omnis bonus vel malus, aut iuſtus vel iniuſtus, ſed etiam intermedium eſt.* Deducit hoc loco con-ſectarium ex antedictis: & eſt huiuſmodi; non eſſe omnibus numeris abſolutam eam diuiſionem, in ... dicatur, quòd omnis homo eſt aut bonus, aut malus: ſed datur medium, quo neque bonus neq; ma-lus ... quis dicatur. De qua re tractat etiam explicatius Ariſtoteles infra lib. 11. apud nos 13. cap. 3. vbi docet, quomodo & in his medijs cadit aliqua oppoſitio ſecundum priuationem alicuius earum partiũ, quæ pertinent ad bonitatem, ſeu ad habitum iuſtitiæ.

Auer. Alexand.

De Habere. *Cap. XXIII.*

PARAPHRASIS.

HABERE dicitur multis modis. Vno modo, vt ducere aliquid ſecundum ipſius naturam, vel ſecundum ipſius impetum & inclinationem: ita dicitur febris habere hominem: & tyrannus ciuitatem; & homo veſtem, qua indutus eſt. Alio modo dicitur habere illud, in quo vt ſuſceptibili, ineſt aliquid: & ita dicitur, quòd res habet formam ſtatuæ: & corpus ægritudinẽ. Alio modo dicitur continens habere contentum, vt vas aquam, ciuitas homines; & nauis nautas in ipſa contentos:

contentos:& hunc in modum totum quoque habet partes: sic & columnæ dicuntur habere imposita onera,quæ alioquin ruerent. Vnde & ipsi poetæ finxerunt, Athlantem sustinere cęlum,ne rua & ex Philosophis nonnulli asseruerunt.Hunc etiam in modum continuum dicitur habere ea,quæ continet: quæ alioquin suo ipsorum naturali impetu singula dissiparentur. Totidem etiam modis esse in aliquo consequenter ad ipsum habere.

TEXTVS.



ABERE multipliciter dicitur. Vno modo, [a] cum quid secundum suam naturam, aut inclinationem agat: quare dicitur quòd febris hominem habet, & tyranni ciuitates, & vestem. Alio modo, in quo quid tanquam susceptiuo existit, vt æs habet statuæ formam, & corpus ægritudinē. Alio modo, vt continens ea, quæ contenta sunt. in quo namque contentum dam est, haberi ab eo dicitur. vt vas habere humidum dicimus, & vrbem homines, & nauem nautas, totum partes habet. Item quod prohibet aliquid secundum suam inclinationem moueri, aut agere, dicitur hoc ipsum, vt & columnæ imposita onera. & ut Poetæ Atlantem faciunt cęlum habere, tanquam ipse teneret, casurum super terram, vt quidam Physiologorum tradunt. Hoc autem modo [b] & continens dicitur, quæ continet habere, tanquam separaretur secundum suam inclinationem vnumquodque. In aliquo etiam esse similiter & consequenter, sicuti habere dicitur.

ADNOTATIONES.



VM [a] quid secundum suam naturam, aut suum impetū agit. Prima significatio huius dictionis *habere*, huc pertinet, vt quidpiam agatur, & ducatur secundum naturam ducentis, sicuti febris agit hominem secundum naturam suam febrilem; aut *secundum ipsius impetum* sic Tyrannus ducit ciuitatem secūdum impetum; idest, ad arbitrium suæ inclinationis & voluntatis: & ita etiam indutus veste, vestem agit, & ducit illam ad libitum suæ voluntatis. [b] *Et continens dicitur quæ continet habere*. Vtitur hoc loco Aristoteles hac voce τὸ συνέχον, cum prius habuisset adhibuisset, τὸ περιέχον, idest continens: forte, quoniam hic est sermo de continuo, quo continentur quæ in ipso continuantur: & ideo τὸ συνέχον dictum est, ad denotandam continuationem.

De eo, quod ex aliquo. Cap. XXIIII.

PARAPHRASIS.



X aliquo esse vno modo dicitur, tanquam ex materia; & hoc dupliciter: aut secundum primum genus materię: aut secundum vltimam eiusdem speciem. Nam ex ære statua, tanquam ex vltima specie materiæ constituitur: ex aqua vero, tanquam ex primo suo genere materiali. quidem æs, & omnia liquabilia, ex aqua, tanquam ipsorum materia constant. Alio modo dicitur ex aliquo, vt ex primo mouente; veluti pugna ex conuicio processit, tanquam ex causa prima mouente. Alio modo, ex composito ex materia & forma: quemadmodum ex toto partes, vt ex Iliade carmen, & ex domo lapides constituuntur, etenim & domus est quidpiam cōpositum ex materia & forma: nam finis apud Græcos τέλος, est ipsa forma: τέλειον autem, idest perfectum, est id, quod habet finem & ita formam; & consequenter domus quidpiam totum est, ex qua lapides constituuntur. Alia vero dicuntur ex quo, vt ex parte; sicuti ipsa forma, vt homo, ipsa scilicet forma & essentia hominis, ex bipede constat: & syllaba ex elementis. Qui modus est alius ab eo, in quo dictum est, statuam constare ex ære vt ex materia. nam composita substantia, qualis est statua, constat ex materia sensibili, forma autem constat & ipsa ex materia ipsius formæ; nempe ex eo, quod licet pertineat ad formam vt quædam eius differentia, attamen, quia est generica, sic habet rationem materiæ, non tamen sensibilis; vti est illa, quæ pertinet ad constitutionem substantiæ compositæ. Nonnulla etiam alia dicuntur ex aliquo, si quid secundum partem dictorum modorum insit. Veluti ex terra, vt ex parte materiæ, constat planta, non ex tota tamen terra, quæ tota non concurrit ad eius constitutionem; sed in parte. Similiter puer est ex patre, vt causa ipsius efficiente, cum tamen pater secundum totum eius esse non concurrat ad generationem filij, sed secundum partem ipsius; videlicet secundum semen: & mater similiter concurrit pro materia infantis; non tamē tota, sed ex eius parte. Adhuc alio modo dicitur ex aliquo, id, quod est posterius tempore ab aliquo: vt ex die nox, ex sereno tempestas; quoniam hoc post illud sequitur. Et nonnulla dicuntur, ex quo, quoniam habeant mutuam transmutationem, sicuti quæ dicta sunt. Alia vero, eo quòd solum secundum tempus consequantur: sicuti ex æquinoctio facta est nauigatio; Dionysijs Thargelia; idest festi dies Apollinis; quoniam Dionysijs festis consequantur.

TE

TEXTVS.

X aliquo eſſe vno modo dicitur ex quo, vt ex materia eſt. & hoc dupliciter, aut ſecundum [a] *primum genus, aut ſecundum vltimam ſpeciem, vt puta omnia liquabilia quodam modo quidem ex aqua ſunt, quodam modo vero ex ære ſtatua eſt. Vno modo dicitur ex primo mouente principio. vt ex quo pugna? ex conuicio: quia hoc pugnæ principium. Vno modo ex compoſito ex materia, forma.* [b] *ſicuti ex toto partes, & verſus ex Iliade, & lapides ex domo. finis namque eſt forma: perfectũ ro, quod h bet finem. Quædam vero tanquam ex parte forma. vt homo ex bipede, & ſyllaba ex elementer namq: hoc, atque ſtatua ex ære. ex ſenſibili namque materia compoſita ſubſtantia eſt.* [c] *forma quo- ex ſpeciei materia. Quædam itaque ita dicuutur. quædam, ſiquis horum modorum ſecundum aliquam ſit. vt ex patre & matre proles, & ex terra plantæ, quia ex aliqua eorum parte. Vno modo, poſt d tempore, vt ex die nox, & ex ſereno tempeſtas. quoniam hoc poſt illud. Horum autem quædam, eo ꝙ n mutuam tranſmutationem, ita dicuntur, ſicuti & quæ nunc dicta ſunt. quædam, eo quod ſolum ſe- tempus conſequentur. vt ex æquinoctio facta eſt nauigatio, quoniam poſt æquinoctium facta eſt. & cchanalibus Thargelia, quia poſt Bacchanalia.*

ADNOTATIONES.

RIMVM [a] *genus*. Hîc Ariſtoteles attribuit materiæ remotæ primum locum, appellans vltimam materiam, illam, ex qua res immediate cõſtituitur: cum tamen ſupra in explicatione huius nominis, vnum, appellauerit primam materiam, illam, quæ concurrit immediate ad conſtitutionem rerum; vltimam vero remotam. Sed hoc nihil intereſt: nam ſecundum vnam conſiderandi rationem, eadem materia & prima, & vltima dici poteſt: vt ſupra in explicatione ... animaduertimus. [b] *Sicuti ex toto partes*. Per reſolutionem, ex toto deſtructo partes fiunt; & ... ex toto conſtare dicuntur, redeuntes partes in materiam ſegregatã a toto: & ita lapides ex domo de- ... remanent: & ſic carmen ex Iliade diſſoluta remanebit vt materia reſultans ex ipſo tota Iliade. [c] *forma quoque ex ſpeciei materia*. Ipſa ſpecies rei (vt dicitur hoc loco) conſtat ex quadam parte, quę ... onem materiæ, non tamen eſt ſenſibilis; ſed vt eſt potentia, ita ſapit naturam materiæ, exiſtens ... ipius vltimæ formæ, quæ actum continet, & limitat aliam partem formæ & eſſentiæ potentia exi- ...ter, de qua re explicatius ægetur infra in lib. 7. & 8.

De Parte. *Cap. XXV.*

PARAPHRASIS.

ARS dicitur vno modo id, in quod quo vis modo diuideretur ipſum quantum, ſiquidem ſemper ablatum a quanto, quatenus eſt quantum, eius pars dicitur: ſicuti pars trium, duo dicuntur. Alio vero modo pars dicitur quanti, id ſolum, quod menſurat: vnde hac ratione duo non erunt pars trium, quorum non ſunt menſura: ſicuti ſunt pars quaternarij; cum bis ſum- ...binarius menſuret quaternarium. Item in quæ ſpecies animalis ſeorſum a quantitate diuideretur, ... partes dicentur animalis; & hunc in modum ſpecies ſunt partes generis. Amplius ea dicuntur par- ... quæ aliquid diuideretur, ſiue in ea, ex quibus componitur totum; ſiue in ea, ex quibus componi- ...ecies, vel habens ſpeciem: quemadmodũ ſphæræ æneæ, & ænei cubi, tum æs pars eſt, exiſtens ma- ...in qua eſt ſpecies: tum angulus quoque, vt pars ad ſpeciem ſphæræ & cubi attinens. Adhuc, quæ ...ur in oratione ſignificante & oſtendente vnumquodque, hæc etiam dicuntur partes totius. & ...one genus dicitur pars ſpeciei, concernens ſpeciei definitionem: cum alio modo dicatur ſpecies ...generis; nempe ipſius totius vniuerſalis. etenim animal eſt quoddam totum vniuerſale, ſub quo ...entur omnes ſpecies animalis; & ita vna ſpecies, vt puta homo, eſt pars generis ipſius animalis ...liter accepti.

TEXTVS.

ARS dicitur vno quidem modo, in quod quoquo modo quãtum diuidi poteſt. ſemper enim quod a quanto, prout quantum, aufertur, pars illius dicitur, vt duo pars trium quodam modo dicitur. Alio modo, ex his ea duntaxat, quæ metiuntur. quare duo quodam modo quidem ſunt pars trium, quodam modo vero non. Item in quæ forma [a] *abſque quanto diuidi poteſt, hæc quoque partes eius dicuntur. quare ſpecies generis aiunt partes eſſe.* [b] *Item in quæ aliquid diuiditur, aut ex quibus*

bus totum componitur, aut ipsa forma, aut quod formam habet, vt sphæræ æneæ, aut ænei cubi, & æs pars, hoc autem est materia, in qua forma, & angulus pars. Item [c] *quæ in ratione vnumquodque significante sunt, hæc quoque pars totius sunt. quare genus pars etiam speciei dicitur. aliter vero species generis pars est.*

ADNOTATIONES.



ABSQVE [a] *quanto*, Id vult innuere Aristoteles, quòd cum diuiditur genus in suas species non est accipiēda quantitas specierum subiectarum, sed seorsum a quantitate debet esse diuisio: alioquin in quanti diuisionem incideremus. [b] *Item in quæ aliquid diuiditur, aut ex quibus totum componitur, aut ipsa forma; aut quod formam habet.* His verbis insinuatur, quòd potest esse diuisio secundum partes, vel materiales, vel formales, ex quibus totum constituitur: & quòd potest etiam esse diuisio in partes, ex quibus, vel species ipsa forma rei constet; vel constat id, quod habet speciem; vt puta Socrates habens speciem humanam, vel homo, quatenus compositus est: potest enim diuisio fieri hominis secundum diuisionem partium ad formam spectantium. [c] *Quæ in ratione vnumquodque significante.* Cum pro hac voce, *ratione*, legatur Græce τῷ λόγῳ, & subiungat Aristoteles per ipsam significari vnumquodque, hinc clare colligitur, orationem proprie intelligi debere, cum orationis sit munus rem manifestare, quod præcipue facit ipsa definitio.

De Toto. *Cap. XXVI.*

PARAPHRASIS.



TOTVM dicitur id, a quo nulla pars abest eorū, ex quibus dicitur totū secundū eius naturam: & continens est vnum, & in eo contenta ita se habent, vt & ipsa sint vnum. Id autem duobus modis esse potest; vel quatenus vnumquodque ex contentis est vnum. vel quatenus ex ipsis fit vnum. Et primo quidem modo vniuersale ipsum, τὸ ὅλως, græce dictum, omnia complectens tanquam existens vnum quoddam totum, ita est vniuersale, & continens plura ex hoc ipso, quoniam de vnoquoque prædicatur; & omnia sunt vnum, quatenus vnum est quodque ipsorum. Veluti homo, bos, equus sunt vnum, quoniam omnia sunt animalia; & conueniunt in hoc vt sint animal, quod omnibus est commune: licet deinde homo seorsum acceptus, sit quid vnum, vna talis species; & seorsum ab homine, equus pariter sit vna alia species. Alio vero modo vnum est ipsum continuum atque determinatum, cum vnum extiterit ex pluribus sibi inexistentibus: & maxime erit tale, si ex partibus extiterit potentia sibi inexistentibus: secus, saltem ex his, quæ insint actu. Et inter hæc, quæ sunt secundum naturam magis talia, quàm quæ sunt secundum artem; quemadmodum etiam de ipso vno dictum est, tanquam totalitas sit quædam vnitas. Adhæc non est ignorandum, quòd quanti habentis principium, medium, & finem, quorum positio non facit differentiam, id ipsum dicitur omne: sicuti aqua dicitur omnis, cum eius positio in aliquo uase non importet differentiam, si eius pars aut in medio, aut a latere sit posita. Quorum autem positio importat differentiam, si vno, vel alio modo partes collocentur, de his totum dicitur, & non omne; vt conuenit partibus concernentibus totum hominem: in quibus interest, si alio modo quàm recto illo naturæ eius conuenienti ordine collocentur: veluti, si brachium in summo, & caput infra ponatur. In quibus autem contingit & fieri, & non fieri quodam modo differentiam ex positione partium; de his dicitur & omne, & totum: & hęc sunt ea, quorum natura permanet, neque mutatur; forma autem ex transpositione permutatur: vt cera, uel vestis; quæ & omnis, & tota dicitur, vt quæ prædictas habeat conditiones, vt eius natura permaneat, mutetur autem forma ex transmutatione partium. Aqua vero, & quæcunque liquida, & item numerus dicuntur quidem omne, non autem totum: non enim dicitur totus numerus, nec tota aqua, nisi per translationem. Omnia autem dicuntur de his, de quibus omne dicitur, vt de vno: de ijs enim sumptis vt diuisis, dicentur omnia: & vt omnis hic numerus dicitur, sicuti omnis homo; ita etiam hæ omnes unitates, seu omnes homines dicentur.

TEXTVS.



TOTVM dicitur, cuius nulla pars eorum abest, [a] *ex quibus totum natura dicitur. Et quod continet contenta, vt vnum quid illa sint. hoc autem dupliciter. aut enim vt vnumquodque vnum, aut ex his illud vnum. ipsum enim vniuersale, & quod omnino vt totum quippiam ens dicitur sic est vniuersale, vt multa continens, eo* ꝙ *de singulis prædicatur, & vnum omnia sunt singula vt homo, equus, Deus, quoniam omnia animalia. Cæterum continuum & finitum, cum e pluribus inexistentibus*

[illegible] vnum quid ſit, [d] maxime quidem potentia non actu. [e] horum autem ipſorum, magis quæ natura, [illegible] te talia ſunt: ſicut & de vno dicimus, tanquam totalitas vnitas quædam ſit. Item, cum quantum [illegible] principium, medium, & vltimum, quorumcunque poſitio non facit differentiam, omne dicitur: quo[illegible]que vero facit, totum: quæ autem ambo facere contingit, & omne, & totum. Sunt autem hæc, quo[illegible] ita quidem eadem manet in tranſpoſitione, forma vero minime, vt cera, & veſtis. etenim totum & [illegible]cuntur, ambo namque habent. Aqua vero, & quæcunque humida, ac numerus, omne quidem dicun[illegible]tus [illegible]o numerus, totaque aqua non dicuntur, niſi tranſlatione. Omnia vero dicuntur, de quibus om[illegible] tanquam de vno, de his omnia, vt de diuiſis, omnis hic numerus, omnes hæ vnitates.

ADNOTATIONES.

Ex *quibus totum natura dicitur*. Adiunxit hanc particulam, *natura*, quoniam præter naturã poſſent eſſe multa, quæ ad totius conſtitutionem non ſunt obſeruanda; adeo quòd ſi omittantur a totius diuiſione, ea, quæ ſint præter naturam totius, non propterea non eſſet totum illud, quod ſit diuiſum in partes, quorum nulla abſit, ex quibus conſtituatur ſecundum na[illegible] 1. [b] *Et quod continet contenta, vt vnum quid illa ſint*. Ita vertit Beſſario quæ græce ita haben[illegible]: καὶ τὸ περιέχον ἕν, καὶ τὰ περιεχόμενα. vulgata autem editio legit, *continens contenta*, omiſſa hac particu[illegible]um. apud vero Alexandri interpretem ita legitur: *id quod continet ea quæ continentur*: omiſſa tum particula hac, *vnum*, tum hac alia coniunctiua &. Alexander autem interpretatur, aliam his verbis affer[illegible] totius ſignificationem diuerſam a priori: in qua dictum eſt, *totum eſſe, cuius nulla pars abeſt ex* [illegible] *quibus dicitur totum ſecundum naturam*. & ita etiam D. Thomas & Alenſis, & cæteri hunc locum [illegible] interpretati. quàm autem obſcure iudicabant, qui contextus græci rationem habere volent. Philoponus autem in ſuis ſcholijs alium ſenſum ſequutus eſt, dum ita inquit: *totum, ideſt a quo nihil abeſt, itaque vt ſit ambiens & ambitum vnum*. Idcirco cenſendum eſt vnum tantum hic afferri ſignificatum ipſius totius hunc in modum explicati: quòd totum eſt illud, cuius nulla pars abeſt, ex quibus dicitur totum ſecundum naturam: ita vt & complectens ſit vnum, & comprehenſum pariter ſit vnum: adeo quod in explicatione totius concurrat vnum, quatenus & totum eſt vnum, & cõprehenſa ſub toto ſunt pariter vnum. Quòd autem totum ſit vnum, ex ſe manifeſtum eſt. Quòd autem comprehenſa ſub toto ſint etiam vnum ob ipſum comprehendens, quod eſt totum, manifeſtandum eſt. Poteſt itaque id eſſe duobus modis: aut ſicut genus eſt complectens ſpecies omnes; aut ſicut totum continuum, ob cõtinuationem partes omnes ſimul complectentem. In primo igitur modo, dicimus ꝙ ſpecies ſunt vnum ob [illegible] genus, ſub quo cõprehenduntur; quoniam in ipſo genere, vnum, ſeu vna comprehenditur natu[illegible] [illegible]niam in hac vna natura omnes ſpecies conueniunt, cum de vnaquaque genus prædicetur, [illegible] ſicuti vnum eſt genus, ita quoque omnes ſpecies generis comprehenſæ ſub vno genere, ſunt [illegible] [illegible]la toto autem continuo, omnes partes in ipſo contentæ idcirco ſunt vnum; quoniam huiuſmo[illegible] continuatione eſt vnum: vnde conſequenter partes in ipſo contentæ, per hanc continuatio[illegible] [illegible] totum ſit vnũ, erunt pariter vnum. Atque ita perſpicuum factum eſt, quòd totum eſt vnum, & [illegible] comprehenſa quoque ſub ipſo ſunt vnum: ſiue ſint vt ſpecies contentæ ſub vniuerſali gene[illegible] [illegible] vt partes contentæ ſub continuo toto. Vſus eſt autem Ariſtoteles his duabus dictionibus, [illegible]: ideſt vniuerſaliter, & omnino, limitans ipſum vniuerſale ad ipſum τὸ ὅλως: id quidem, [illegible] magis hinc ſignificetur quædam totalitas generis, ſub quo ſpecies, tanquam ſub vno toto cõ[illegible]. [c] *Continuum & finitum*. Adiuncta eſt hæc particula, *& finitum*, ad inſinuandum quòd [illegible] continuum debet eſſe finitum: propterea quòd totum vnum non conſtituitur ex partibus infi[illegible] [illegible]ue animaduertendum erat; cum præſertim continuum dici ſoleat diuiſibile in infinitum; licet [illegible] potentia, non autem actu ſit infinitum. [d] *Maxime quidem potentia*. Id admonet, totum prę[illegible] exurgere continuum ita vt partes etiam ſint vnum, ſi fuerit conſtans ex partibus potentia inexi[illegible]bus, vt non ſint actu diſtinctæ, vt ita ſub vna potentia motus conſtituatur in toto, non in ſingulis [illegible]tibus. Quemadmodum ſunt partes tibiæ ſimul continuæ, vt ſimul etiam tota tibia moueatur. quod [illegible] eſt dicendum de partibus vniuerſi cruris, in quo non eſt perfecta continuatio partium in potentia, cum actu per angulum, & coniunctionem quandam diſtinguantur inuicem coxa & tibia. [e] *Horum* [illegible] *ipſorum magis quæ natura; quàm arte talia ſunt*. Animaduertit magis proprie totum vnum re[illegible]tare, & magis etiam proprie vnum reddi in continuatione, ſi fuerint partes continuæ ſecundum na[illegible]ram, quàm ſi ſint ſecundum artem: prout de ijs actum eſt antea in explicatione continui, in tractatu de vno: maxime enim vnum ſunt continuatione partes, ſi ſit continuatio ipſarum ſecundum naturam; ſiue partes ſint in potentia, ſiue in actu. Quod autem dicit hoc loco D. Thomas de aceruo lapidum, ꝙ non [illegible] vnum actu, non videtur dictum iuxta verba Ariſtotelis: qui loquitur de continuo, in quo plures partes poſſunt ſe coniungere actu exiſtentes, aut ſolum potentia: vt explicatum eſt.

Alexand.

D. Tho.
Alenſis.
Philop.

D. Tho.

De Mutilo. *Cap. XXVII.*

PARAPHRASIS.

MVTILVM autem, seu diminutum pertinet ad quanta; non ita tamen, vt quodcunq; quantum dicendum sit mutilum; sed oportet in primis vt sit & partibile, & totum: nam si non partibile, vtique neque aliquid ab ipso auferri potest, vnde mutilum reddatur; totum autem oportet vt remaneat totum in essentia, si mutilum esse debet: siquidem duo non dicerentur mutila, si ab ipsis vnitas auferatur; non enim amplius totum illud, quod constituit binarium, remaneret; sed tantum vnitas æqualis ablatæ vnitati, at nunquam æquale est id ipsum quod aufertur, & mutilum, si rectum institutum loquendi sequamur. Verum absolute nullus numerus potest dici mutilus, quoniam oportet remanere substantiam mutili, vt puta adhuc esse poculum, etiam quòd sit diminutum: at ablata parte numeri a quouis numero, non amplius eadem remanet substantia numeri. etenim sublata vnitate a quaternario, iam non amplius erit quaternarius; quod contingit de omni numero, vnde numerus non dicitur mutilus. Adhuc autem & si quanta sint ex partibus dissimilaribus, non omnia tamen hæc mutila dicentur: etenim & numerus est de ijs, quæ habent partes dissimilares, cum ternarius, & quaternarius, & alius numerus sint inter se diuersi. & propterea non sat est, adhoc vt aliquod quantum dicatur mutilum, quòd constet ex partibus dissimilaribus. Sed absolute loquēdo, nullum eorum, quorum positio non facit differentiam, quomodocunque disponantur partes totius, mutilum est. Veluti aqua, & ignis; quorum partes, quomodocunque sint positæ, nullam faciunt in toto differentiam; sed oportet eiusmodi esse, vt secundum substantiam habeant positionem; & ita discrimē fiat circa substantiam, si positio partium a certo proprio situ mutetur. Amplius oportet vt hæc eadem quanta, quæ dicenda sint mutila, sint continua. nam concentus habet partes dissimilares & easdem habet ad positionem ita statutas, vt mutata positione, mutetur etiam substantia concentus, & nihilominus non dicitur concentus mutilus. Amplius quæcunque rota sint, non mutila dicenda sunt ex priuatione cuiusque partis. nam neque oportet vt sint principales partes substantiæ, quæ absint; vnde homo truncatus non dicitur diminutus, qui non amplius remanet homo. neque quæcunque in quauis parte auferantur, mutila dicentur, vt si perforetur poculum; ex hac enim ablata per foramen parte, non dicitur mutilum: sed si ansa ab ipso fuerit ablata, vel aliqua alia eius pars extrema. Similiter non dicitur homo murilus ob carnis partem sublatā, aut ob splenem ablatum: sed si aliquod eius extremum semotum fuerit ab ipso, vt nares, aures, manus. Neque etiam sufficit ꝙ sit pars extrema; quādo non omnis extrema pars ablata reddit rem mutilem: sed oportet vt sit eiusmodi, ꝙ tota ablata non habeat generationem, neque possit in toto renasci: a quo sit ablata. Et propterea calui non dicuntur mutili, quoniam & si non possint renasci caluis capilli; attamen de natura capillorum est, vt ablati ab humano capite regenerentur in ipso.

TEXTVS.

MVTILVM dicitur quantorum non quodcunque, [a] *sed vt diuisibile, & totum illud sit oportet. Duo etenim non sunt mutila, altero ablato vno. non enim æquale mutilamen, & reliquum vmquam est. nec omnino numerus vllus. substantiam namque manere oportet. si calix mutilus, adhuc oportet esse calicem, numerus vero non amplius idem. Et ad hæc etiam, si partium dissimilarium sint, nec hæc omnia. numerus etenim est, vt etiam dissimilares habeat partes, vtputa binarium, ternarium. Cæterum nihil omnino eorum, quorum positio differentiam non facit, mutilum est, vt aqua, ignis: sed oportet talia esse,* [b] *quæ secundum substantiam positionem habent. Item cōtinua, harmonia namque & ex partibus dissimilaribus est, & positionem habet, mutila autem non fit. Et ad hæc nec illa, quæ tota sunt cuiuscunque particulæ priuatione, mutila sunt. non enim oportet, nec quæ principales ipsius substantiæ, nec vbicunque existentes. vt si perforetur calix, non mutilus, sed si ansa, aut extremum aliquod. homo quoque, non si carnem, aut splenem, sed si extremitatem: & hanc non omnem, sed quę tota ablata non habeat generationem: quare calui, non mutili.*

ADNOTATIONES.

SED [a] *& diuisibile, & totum illud sit oportet.* Non reddit rationem Aristoteles, quare oporteat vt sit diuisibile illud, quod mutilum dici debet; sed perspicuum est hoc; quando in mutilatione supponitur necessario ablatio quædam rei: vnde necesse est vt sit diuisibile illud, a quo fit ablatio. [b] *Quæ secundum substantiam positionem habent.* Hoc vult Aristoteles, quòd vt quanta mutila dicantur, oportet vt sint eiusmodi, quòd ipsorum positio ad partes, substantiam contineat rerum; adeo quòd sine tali positione partium, non seruaretur in

... natura atque substantia. Accipit autem positionem, non solum eam, quæ fit secundum situm lo... quocunque modo possit esse. Nam & in harmonia supponitur huiusmodi positio partium ... substantiam; quæ tamen non requirit situm in loco, sed solum ordinem in cõcentu, qui par... ante aliam ita & ita dispositam habeat. [e] *Quare calui non mutili*. Si mutilum dicitur il... quo ... ablatum aliquid extremum, quod non possit renasci; quomodo igitur (dicet aliquis) non ... calui ... quando in ipsis ablati capilli non amplius renascuntur? Huic obiectioni respondẽs Alexander inquit, quòd capilli ablati regenerari possunt in alijs hominibus generatim: licet non in cal... morbum senectutis, ob humidum scilicet in ipsorum cerebro deficientem. Sed non propterea ... tur, quin capilli ablati possint in humano capite regenerari: & hoc sat est ad inferendum, quòd cal... mutili dici non debeant. Idem Alexander aduertit, non fuisse allatam diuisionem diuersarũ ... rationum spectantium ad mutile, vti factum est in alijs nominum explicationibus, sed plures tan... enumerati conditiones, quæ requiruntur ad hoc, vt aliquid sit mutilum. Quod dictum Alexandri ... etiam nostræ interpretationi, quam antea attulimus circa ipsum totum: cuius diximus nõ plu... significationes, sed vnam tantum, hanc autem astrui diuersis conditionibus, vti & de mutilo ... hoc loco animaduertit Alexander.

Alexand.

Alexand.

De Genere, & ijs quæ sunt diuersa genere. *Cap. XXVIII.*

P A R A P H R A S I S.

GENVS dicitur partim continua generatio habentium eandem speciem; quo significato dicitur, quousque erit hoc genus hominum? & responsum est; eo vsque ac erit ipsorum continua generatio. Partim pro eo, a quo primo mouente & generante sint: sicuti Ellines, ipsi Græci, dicũtur vnum genus hominum: aliud vero genus ipsi Iones: quoniam Ellines ab Elli...o; Iones autem a Ione originem duxerunt. Vbi aduertendum, a generante, ab ipso scilicet mari magis quam a fœmina, seu a materia deduci hominum genus: quamquam fabulentur nonnulli, a fœmina ... genus hominum propagari, ab ipsa Pyrrha. Partim hoc alio modo, vt planum, seu superficies ... genus figurarum planarum; solidum autem solidarum. Siquidem vnaquæque figurarum, hæc quidem superficies talis, illa vero tale solidum est: & hoc genus est illud, quòd subijcitur differentijs. ... dicitur genus in orationibus definientibus, quod primum inest; quod dicitur, & assignatur ad ...ationem factam per ipsum quid est? id enim etiam genus appellatur, cuius differentiæ qualita... dicuntur. Tot igitur modis dicitur genus: partim secundum generationem continuam ... speciei. partim secundum primum generans, seu mouens simile in specie. partim vt materia: ... est differentia & qualitas, id ipsum est subiectum, quod appellamus materiam.

...autem genere dicuntur, quorum primum subiectum est diuersum, & non resoluitur alterum ...terum, neque vtrumque in idem; vt sunt materia, & forma. Item, quæcunque secundum diuersam ... prædicationis ens concernentis dicuntur. siquidem alia significãt quod quid erat esse, alia qua... alia quantum, aut alio modo: sicuti antea diuisum est ens. neque enim hæc resoluuntur in inui... neque in vnum quoddam proprium commune genus.

T E X T V S.

GENVS dicitur, hoc quidem, [a] *si generatio eorum, quæ eandem speciem habent, continua sit, vtputa dicitur quousque genus hominum sit? quia donec eorum generatio continua sit. Hoc vero, a quo sint primo ad esse mouente. ita enim Græci genere, alij vero Iones dicuntur: eo quòd illi quidem a Græco, hi vero ab Ione primo generante sunt,* [b] *& magis qui a generante, quàm qui a ...cuntur etenim a fęmina genere, vt a Pyrrha. Item vt superficies figurarum superficialium ge... solidarum, quæque enim figurarum, hæc quidem superficies talis, illa vero solidum tale. hoc ... subiectum differentijs est. Item, vt in rationibus quod primum inest, quod dicitur in eo quod ... hoc genus,* [c] *cuius differentiæ dicuntur qualitates. Genus itaque toties dicitur, hoc quidem secundũ ... continuam eiusdem speciei, hoc vero secundum primum mouens eiusdem speciei, hoc autem ... cuius enim differentia, & qualitas est,* [d] *hoc est subiectum quod dicimus materiam. Diuersa au... genere,* [e] *quorum primum subiectum diuersum est, & non resoluitur alterum in alterum, nec ambo in ... vtputa forma, & materia, diuersa genera. Et quæcunque secundum diuersam figuram prædicationis entis dicuntur, quædam enim entium quid est significant, quædam autem quale quid, quædam vero vt est prius diuisum. nec enim hæc resoluuntur in inuicem, nec in vnum quiddam.*

ADNOTATIONES.

SI [a] *generatio eorum*. Hoc primum significatum generis, est etiam primum in libell[o] P[or]phyrij. Sed est discrimen, quòd accipitur ibi generatio pro genere hominum, qu[atenus] ab vno primo deriuata; hic vero simpliciter accipitur ipsa continuatio generationis [b] *[ma]gis qui a generante, quàm qui a materia*. Supponit hoc loco marem concurrere ad gen[era]tionem, vt causam efficientem: fœminam autem, vt materiam. Ex quo intulit hoc consectarium, magis a generante, quàm a materia, seu a fœmina deriuatur genus hominum. [c] *Cuius differentia[e di]cuntur qualitates*. Adnotandum in hoc tractatu generis, Aristotelem bis appellasse generis d[iffe]rentias, qualitates, prout etiam in explicatione qualis dictum est supra. [d] *Hoc est subiectum, quod d[icimus] materiam*. Ex hac suppositione, quòd genus sit subiectum, subiunxit Aristoteles, genus appell[a]ri e[tiam] materiam ob hanc quidem rationem; quoniam & genus sit potentia, sicuti etiam materia: in quo est discrimen, quòd materia nihil habet rei in actu, neque prædicatur de eo, cuius est materia: gen[us au]tem habens aliquid de re, & de ipsa quoque prædicatur. Et hinc colligitur, significatū generis, q[uo ge]nus aliqua dicuntur vnum secundum genus, coincidere cum eo significato, per quod multa dicu[ntur] vnum secundum materiam. In hoc autem significato generis accepto vt materia, comprehensu[m] genus, tum vt superficies dicitur genus superficialium figurarum; tum etiam vt est primum in definitio[nibus]: & connotatur hoc typo, quòd sit illud, per quod quæritur quòd est aliquid. [e] *Quorum primu[m] subiectum diuersum est*. Alexander intelligit per *primum subiectum*, proximam cuiusque materia[m:] ait esse diuersa genera ea, quorum materia proxima in actu est diuersa, neque vna in aliam, neque in vnū resoluuntur. non huiusmodi autē (inquit) esse materiam statuæ ipsum æs, & poculum ch[ristal]num: nam saltem resoluuntur in eandem materiā, in aquam scilicet. at lapis, & æs & diuersam [ha]-materiam proximam, neque in aliam communem resoluuntur: quoniam æris materia remota, est at lapidis est terra. Verum non inconueniret intelligere per primum subiectum, ipsum primum g[enus] & ita non inepte loquutus erit Aristoteles: sicuti si dixisset, diuersa sunt genere, quorum primum diuersum, simul inculcans genera diuersa & genus diuersum. Genus autem iam suppositum est [sub]iectum, & materia; et ideo non inconuenit interpretari, per primum subiectum, ipsum genus. in exemplo allato de materia & forma non congrue videtur posse dici, quòd primum subiectu[m for]mæ, acceptum pro materia, sit diuersum a proximo subiecto materiæ, cum formæ non sit genus [mate]ria. congrue autem dici potest, quòd formæ genus diuersum est a genere materiæ: quod patet, qu[oniam] quidem genus formæ est actus; materiæ autem genus est potentia; & neque actus in potentiam, ne[que] potentia in actum resoluitur, neque vtraque in vnum commune; quoniam substantia in vtraque e[st di]uersa; neque ens est genus commune uniuocum. D. Thomas ponit exemplum de sapore & colore dicit hæc differre inter se, quoniam colorum subiectum est superficies; saporum autem est humor & dicere possumus, quòd saporum remotum genus sit humidum; colorum autem calidum; quæ calidum & humidum, licet inuicem resolui nequeant; attamen in communem figuram prædicam[entum] qualitatis resoluuntur. De ęterno autem & corruptibili, quibus nihil dicitur esse commune, est al[ius] considerandi, de quo agetur infra in calce libri octaui. Philoponus autem ponit exemplum de ho[mine] & scientia, penes ea, quæ sunt diuersa genere secundum primam explicationem; quoniam aut ma[teria] aut genus proximum vtriusque non conueniunt inuicem; neque referri possunt in vnum commune. hoc est simile regulæ illi positæ ante prædicamenta: quòd diuersorum generum non subalternati[m po]sitorum diuersæ sunt specie differentię. Alio vero modo dicuntur diuersa genera, ipsamet suprema [præ]dicamenta: de quo agitur infra lib. 10.

Alexand.

D.Tho.

Philop.

De Falso. Cap. XXIX.

PARAPHRASIS.

FALSVM dicitur, tum secundum rem, tum secundum orationem, tum secundum hom[inem] Ac primo quidem secundum rem duobus modis: aut quoniam non componatur nunc [in re]-se; aut quoniam est impossibile componi in esse: sicuti, quòd diameter sit commensura[bilis] costæ, ita est falsum, vt sit etiam impossibile. sedere autem Socratem, ipso non sedente, est id qu[od] falsum; non tamen semper; sed pro tempore, dum non sedet; ita vt alio tempore possit simul comp[oni] vt Socrates sit sedens. & ita quidem dicitur falsum penes ea, quæ non sunt entia. Nonnulla vero, [quæ] sint entia, attamen falsa sunt, quoniam apta sint apparere, aut qualia non sunt, vt pictura relata ad [rem] quam repręsentat; aut quæ non sunt, vt insomnia, quæ earum rerum quæ non sunt, præbent phan[tasiam]. Res itaque falsæ dicuntur, aut quoniam absolute non sunt; aut quoniam rerum non existentium [præ]bent phantasiam. Oratio autem falsa, quatenus falsa, est non entium; atque ideo omnis oratio est

quàm eius, cuius eſt vera: vt definitio circuli eſt falſa, ſi quadrato aſſignetur. Oratio autem concernens quod quid erat eſſe, eſt quodam modo vna, & quodam modo plures: vna ſiquidem, quia propriam rei eſſentiam continet; plures vero, quatenus quodam modo eſt res ipſa in ſe, & aliquid paſſa. Veluti Socrates idem eſt cum muſico in hac qualitate muſicæ, quam eſt paſſus; quoniam ſubiectum eſt cum ea; non abſolute autem idem eſt eſſe Socratis, & eſſe muſico. Oratio autem quomodocunque modo ſumatur, ſimpliciter nullius rei eſt oratio. Hinc Antiſthenes opinabatur (ſtultitia tamen atque imperitie) nihil cenſens poſſe enunciari, niſi per propriam orationem atque definitionē vnum de uno; atque ideo deducebat, non eſſe locum contradictioni; ferme autem & hoc cēſens, quòd non liceret mentiri. At nos dicimus, non ſolum poſſe enunciari vnumquodque propria oratione: ſed etiam alterius oratione omnino falſa. Veluti dicendo, quòd quadratum eſt vna linea contentum. licere etiam & vere alterius orationem alteri rei accōmodare dicimus: quemadmodū in definitione octonarij adhibetur definitio binarij, quæ eſt ipſum duplex; quod etiā dicitur vere de octonario: quod tamen nō ipſum eſt, ſed & aliud ad eius eſſentiam requiritur. Et his quidem modis dicitur oratio falſa. Homo falſus dicitur, qui promptus, & facilis, & electione deditus eſt ſermonibus falſis, non propter quid alind, veluti ob lucrum (vt ſolent ſophiſtæ falſis rationibus intenti ad decertandum) ſed propter ſe ipſum, ob propriam ſcilicet quam habet ad hoc propenſionem, & ob animi oblectationem. Item falſus dicitur homo, qui quæ non ſunt vera, ſuis ſermonibus ſtudet facere apparere vera alijs hominibus: item & res nonnullæ, vt de inſomnijs dictum eſt antea, ſunt falſæ, quatenus præbent phantaſiam earū rerum, quæ non ſunt. Vnde oratio in Hippia eſt ſophiſtica; qua concludere nititur, quòd ſit idem verus homo & falſus: aſſumendo ad id probandum, quòd falſus eſt & mendax, qui poteſt decipere. Quod aſſumptum eſt falſum, ſiquidem huiuſmodi, eſt prudens & ſciens. Item illa oratio ſophiſtica eſt, qua intendit deducere, quod voluntarie prauus ſit melior, quàm inuoluntarius; hoc enim etiam aſſumptum falſo per inductionem trahitur; dum dicitur, melius ſe habere, qui claudicet voluntarie, ſponteque ſua imitando vere claudicantem; quàm eum, qui neceſſario claudicet, coacteq;, vt qui nō valeat ob paſſam crurum læſionem aliter incedere. etenim qui etiam voluntarie claudus fieret, vtique & peioris is eſſet conditionis, quàm ille, qui nolens factus ſit claudus. quemadmodum etiam circa mores, longe peioris conditionis eſt, qui ſponte ab operibus virtutis aberret, quam qui inuoluntarie peccet.

T E X T V S.



ALSVM dicitur vno modo, vt res falſa: ^a *& huius, hoc quidem eo quòd non componitur, aut quòd impoſſibile ſit componi. quemadmodum dicitur diametrum eſſe commenſurabilem, aut te ſedere. horum enim illud quidem ſemper, hoc vero aliquando falſum eſt. ſic enim non entia hæc. Alia vero, quæcumque ſunt quidem entia, apta tamen natura ſunt apparere, aut non qualia ſunt, aut quæ non ſunt, vt vmbra picturæ, & inſomnia. hæc enim ſunt quidem aliquid, ſed non ſunt ea, quorum faciunt imaginationem. res itaque falſæ ſic dicuntur, aut eo quòd non ſunt, aut eo quòd imaginatio ab ipſis non entis eſt.* ^b *Oratio vero falſa prout falſa eſt, quæ non entium eſt. vnde omnis oratio falſa alterius eſt, quàm eius, cuius eſt vera, vtputa quæ circuli, falſa trianguli. Cuiuſque vero oratio quodam modo quidem vna, quæ eſt ipſius quid erat eſſe, quodam modo vero multæ, quoniam idem quodam modo eſt ipſum, & ipſum paſſum. vt Socrates, & Socrates muſicus.* ^c *falſa vero oratio nullius eſt ſimpliciter oratio. Vnde Antiſthenes inſcite putabat, nihil ducens dignum dici, niſi propria ratione vnum de re vna. ex quibus accidebat non eſſe contradicere. fere autem, neque mentiri. eſt autem vnumquodque dicere, non ſolū ſua ratione, ſed etiam ea, quæ alterius eſt, & falſe quidem omnino, quodam autem modo etiam vere: quemadmodum octo dupla ſunt, ratione dualitatis. Quædam igitur ita falſa dicuntur.* ^d *Homo vero falſus, qui promptus & talis eligit orationes, non propter aliquid aliud, ſed propter idipſum, & qui alijs talium orationum effector. quemadmodum res falſas eſſe dicimus, quæ falſam imaginationem faciunt. Vnde oratio, quæ apud Hippiam eſt, ſophiſtica eſt, quòd idem ſit mendax & verax. Eum nāque, qui poteſt mentiri, accipit vt mendacem. hic vero ſapiens & prudens eſt. item eum, qui ſpōte prauus eſt, meliorem ait. hoc autem falſum per inductionem accipit. qui enim ſponte claudicat, melior eſt eo, qui inuitus, claudicare dicens, pro imitari. nam ſi claudus ſponte, eſſet peior fortaſſis, quemadmodum in moribus & hoc.*

A D N O T A T I O N E S.



ET ^a *huius hoc idem, eo quòd non componitur.* Hinc apparet falſum in re, vt dicatur res falſa ſecundum quandam compoſitionem cuiuſdam rei cum alia; vt album cum Socrate, & animal cum homine. Quod videtur reſpondere dictis in lib. de Enunciatione cap. de verbo, quòd ipſum eſt, & ens, ſignificant quandam compoſitionem, ex qua elici poſſit veritas vel falſitas, ſi hæc compoſita enuncientur. Quod igitur non poteſt componi cum alia re, & ſupponatur compoſitum; ſicuti commenſuratio coſtæ cum diametro, id ipſum eſt falſum; quoniam non ita ſe habeat in re.
^b *Oratio vero falſa prout falſa eſt, quæ non entium eſt.* Græce habetur λόγος: vnde melius, *oratio*, vertitur

Alexand. titur quàm ratio. Et Alexander ait, ideo dictum esse, quòd oratio est falsa, quæ est non entium, quæ tamen est falsa, quoniam non entia vere etiam possunt enunciari; vt si quæ non sunt in re, eadem non esse dicamus: sicuti est falsa oratio, quæ non existentia existere, aut existentia non existere dicat. Sed & addere possumus, quòd oratio falsa potest esse continés ea quæ vera erunt in aliqua re; licet non in ea, de qua est oratio; & ideo, vt falsa, est non entium. Auerr. Auerroes autem animaduertit, orationem posse esse falsam, vel essentialiter, vt quæ enunciet quæ nullo pacto sunt, vt centaurú esse. aut per accidens, sicut contingit quòd definitio circuli sit falsa, si assignetur quadrato. [c] *Falsa uero oratio nullius est simpliciter oratio.* Hic etiam melius vertitur, oratio; & hoc est, quod habet hoc loco Aristoteles: quòd si accipiatur oratio falsa, hæc non potest esse simpliciter oratio alicuius, vt sit de aliquo vera. Nam si definitio circuli applicata quadrato, est falsa, vt simpliciter talis est, nullius erit vera: adeo quòd neque de circulo erit vera; quatenus in ea quadratum compositum cum definitione circuli assumeretur. [d] *Homo vero falsus qui promptus tales eligit orationes.* Adnotandum in lib. 4. Ethic. cap. 4. in tractatu de virtute circa veritatem dicendam afferri hanc distinctionem; quòd aliqui ex hominibus electione ob propriam propésionem atque delectationem sunt mendaces; aliqui vero ob quæstum in hoc vitium procúbunt.

De Accidente. *Cap. XXX.*

PARAPHRASIS.



CCIDENS autem dicitur illud, quod inest alicui, & verum est dicere quòd inest, non tamen ex necessitate, aut in plurimis. Veluti, si quis animo vitis plantandæ fodiens terram, inueniat thesaurum: quod quidem neque ex necessitate fit ex hoc, aut post hoc: neque vt in plurimis. Similiter aliquis musicus existens erit idem albus. sed quoniam id neque ex necessitate, neque in plurimis fit, ideo id ipsum accidens appellamus. Quapropter, quoniam non insunt nonnulla alicui, & alicubi, & aliquando cum insunt, sed non insunt propterea quòd hoc sit, vel nûc, aut in hac parte, ideo inter accidentia hæc erunt. Ex quo colligitur, quòd causa nulla est determinata accidentis, sed esse potest quæcunque: idest indeterminata. Veluti, si contingat alicui Æginam venire præter eius propositum; qui aut tempestate, aut ductus captiuus a latronibus Æginam peruenerit: factum hoc igitur est accidens, & erit, non quatenus ipsum, sed vt alterum, non secundum propositum nauigantis proueniens, sed ex tempestate cogente, quæ fuit causa, vt Æginam duceretur, quo ire non intendebat. Alio etiam modo dicitur accidens, quodcunque secundum se inest alicui rei, ad eius tamen substantiam & essentiam non pertingens: vt triangulo inest habere tres angulos æquales duobus rectis. hæc enim accidentia dicuntur; quæ quidem contingit esse perpetua; aliorum autem nullum, de qua re in aliis est sermo.

TEXTVS.



CCIDENS dicitur, quod inest alicui, & quod verum est dicere, non tamen neque necessario, nec vtplurimum. vtputa si quis pro planta fodiens fossam, inuenit thesaurum. hoc itaque accidens fuit fodienti fossam, thesaurum inuenire. [a] *nec enim necessario hoc ex hoc, aut post hoc, nec vtplurimum, si quis plantet, thesaurum inuenit.* [b] *musicus quoque fuerit quispiam albus sed cum nec necessario, nec vtplurimum hoc fiat, accidens ipsum dicimus. Cum igitur sit existens aliquid & alicui, & horum quædam etiam alicubi, & quandoque, quod vtcunque existit quidem, sed non propter id hoc, aut nunc, aut hic accidens erit. nec itaque vlla causa determinata accidentis est, sed quæcunque contingit, hæc autem indeterminata, vt abire in Aeginam accidit, si non propter hoc euenit, vt illuc iret, sed tempestate pulsus, aut a latronibus captus. factum fuit igitur, & est ipsum accidens,* [c] *sed secundum se, sed non secundum alterum. tempestas enim causa, vt iret, quo non nauigabat. hoc autem erat Aegina. dicitur etiam aliter accidens, vt* [d] *quæcunque existunt in vnoquoque secundum se, non existentia in substantia, vt triangulo duos rectos habere, & hæc quidem* [e] *contingit sempiterna esse, illorum vero nihil. ratio autem huius in alijs.*


ADNOTATIONES.




EC [a] *enim necessario hoc ex hoc, aut post hoc.* Ita loquutus est Aristoteles, quoniam nonnulla immediate a çausis constituútur in esse; veluti triangulus ex tribus lineis, & sic hoc ex hoc: aliqua vero consequuntur ad rem, seu post rem: sicuti ad constitutionem trianguli, côsequitur habere tres angulos çquales duobus rectis, vt quid proprium trianguli. At accidens non fit ex necessitate, aut in plurimis; neque vno modo, vt ex causa immediata proueniens; neque alio modo, vt consequens post causam. [b] *Musicus quoque fuerit quispiam albus.* Exemplum de inuentione thesa-

per accidens conſequente ad foſſionem terræ, pertinet ad accidentia in fieri. hoc vero aliud ... us ſit albus, pertinet ad accidentia in eſſe. Non facit autem mentionem Ariſtoteles de hoc ... do accidentis, nempe, quòd homo ſit muſicus; quoniam non erat hic determinandum, quæ ná ... dentia inſit in plurimis, aut non inſit. Accepta ſunt autem accidentia illa, quæ palam non poſſunt ... ex neceſſitate, aut in plurimis. Porphyrius vero attulit hanc deſcriptionem accidentis, *quòd poteſt* ... *non e*: & conuenit cum hac tradita hoc loco, ꝙ accidens inſit, & ſit verum. Illa vero alia aſſi... Porphyrij, & etiam Ariſtotelis in Topicis, quòd accidens neque genus ſit, neque ſpecies, neque ... neque proprium, ſed eſt accidens, hic eſt prætermiſſa, tanquam valde logica; cum præſertim ... o declarationes huius termini, *accidens*, & non proprie eius definitio tradatur. [c] *Sed ſecun-* ... *ed non ſecundum alterum*. Profectio Socratis in Æginam cauſata a tempeſtate, eſt aliquid, & ... & eſt accidens; at non hoc euenit, quatenus ipſum; ideſt, profectio in Æginam non fuit ex pro... o Socratis: quæ ſi fuiſſet ex eius propoſito, effecta eſſet profectio, quatenus ipſa. & ideo, quia nó fuit ... m eius propoſitum, aliud ſucceſſit diuerſum a propoſito Socratis, cauſatum a tempeſtate: quod ... m plurimis alijs huiuſmodi cauſis, quæ poſſunt eſſe indeterminatæ, euenire potuiſſet. [d] *Quæ-* ... *exiſtunt in vnoquoque ſecundum ſe, non exiſtentia in ſubſtantia*. Hæc ſunt accidentia propria, ... bus in Analyt, in ſecundo modo dicendi per ſe; & ſupra actum eſt in tractatu de ſecundum ſe, in ... ſignificato; quæ quidem & ſi ſoli alicui inſint, non tamen pertinent ad definitionem ſubſtátiæ, ... ntiæ rei. [e] *Hæc contingit ſempiterna eſſe*. Alexander ait, aliam fuiſſe lectionem, hanc nempe; Alexand. ... *cauſæ propriæ ſunt*, vt colligatur (inquit ipſe) ꝙ huiuſmodi pertinent ad demonſtrationem, vt ... cauſæ afferantur: & conſentire inquit verba quæ ſequuntur: *huius autem ratio in alijs*, nempe de huiuſmodi explicatum eſt in Analyt. Verum ſeruando vulgatam lectionem; dicendum eſt, ꝙ cur nullum accidens poſſit eſſe æternum, erit ſermo in alijs: nempe in lib. ſequenti: vbi manifeſtatur, ꝙ accidentia per accidens ſunt omittenda, vti illa, quæ non poſſint certa & determinata manere.

FINIS LIBRI QVINTI.



ARGVMENTVM LIBRI SEXTI.



BSOLVTA tractatione eorum principiorum, quæ, ſicuti dignitates appellantur (tanquam dignæ quibus fides adhibeatur) ita quoque inter omnia principia primum locum obtinent: nec non aſſignatis explicationibus communium nominum multipliciter dictorum: hinc aggreſſurus Ariſtoteles perſcrutationem rerum, quæ ſupremæ ſcientiæ, ipſi nimirum ſapientiæ ſubijciuntur, paucis repetit quæ propoſuerat in initio lib. 4. videlicet, inquiri hic cauſas atque principia entium, quatenus ſunt entia: hocque genus ſpeculandi nulli earum competere ſcientiarum, quæ ſunt particulares, & inter ſe ſubiecto diſtinctæ per certa quædam genera diuerſa: ſed alteri ſcientiæ, quæ has ... natu naturæ, & dignitate longe antecellit. Verum, cum in lib. 4. aperuiſſet, quomodo entis, quatenus eſt ... poſſit eſſe ſcientia, quamquam genus non ſit vniuocum, ſed analogum ad vnam naturam ſe habens: hoc lo... ius patefacit, quę nam poſſit eſſe huiuſmodi ſcientia, cui incumbat hoc munus: docens, a ſubſtantia, quæ ... s & penitus ſit ſeparata a materia, hoc præcipuum genus ſcientiæ pendere: ... cum non poſſit huiuſmodi ... æ tractatio trahi, neque ad conſiderationem ſcientiæ naturalis, quę omnia contemplatur quatenus ſunt cũ ... ue materia; neque ad ſcientias mathematicas, quarum nulla abſolute conſiderat vllum genus entis, quod ... m ... item intelligibilẽ non cõcernat, quemadmodum & per abſtractionem magnitudinum, ſeu numerorum ... am a rebus ſenſibilibus in quibus inſunt, ſuas omnes conficiunt ſpeculationes. Et cum hæ omnes ſcié... maticæ, vna cum ſcientia naturali ſint contemplatiuæ, vt manifeſtat Ariſtoteles de naturali, quæ non ita ... i eſſe contemplatiua, vt ſunt mathematicæ, quoniam rebus his ſenſibilibus ſit addicta; quas, vti ſe habent ... ta eas ſpeculatur: hinc iure colligit, vnam eſſe debere ſcientiam, quę contempletur ſubſtantiam immobi... tus ſeiunctam a materia: hanc ipſamque contemplatiuam, & primam philoſophiam eſſe ſtatuendam: ... am prima ſit, competit etiam vt ſit vniuerſalis: ideſt, huiuſmodi munus aſſumat ſpeculandi; vt de vniuer... tractet, quatenus eſt ens, & commune rebus omnibus: ita quidem vt res alias omnes a ſubſtantia immo... iuxta entis naturam in genere contempletur: relinquens autem alijs ſcientijs particularibus diſtinctam ... nis tractationem: particulatim autem, atque diſtincte agens (quantum licet homini) de ipſa ſubſtan... a, de Deo Opt. Max. Quæ omnia huic ſuppoſitioni innituntur; quòd detur prædictum genus ſubſtantię ſe... od opportuno loco manifeſtabitur in li. 12. apud nos poſtremo huius philoſophiæ. Iis igitur hunc in mo... ſtitutis, conſequenter Ariſtoteles in hoc libro tractatum abſoluit in primis de genere entis per accidens: & ... e genere entis, verum, nuncupato: patefaciés qualiter ens per accidens, tanquam non ens cenſendum eſt, cuius ... ia poſſit eſſe ſcientia, cum non pendeat a cauſa determinata. Et quòd ens vt verum, non niſi in anima reperitur: ... pptera tum hoc genus entis, tum illud aliud per accidens, omittendum: cum omnino ex ſeſe non ſubſiſtant; ... nhæreant generi entis, quod proprie & per ſe eſt ens. Vnde concludit, ad eiuſmodi ens proprie, atque per ſe exi... ens, vniuerſalem hanc dirigendam eſſe contemplationem, cuius principia, & primæ cauſæ ſunt inquirendæ & aſſi... andæ.

IN LIBRVM SEXTVM PRIMAE PHILOSOPHIAE ARISTOTELIS PARAPHRASIS.

Scientiam theologicam, quæ verſatur circa ſubſtantiam immobilem, eſſe contemplatiuam, diſtinctam autem a naturali, & a mathematica, eandemq; primam & vniuerſalem eſſe philoſophiam, cui incumbit munus contemplandi ens, quatenus eſt ens. Cap. I.



VOD antea in initio libri quarti ſuppoſitum eſt, nobis conſtituatur vt ce... mum; quæri ſcilicet in hac ſuſcepta methodo principia, & cauſas entium, q... tenus ſunt entia. Etenim eſt cauſa aliqua ſanitatis, & bonæ valetudinis... medicus contemplatur: ſunt & mathematicorum principia, & eleměta, &... ſæ: & omnino (vt generatim dicamus) vnaquæq; ſcientia, quæ mentis d... ſione vtatur, vel huius diſcurſionis quoquo modo eſt particeps, verſatur... cauſas, & principia aut exactiora, aut ſimpliciora. Verum hę omnes circa v... aliquod negociantur, vt quæ certum ſibi genus circunſcribentes, ſingulæ... ipſum, exercent opus propriæ ſcientiæ & artis. De ente autem ipſo ſimp... & abſolute, neq; quatenus eſt ens; neq; de ipſo quod quid eſt in genere vllum habent ſermone... ex ipſo quidem quod quid eſt (quod aliquæ ſenſu manifeſtant, vt naturalis ſcientia, aliquæ vero ... poſitione aſſumunt vt mathematici) hinc deinde, quæ inſunt ſecundum ſe generi illi circa quod ... ſantur, harum nonnullæ magis neceſſario, & ratione magis cogente; aliæ vero mollius, atque de... demonſtrant. Ex quo per adductam hanc circa ſcientias particulares inductionem, patet (quando... tiæ nullæ, quæ demonſtratione vtuntur, demonſtrant ipſum quod quid eſt) non eſſe igitur loc... lum ad demonſtrandam ſubſtantiam, neque ipſum quod quid eſt; ſed alium adeundum modu... ipſo manifeſtando diuerſum a demonſtratione. Pariter prædictæ ſcientiæ neque in hoc mune... cupantur, aut ſuam nauant operam, vt dicant aliquid, aut rationem conficiant circa hoc ipſum, num... necne genus illud, de quo tractant: & id quidem; quoniam eiuſdem eſt facultatis intellectiuæ, & q... eſt aliquid, & ſi eſt hoc idem manifeſtare. Quamobrem, cum ex commemoratis ſcientijs nulla con... deret ens, inquantum ens; ſtatuendum eſt igitur aliquam aliam eſſe ſcientiam, cui hoc munus inc... bit contemplandi cauſas, & principia entium, quatenus ſunt entia: & de ipſo quod quid eſt part... genere tractandi. Quæ autem ſit hæc ſcientia, ita auſpicantes, aperiemus. Cum ſcientia natural... ſetur circa quoddam genus entis, nempe circa eam ſubſtantiam, quæ habet principium in ſe motu... quietis; vtique ipſa non erit factiua, aut actiua, ſed ſcientia contemplatiua: quod nobis hinc debet... manifeſtum. Nam efficiendarum rerum principium eſt in efficiente; ſit hoc vel intellectus, vel... quædam potentia. Agendarum vero principium eſt electio, in ipſo reſidens agente: ſiquidem idem... agibile & quod eligibile: & conſequenter in quo eſt electio, inerit etiã actionis principiũ. Vnde, ſi om... diſcurſio mentis aut eſt factiua, aut actiua, aut contemplatiua (quod patet inductione ſingulas arte... ſcientias percurrenti) & ſcientia naturalis non eſt dicenda actiua, aut factiua, quoniam verſatur c... res, quæ habent in ipſis principium motus; illæ vero aliæ facultates ſunt circa ea, quorum effectus d... pendent a principio extrinſeco: hinc igitur concludendum, quòd naturalis ſcientia eſt contemplat... determinata tamen ad illud genus rerum, quæ poſſunt moueri; & ſolum circa ſubſtantiã illam ... ſans; quæ, vt in plurimis, neq; ſecundum rationem eſt ſeparabilis a materia. Ad hæc oportet nos n... latere, quo nam modo ipſum quod quid eſt, & ipſa definitio ſe habeat in ſcientia naturali. Nam h... nobis non conſtito, in vanum eſſet noſtrum hoc ſtudium, quod ſuſcepimus inueſtigandi princip... cauſas rerum omnium; & ſcientiam illam detegendi, quæ hoc ipſum munus habet præſtare. Propter... illud nobis debet eſſe pro comperto, quòd rerum definiendarum, & ipſorum quod quid eſt quæſ... rum, aliqua ſe habent ad modum ſimi: alia vero ad modum concaui. Inter quæ eſt hoc diſcrimen... ſimum inuoluit in ſe materiam; quod patet ex eo quòd dicitur ſimus, naſus concauus; concau... tem abſq; ſenſibili materia comprehenditur. Vnde ſi ad modum ſimi ſe habent res omnes natur... naſus, & oculus, & facies, & caro, & os, & omnino vniuerſum animal; & ſimiliter radix, cortex, & ... denique planta, vt nullum horum ſine motu definiatur, ſed ſemper vnumquodq; materiam habe... nexam: hinc perſpicuum eſſe debet, quo nam pacto in rebus naturalibus oporteat nos quærere ... quod quid eſt; & quomodo eas definire; nempe cum materia illis adiuncta. & propter quid ad n... ralem quoque philoſophum attineat de aliqua anima, quæcunq; non eſt ſine materia, contemplari... ijs igitur manifeſtum eſt, quòd ſcientia naturalis eſt contemplatiua. Verum datur etiam ſcientia ... thematica, quæ & ipſa eſt contemplatiua: ſed ſi ſit rerũ prorſus immobilium, & ſeparabilium, inte... nobis eſt immanifeſtum; quod alibi in hac methodo diſcutiendum erit. Conſtat autem nonnulla ...

ma hemati is scientijs, quæ in ipsis tanquam immobilia & separabilia considerantur. At quam est immobile & æternum, & separabile; perspicuum est quòd de huiusmodi contem et ad scientiam contemplatiuam: non quidem ad naturalem, quæ ad sola entia mobilia , neque ad mathematicam, sed ad aliam, vtraque earum & natura priorem, & dignitate pre em Siquidem scientia naturalis versatur circa inseparabilia a materia, sed non circa immobi ticis autem scientijs aliquę versantur circa immobilia, & separabilia. Et cum sit neces omnes causæ in scientijs contemplatiuis sint perpetuæ; maxime quidem huiusmodi erunt concernunt entia immobilia, & separabilia; cum hæ sint causæ horum, hoc est cœlestium cor pud nos manifeste patent esse diuina: vnde scientia contemplans immobilia & separabi cipuas contemplabitur: atque ideo contemplatiua præcipue dicenda est. Quare tres erũt æ contemplatiuæ: naturalis, mathematica, & theologica, iure hoc nomine nuncupata; quã det nobis esse obscurum, quòd, sicubi adest diuinum, subsidet vtiq; in hac ipsa natura, quam & separabilem supponimus. Necnon oportet, quin mirifice ita conuenit, vt philosophia h abilissima, quæ circa genus, atq; naturam honorabilissimam versatur, qualis est antedicta. emus, quod scientiæ contemplatiuæ sunt quidem reliquis omnibus scientijs eligibiliores; quam supposuimus primum locum obtinere, & ipsis contemplatiuis erit eligibilior. Dubi em aliquis hoc loco; num prima philosophia sit vniuersalis; an & ipsa (vti dictum est de na scientijs) versetur circa certum genus, & circa vnam quandam rerum naturam determi E im huiusmodi docendi ratio vniuersalis non inuenitur in scientijs mathematicis, vt sit in munis, & vniuersalis harum omnium scientia: sed geometria quidem, & astrologia, & alia e propriam quandam naturam speculatur, & vna ab alia subiecto distinguitur. Ista vero, quæ cientia supponitur, est communis omnibus, vt circa omnia philosophetur entia. Cui dubi occurrentes dicimus. quòd si nulla esset alia substantia præter illas, quæ natura constant; vti is esset prima philosophia. Verum si est aliqua substantia immobilis, hæc ipsa prior erit sub ura constantibus; & philosophia quoque hanc contemplans substantiã, erit prima, eademq; hac ratione; quatenus est prima. & consequenter ad hanc primam philosophiam spectabit landi ens, quatenus est ens; & quid sit, & quæ insunt enti, in vniuersali tamen hanc de re bus conficiendo contemplationem.

TEXTVS.

RINCIPIA, [a] & causæ entium quæruntur. & patet, quòd prout entia sunt. Est etenim na sanitatis, bonæq; habitudinis causa. [b] mathematicorum quoque principia, elementa, & æ sunt, & simpliciter [c] omnis intellectualis scientia, siue aliquo modo intellectu participãs, causas, & principia, [d] aut certiora, aut simpliciora est. Attamen hæ omnes, circa vnum us circunscribentes, de eo tractant, sed non de ente simpliciter, nec prout ens est, [e] neq; am rationem faciunt: sed ex hoc, quædam sensu illud manifestum facientes, quædam sup quid est accipientes, consequenter ea, quæ per se generi insunt, circa quod sunt, [f] aut magis ilius demonstrant. Quare manifestum est non esse demonstrationem substantiæ, ipsiusve a inductione, sed alium aliquem manifestationis modum. Similiter autem [h] nec si est, aut ca quod tractant, quicquam dicunt, eo quòd eiusdem mentis est & ipsum quid est manife oc. Cum autem naturalis etiam circa quoddam entis genus scientia sit (etenim circa ta am est, in qua principium est motus, & status, qui in ea est) patet quòd nec actiua, nec fa uarum etenim in faciente principium est, [k] aut intellectus, aut ars, aut aliqua potentia. acti agente electio. idem enim agibile & eligibile. Quare, si omnis intellectus, aut actiuus, aut culatiuus est; naturalis speculatiua quædam profecto est. sed speculatiua circa tale ens, moueri, & circa substantiam secundum rationem vt plurimum inseparabilem solum est. vt non lateat, quomodo ipsum quid erat esse, & ratio sit. nam absque hoc quærere, nihil est tur quæ definiuntur, & ipsorum quid est, quædam quidem ita sunt, vt ipsum simum, quæ cauum. differunt autem hæc, quoniam simum quidem vna acceptum est cum materia: ncauus nasus, concauitas vero absque materia sensibili. Si cuncta igitur naturalia ita vt asus, oculus, facies, caro, os, omnino animal: folium, radix, cortex, omnino plãta (nul absque [n] motu, sed semper habet materiam) manifestum est quomodo in naturalibus quærere, & definire. & cur etiam de [o] quadam anima speculari naturalis est, quæ ia. Quod igitur naturalis speculatiua est, ex his patet. sed & Mathematica specula mobilium & separabilium, adhuc [p] non est manifestum. quòd autem aliqua mathema a, & prout separabilia sunt speculatur, dilucidum est. Quòd si quippiam est immobile, bile, patet ꝙ speculatiuæ est cognoscere, et non naturalis: de mobilibus namq; quibus nec mathematicæ, sed prioris ambabus. naturalis etenim circa inseparabilia quidẽ, sed nõ vero mathematicæ nonnullæ sunt circa immobilia quidem, non tamen separabilia fortasse, Prima [q] vero etiam circa separabilia & immobilia. Necesse autem est omnes quidẽ [r] causas per-

sas perpetuas esse, maxime vero has. hæ etenim causæ manifestius diuinorũ sunt. [s] *Quare tres ... speculatiuæ Philosophię, Mathematica, Naturalis, Theologia. Manifestum est enim quod ... existit, in tali natura existit. & honorabilissimam oportet circa* [t] *honorabilissimum genus esse ... itaque alijs scientijs præponendæ sunt, hæc vero speculatiuis. Dubitauerit etenim aliquis ... losophia vniuersalis sit, an circa aliquod genus, & vnam naturam. Non enim idem modus ... thematicis, sed Geometria quidem, & Astrologia circa quandam naturam sunt,* [u] *illa vero vni... omnibus communis est. Si igitur non est aliqua alia substantia præter eas, quæ natura consistunt ... lis profecto* [x] *prima scientia est. Quòd si est aliqua substantia immobilis, hæc prior, & Philosophia ... & vniuersalis sic, quòd prima. Et de ente prout* [y] *ens est, ac quid est, quæ ei insunt, prout ens ... huius est:*

ADNOTATIONES.



EX his quæ in capite præcedenti determinauit Aristoteles circa ipsum quod quid est, tolli facile potest controuersia, ob quam inuicem digladiantur expositores, num metaphysicus consideret quiditates omnes in vniuersali tantum, an etiam in particulari. Etenim, cum statuerit hoc loco Aristoteles, quòd nulla scientiarum particularium aggreditur tractare de ipso quod quid est, hinc clare deducitur, quòd si ex his nulla de ipso quod quid est agere debet, sola igitur prima philosophia hoc munus absoluet: vnde de omni quiditate tractabit. Et id quidem optima ratione deduxit Aristoteles; quando agere de ipso quod quid est, concernit speculationem entis, quatenus est ens; cuius perscrutatio, circa omnem controuersiam, ad solum primum philosophum spectat: non ad vllam scientiarum particularium: quæ abstinentes a consideratione entis quatenus est ens, abscindentesque eius partem, singulæ circa hanc ipsam accidens speculantur, demonstrantes passiones, quæ insint particularibus subiectis a quaque scientia consideratis. Itaque constare nobis debet, quòd solus primus philosophus omnes quiditates considerat, quatenus entis naturam insinuant. quod quidem præstat, dum speculatur (quando quiditates oratione, & ita nominibus significantibus explicari debeant) quæ dictiones orationis ad ipsum quod quid est pertineant, quæ sint secundum se primo, & non quid accidens sibi adiunctum habentes: vt hinc dilucidet, quæ orationes pertineant ad ipsum quod quid est, & quæ sint ab ipso remotæ. Et cum definitiones tantummodo sint rerum compositarum, ideo dum primus philosophus contemplatur partes, quæ ad rei constitutionem veniunt, tum pro materia, tum pro forma; sic explicat naturam quiditatis, quatenus ex hac, vel ex illa parte, res ipsæ essentiam obtinent; quod quidem commune omni generi rerum compositarum, quarum essentia secundum quiditatem assignari possit. Idem etiam primus philosophus non solum contemplatur (quod pręcipuum est eius munus) naturam quiditatis circa substantias ipsas compositas, verum etiam circa alia genera prædicamentorum, quæ accidentia dicuntur, & non sunt primo entia; vt quæ dependeant a substantia, ad quam & referuntur, vt absque ea nec esse, nec definiri possint; docens quomodo & in ijs ipsis quiditas locum habeat ita quidem, vt haec vniuersa speculatio cum alijs theorematibus, quæ in hanc sententiam traduntur, in lib. 7. & 8. in hac tantum prima philosophia sit absoluenda, quæ contemplatur ens quatenus est ens. Ex quo sequitur manifeste, quod metaphysicus considerat rerum omnium quiditates, adeo quòd, iuxta hanc designatam tractationem, totum negocium absoluitur, quod ad naturam quiditatis attinere possit. neq; dicendum, quòd vlla alia sciẽtia magis in particulari hoc munus obire queat, cum solus primus philosophus genera rerum omnium, & species generum, & species specierum sub hac dicta contemplatione complectatur, quatenus in omnibus entis natura concernitur & explicatur. Verum hoc præstat in genere, & in vniuersali, quatenus ad nuncupationem entis omnia referuntur. Et hanc quidem fuisse sententiam Aristotelis eius dicta manifestat: dum in primo libro cap. 2. dixit; sapientem maxime omnia scire, vt possibile est, non habentem singulariter eorum scientiam. Et in lib. 4. cap. 2. similiter habet: quòd entis quot species sunt, & species specierum vnius scientiæ est in genere speculari. quod etiam in hoc libro 6. cap. 1. & in 11. apud nos 13. cap. 6. insinuauit; statuens hãc philosophiam esse naturali priorem, & vniuersalem, quatenus ens commune omnibus speculatur. Quòd si ex aduerso dicatur, ex hac determinatione sequi, quòd omnes aliæ scientiæ reddãtur superuacaneæ, quando prima philosophia sola omnes quiditates speculari habeat. huic obiectioni ita occurrimus dicendo; quòd propterea non erunt aliæ scientiæ supervacaneæ: quoniam & si singulæ abstinere habeant a tractatione quiditatis iuxta modum iam expositum, quem absoluit solus primus philosophus: attamẽn non omittent sumere, & assignare proprias definitiones suorum subiectorum; quarum omnium naturam, vt se habent in genere entis, & vt constituuntur in esse per has vel illas partes materiam & formam concernentes, ex regulis traditis in hac philosophia iudicabunt: cum censor omnium definitionum, vt se habent in natura entis, sit ipse primus philosophus. Vnde aduertendum, hoc munus vt proprium relinqui scientijs singulis particularibus, vt maturo iudicio perpendant, quęnam sint assumenda ad huius, vel illius rei definitionem spectantia, hæc venari, & in ordinem definitionis componere. veluti quòd hominis constitutiua pars materialis sit corpus tale organicum: formalis vero sit ipsa rationalitas, vel quid aliud; & sic de alijs rebus natura constantibus accipere, & supponere, seu inuenire quòd hæc, vel hæc sint spectantia ad cuiusque rei naturam, vnde eius compleatur quiditas & definitio. Et nõ solum in rebus naturalibus, verum etiam in mathematicis, & in omnibus artibus & scientijs venari circa singulas rerum species, quasdam determinatas partes, quibus singularum rerum definitiones constituantur, vt proprium munus, scientijs particularibus relinquendum est. Quę quidem, vt recta methodo inuentionem partium ad definitionem constituendam spectantium consequantur, opus habẽt tenere viam, illam præscriptam in Analyt. & eo deinde scopo, vnamquamq; scientiã supponere & constituere adinuentas ab ipsa definitiones, vt ex his proprietates demonstret inhærere subiecto, de quo tractat; vt propterea hinc sit dicendum, scientias particu-

[illegible] distincti, & alias esse a prima philosophia, quæ in vniuersali quiditates rerum, vt se habent [illegible] entis, tantummodo contemplatur, eo vt dictũ est modo. Neque vero propterea sequitur quòd [illegible] prima, quæ contemplatur ens in quantum ens, sit imperfecta, vt nonnulli addubitarunt, [illegible] cognitio eius sit vniuersalis, & ita cõfusa, si referatur ad distinctas quiditates, quæ de rebus in [illegible] particularibus traduntur. Nam dicimus quòd tractatio de quiditate quo ad eius naturam atq; [illegible] quomodo se habeat, ita exacte est habita in hac prima philosophia, vt ad eam addi nil [illegible] particulares; licet ipsæ (quod est aliud opus) inuenire habeant methodo præscri- pta in Analyt[illegible] partes illas, quæ aptari possint ad quiditatem cuiusque rei, iuxta ordinem ab ipso primo [illegible] constitutum circa rerum definitiones. Accedit, quòd in hac prima philosophia explica- [illegible] natura [illegible] entis, & eius quod est per accidens, & eius quod est vt verum, quod residet in ani- [illegible] entis præcipui quod est extra animam, tum iuxta substantias & accidentia rerum naturalium, tũ [illegible] res ipsas mathematicas, quarum materiam & naturam primus philosophus sub entis ratione spe- [illegible]tur. Qui denique huius vniuersi determinate prima principia explicat tum interna, vt sunt materia & forma; tum externa, partim sub ratione causæ mouentis, partim sub ratione causæ finalis, quatenus [illegible] est in hoc vniuerso: atque speciatim in ipsius primi principij, Dei Opt. Max. cõtemplatione ver- [illegible] a quo pẽdet vniuersum, de hac quippe substantia exactissimam persequens tractationẽ, quatenus de [illegible] homini fas est assequi notitiam, iuxta ea, quæ in præfationibus cumulate a nobis sunt explicata.

De ente per accidens vnde dependeat, & quòd ipsius non potest esse scientia, quoniam causas non habet determinatas. Cap. III.

PARAPHRASIS.

CVM igitur constitutum sit, si qua datur substantia immobilis, & a materia seiuncta, huius cõtemplationem ad primam philosophiam spectare theologicam appellatam, quæ & vniuersalis existens, vniuersum ens, quatenus est ens, habet contemplari: ideo iam versantes in hac philosophia, aggrediamur de ente tractationem hoc præmittentes. Ens simpliciter sumptũ in communi nomine entis dici multis modis: quorum vnus complectitur ens per accidens: veluti quòd quispiam musicus, sit etiam medicus. Alius vero pertinet ad ens, quatenus verum est: sicuti non ens pro falso accipitur. Et præter hos modos, dicitur etiam ens tum secundum figuras prædicamẽtorum, ipsum quod quid, quantum, quale, alicubi, quando, & si quid aliud est referens horum generum significationem: tum etiam secundum potentiam & actum. Cum autem ens tot modis dicatur: primo loco de ente per accidens est disserendum, pro ut tamen de eo ente, cuius nulla habetur speculatio: sicuti de hoc nobis iudicium esse debet, quòd circa huiusmodi ens, nulla scientia suum impendit studium; non actiua, non factiua, neque contemplatiua. Etenim qui domum constituit, non facit ea, quæ domui iam cõstructæ possunt accidere. Veluti, quòd Socrati contingat domus iucunda; Platoni vero molesta; huic vtilis, & alteri damnosa; & quæcunque alia huiusmodi accidentia, quæ possunt esse propemodum infinita, quorum ne vnius quidem est effectrix ars domifactiua. Similiter geometra non contemplatur, quæ accidunt figuris; vt quòd ligneæ sint, aut plumbeæ, aut quòd aspectui delectabiles, aut iniucundæ contingant: neque omnino si sit quid diuersum triangulus singularis & materialis, a triangulo simpliciter habente duos rectos angulos. Et id quidem fit rationabiliter, vt ab eiusmodi contemplatione abstineat se geometria, & quæcunque alia scientia, aut contemplatiua, aut effectiua. Siquidem ens per accidens tanquam solo nomine existit, vt propterea non perperam (quodam modo) Plato sophisticæ facultati attribuerit ipsum non ens, quando rationes omnium sophistarum (vt ita dicamus) maxime versantur circa ens per accidens. Veluti, si sit idem musicum & grammaticum: num idem Coriscus & Coriscus musicus: & si vt interrogant, omne quod est, non semper autem existens factum est? quo cõcesso, deducunt, si quis musicus existens, grammaticus factus est, & grammaticus quoque musicus existens factus erit, cum tamen iam esset musicus: & aliæ huius generis ratiocinationes. Videtur autem accidens quid propinquum esse ei, quod non est, & id quidem patet ex ratiocinationibus, quæ afferri possunt huic similes. Videlicet quòd eorum, quæ alio modo quàm secundum accidens sunt entia, est generatio & corruptio: entis autem per accidens neque est generatio, neque corruptio: vnde tanquã non ens censendũ est. Verumtamẽ disserendum est etiam de hoc ente per accidens: explicando (in quantum licet) quænam sit eius natura, & quam ob causam existat, hinc enim fortasse manifestum etiam erit, propter quid huius entis per accidens nulla scientia est contemplatrix. Quoniam igitur rerum aliç sunt, quæ semper & eodem modo se habent ex necessitate, non ea quidem, quæ violentiam concernit, sed qua dicitur aliquid necessarium, quoniam non contingit aliter se habere; aliæ vero ex necessitate quidem nõ sunt, neque semper, sed vt in plurimum: ideo hoc est principium, & hæc est causa vt sit accidens. Nam quod neque semper, neque vt in plurimum est, hoc dicimus accidens: vt puta, si in diebus caniculatibus frigus vigeat, id dicimus contingere, & accidens esse: non autem si calor, & æstus fuerit, qui hisce diebus

semper

ſemper euenit,aut in plurimum.Et hominem album eſſe,id quoque dicimus accidere, quoniam neque ſemper,neque vt in plurimum id contingit:non autem accidere dicimus, quòd homo ſit animal ſit ex neceſſitate.Similiter architectum effeciſſe ſanitatem per accidens dicimus, quoniam contingit architectus ſit etiam medicus,qui per ſe aptus eſt ad ſanitatem faciendam;non autem architectus. & epularum confector,voluptatem ſua arte conſectans,interdum aliquid facit ſalubre,non quidem ſecundum artem opſoniorum conficiendorum,ſed per accidens: quoniam ex obſonio quiſpiam ſanitatem acquiſierit:adeo vt ſit dicendum,quòd quodam modo id effecerit; non autem ſimpliciter & abſ... Etenim horum,vt puta ſanitatis,vel rei ſalubris interdum effectiuæ ſunt aliæ facultates, vt puta medicina,vel aromataria.Eorum vero quæ ſunt per accidens,nulla eſt ars,nulla facultas determinata. ... eorum quæ ſunt,aut fiunt per accidens,eſt etiam cauſa per accidens.Quare,cum omnia neque ex neceſſitate,neque ſemper ſint,aut fiant,ſed plurima vt in plurimis:hinc neceſſe eſt dari ens per accidens, ... que ſemper,neque vt plurimum exiſtens,vt eſt albus muſicus.Et quoniam fit interdum,ideo ſecundum accidens erit.Alioquin,niſi ita dixerimus,omnia eſſent ex neceſſitate, vt palam fiet ex ſequentibus. Ex dictis itaque deducitur,quòd materia,quæ contingit aliter ſe habere præter illud quod eſt in plurimum, erit cauſa ipſius accidentis.Ad hanc autem veritatem illuſtrandam,hoc nobis ſumendum eſt principium, vt percontemur,num nihil ſit,quod neque ſemper,neque vt plurimum exiſtat?an ita dicere eſt impoſſibile?Siquidem omnia eſſent ex neceſſitate : erit igitur aliquid præter ea , quæ ſunt aut ſemper , aut vt plurimum . quod quidem vtcumque contingit , & ſecundum accidens , quod poteſt eſſe & non ... Vtrum autem ſolum ipſum vt plurimum adſit,ipſum autẽ ſemper nulli inſit;an potius ſunt aliqua ſempiterna,de hoc poſteriús erit determinandum.Ex his autem , quæ nunc explicata ſunt,perſpicuum eſt, quòd ſcientia non eſt de accidente . ſiquidem omnis ſcientia , aut eſt de eo quod eſt ſemper , aut de eo quod vt plurimum ita ſe habet . Nam quomodo aliter quiſpiam aut diſceret , aut doceret alium? ... debeat eſſe determinatum,vel vt ſemper,vel vt plurimum id,quod ſciri debet ? Veluti docendum ... que ſtatuendum eſt , quòd mulſum laboranti febre prodeſt vt plurimum : quod autem eſt præter hoc, vt puta,quo tempore non proſit, non habebit quomodo id dicat medicus . Veluti , num calendis non proderit ? Etenim ſi ita dicatur , erit quærendum , num hoc quòd non proſit calendis mulſum, ... ſemper,aut vt plurimum.quòd ſi alterutrum ſtatuatur,iam non erit accidẽs hoc ipſum, vt ſupponitur: ſiquidem accidens eſt præter hæc,præter ſemper,& præter ipſum vt plurimum . Quid igitur ſit accidens, & quam ob cauſam ſit,& quòd de eo non eſt ſcientia dictum eſt .

TEXTVS.

SED cum ens illud,quod ſimpliciter dicitur,multipliciter dicatur,quorum vnum quidem erat quod ſecundum accidens,aliud vero,quod vt verum , & non ens vt falſum : præter hæc autem ſunt prædicationis figuræ,vt quid,quale,quantum,vbi,quando,& ſi quid aliud hoc modo ſignificat:item præter hæc omnia,quod potentia,& actu:cum itaq; ens multipliciter dicatur, [a] *primo de eo,quod ſecundum accidens eſt,dicendum quòd nulla circa illud ſpeculatio eſt. Signum autem, quod nulli ſcientiæ curæ eſt illud,neque actiuæ,neque factiuæ,neque ſpeculatiuæ.Nec enim qui facit domum, facit ſimul quæ accidunt domui factæ.infinita namque ſunt.quibuſdam enim delectabilem,quibuſdam noxiam, quibuſdam vtilem nihil prohibet factam eſſe,&,vt ita dicam, ob eas res omnes eſſe aliam , quarum nulla factiua eſt ædificatiua ſimili modo . Nec Geometra ea , quæ ita figuris accidunt, ſpeculatur,nec ſi diuerſus* [b] *triangulus & triangulus duos rectos habens. & hoc rationabiliter contingit .* [c] *nam quaſi nomine ſolum ipſum accidens eſt .* [d] *Quare Plato non male quodammodo circa Sophiſticam ipſum non ens appoſuit. ... phiſtarum etenim rationes circa accidens, vt ita dicam ,* [e] *maxime omnium ſunt . vtrum diuerſum an idem muſicum & grammaticum,& muſicus Coriſcus ac Coriſcus.& ſi omne,quod eſt,non autem ſemper factum eſt.quare ſi muſicus exiſtens grammaticus factus eſt,& grammaticus exiſtens muſicus, & quæcunque ... orationum tales ſunt.Videtur etenim accidens* [f] *propinquum quiddam eſſe non enti.hoc autem ex his* [g] *orationibus manifeſtum eſt.eorum etenim,quæ alio modo ſe habent,eſt generatio & corruptio : eorum autem,quæ ſecundum accidens,non eſt.Attamen dicendum eſt amplius de accidente,quoad poſſibile eſt, quænam eius natura ſit,& ob quam cauſam eſt. ſimul autem patebit , & cur eius ſcientia non eſt . Cum igitur in entibus ſint quædam ſemper ſimiliter ſe habentia , & ex neceſſitate , non ea,quæ ſecundum vim dicitur, ſed quam dicimus,eo quòd non contingit aliter,* [h] *quædam ex neceſſitate quidem non ſunt, nec ſemper, ſed vtplurimum,hoc principium & huius cauſa eſt, vt accidens ſit . Quodcunque enim non ſemper,neque vt plurimum eſt , hoc dicimus accidens eſſe. vtputa , ſi ſub cane tempeſtas & frigus factum fuerit,hoc dicimus accidiſſe, non ſi æſtus aut calor . quoniam hoc quidem ſemper,aut vtplurimum, illud vero non. hominem quoque album eſſe accidit:nec enim ſemper,nec vtplurimum.animal vero non ſecundum accidens. & Fabrum ſanitatem feciſſe,accidens eſt.quoniam non eſt aptus ad ſanitatem faciendam Faber,ſed Medicus,verum accidit Fabrum eſſe Medicum.Cocus etiam voluptati intentus facit quicquam ſalubre,ſed non ſecundum pulmentariam. vnde dicimus quòd accidit,& quodammodo quidem facit,ſimpliciter vero non me .* [i] *Illorum etenim aliæ quandoque factiuæ potentiæ ſunt,horum vero nulla ars , nullaque potentia determinata eſt . eorum enim , quæ ſecundum accidens aut ſunt,aut fiunt , cauſa quoque ſecundum accidens*

[illegible] Quare cum non omnia ex necessitate, & semper, aut sint, aut fiant, sed multa vtplurimum, necesse est [illegible] secundum accidens est. vtputa nec semper, nec vtplurimum albus musicus est. cum autem aliquando fiat, secundum accidens erit. quòd si non, cuncta ex necessitate erunt. [l] *Quare materia erit causa contingens eius, quod aliter accidit, quàm illud, quod vtplurimum est. Principium autem hoc sumendum [illegible] nihil est, quod nec semper, nec vtplurimum, an hoc impossibile. Præter hæc igitur aliquid est, quod vtcunque contingit, & secundum accidens. Sed vtrum, quod vtplurimum, quodue semper nulli insit, [illegible] aliqua sunt sempiterna,* [m] *de his sane posterius considerandum est. Quòd autem non est accidentis [illegible] patet. Omnis enim scientia eius est, quod aut semper, aut vtplurimum est. quomodo enim discet, aut alium docebit? oportet enim vt determinentur, aut per semper, aut per vtplurimum. vtputa febricitanti [illegible] melicratum est vtplurimum. Quod vero præter hoc est, non habebit dicere quando non, vt in nouilunio. [illegible] etiam in nouilunio aut semper, aut vtplurimum, accidens vero præter hæc est. Quid* [n] *itaque accidens est, & ob quam causam, & quod non est eius scientia, dictum est.*

ADNOTATIONES.

PRIMO [a] *de eo quod secundum accidens est.* De ente per accidens, quoniam non cadit sub scientia, ideo vult primo tractare Aristoteles, vt ipsum remoueatur, & non sit impedimento contemplationi, quę est habenda de proprio ente, vt adnotauit Auerroes. ad quod potest (Auer.) etiam addi, quòd ens per accidens est admodum commune, & valde vsitatum; cum multa, ac propemodum infinita sint huiusmodi, quæ secundum accidens contingunt, vnde & priori loco de ipso agendum fuit. [b] *Nec si diuersus triangulus, & triangulus duos rectos habens.* Alexander ait, & (Alexand.) cum ipso Philoponus (Philop.) supplendam esse in hac oratione aliquam particulam: vt puta dicendo, si diuersum est triangulum ligneum, seu plumbeum a triangulo habente tres angulos æquales duobus rectis; de eiusmodi non considerat geometra. Auerroes autem aliter: non considerat, inquit, geometra, si tres (Auer.) anguli in triangulo sint æquales tribus alijs in alio triangulo, id dicens Auerroes respiciens ad materiā capri vel alterius rei, ex qua sit factus triangulus. Dicere etiam possumus, in prima mentione trianguli accipi triangulum singularem, & ita cum materia: & quæri, vtrum talis triangulus sit diuersus a triangulo habente duos rectos in materia trianguli simpliciter accepti; hoc quippe non considerat geometra: quoniam accidens est id, quod in singulari triangulo continetur. [c] *Nam quasi nomine solum ipsum accidens est.* Alexander exponens hæc verba ait: sicuti hircoceruus est tantū nomen, non aliqua (Alexand.) natura, non omnino ens: sic ens per accidens (vt pestilentem domum esse) est tantum nomen, non ens. Verum cum dicat Aristoteles, quòd ens per accidens est propinquum ipsi non enti, patet quòd non absolute tollit, quin sit aliquo pacto ens; ac præsertim cum subiungat, quòd accidens est illud, quod [illegible] plerunq; fit. Auerroes ita habet: quòd est per accidens, in rei veritate est nomen ziferæ; idest, si- (Auer.) ne aliqua significatione. D.Thomas inquit, eatenus vnumquodque est ens, quatenus vnum est: at ho- (D.Tho.) minem album esse, non est quid vnum, & vna natura; ideo namque nomine est, quoniam re vera vnum non est: albedo quidem vnum, at non ex homine & albo fit vnum. Propterea ponderanda est hæc particula, *tanquam nomine*, qua dicimus denotari, quòd si est tanquam nomine ipsum ens per accidens, nō [illegible] igitur est tantum nomine, sed prope nil deest, quin sit solum nomine. Sed diceret aliquis in li. [illegible] cap. 3. habetur ab Aristotele, quòd ens est solum nomine, quia solum est chategorema, tanquā quod ens nil sit absolute. Dicimus ad hanc difficultatem, quòd ens acceptum seorsum a prædicamentis non continet aliquam propriam notionem: at applicatum vt est genus analogum, vel substantiæ, [illegible] generi prædicamentorum, sic re ipsa est aliquid. At ens per accidens acceptum quantumuis determinate, vbique, & in omnibus semper est tanquam solum nomine, vt explicatum est. [d] *Quare Platonem non male quodam modo.* Laudat Platonem, qui assignauerit sophisticæ ipsum non ens, supponens ens per accidens, circa quod versatur sophista, esse non ens. dicit autem *quòd quodam modo* non male in hoc [illegible], quoniam non absolute supponēdum est, quòd ens per accidens sit omnino non ens. [e] *Maxime omnium.* Aut ita intelligendum, quòd rationes sophistarum sunt de accidenti fere omnes: aut ꝙ sophistæ, præ cunctis hominibus, in huiusmodi versantur ratiocinijs, quæ concernunt ens per accidens: [illegible] & qui non sunt sophistæ, in has incidunt interdum sophisticas ratiocinationes, non electione, vt [illegible] sunt sophistæ, eas adhibentes; sed vt incauti & ignari in eas incidentes. [f] *Propinquum quiddam [illegible] non enti.* Dicit accidens esse quid propinquum non enti: & id quidem, quoniam habet parum entitatis [illegible] vti illud, quod neque semper est, neque vt in plurimis, sed vtcunque potest esse & non esse. [g] *Ex [illegible] etiam orationibus manifestum est.* Melius, *rationibus*, verteretur hoc loco, vt innuatur, & ostendatur rationibus probari, quòd ens per accedens sit propinquum non enti: sicuti patet ex hac ratione, ꝙ aliorum quæ vere sunt & secundum se, est generatio & corruptio: entis autem per accidens non est aut generatio, aut corruptio, quod paulo post manifestabitur. Sed cur dicit Aristoteles, manifestum esse ex his rationibus, quòd ens per accidens sit prope non ens, cum tamen vna tantum iam prædicta sit subinducta ratio? Adhoc dicere possumus, alias quoque similes huic significari, ex quibus idem comprobari possit. At rursus dicet aliquis, quoniam fit homo albus, & manus cum quattuor aut sex digitis, ergo fit, & generatur id quod est per accidens. Cui dubitationi occurrimus dicendo, quòd non fit homo

mo albus, sed fit corpus coloratum per se: quòd autem sit homo huiusmodi colore affectus, est per accidens, ad hominis naturam accedens. sicuti etiam non generatur manus cum quattuor, aut sex digitis: sed circa manum propter materiam deficientem, aut abundantē, accidit fieri aut plures, aut pauciores quinque digitis, qui per se manui conueniunt. hoc autem est per accidens, quod fit circa manum, non est per accidens, quòd generetur digitus, cum id fiat ex aliqua materia, & a virtute agentis determinata procedat. Sed præter hæc multa alia dicuntur per accidens, vt musicum album fieri: vel quod effodiene terræ inueniatur thesaurum, & huiusmodi, quorum neque est generatio, neque corruptio. [h] *Quæ ex necessitate quidem non sunt nec semper, sed vt plurimum*. Affert diuisionem eorum quæ sunt & quòd aliqua sunt ex necessitate, aliqua non ex necessitate, neque semper, neque in plurimis: ita legitur in græco Cod. οὐδ' ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, & hanc lectionem sequutus est Perionius: licet Alexander, & omnes legant affirmatiue hunc in modum: *alia ex necessitate, alia non ex necessitate, sed in plurimis* te melius legeretur, vt habetur infra lib. 11, apud nos 13. cap. 7. vbi hæc eadem tractantur. ita enim textus ibi se habet: *aliud ex necessitate, aliud vt in plurimis, aliud quod neque semper, neque in plurimis* etenim hæc tria membra entium supponit quoque hoc loco Aristoteles, dum dicit paulo post *quod enim neque semper, neque vt in plurimis, hoc dicimus esse accidens*: adeo quòd per negationem eorum quæ sunt semper, & eorum quæ sunt vt plurimum, inducitur hoc tertium membrum, quod continet ens per accidens. Et huius quidem contextus consideratio non parum interest ad explicanda hæc quæ sequuntur: videlicet, *hoc principium & huius causa est vt accidens sit*. Nam qui sequuntur aliam lectionem, inquiunt, quòd esse aliqua entia, quæ non sunt semper, sed in plurimis, *hoc est principium & causa, vt sit ens per accidens*: quod Alexander ita interpretatur: quòd interiectio, qua id, quod est magna ex parte, interpellatur, accidens dicitur. Philoponus ait, dari ex prædicta diuisione methodum vt ostendamus accidens: neque vlterius explicat. D. Thomas sic magis dilucidat, inquiēs: quòd causa entis vt in plurimum, eadem causa entis est etiam per accidens. contra quod dictum afferri potest hæc ratio; quoniam videbitur hunc in modum causa entis per accidens esse determinata, quod est contra suppositionem factam ab Aristotele: qui dicit, eorum quæ sunt, vel fiunt per accidens, causam quoque esse per accidens. Aliqui inquiunt argumentationem colligi, quòd sit ens per accidens, ex eo quòd sit ens in pluribus: hoc enim deficit aliquando, quoniam non est necessarium: propter autem eius defectum sequitur vt sit eius oppositum, quod est accidens in paucioribus. Et ita videtur Auerroes deduxisse, dixit; quòd cum rerum aliquæ sint necessariæ in esse, quædam in maiori parte temporis, hoc genus contingentis ex maiori parte, est causa eius quod est per accidens: quando enim in ijs, quæ sunt in maiori parte, non id fit, quod natum est fieri maiori ex parte, fiet id, quod est per accidens. Verum opponi potest, quoniam non videtur quòd proprie causa entis per accidens sit ens vt in plurimis; nisi in quantum quòd colligi potest, quòd sit ens per accidens, si sit ens in plurimis. quatenus enim supponitur ens in pluribus, eatenus etiam insinuatur esse ens in paucioribus, iuxta partem defectus contingentis ens in pluribus. Ideo dicemus, ex hoc quòd sint aliqua neque semper, neque vt plurimum, hoc esse initium, vnde pullulat ens per accidens: & hinc quoque emanat causa ipsius entis per accidens: [illegible] effectio entis non in plurimis, dat esse enti per accidens; & causa entis per accidens in hoc cōsistit, quoniam sint aliqua non in plurimis, neque semper, sed in paucioribus; in his enim continetur causa accidens non determinata. Excipiuntur autem quæ raro eueniunt, cum tamen semper eodem modo eueniant ex causa determinata, vt contingit de eclipsi lunæ, & alijs eiusmodi. [i] *Illorum etenim quandoque factiuæ potentiæ sunt*. Ait quòd eorum, quæ per accidens in vna arte fiunt, aliæ facultates sunt effectiuæ secundum se, vt ars opsonaria, per accidens est causa sanitatis, cuius effectiua per se facultas, & ars medica. Dicit autem Aristoteles, quòd interdum hæc efficiuntur a determinatis facultatibus: hac voce *interdum* (quam nullus interpretum quos viderim perpendit) vtens ad innuendum quòd non semper assequuntur finem ipsæ artes: non quòd raro finem consequantur. Eorum autem quæ sunt per accidens, nulla est ars, nulla determinata facultas. [k] *Quare cum non omnia ex necessitate*. Infert ex hoc, quòd non omnia sunt ex necessitate, neque vt in plurimis, ideo accidens esse: quippe sequitur hoc ex eo, quoniam quod est vt in plurimis, deficit ab esse semper: vnde, nisi esset aliquid præter semper, & in plurimis, omnia essent ex necessitate: nunquam enim fieret id, quod [illegible] mis, nisi contingeret aliquid fieri præter hunc modum. Dicit autem, quòd quoniam fit aliquid accidens erit. & vtitur hac voce ποτέ, cum prius sit vsus hac alia, ἐνίοτε, loquens de facultatibus determinatis circa proprias operationes: per hanc dictionem insinuans, quod non semper artes assequuntur proprium finem; per aliam vero vocem, ποτέ, innuens, quod præter ea quæ in plurimis, eueniat accidens. [l] *Quare materia*. Infert, quòd materia contingens aliter se habere ac in plurimis, erit causa ipsius accidentis. Aduertendum autem hoc dictum videri solum accommodari ijs quæ generantur, vt nasci hominem cum quattuor digitis in manu: non autem inuentioni thesauri, dum foditur terra, & alijs huiusmodi accidentibus: atque ideo paulo post animaduertit Aristoteles, considerandum esse, num causa entis per accidens referatur ad materialem, aut ad efficientem, aut ad finalem. Interim autem hoc infert, quòd in ijs quæ materiam concernunt, materia contingens aliter quàm in plurimis, est causa eiusmodi ipsius entis per accidens. [m] *De his sane posterius considerandum*. Videlicet, num dentur aliqua sempiterna: quod (vt ait Alexander & cum ipso Philoponus) præstabitur in lib. 11. & in 12. apud nos 13. & 14. Verum quòd hæc determinatio fiat (vt dicunt ipsi in li. 11.) nullibi apparet.

Alexand. Philop. D.Tho Auer. Alexand. Philop.

... apud nos poſtremo manifeſtũ eſt hanc abſolui ſpeculationẽ. ⁿ *Quid itaq; accidẽs*. Conclu-... Ariſtoteles, iã ſe explicaſſe, quid ſit ens per accidens, & propter quã cauſam ſit: & q ipſius nõ ... In quibus verbis manifeſte apparet contradictio quædã; quando dicitur & q ens per acci-... ſcientia: & rurſus, quòd de ipſo explicatũ eſt quid ſit, & propter quam cauſam ſit. Etenim de ... explicatum quid ſit, & propter quã cauſam ſit, de hoc videtur eſſe ſcientia, quę habetur, cum ſcimus ... aliquid, & propter quam cauſam ſit. Et hinc orta eſt opinio nonnullorum, qui cenſent, q ens ac-... per accidens, ſit ſubiectum huius philoſophiæ: quando de ipſo explicatur quid ſit, & quæ ... Cui dubitationi ita occurrendũ eſt; quòd in genere quidẽ ſciri poteſt, & in uniuerſali, quid ... & quã ob cauſam ſit: quemadmodũ etiam de fortuna, & caſu explicatum eſt quid nã ... in li. 2. phyſicorum. etenim ſcimus de ente per accidens, q eſt illud ens, quod eſt, aut fit præter ens ... & ſemper; & q habet cauſam indeterminatam, & per accidens. Ex quo ſequitur, ſi reſpicia-... particularia entia dicta ſecundum accidens, vt de huiuſmodi non poſſimus habere ſciẽtiam: quo-... horum cauſæ ſint indeterminatæ. ſcientia autem requirit cauſam per ſe determinatã, ita vt inde-... atum ſit contra rationẽ ſcientiæ, per quã determinatur cognitio rei. Vnde nõ poterimus habere ... determinatã, cur inueniatur theſaurũ, cum quis fodit terrã: aut, cur qui muſicus eſt, ſit etiã albus: ... propter quid domus accidat iucunda alicui: quando ex cauſis innumerabilibus & indeterminatis ... modi euẽtus poſſint pendere. Non tollitur autẽ, quin in genere id poſſimus cognoſcere, q natu-... ens per accidens eſt præter ens in plurimis; & q cauſam habet indeterminatã. Conſequenter ruit ... corum, qui cenſent q etiam ens per accidens pertineat ad ſubiectũ vniuerſale huius ſcientiæ cõ-... plectis ens, quatenus eſt ens. Nam dato q ens in communi ſumptum poſſit dici ſubiectũ huius pri-... philoſophiæ (quod ſupra in lib. 4. in propria diſputatione impugnatum eſt) attamen nõ concedẽ-... q & ens per accidens in hac ſubiecti communi ratione cõcludatur. ſiquidem propoſitũ eſt in hac ... inquirere, & tradere principia & cauſas determinatas entis, quatenus eſt ens: quæ cũ nõ poſſint ... haberi de ente per accidens, vt oſtenſum eſt antea; propterea concluditur, q ens per accidens nõ poteſt ... udi, vt pars ſubiecti huius philoſophiæ. Quod autem habet Alenſis in hoc loco, q ens in pluribus Alenſis.
eſt cauſa entis per accidens, quoniã quod eſt cauſa entis in pluribus, eſt etiã cauſa entis per accidens in ... ioribus; ſicuti in agentibus a propoſito eadem cauſa eſt per ſe, & fortuita: non videtur omnino cõ-... ſonum verbis Ariſtotelis. Qui non dicit, q cauſa entis in pluribus ſit cauſa entis per accidens: ſed q ens ... plurimis eſt initiũ, & cauſa entis per accidens. Aut (ſecundũ aliã lectionẽ) ens, quod eſt præter ſem-per, & in plurimis, eſt initium entis per accidens: quatenus (vt explicatum eſt) ex eo quòd ſunt non-... quæ nõ ſemper, ſed in plurimis exiſtunt; hinc datur locus vt ſit ens in paucioribus, & per accidẽs, cauſam pariter habens per accidens: licet ad aliquam cauſam per ſe exiſtentem reſpectu alterius entis ... poſſit. Et ita dictum Alenſis verum eſſet, quòd cauſa per ſe, ſit per accidens cauſa entis per acci-... um ex facto, quod intenditur a cauſa per ſe, non ſequitur intẽtum; ſed inde aliud ſuccedit, quod ... ſua fortuiti euentus, aut alio modo entis per accidens.

... ens per accidens principia, & cauſas eſſe ſine generatione, & corruptione; alioqui omnia eſſent ex neceſſitate. Cap. IIII.

P A R A P H R A S I S.

QVOD autẽ ſint principia & cauſæ generabiles, & corruptibiles, quæ ſunt et non ſunt, abſque quòd generẽtur & corrũpantur, vt ſuppoſitũ eſt antea circa ens per accidẽs, ex his manifeſtũ erit. Nã niſi ita ſtatuatur, erũt omnia ex neceſſitate; quod eſt contra ſuppoſitũ iã factũ, quod ſint aliqua neq; in plurimis neq; ſemper entia. Id autẽ deducitur, ſi neceſſe eſt (vti eſt neceſ-... q omnis eius quod fit & corrũpitur, ſit aliqua cauſa non ſecundũ accidens; vnde neceſſe eſt, quod ... ur neceſſario generari, & quod corrumpitur, neceſſario etiam corrũpi. Percontabitur igitur ali-... erit hoc, aut non erit ſi hoc fiat? aut ſi non ſint, nõ erit? & ab hac percontatione ad aliã accedet ... tendo, ita quidẽ, vt dempto tẽpore a tẽpore finito, vt demi poteſt, deueniat ad ipſum nunc, in quo ... oritur, aut morbo, aut ui: ſi tamẽ exierit de vrbe: & hoc, ſi ſitierit; & hoc, ſi aliud quid fecerit, ... eniat ad id quod nũc ineſt, vel ad aliud eorum, quę facta ſunt: veluti ad hoc q ſitierit: & hoc; ſi ... edit ſalſa: hoc autẽ aut iã ineſt, aut non ineſt: quare ex neceſſitate moritur, vel nõ moritur: ſi ineſt, ... non ineſt non moritur. Eadẽ quoq; eſt ratio, & ſi quis ſaltauerit ad ea, quę facta ſunt. iã enim ... d factũ eſt, ineſt in aliquo. Ex neceſſitate igitur omnia erũt, quę futura ſunt: veluti mori viuentẽ. ... ẽ etiã aliquid factũ eſt; puta cõtraria in ipſo corpore; quod quidẽ eſt ex neceſſitate: ſi autẽ morbo, ... nondũ emerſit, quod ſit ho: ũ futurũ: ſed ſi hoc fiet, aut vi, aut morbo vtique morietur. Manifeſtũ ... q progreſſus iſte erit vſque ad aliquod principium, quod non erit in aliud. Erit igitur hoc princi-... eius, quod eſt per accidens principium; & generationis huius principij nulla erit cauſa: ita enim ... et dicere, vt vitemus inconueniens, quòd omnia ſint ex neceſſitate. In quale autem principium, & ... qualem cauſam hæc reductio accidentium fiat; num in materiam, an in finalem, an maxime in effi-... eſt perpendendum. De ente igitur per accidens ſat ſit hæc determinaſſe.

TEXTVS.

Q VOD autē sint principia [a] *causæ generabiles & corruptibiles, absq; eo quòd generentur, & corrumpantur, manifestū est. Etenim si non hoc, ex necessitate omnia erunt, si eius, quod generatur & corrumpitur non secundū accidens causam aliquā necesse sit esse. Vtrū enim erit hoc, an non? si hoc, siet, sin vero non, minime. hoc vero, si aliud, & hoc modo videlicet (tempore semper dempto a finito) deueniet vsq; ad nunc. quare hic morietur ægritudine, aut vi, si exiuerit, hoc autem, si siti [...] deueniet ad id, quod nunc est, aut aliquid eorum, quæ facta sunt. vtputa, si sitiuerit. hoc vero, si comederit acria. hoc vero aut est, aut non. quare necessario morietur, aut non morietur. Similiter & si quis ad [...] cta ascenderit, eadē ratio est. iā enim hoc in aliquo est. dico autē quod factū est. ex necessitate ergo erunt omnia futura, vt mori viuentē. iā enim aliquid factū est, vtputa cōtraria in eodē corpore. sed si ægritudine, vi, nondū, sed si hoc factū fuerit. Patet igitur ꝙ vsque ad aliquod vadit principiū: hoc vero non amplius aliud. erit igitur hoc eius, quod vtcunq; cōtingit, causaq; generationis eius nulla.* [b] *Sed in quale principium & qualem causam talis reductio est. Vtrū vt ad materiam, an vt ad cuius gratia, an vt ad mouens, maxime considerandū est. De eo itaque, quod secundum accidens est, dimittatur: determinatum enim sufficienter [...]*

ADNOTATIONES.

Q VOD [a] *autē sint principia & causæ generabiles, & corruptibiles &c.* Auerroes & cū ipso D. Thomas supponunt scopū esse Aristotelis hic ostendere, ꝙ causę dentur, quę generentur & corrūpantur, absq; eo quod alia generent & corrūpant: possunt enim nō generare; vnde contingēter generant quę generāt: & ita euenire possunt entia per accidēs: nā si omnis causa [...] netabilis esset generās, aut corrūpens, omnia essent ex necessitate. Huic interpretationi illud repugnat quod dicit paulo post Aristoteles, ꝙ ipsius principij generationis nulla est causa, vnde generari & corrūpi proprie refertur ad ipsas causas, & non ad ea quæ generentur ex ipsis. Etenim supposuerat [...] entia per accidēs non generantur neq; corrūpuntur, cū tamē sint & nō sint. Vnde cū inquit hoc loco principia & causæ dātur generabiles & corruptibiles, per hoc intelligit quòd sint, & nō sint absq; generari & corrūpi: idest, absq; ꝙ proprie generētur & corrūpantur. Quod ita declarat Alexander quadā [...] litudine. Quoniā inquit, vt ex nō homine per generationē eo deductus est, vt esset homo, sic ex non [...] ficatore per generationē quandā & disciplinā, & omnino tēporis motā, eo peruenit, vt esset ędificator [...] domū valeret ędificare: vt vero domus huic esset grata, illi molesta, id absq; tēpore ei accidit vt ca [...] set, cur domus foret grata: nō autē per quidpiā processit ad hoc efficiēdū. Aristoteles autē in genere concludit, ꝙ dētur principia & causæ, quę sint & nō sint absq; quod generētur & corrūpantur. Et [...] positū quis velit asserere, adducit ad hoc incōueniens, ꝙ omnia erūt ex necessitate. Dicit autē, ꝙ [...] erūt ex necessitate, bis vtēs hac voce, τὰ ἐσόμενα, idest futura, erūt ex necessitate; hinc innuēs hoc [...] niens, quòd omnia euētura, sint ex necessitate futura. siquidē nō esset incōueniens, ꝙ quæ sunt, dum sint ex necessitate: hoc enim est verissimū, vt declaratū est etiā in li. de Enūciatione. Dictū autē a [...] deducit Aristoteles hac facta suppositione: ꝙ omnis rei, quæ generatur aut corrūpitur, necesse est [...] sam esse nō secundū accidēs: atq; ideo secundū se. Et id patet, quoniā quod generatur, habet necessario causam, ob quā generatur: quod & de corruptione dicendū est. In his igitur cōstat, ꝙ ex necessitate quæ fiūt: unde si omnia uere generātur & corrūpuntur, omnia erūt ex necessitate. Et pro hac ratio[...] tione facilius deducēda, accipit Aristoteles aliquid iā factū, quod necessario est, ad quod alia præ[...] nuntur, quæ fieri debeāt cōsequenter. Verbi gratia, si qui salsa comedit, sitiat, ob sitim exeat dom[...] fectus occidatur: si igitur omnia quæ sunt, cū prius non essent, uel futura sunt, ita se habeāt, ut generentur & corrūpantur: horū utiq; erit causa non per accidēs: & ita necessaria erunt omnia. Vnde (ut hoc a[...] dū uitemus) dicere oporret, ꝙ principiū erit causa rei per accidēs, & generationis huius principij [...] erit causa; unde erunt & nō erunt aliqua, absq; eo quòd generentur uel corrūpantur. Alioquin si ge[...] rarētur, haberēt huius generationis causam per se, & cōsequenter omnia essent ex necessitate. Et si [...] sæ sunt huiusmodi, erūt etiā effectus huiusmodi, qui erunt & non erūt sine generatione & corrup[...] ex quo sequitur, ꝙ ens per accidēs sit tanquā non ens, cū sit & non sit sine generatione & corrup[...] quod de rebus, quę sunt entia per se, nō cōtingit, vt antea asserebar, & supposuerat Aristoteles. Vult [...] in hac ratiocinatione iā explicata colligere id, quod clarius etiā explicauit lib. 11 apud nos 13 c. 3 vi[...] licet; ꝙ non eiusdē generis sunt causæ entis per accidēs, & causæ entis quod est secundū se. [b] *Sed in quale principiū.* Cū in rebus, quæ fiūt per accidens, ad aliquod principiū sit deueniendū, ideo animaduertendum nobis esse spectādū, ad quod nā principiū, & ad quā causam reductio fiat; nū ad materialē, an [...] an potius ad efficientē. de qua re, inquit Auerroes, actū est in li. 2. physicorū: & vult causam esse [...] vt circa fortuita. Verū potest etiā esse causa materialis, vt in his quę fiūt præter naturā. in ē causa [...] lis; vt in ijs, quæ succedūt pręter ꝓpositū agētis cū electione: quæ quidē causę erūt per se causę eorum, quæ semper, aut in plurimis fiūt. at eorū quæ per accidēs sunt, erunt etiā causæ per accidēs; veluti circa [...] riā, cū contingat aliter generari rē, præter quàm ꝙ vt in plurimis fieri solet; vt cū nascitur homo cū [...] tis quattuor tantū in manu, & alia huiusmodi. Similiter in causa efficiēte, vt fodere terram pro vite [...] tanda, si id fiat, erit a causa per se. quòd si fodiendo terrā, inueniat aliquis thesaurū, hoc erit per accidens &

... ſcopum fodientis terram pro vite plantanda. Similiter ſiquis proponat Æginam nauigare, & ... in ... n portum Athenarum ducatur, eueniet ei per accidens id, quod non intẽdebat: & hu... per accidens erit procella maris; cũ ob alias innumerabiles quoque cauſas id ipſi eue... ... Finis autem non videtur immediate poſſe dici principium, & cauſa per accidens ſeorſum ... ſed ſolum erit mouens agentem, qui poſtea aggrediens agere ea, quæ habet in mente, ... euentus ac facta, quæ ſunt per accidens: & ideo maxime in hanc cauſam efficientem redu... videtur eorum, quæ ſunt per accidens. Reticuit autem formalem cauſam; quoniam (vt ... D. Thomas) coincidit cum finali. Sed forte cauſa formalis non habet locum in genere entis per ...dens, cum contineat cauſam ſecundum ſe, & det eſſe rebus ſecundum ſe; neque ipſa agit vt finis, vel ... efficiens, vel aliquid patitur vt materia, vnde in ipſa locum habeat ens per accidens. Quòd ſi atten... particulam illam, *maxime*, græce μάλιστα, quam Ariſtoteles applicat ipſi mouẽti, ad quod, tan... ad cauſam referantur entia ſecundum accidens, facile dicendum nobis videretur, quòd hæc ſit ...iſſima cauſa, & tanquam amplectens vniuerſa entia per accidens: cum plurima præter propoſitum ...manæ mentis apud agentẽ, & ita a cauſa efficiente ſuccedant per accidens: nec non quę eueniũt cir... res naturales, præter ſemper & in plurimis, poſſunt non ſolum referri in materiam, verum etiam in ..., in quo deficiat modus operandi ſecundum conſuetum ordinem naturæ. D.Tho.

Diſſoluuntur obiectiones, quibus tolli videtur ens per accidens, & concludi, omnia fieri ex neceſſitate. Cap. V.

DISPVTANT autẽ nonnulli hoc loco ita, vt cenſeant nõ eſſe inconueniens, aſſerere ꝙ omnia fiant ex neceſſitate: quando ex ſententia nonnullorum datur fatum, quo ſupponitur omnia hęc ...tingentia reduci ſub ordine corporum cœleſtium. item adeſt (inquiũt) Dei prouidentia, apud quã nihil accidens eſſe poteſt. Sed ijdem reſpondent, quòd fatum non datur, cum ea, quæ contingunt ex libero hominis arbitrio, non ſubdantur cęli conſtellationibus. Addunt etiam, quòd multa, quæ erunt accidentia in aliqua natura; veluti, ꝙ florente vna herba, alia floreat, eſt per accidens illi herbæ floren... non eſt per accidens, vt floreat vtraque herba quo ad ordinem cœleſtem. Sed & in ordine cœleſti (inquiunt) cadit varietas, cum enim ſit intentio vt naſcatur homo cum quinque digitis in manu; ideo præter ordinem cœleſtem erit, ſi naſcatur cum ſex digitis: quod tamen non erit poſtea per accidẽs apud Deum: quoniam omnes diſpoſitiones materiæ, & omnia alia dependent in eſſe a prima cauſa agente, & da... eſſe: adeo vt nihil poſſit eſſe in his inferioribus, quod non ſubdatur illi primæ cauſæ. Et ita dicẽ... videretur, quòd nihil fiat fortuito in hoc mundo, cum omnia ſubdantur diuinæ prouidentiæ. Verum, & ſi hæc vere atq; præclare dicantur, nihilominus tamen aſſerendũ videtur, non tollit proptere..., quin ſit hoc genus entis per accidens. Veluti, quòd florente vna herba, alia floreat: cõparando enim hoc factum ad talem herbam florentem, erit ad ipſam per accidens, quòd alia floreat. Quemadmodũ ... dicimus eſſe a fortuna, quòd quis inueniat theſaurum, dum fodit terram ob vitem plantandam: ...em huiuſmodi inuentio theſauri eſt per accidens, ſi referatur ad foſſionem terræ factam ob vitis culturam. Quòd vero attinet ad Dei prouidentiam, certiſſimum nobis eſſe debet, quòd coram ipſo om... vt ſunt. Aliqua enim ex neceſſitate & ſemper eodem modo fiunt; quæ Deus etiam prænoſcit vt ſemper neceſſaria. Aliqua vero fiunt vt in plurimis: & hæc prænoſcit etiam Deus, vt in pluri... ſunt, aut fiunt. Aliqua etiam eueniunt præter hæc, quæ etiam prænoſcit Deus vt ſunt entia præter hæc. Præuidet etiam euentum Deus cuiuſque rei ita determinatum, vt aliquando inuenitur: ſed ita tamen prænoſcit, ſicuti poſtulat, & fert rerũ natura, atq; conditio: quam naturam ab ipſo cõditã ... mutat, ſed conſeruat. Sed dicet aliquis dubitans: neceſſario ita vel ita erit quodq;, vt quodq; præ... ...det Deus futurum, ergo omnia ex neceſſitate erunt, cum omnia præuideat, & præcognoſcat. Dicendum ... hanc argumentationem, quòd Deus præuidet omnia, vt iam facta; cum tamen quæ fiunt contingẽ... poſſint in ſua natura & eſſe, & non eſſe: cum autem ſunt, tunc neceſſario ſunt. relinquit autem om... Deus in ſua natura: non cogit liberum arbitrium hominis; neque naturam cõtingentem aufert; quin vel hæc contingenter eueniant; vel illa ex libero hominis arbitrio fiant. Euẽtus autem fortuiti eatenus ... in natura, quatenus ad res in quodam reſpectu ſunt appoſiti: ut quòd homo cadens in puteum, in... theſaurum, ita vt ex vno facto aliud ſequatur, atque contingat. Sed & quæ quo modo eueniant homo non cognoſcit, nec ſcire poteſt, quoniam contingunt ſine cauſa determinata, vt ſunt euẽtus for... ... tamen Deus ita cognoſcit, vt ſciat & præuideat quæ accidunt, & quomodo accidunt homini præter eius propoſitum: quemadmodum etiam homo poſt euentum fortuitum cognoſcet quid ſibi ...enit, & quomodo euenerit præter id, quod cogitaret, aut operari intenderet. ſed & Deus ordinat, quæ nobis fortuito ſuccedunt; veluti, ꝙ aliquis cadens in puteum, hinc inueniat theſaurum; quamquam ex ... in puteum inuentio theſauri tanquam ex cauſa determinata non ſequatur. Quomodo autem ... Deum ſub eius prouidentia, omnia quæ in hoc mundo fiunt, ad certum eius ſapientiæ Scopum dirigantur, abyſſus eſt, & nobis imperſcrutabile: cum tamen multa nobis conſpicua ſint opera diuini conſilij mentẽ repræſentantia. Reſtant autẽ ſemper accidentia fortuita apud hominẽ, a quo etiã ita appellatur. Vnde & in ſacris litteris habemus; ꝙ ſors cecidit ſuper Mathiã. & apud Apoſtolũ Paulũ frequẽs eſt hoc genus locutionis. *In quo & nos ſorte vocati ſumus.* Quòd autẽ attinet ad dictũ illud Ariſtotelis, ... multa ſint, & non ſint abſq; generatione & corruptione: hoc accipiendũ in ijs, quę ſunt per accidens:

& ita dicimus non generari hominem album, qui tamen dicitur albus per accidens: quoniã non generatur in natura hominis albedo, quæ tamen in corpore iuxta mistionem quandam elementorum generatur. Sed nõ (vt diximus) fit hoc in natura hominis. Similiter non est generatio huius facti, lapis cadat super hominis caput: est quidem in natura lapidis, vt, sicuti est grauis, ita quoq; feratur sum; at per accidens est, vt in hominis caput percutiat: & ideo hoc fit absque quòd generetur. concludendum, veram esse sententiam Aristotelis, quod accidentis dicti per accidens natura est huiusmodi, vt eius causæ sint indeterminatæ, & sint, & non sint absque generatione, & corruptione: propterea huiusmodi ens, tanquam non ens sit censendum.

De ente aut non ente, quod in mente subsistit sub ratione veri, vel falsi. *Cap. VI.*

PARAPHRASIS.



QVOD vero attinet ad illud genus entis, quod quia verum, ideo ens dicitur. sicuti falsum non ens, ita se res habet, vt tam verum quàm falsum existat circa compositionem, & diuisionem, cum rem vnam componimus cum alia per affirmationem, vel vnam ab alia diuidimus per negationem: ex quibus deinde vnum quoddam totum exurgit continens vtramque partem contradictionis. Siquidem verum ab vna parte habet affirmationem in ijs quæ componuntur simul homo est animal; & ab alia negationem in ijs quæ diuiduntur, vt homo non est lapis. & similiter falsum ad duas se vergit partes tum affirmationis, tum negationis; existente semper negatione falsa opposita veræ affirmationi; & falsa affirmatione opposita veræ negationi: pro ut de ijs latius explicatum in lib. de Enunciatione. Neque enim censendum est, quòd verum, & falsum sint in rebus, adeo vt verum tanquam bonum ipsis inexistat, falsum autem tanquam malum. Etenim verum & falsum non sunt in rebus, sed in dianoea, in ipsa mente, quæ componat rem vnam cum alia, vel diuidat alteram ab alia. Quod autem inquiri posset, num simul, an seorsum contingat intelligere prædictam compositionem, in qua res vna cum alia a mente componitur, vel vna ab alia diuiditur, alterius est considerationis. istud quidem simul, & seorsum, nunc non accipimus & intelligimus secundum illum modum, quo dicitur esse deinceps vnum post aliud, prout in Iliade alia pars alteri est deinceps, & cohærens. sed intelligimus simul, & seorsum: simul quidem, quatenus ex ijs compositis & diuisis fiat vnum, vna intellectio: seorsum vero, quòd vna pars eorum quæ sunt in compositione vel diuisione, seorsum alia intelligatur. Circa autem simplicia, & ipsa quod quid est, neque in mente horum veritas & falsitas proprie est. Quæcunque igitur conuenit contemplari circa huiusmodi ens respectu veri, & falsi, erit postea animaduertendum. Interim hoc statuatur, quòd ex eo quod huiusmodi compositio, & diuisio consistit in mente (vt prædictum est) & non in rebus ipsis, ita quidem, vt huiusmodi ens sit diuersum ab his, quæ propria sunt entia: siquidem vel ipsum quod quid est, vel quia quale, vel quia quantum, vel quidpiam aliud coaptat simul, vel inuicem diuidit ipsa mens; idcirco tum ens vt accidens, de quo supra fuit sermo; tum hoc aliud ens dictum vt verum, vtrumque horum omittendum est, tanquam illa entium genera, quorum alterum dependet a causa indeterminata, videlicet ipsum ens per accidẽs: alterum uero est ipsius mentis passio quædam: vtrumque autem est præter reliquum genus entis, quod est proprie ens, extra quod alia duo genera non significant vllam naturam entis, quæ non cadat in hoc aliud proprium genus entis, cuius causas & principia, quatenus est ens, sumus contemplaturi. Neque uero obscurum est ex his quæ prius sunt determinata circa ea, quæ multipliciter dicuntur, quòd & ipsum ens dicitur multis modis, tum secundum accidens, tum ut uerum, tum ut proprie ens secundum uarias figuras prædicamentorum.

TEXTVS.



QVOD autem tanquam [a] verum ens, & non ens vt falsum, quoniam circa compositionem, & diuisionem est, & omnino circa partitionem contradictionis. verum etenim affirmationem in compositis habet, negationem vero in diuisis, falsum vero huius partitionis contradictionem. Quo autem [b] modo quod simul, aut quod separatim est intelligere accidit, alia ratio est. dico autem quod simul, & quod separatim, vt non consequenter, sed vnum quid fiat. [c] Non enim est falsum, & verum in rebus (vt quod bonum verum, quod vero malum falsum) sed in mente. [d] quæ vero circa simplicia & circa ea quæ quid sunt, non quidem sunt in mente. Quæcunque igitur speculari oportet circa id, quod ita ens & non ens est, posterius perscrutandum est. Cum autem compositio, & diuisio in mente, non in rebus sit: quod autem ita est, diuersum a proprie dictis ens est: aut enim quod quid est, aut quod quale, aut quod quantum, aut quid aliud copulat, aut diuidit mens. quod quidem tanquam accidens, & vt verum ens, omittendum est. causa enim illius quidẽ indeterminata, huius vero mentis aliqua passio. & ambo circa reliquum entis genus, & non extra ostendunt esse aliquam entis naturam. Propter quod hæc quidem prætereantur. considerandæ autem sunt ipsius entis causæ, & principia, prout ens est. Manifestum autem est in his, quæ determinauimus de eo, quoties vnumquodque dicitur, quòd ens multipliciter dicitur.

ADNO-

ADNOTATIONES.

QUOD [a] *autem tanquam verum ens, & non ens vt falſum*. Aliud aggreditur genus entis Ariſtoteles, nempe illud, quod habet rationem entis, quatenus eſt verum: ſicuti falſum pro non ente accipitur. In quo explicando eam adhibuit orationem, quæ plurimis ſcatet hyperbatis; vnde, ad faciliorem ſenſus intelligentiam, in paraphraſi coniunximus quæ inuicem cohærēt, ſegregantes alia diuerſa. [b] *Quo autem modo quod ſimul, aut quod ſeparatim eſt intelligere accidit; alia ratio eſt.* D. Thomas explicans hunc locum, inquit, proponi quæſtionem, num plura, quæ cadunt in compoſitione & diuiſione, intelligantur ſeorſum, an ſimul. quam quæſtionem ait pertinere ad librum de Anima. ſed tamen & ſolutionem hic afferri, dum dicitur: quòd non eſt ſimul vt deinceps, ſed vt vnū ſit; nam quæ ſunt ſecundum compoſitionem & diuiſionem, ſi intelligantur (dicit D. Thomas) vt duo, ſic non ſimul; ſi autem vt vnum, ita ſimul intelliguntur. Auerroes autem ait quæſtionem propoſitam eſſe, quomodo contradictio habens duo oppoſita ſimul recipiatur in anima; quod non poteſt eſſe in ente extra animam; quia materia recipit contraria ſucceſſiue. Sueſſanus vero limitat dictum Auerrois, quod ſit quoddam complexum ex diuerſis, ex ſubiecto ſcilicet & prædicato, quæ ſunt diuerſa: alioquin (inquit) ſibi aduerſaretur Auerroes: cum dixerit ſupra lib. 4. quòd in anima non poſſunt eſſe oppoſita, ipſa ſcilicet contradictio: & hanc quæſtionem idem Auerroes dicit pertinere ad lib. de Anima, innuēs lib. 3. Alexander autem ita eam interpretatur; num aliqua & ſeparatim, & ſimul intelligi queant: vt animal pedeſtre, & bipes, quæ & ſeparatim intelliguntur, & poſſunt intelligi quaſi vnum. Verum huiuſmodi quæſtio eſt alia a præſenti: & tractatur infra lib. 7. cap. 12. & lib. 8. cap. 6. nempe, quomodo ex pluribus fiat vnum in definitione. Itaque hic videtur eſſe ſenſus quæſtionis propoſitæ iuxta explicationem quoque D. Thomæ, num contingat ſimul, an ſeorſum intelligere, quæ continentur aut in compoſitione ſecundum affirmationem, aut in diuiſione ſecundum negationem: quæ quæſtio pertinet ad lib. 3. de Anima: & propterea dixit Ariſtoteles, quòd de hac quæſtione eſt alia ratio conſiderandi; alius locus id poſtulat. Non autem ſoluit quæſtionem Ariſtoteles (vt cenſet D. Thomas) dum dicit, *dico autē quod ſimul, & quod ſeparatim*: non enim hæc pertinent ad ſolutionem quæſtionis, ſi recte verba perpendantur, ſed ad explicationem quæſtionis, quæ ſic intelligenda eſt: num ſimul, an ſeorſum intelligantur, quæ ſunt in compoſitione, aut diuiſione: declaratur autem quomodo accipiendum ſit iſtud ſimul, an ſeorſum: & dicitur, quòd non eo modo accipiendum, vt eſt deinceps, cum plura ſimul tanguntur, & vnum eſt poſt aliud: ſed ita eſt intelligenda quæſtio, num ſimul in eadem intellectione plura intelligantur, aut non ſimul intelligantur, de quo alibi eſt diſcutiendum in lib. de Anima. [c] *Non enim eſt falſum, & verum in rebus, vt quod verum bonum, quod vero malum falſum.* Hæc coniungenda ſunt (& ita coniuncta leguntur apud interpretem Alexandri) ad ea quæ explicantur de compoſitione & diuiſione, quæ fit a mente: vt poſt ea verba: *verum etiam affirmationem in compoſito habet, negationem vero in diuiſo, falſum vero huius partitionis contradictionem*: ſequantur immediate hæc alia: *non enim eſt falſum, & verum in rebus, vt quod bonum verum, quod vero malum falſum, ſed in mente*: & poſt hæc alia: *quo autem modo quod ſimul, aut quod ſeparatim*, & quæ ſequuntur. Non vult autem Ariſtoteles, quòd verum, & falſum inſint in rebus, tanquam bonum ſit verum, & malum falſum; ſed quòd ſunt in dianoea, nempe in mente, ſeu intellectu componente vnum cum alio, vel diſiungēte vnum ab alio. At diceret aliquis ſupra lib. 2. cap. 1. dictum eſt, quòd vt ſe habet res ad eſſe, ita ſe habet ad veritatem; vnde ſequi videtur, quòd veritas ſit in rebus. Ad hoc dicimus, quòd omnino a rebus pendet, vt veritas ſit in mente; quoniam, iuxta ſtatum atque conditionem rerum, ſuccedit vel veritas in mente, ſi eas cōpoſuerit, vel diuiſerit vt ſe habent; vel falſitas, ſi oppoſito modo fecerit. cum hoc tamen ſtat, quòd in ſola mente ſit hæc qualitas veritatis, vel falſitatis, vt paſſio quædam menti contingens. Et ideo dicebat Ariſtoteles lib. 5. cap. de falſo: quòd falſa res dicitur, quando impoſſibile componi, quod componitur a mente. Similiter dictum eſt in lib. de Enunciatione & in lib. Prædicamentorum cap. de ſubſtātia; quòd non eſt vera res, aut falſa, quoniam oratio vera ſit aut falſa; ſed quoniam ita ſe habet res in eſſe, vel non eſſe. In tractatu quoque de falſo ſupra lib. 5. in alio ſenſu diuerſo ab hoc præſenti, dictum eſt, falſum eſſe illud, quod non eſt id, quod apparet, vt inſomnia, & res pictæ; forſan, quoniam falſitatem cauſant; ſi non vt ſunt, ſed qualia apparent, mente comprehendantur. [d] *Quæ vero circa ſimplicia, & circa ea, quæ quid ſunt, non quidem ſunt in mente.* Statuerat veritatem & falſitatem eſſe in dianoea penes modum affirmationis, & negationis: hic dicit, quòd penes ſimplicia (per hæc intelligens vel ſubſtantias ſimplices ſeparatas a materia, vel conceptus etiam ſimplices non coniunctos vnum cum alio) & penes etiam ipſa quod quid eſt, circa ſcilicet definitiones, non conſiſtit horum veritas aut falſitas in dianoea; id eſt in mente complicante vnam rem cum alia. De qua re infra agitur in fine lib. 9. oſtenditurque, quomodo non fit falſitas circa ſimplicia, & circa ipſum quod quid eſt: aut quòd alio modo veritas, & falſitas in eiuſmodi reperitur.

D. Tho.

Auerr.

Sueſſ.

Alexand.

FINIS LIBRI SEXTI.

ARGVMENTVM LIBRI SEPTIMI.



N hoc libro Aristoteles tractationem aggreditur propriam (ita dicere possumus) huius pri losophiæ: nempe de eo ente, quod non est secundum accidens, neque in anima sub veri ration det; sed certis sub causis continetur in hoc vniuerso. Et cum in hac perscrutatione conueniant ipsa rerum genera suprema dicta prædicamenta; & inter hæc primum locum iure suo sibi ve substantia, vti illud genus entis, a quo pendent alia omnia, quæ entis habent vllam nominatione idcirco, patefacta prius hac veritate, quòd propter substantiam cætera omnia prædicamenta stant; mox de substantia, ad quam cæterorum omnium cognitio refertur, speculationem a tur. Illud in primis supponens, substantiam rebus sensibilibus manifestissime conuenire: quales sunt, igni, alia elementa, & ipsum cœlum, & cœli partes: & plantæ, & animalia: idque ex communi hominum consensu a tur. Secundum autem aliquorum opinionem, exponitur & entia mathematica, longitudinem, latitudinem, & inter substantias quoque computari. item numeros, & ideas: quas substantias separatas esse a rebus sensibib dem supposuerunt. Deinde vero assignatis quattuor substantiæ significatis; tum ipsum quod quid erat esse, vniuersale secundum speciem, tum genus, tum ijs omnibus subiectum ipsum compositum, quod diuid ur in materiam, partim in formam, & partim in constans ex vtraque, quamprimum paucis aperit Aristotel s, q materiam, quid ve per compositum ex materia & forma sit intelligẽdum. Et aggressurus tractationem ipsius de qua ex starent multę atque magnæ difficultates, de ea pluribus verbis acturus: primam instituit confideta circa ipsum quod quid est, tanquam circa typum nobis satis familiarem, atque notum; vt pote illum, quo in v sali comprehenditur, & significari supponitur illud, quod est essentia rei. Vnde disputationem de hoc ita tract eam penes omnia exerceat, quæ enunciantur pro quiditate assignanda; siue vno nomine, siue pluribus conc a communi sermonis consuetudine non discedens; docensque quomodo aut solius substantiæ est definitio, a prie ipsius: aliorum autem prædicamentorum, aut non esse, aut proprie & simpliciter nõ esse definitionem, ni tenus in ipsis substantiæ quiditatem includunt: in his etiam comprehendens ea, quæ simul copulata pronunci veluti est nasus simus, & huiusmodi. Mox illud aliud problema exponit, quod etiam plurimum confert ad tiæ considerationem: num ipsum quod quid erat esse, & quodque, cuius est quiditas, sint vnum & idem. quo esse patefacit in his, quæ pertinent ad prædicata essentialia secundum se primo, & non per aliud dicta: in alijs non esse idem quiditatẽ, & illud, de quo quiditas assignetur, nisi secundum accidens. Et hæc quidem perscrut ipso quod quid est, præmittenda erat cognitioni, quæ de forma, vt est pars intima rei, tradenda erat, vt ita a n bus nobis, ad ea quæ sunt notiora naturæ manuduceremur. Deinde vero aggreditur considerationem de gene & effectione rerum, siue arte, siue natura constent, vel quouis alio modo: vt hinc, cum definitio proprie rei co sitæ habenti plures partes sit aptanda, desumeretur notitia partium, quomodò in generatione & effectione conueniant, vel pro materia, vel pro forma: simulque patefieret, quænam partes ad essentiam rei pertineant, & non pertineant. Quæ contemplatio deseruit etiam ad explicandum, quòd ea quæ in rerum compositionem ve sufficiãt ad habendam de ipsis scientiam; vt non sit opus supponere substantias alias separatas, aut ideas, aut n ros pro cognitione substantiarum sensibilium, de quibus hic est præcipua tractatio. Quemadmodum etiam eadem disputatione deducitur, sufficere agentem naturalem pro introductione formæ in materiam, ab ideæ ad hoc inducantur & supponantur, vt exemplaria eorum, quæ hic fiunt; vt asserebant idearum aucto tur etiam in præfata tractatione de partibus, quæ in rebus compositis inueniuntur, vt declaretur, quæ sint p to, & quæ posteriores: & quæ ad essentiam & quiditatem pertineant; & quæ materiam concernant: sine q tur, substantias sensibiles non posse definiri: quamuis ad ipsam essentiam materia proprie non pertineat: qu mathematicis non esse necessarium ostenditur. Post hæc tractatur quæsitum illud, de quo etiam aliqua men bita est in Analyt. quomodo plures partes, quæ in definitione accipiuntur, vnum euadant: sicuti & quod d vnum est: aperiturque ex methodo diuisiua (quæ est aptissima ad dignoscẽdum) quomodo definitionis partes, qu sint plures, in vnam tamen essentiam coeant: nempe, quatenus quæ præcedunt vltimam differentiam ind: uid quæ actum complectitur, omnia habent rationem materiæ; ex materia autem, seu potentia & ex actu fieri vn perspicuum esse debet. quod tamen Aristoteles hoc loco non ita exacte determinat, vt facit in fine lib. 8. Ad hæc cedit tractatio ipsius vniuersalis, quo tum species, tum genus comprehenditur: num de ijs possit dici quòd stantiæ; & determinatur, quòd proprie non sunt substantiæ. Ex quo deinde deducitur, quòd neque ideæ po substantiæ: & quòd harum neque possit esse definitio: sicuti neque singularium corruptibilium, neq; indiu ni. Quomodo autem possit esse scientia, seu definitio substantiarum sensibilium, si neque vniuersalia pos substantiæ, neque possunt componi ex actu substantijs; huiusmodi dubitationem reijcit Aristoteles ad sequ (vt nos censemus) proprie determinatur ib calce lib. 13. apud nos 11. dum ostenditur, quòd per vniuers scientia rerum secundum quandam potentiam, non autem secundum illam energiam, quæ penes singularia dum sensum est percipienda, vnde etiam supponitur, vniuersalia pertinere ad substantiam: non quòd actu sint potentia substantiæ. Et hæc quidem contemplatio circa ipsum quod quid est atque definitionem, licet præ ctet ad substantias sensibiles; de quibus in hac parte prima huius philosophiæ, nempe in hoc lib. 7. & in propria consideratio: attamen ita est vniuersalis, vt pertineat etiam ad omnia, quorum in quacunque arte a tia potest esse definitio, tanquam norma generalis hic tradita ad quæcunque definienda. Quod & fuit admo ueniens; ne in diuersis scientijs eiusdem rei fieret repetitio. Postremo aperitur, quomodo forma est principiũ, & sa vt sint entia naturalia, ita vt propter formam materia disponatur, ut fiat hoc aliquid: simulque concludit uenire ipsi formæ, quæ est principium essendi rebus naturalibus, vt substantia & natura censeatur. & ita no materia, cui tantopere a priscis illis philosophis deferebatur, tanquam ipsa sola esset substantia.

IN LIBRVM SEPTIMVM PRIMAE PHILOSOPHIAE ARISTOTELIS PARAPHRASIS.

Entis præcipuum significatum ipsi substantiæ conuenire. *Cap. I.*



NS autem acceptum non secundum accidens, neque secundum quòd residet in anima sub ratione veri, sed vt secundum seipsum extra animam subsistit, dicitur multis modis, vt explicatum est in tractatu nominũ multipliciter dictorum. Siquidem significat partim ipsum quid est, & hoc aliquid; partim quod quale, aut quantum, aut aliud singulum eorum, quæ huiusmodi typis secũdum figuras supremorum generum dicuntur. Verum, cum tot modis dicatur ens, perspicuum est tamẽ, quòd inter hos omnes primum locum tenet modus ille, qui hoc typo, quid est, pronunciatur, quod substãtiam significat. & id quidem patet ex consuetudine loquendi. Nam, cum dixerimus quale quid est hoc, ad ...anc interrogationem respondetur, quòd aut bonum, aut malum est: non autem quòd sit tricubitum, ...ut homo. si vero interrogemur, quid nam sit hoc: non respondetur, quòd sit album, aut calidum, aut ...bitum: sed quòd est homo, aut Deus, aut lapis, qui manifestissimæ sunt substantiæ. Quæ vero sunt alia ...substantia, dicuntur entia, quoniam veri entis, atq; primi, ipsius nempe substantiæ, sunt vel quãtitates, ...qualitates, vel passiones, vel quidpiam aliud eiusmodi. Vnde & iure dubitauerit aliquis, num ambu...are, valere, sedere, & talia censenda sint entia, an potius inter non entia. Quandoquidem nullũ horum, neq; secundum se aptum est esse, neq; a substantia potest separari: ac propterea magis est ens ipsum ambulans, valens, & sedens, & eiusmodi: quæ quidem ob id magis entia videntur, quòd ijs ipsis supponitur ...iectum aliquod determinatum, ipsa substantia: quæ significatur his vocibus; dum dicitur bonum, aut ...ens: non enim hæc dicuntur seorsum a substantia. Ex quo patet, ob hanc ipsam substantiam subsi...ia quoq; alia absolute pronunciata; qualia sunt, sedere, ambulare: adeo vt hinc sit concludẽdum, ...stantia est primum ens, ipsumq; simpliciter ens, & non quoddam ens. Idcirco, cum multis modis ...um dicatur, ipsa quidem substãtia primum inter omnia entia obtinet locum, his omnibus modis: ...efinitione, tum cognitione, tum tempore, & natura. Tempore quidem atq; natura: quoniam sola ...tia est separabilis ab alijs prædicamentis, vt sine ijs vel illis accidentibus possit esse; & ipsa subla...ntur cætera omnia: aliorum vero nullum est separabile a substantia: neq; alijs sublatis, tollitur ...a. Definitione vero præcedit substantia alijs generibus entium: quoniam ex alijs nihil potest ...quin in eius definitione ingrediatur substantiæ definitio. Sed & cognitione, hoc est præstãtia, ...entia cognitionis, substantia antecedit omnia alia entia: quod perspicuum est. Siquidem vnum... tunc maxime scire putamus, cum cognoscimus quid nam ipsum sit; vtputa homo, vel ignis, ...agis quàm cum cognoscimus quale quid sit, aut quantum: quando etiam circa accidentia, quę ...da substantia, pręclariorem tunc notitiam consequimur, cum nouerimus, quidnam sit quantũ; ...id sit quale; quàm scientes illa, quæ aut quanto, aut quali consequantur; adeo vt omnino ob has ...ausas statuendum sit, primum & præcipuum ens esse substantiam. Quod ex hac quoq; non in...oniectura comprobatur. quandoquidem quod & apud veteres, & apud recentiores, & nunc, & ...quæsitum & dubitatum est, quidnam sit ipsum ens; huc pertinet, vt quæratur, quidnam sit ipsa ...antia: adeo vt & si opinionibus inter se discreparint philosophantes, cum alij hoc ens vnum esse ..., vt Parmenides: alij plura quàm vnum: vel finita vt Empedocles quattuor elementa: vel infini... Anaxagoras infinita constituens similaria: attamen omnes de hoc genere entis, quod ipsum quod ...substantiam appellamus, proprias sententias statuerunt. Quamobrem nobis quoq; & maxime, ...atq; ferme (ita dixerimus) solum de huiusmodi genere entis, quo substantia designatur, no... est suscipienda contemplatio: vt quid nam sit hoc ipsum ens speculemur.

T E X T V S.


...[a] *multipliciter dicitur, quemadmodum in his, quæ de quoties prius diuisimus. significat enim aliud quidem quid est, & quod quid, aliud vero quod quale aut quantum, aut singula aliorum, quæ ita prædicantur. Cum autem ens toties dicatur, patet primum horum ens esse* [b] *ipsum quid est, quodque substantiam significat. cum enim dicimus quale quippiam hoc, aut bonum aut malum, sed non tricubitum, aut hominem. cum autem quid est, non album, nec calidum, nec tri... sed hominem aut Deum. Cætera vero entia dicuntur, eo quòd vere entis quædam sunt quãtitates,*

quædam

quædam qualitates, quædam passiones, quædam aliquid aliud tale. [c] *Vnde dubitauerit aliquis, vtrum ipsum ambulare, & sanum esse, ac sedere, & vnumquodque horum ens an non ens est, similiter & de quocunque cæterorum similium. nihil enim horum est per se natura aptum, neque possibile a substantia separari, magis, siquidem ambulans entium aliquid: & sedens, & sanum. hæc autem magis entia apparent, quoniam subiectum eis determinatum est. hoc autem substantia, & singulare est, quod in tali prædicatione apparet. bonum enim, aut sedens absque hoc non dicitur. patet igitur quòd propter hanc illorum quoq; singula sunt. Quare quod primo est ens, & non aliquod ens, sed simpliciter ens, substantia. Multis igitur modis primum dicitur, attamen substantia & ratione, & cognitione,* [d] *& tempore, & natura omnium primum est. aliorum enim quæ prædicantur, nullum est separabile, sed hæc sola.* [e] *Ratione quoque hoc primum. necesse est enim in cuiusque ratione inesse rationem substantiæ.* [f] *Scire etiam tunc putamus vnumquodque magis, cum quid est homo, aut ignis sciamus, quàm quale, aut quantum, aut vbi. nam & horum ipsorum tunc vnumquodque scimus, cum quid est ipsum quale, aut ipsum quantum sciamus. Quod quoque tam olim, quàm nunc, & semper quæritur, semperque dubitatur quidnam ipsum ens sit, hoc est, quænam substantia est. hanc enim quidam vnum aiunt esse, quidam plura quàm vnum: & quidem finita, quidam vero infinita. Quare nobis quoq; maxime, & primum, & solum, vt ita dicam, de ente hoc pacto quidnam sit, speculandum est.*

ADNOTATIONES.

D.Tho Alexand.



SIGNIFICAT [a] *enim aliud quid est, & quod quid.* Diuus Thomas intelligit per ipsum quid est, essentiam rei: per illud vero, *quod quid*, ipsam substantiam compositam, quæ d[...] possit ostendi. Alexander autem inquit, ipsum *quid est*, & hoc aliquid, pariter solitum [...]cipi ab Aristotele pro substantia composita. Et huic interpretationi consona sunt, quæ [...] sequuntur; cum Aristoteles repetat solum ipsum quod quid est, & doceat per hoc significari hominem aut Deum, & ita substantiam, vt habet suum esse in indiuiduo: quemadmodum etiam in lib. Præ[...] assignatur, tanquam proprietas quædam primæ substantiæ, hoc ipsum significare hoc aliquid. Quoniam autem substantia composita, existens hoc aliquid, constituitur per formam, quæ pertinet ad rei esse[...] quod non conuenit dicere de materia, idcirco ipsum quod quid, & ad substantiam compositam, [...] est hoc aliquid, & ad formam, per quam est hoc aliquid, accõmodari potest: ita vt, dum quæritur [...] est homo, quæratur quænam est essentia, per quam homo est hoc aliquid; non existens tamen p[...] homo hoc aliquid, nisi in Socrate, & in Platone, & in alijs, in quibus hominis forma inuenitur. [...] *sum quid est quodque significat substantiam.* Probatur per ipsum quod quid est, significari subst[...] ex vsu loquendi; quoniam scilicet ad percontationem factam per ipsum quid est hoc, non respo[...]mus, ꝙ sit album, vt fit ad interrogationem factam per quale quid est hoc; neque quod tricubitum [...] enti ad interrogationem factam per quantum est hoc; sed respõdemus, ꝙ est homo, aut Deus, aut al[...] quo significatur substantia. Verba vero illa. *cætera vero entia dicuntur, eo quòd entis proprie dicti [...]dam sint quantitates, quædam qualitates.* Sunt apposita vt contradistincta ad illa priora: videlicet [...] *tet primum horum ens esse ipsum quid est, quodque significat substantiam:* vt videatur in his allata [...] quædam diuisio entis; quòd aliud sit primum ens, ipsum quod quid, quod significat substantiam: [...] vero sunt huius primi entis aut quantitates, aut qualitates, aut quid aliud secũdum figuras aliorum prædicamentorum. [c] *Vnde dubitauerit aliquis, vtrum ipsum ambulare.* Vt magis confirmet Aristoteles propositam sententiam, quòd primum ens sit ipsum hoc aliquid, & substantia, mouet hanc dubitationem, num inter entia censenda sint huiusmodi, videlicet ambulare, valere, sedere, & similia: quæ q[...] non videntur esse entia, cum neq; per se apta sint esse, neque possint separari a substantia; a qua ta[...] seorsum esse videntur illum in modum pronunciata. Atq; ideo decernit magis esse, & videri entia [...] alia; sedens, valens, ambulans: quoniam per hæc denotatur subiectum illis suppositum determina[...] ipsa nempe substantia, cui inhærent: cuius causa (si admittendum est quòd & illa alia in ab[...] pronunciata, ambulare, sedere sint entia) & ipsa subsistere concludendum est. Vnde est infer[...] conclusio, quòd substantia est primum ens, non aliquod ens, vt sunt alia prædicamenta: sed est simpliciter ens, cuius causa sunt omnia alia quæ sunt. Aduertendum autem, ꝙ etsi in abstracto considera[...] explicari possit albedo sub hac notione, quid sit albedo: attamen (vt docebitur infra) nullius acciden[...]tis completa definitio haberi potest, nisi quatenus dependet a substantiæ definitione, si exacta, vt decet, tradatur accidentis definitio. [d] *Et tempore, & natura.* Hæc duo leguntur in cod. græco: qu[...] apud interpretem Alexandri vox, *natura*, desideretur, neque Alexander eam interpretetur. Cur a[...] substantia sit prior tempore & natura quàm alia entia, hanc affert Aristoteles rationem: quoniam [...] licet nullum aliorum entium est separabile; ipsa vero substantia sola est separabilis. Verum, cum n[...]

Alensis. D.Tho.

substantia sensibilis appareat sine accidentibus; hinc Alensis, & D.Thomas interpretati sunt, h[...] ctum intelligi debere de substantia separata a materia. Verum Aristotelis verba in genere sunt p[...]ta; vt de omni substantia sint intelligenda, de ipsaq; sensibili; vti illa, quæ (vt notissima) præ ocu[...]

Alexand.

sius erat. Alexander autem id ipsum ꝙ substantia sit prior, quoniam est separabilis, ita manifestat: q[...]niam scilicet, inquit, quæ accidentia heri non erant in substantia, hodie reperiuntur; & alia quæ pri[...] inerant, desiderantur: quare tempore prior substantia quàm accidentia. Addamus, dici infra cap. 9. [...]

... proprium ... bſtantiæ, vt neceſſe ſit præexiſtere aliam ſubſtantiam actu exiſtentem, quæ faciat nouã; ... animal, ... animal generetur. at quantum, aut quale, & eiuſmodi, non neceſſe eſt præexiſtere niſi ... entia. vnde ſubſtantia erit prior tempore. Quòd autem ſubſtantia ſit prior natura quàm acciden- ... hoc ſit perſpicuum: quoniam ſubſtantia eſt ſeparabilis, vnde ſequitur, ꝙ ipſa ſublata auferantur ... non autem tollitur ſubſtantia, alijs ſublatis entibus. Quod eſt dicere, ꝙ ſubſtantia eſt natura ... ea, a qua non conuertitur ratio ſubſiſtendi cum accidentibus. Et hunc enim etiam in modum ... catum eſt in lib. 5. dici aliquid prius eſſe natura. Maxime autem ex hoc oſtenditur, ꝙ ſubſtantia ... parabilis. quoniam abſque adiunctione accidentium poteſt cognoſci, & definiri: at non acciden- ... ſine ſubſtantia. [e] *Ratione quoque hoc primum*. Quòd ſubſtantia ſit prior, & antecellat definitione alia prædicamenta, hæc affertur ratio: quoniam ſcilicet in definitione cuiuſque aliorum prædicamentorum requiritur definitio ſubſtantiæ, quod infra manifeſtabitur. clare autem patet opus eſſe, vt illud quod ac... pitur in definitione rei alicuius, ſit cognitum prius in ſua definitione. Non ignorandũ autem hoc loco agitari illam quæſtionem, num accidentia habeant propriam entitatem, an illam ſolã, quatenus pertinent ad ſubſtantiam, de qua re ſæpius loquuti ſumus. Sed præcipuæ ſententiam noſtram plane explicauimus in lib. 4. in quæſtione habita circa ſubiectum huius philoſophiæ. Nunc autem ſat ſit hoc animaduertiſſe; hoc loco declaratum eſſe ab Ariſtotele, ꝙ accidentia & ipſa quoque ſunt entia, ita tamen vt horũ ſingulũ ſit aliquod ens, non ſimpliciter ens, vt eſt ſubſtantia: ſed accideus, vt puta quale habet entitatem dicentem qualitatem in ſubſtantia, & quantum ſimiliter habet entitatem dicẽtem quantum in ſubſtantia; ita vt & inter ſe differant ſingulæ entitates diuerſorum accidentium, & a ſubſtantia quoque diſcrepent: licet in definitione, & eſſentia accidentium ſubſtantiæ quoque definitio includatur. [f] *Scire etiam tunc putamus vnumquodque magis*. Vult etiã ſubſtantiam antecellere præſtantia cognitionis alia entia: quoniam tunc maxime ſcimus (quod patet ex communi hominum cõſenſu) cum cognoſcimus de vnoquoque quid ſit, & non ꝙ quantum, aut quale ſit: & ita quidem inualuit hæc exiſtimatio, vt etiam de accidentibus id cenſeatur: vtputa de quanto tunc magis a nobis ſciri, cum ſcierimus quid ſit quantum, quàm ſcientes quale ſit. Quod & de quali, & de alijs generibus accidentium ſimiliter dicendum eſt. & hinc colligitur ex dictis Ariſtotelis, de accidentibus quoq; ipſum quod quid eſt poſſe aſſignari: licet non ita completa, & ſimpliciter ſit horum definitio, ſicuti eſt ſubſtantiæ. Et quòd ſimiliter de accidentibus, præter eorum definitionem, accipi poteſt cognitio ſecundũ proprietates ad ipſorum eſſentiam conſequentes. ſicubi vero (vt in lib. 1. de anima) dictum eſt, ꝙ accidentia multum conferunt ad ipſum quod quid eſt, id quidem ita accipiendum, ꝙ per accidentia, quæ ſenſibus noſtris maxime offeruntur, manuducimur ad venandam cognitionem ſubſtantię, vt ex illis excitemur ad ea comprehendenda, quæ pertinent ad rei eſſentiam. Ex quo tamen non tollitur, quin cognitio ſubſtantiæ exacte tradita præcedat accidentium cognitionem, vti earum rerum, quæ ſine ſubſtantia exacte definiri nequeunt.

Accipitur, ſubſtantias ſenſibiles, quæ omnes ſunt corporeæ, manifeſtiſsime ſubſtantias eſſe: & ex quorundam opinione adnumerantur etiam inter ſubſtantias, tum entia mathematica, tum ideæ, tum numeri. Cap. II.

P A R A P H R A S I S.

VIDETVR autem ſubſtantia manifeſtiſſime ineſſe corporibus: & propterea animalia, & plantas, & horum partes ſubſtantias dicimus: necnon corpora naturalia; ex quorum numero ſunt, partim elementa, ignis, aer, aqua & terra, & partes eorum, & ea quæ ex ipſis conſtant, aut ex quibuſdam, vt miſta imperfecta, aut ex omnibus, vt miſta perfecta: partim etiam cœlum, & partes eius, quales ſunt ſtellæ, luna, & ſol. Vtrum autem hæ ſolæ ſint ſubſtantiæ, an & aliæ præter has; & num numeratarum nulla; ſed alia quædam ſint entia, quibus magis conueniat eſſe ſubſtantia, conſiderandum erit. Etenim nonnullis videtur ꝙ termini corporis, videlicet ſuperficies, linea, punctum, & vnitas ſint ſubſtantiæ, & magis etiam quàm corpus & ſolidum. Et alij etiam nullam ſubſtantiam eſſe cenſent præter ſenſibilia, vt Hippon cognomento atheus. Quidam vero præter ſenſibilia, plura alia, ſubſtantias eſſe opinantur: & hæc magis eſſe ſempiterna. ſicuti Plato, qui ponit ideas, & entia mathematica, tanquam duo genera diuerſa ſubſtantiarum, ſtatuens pro tertio genere ſubſtantiarum ipſas ſubſtantias corporum ſenſibilium. Pſeuſippus autem plures etiam ſubſtantias conſtituebat. Nam exordiens ab vno, quod ſtatuebat eſſe ſubſtantiam; ponebat etiam principia cuiuſq; ſubſtantiæ eſſe ſubſtantias; aliud principium numerorum; aliud magnitudinum; aliud animæ; & ſic protendebat, propagabatq; in multum numerum ſubſtantias. Nonnulli autem ideas, & numerum dicunt eiuſdem eſſe naturæ: reliqua vero ijs conſequentia in ſecundo ordine ſubſtantiæ ſtatuunt: nempe lineam, ſuperficies, & ſenſibilia vſque ad cœli ſubſtantiam procedendo. Verum ex ijs quid recte dicatur; & quę ſint ſubſtantiæ: & vtrum aliquæ ſubſtantiæ ſint præter ſenſibiles, aut non ſint; & hæ quomodo ſint;

& vtrum

& vtrum sit aliqua substantia separata; & propter quid, & quomodo sit: aut nulla est substantia præter sensibiles, nobis considerandum est; vbi prius typo præmiserimus, quidnam sit substantia

TEXTVS.



IDETVR autem substantia [a] *existere manifestissime quidem in corporibus: quare animalia & plantas, & eorum partes substantias esse dicimus, ac naturalia corpora, vt ignem, aquam & terram, cæterorum quoque singula: & quæcunq; aut horum partes, aut ex his sunt, aut partibus, aut omnibus, vt cœlum, & eius partes, sydera, Luna, & Sol. Vtrum autem hæ solæ substantiæ sint, an etiam aliæ, an harum quidem nulla, sed aliquæ aliæ, considerandum est. Videtur autem quibusdam corporis terminos, vt superficiem, lineã, punctum, & vnitatem substantias esse, & magis* [b] *quàm corpus & solidum. Item præter sensibilia quidam non putant aliquid esse tale. quidam plura, & quæ magis sempiterna sunt, sicuti Plato, & ipsas formas, & mathematica duas substantias, tertiam vero sensibilium corporum substantiam. Pseusippus vero etiam plures substantias ab vno incipiens, & principia cuiusque substantiæ, aliud numerorum, aliud magnitudinum, deinde animæ. & hoc modo extendit substantias. Quidam autem formas quidem, & numeros eandem habere naturam aiunt, cætera vero sequentia, lineas, superficies, vsque ad cœli substantiam, & sensibilia. De his igitur quid bene, quidue non bene dicatur, quæ substantiæ sint: & vtrum aliquæ* [c] *præter sensibiles sint, necne: & hæ quomodo sint: & vtrum aliqua separata substantia, & cur, & quomodo, an nulla præter sensibiles, perscrutandum est,* [d] *descripta primo substantia, quidnam sit.*

ADNOTATIONES.



IDETVR [a] *autem substantia existere manifestissime quidem in corporibus, &c.* Ex communi hominum consensu accipit Aristoteles id, quod patet ad oculos; substantiam manifestissime inesse corporibus. Dicit autem inesse substantiam corporibus; quoniam corpus simpliciter accepta secundum trinas tantum dimensiones, vt solent accipere mathematici, non proprie substantiam significant, sed quantum; quamuis substantia nulla ex sensibilibus inueniatur absque corpore trinam dimensionem connotante. Memorat autem prius animalia & plantas, vt nobis magis notas: postea corpora naturalia, ita appellans eas substantias, quæ carent vita, qua præditæ sunt plantæ & animalia; habent autem in se ipsis principium motus secundum ordinem naturæ, vt sunt elementa, & mista ex ipsis, inter quæ naturalia corpora etiam cœlum, & partes cœli adnumerat. [b] *Magis quàm corpus & solidum.* Memorat quosdam (& fuerunt ex Pythagoreis) qui posuerunt lineam, & superficiẽ, & punctum, & vnitatem esse substantias, & magis quàm *corpus & solidum*; per *corpus*, intelligendo trinas dimensiones: per *solidum* autem quid magis concretum & sensibile. [c] *Vtrum aliquæ præter sensibiles sunt.* Hæc quæstio petit opinionem eorum, qui, præter sensibilia, alias constituebant substantias: tum qui entia mathematica, tum qui ideas & numerum substantias constituebant, quorum dogmata examinantur, & impugnantur infra lib. 13. & 14. apud nos 11. & 12. Ex quo colligitur, non recte sensisse Suessanum, qui in primo commentario huius libri, recẽsẽs numerum & ordinem tractatuum secundum opinionem Auerrois in hoc opere cõtentorum, in dubium reuocauit, quinimmo huius se sententiæ esse aperte dixit, quòd duo prædicti libri nõ sint Aristotelis; vtpote in quibus agatur de substantijs immaterialibus secundum aliorum opinionem: vnde in ipsis superuacanee ait, tractari eadem quæ in 1. lib. huius philosophiæ, & in hoc alio 7. pertractantur. cuius sententiæ palam refragantur verba Aristotelis ante explicata, quibus proponit quæstionem in posterum tractandam iuxta placita aliorum philosophorum circa ideas & numeros, & entia mathematica. Quòd si hæc iam pertractasset in 1. libro, non vtique hoc loco tanquam tractanda iterum proposuisset. Et quæ in hoc lib. dicuntur circa ideas, paucis verbis continentur: vt nequaquam dicendum sit, in hoc libro propositam quæstionem tractari, & absolui penes omnia iam dicta; vt fit in dictis duobus libris, qui multis ex partibus & esse Aristotelis se ostendunt, & optime consequi ad præcedentes; vt opportuno loco animaduertere licebit. Interim autem dicimus hoc loco proponi ab Aristotele primo quidem quæstionem circa dogmata aliorum philosophorum de entibus mathematicis, ideis, & numeris, num sint substantiæ præter sensibilia. Deinde vero subiungi aliam magis vniuersalem quæstionem: & est huiusmodi. Num, præter sensibilia, sit absolute aliqua substantia separata a materia, & æterna: quæ quæstio petit ipsum primum principium, & primam causam, Deum Opt. Max. de qua substantia addit fore considerandum, *cur sit*, idest, sub qua ratione causæ sit assignanda pro huius vniuersi constitutione: quemadmodum infra lib. 12. apud nos postremo docebitur, Deum sub ratione causæ finalis existere principium, a quo pendet cœlum & natura, *& quomodo sit.* quod nonnulli interpretãtur; num sit in corpore huiusmodi substantia, an separata a corpore: sed non cõuenienter hoc dicunt; cũ iam supposita sit huiusmodi substantia, tãquam a materia separata, de qua quærendum, quomodo sit; quod fiet in eodem dicto libro, dum explicabitur, Deum esse ens necessarium, non tamen violentum, itẽ intelligens, ac vitam degens beatissimam.

Suess.

[illegible] m puriſſimum exiſtentem. [d] *Deſcripta primo ſubſtantia.* Græca vox ita habet, [illegible] nam, [illegible] quam Alexandri interpres ſic reddidit. *deſignata prius ſubſtantia.* Alij vero, vt Pe-[illegible] rio deſcriptionem verterunt. Vnde aduertendum, in more poſitum eſſe apud Ariſtote-[illegible] elligat typo exponere, pro eo quod eſt, craſſa quadam deſignatione rem explicare: prout pi-[illegible] deſignare ſolent primo craſſa minerua, quæ volunt depingere. Et dictum Ariſtotelis reſpicit ex-[illegible] nem ſubſtantiæ, de qua etiam actum eſt in prædicamentis, quatenus eſt ſubſtantia ſingularis. [illegible] te ſequenti deſcribitur, quòd ſit ſubiectum, de quo alia prædicantur, ipſum vero de nullo di-[illegible] in ſe [illegible]dem protulit hæc verba: *nunc quidem igitur typo quid ſit ſubſtantia, quod non de ſubie-[illegible] vero de ipſo dicuntur.* Quæ quidem explicatio craſſa intelligitur, ſi referatur ad tractationem & explicatione[m] tum materiæ, tum formæ, quatenus ad ſubſtantiæ ſenſibilis conſtitutionem pertinet. Vnde non neceſſe eſt interpretari, quòd explicatio typo prædicto facienda, concernat vniuerſam ſubſtantiam ſenſibilem, & totam, & ſecundum partes ipſius in comparatione ſubſtantiæ ſeparatę a materia, de qua poſtea ſit agendum, vt nonnulli interpretati ſunt.

Subſtantiam quattuor modis dici; quod quid erat eſſe, vniuerſale, genus, & ſubiectum, ſeu ſubſtantia compoſita; de qua, quomodo ſit ſubſtantia, aperitur ſimul cum materia. *Cap. III.*

PARAPHRASIS.


DICITVR autem ſubſtantia ſi non pluribus modis, ijs ſaltem quattuor maxime. Nam & ipſum quod quid erat eſſe, & vniuerſale, ipſa ſpecies continens indiuidua, & genus videtur eſſe vnicuiq; rei ſubſtantia: & præter hæc, quarto loco, horum omnium ſubiectum. Eſt autem ſubiectum illud, de quo alia dicuntur, ipſum vero non vltra de vllo dicitur. Quare & de hoc primo eſt determinandum tanquam de eo, quod nobis eſt notius, & ſine quo alia eſſe non poſſunt. Videtur autem maxime eſſe ſubſtantia primum ſubiectum; quod quodammodo eſt materia; alio vero modo eſt forma; tertium autem eſt id, quod ex ijs conſtat. quemadmodum diceremus, quod æs eſt materia, forma vero eſt figura, illa idea, quam habet in mente formandam ſtatuarius. Quod autem ex ijs conſtat, ipſum totum compoſitum, eſt ſtatua. Vnde, ſi ſpecies & forma eſt prior, & magis ens quàm materia, eo etiam, quod conſtituitur ex vtraque, erit prior ob eandem rationem, ob quam & forma prior eſt quàm materia. Nunc igitur typo & ſub figura quadam dictum eſt, quid ſit [ſubſta]ntia: nempe illud, quod de nullo alio ſubiecto dicitur, de ipſo autem omnia alia dicuntur. Verum non ſolum hoc modo oportet explicare ſubſtantiam, ſed vlterius quoque progredi in hac conte[mpl]atione. Non enim ſat eſt ita eam expoſuiſſe: quandoquidem & idipſum, quod ita explicatum e[ſ]t, habet obſcuritatem: & propterea ex dictis ſequitur id, quod præbet difficultatem, quòd materia ſ[ub]ſtantia, & præcipua ſubſtantia. Nam ſi materia non ſtatuatur ſubſtantia, effugiet nos, quid [no]n aliud poſſit eſſe ſubſtantia: quippe quia, ſublatis alijs, nil vltra præter ipſam videtur remanere. cetera enim ſunt corporum paſſiones, effectiones, & potentiæ: longum vero & latum, & profun[dum] ſunt quædam quantitates, & non ſubſtantiæ. ſiquidem quantum non eſt ſubſtantia, ſed illud po[tius] cui inſunt hæ quantitates. Atqui ſublato longo, lato, profundo, nil relinqui videmus, niſi ſit quid, quod ab ijs determinetur, quod eſt materia. vnde ita nobis conſiderantibus, neceſſario videtur materia ſola eſſe ſubſtantia: vtpote ea, quæ relinquitur poſt omnia. Intelligitur autem materia eſſe illud, quod ſecundum ſe, neque eſt quid, neque quantum, neque aliud quidpiam dicitur eorum, quibus ens determinatur & limitatur: hoc autem ſic patet. Nam eſt aliquid, de quo prædicatur horum quodque prædicamentorum, cui eſſe eſt diuerſum a quacunque prædicatione. Siquidem alia ſuprema genera de ſubſtantia ipſa particulari prædicantur: hæc vero ſubſtantia de materia dicitur; vnde relinquitur extremum, ipſa materia: quæ ſecundum ſe, neque eſt quid, neque quantum, neque vllum aliud ex determinatis generibus: neque etiam negationes; quando & hæ important ens determi-[nat]um [n]iſi [ta]ntem ſecundum accidens: quatenus ſcilicet negationes ſunt entis negationes. Ex his igitur ita nobis ſpeculantibus, contingit, ac ſequitur materiam eſſe ſubſtantiam, quaſi ipſa ſit præcipua ſubſtantia. At hoc impoſſibile; quoniam quod eſt ſeparabile, & ipſum hoc aliquid, maxime competere videtur ſubſtantiæ: & propterea ſpecies, ſeu forma, & id quoque quod ex forma & materia conſtat, videntur magis eſſe ſubſtantia quàm materia. Illa igitur ſubſtantia, quæ conſtat ex materia & forma, omittenda eſt; tanquam illa quæ eſt poſterior ab ijs alijs, & eſt manifeſta ſenſui. Manifeſta eſt etiam materia quodammodo per ea quæ dicta ſunt, De tertia autem, nempe de forma eſt contemplandum: hæc enim eſt, quæ maximam habet dubitationem. Et cum, ex communi omnium conſenſu, quædam ſint rerum ſenſibilium ſubſtantiæ, de ijs primo eſt inquirendum.

TEXTVS.



ICITVR autem substantia, si non pluribus, saltem quatuor modis maxime. etenim ... erat esse, & vniuersale, [a] & genus substantia cuiusque esse videtur: & quartum ... [b] subiectum autem est, de quo cætera dicuntur: illud vero non amplius de alio. Q... eo determinandum est. [c] maxime namque substantia subiectum primum esse vi...ur. ... quodam [d] modo quidem materia dicitur, quodammodo vero forma, tertium vero, quod ex his ... tem materiam quidem, vt æs, formam autem figuram ideæ: quod vero ex his est, totam statuam ... [e] forma prior materia est, & magis ens, illud quoque quod ex ambobus est, prius erit ob eandem ra... Nunc itaque quidnam substantia sit, [f] quasi figura dictum est, quod non de subiecto, sed de quo c... Oportet autem non ita solum, non enim sufficiens est. & hoc namq; ipsum non est manifestum. ... teria substantia est. nam, si hæc non est substantia, quæ alia est fugit nos. Demptis etenim cæteris ... aliud remanere videtur. cætera namque passiones corporum, & effectiones, & potentiæ sunt. lon... ro latitudo, & profunditas quantitates quædam, sed non substantiæ sunt. quantitas etenim non e... tia, sed magis cui hæc ipsa primo insunt, illud est substantia. enimuero ablata longitudine, latit... profunditate, nihil videmus reliquum, nisi si quid est, quod ab eis determinetur, vt ita considerant... teriam solam necesse sit apparere substantiam. Dico autem materiam, quæ per seipsam, neque quid... quantum, nec aliquid aliud quippiam dicitur, quibus ens determinatur. [g] est enim quid, de quo s... rum prædicantur: cui esse, ac cuique prædicationum diuersum est. cætera namque de substantia pr... tur. hæc vero de materia. Quare quod vltimum est per se, neque quid, neque quantum, nec al... est, [h] neque etiam negationes. etenim hæ quoque secundum accidens erunt. Ex his itaque specula... accidit substantiam esse materiam. [i] At impossibile est. etenim separabile, & quod quid videntur ... me inesse substantiæ, propter quod forma, & quod ex ambobus substantia videtur esse magis qu... ria. At illa substantia, quæ ex ambobus, dico autem quæ ex materia & forma est, omittenda est. ... rior enim, & manifesta est. [l] manifesta vero quodammodo etiam ipsa materia. At de tertia co... dum est. hæc enim maxime dubitabilis. Conceditur autem quasdam esse substantias sensibilium ... in his primum quærendum est.

ADNOTATIONES.



Auer. T [a] *vniuersale & genus &c.* Inter significata substantiæ adnumerantur vniuersale, & g... quæ Auerroes ita interpretatur: vt per vniuersale intelligat genus generalissimum; ... nus autem, genus subalternum & propinquum: id (inquit ipse) quoniam aliqui (vt ... existimarunt genus vniuersale, & generalissimum dignius nomine substantiæ, qu... propinquum: ac si diceret Auerroes, quòd propter hanc differentiam Aristoteles animaduerte...

Alexand. uersale, & genus esse substantias. Alexander autem, cum quo sentit etiam D. Thomas, per ...

D.Tho. existimat ideas intelligi, potius quàm illud vniuersale, quod est in multis; sicuti species hinc ... accipitur a Porphyrio. Sed huic interpretationi refragantur verba Aristotelis, partim ex hoc, ... cat, quod ipsum quod quid erat esse, & vniuersale, & genus videntur esse substãtia cuiq; rei, quę sit ... ria; vt ita designetur substantia particularis dependens ab ipso quod quid erat esse, & ab vniuer... genere quæ illi insint; quod de ideis dici minime potest, cum particulari substantiæ idea non i... ipsius esse: partim ex hoc alio dicto, cum inquit; quartum significatum substantiæ esse subiect... rum, nempe prædictorum: videlicet ipsius quod quid erat esse, & ipsius vniuersalis, & generis. non ... test autem dici, quòd substantia composita sit subiectum ideæ, quasi in ipsa sit idea dans illi esse. ... co pro vniuersali accipienda est species continens indiuidua; quæ vna cum genere in Præd... nomen secundæ substantiæ obtinuerunt. Neque mirum sit quòd in lib. 5. in tractatu substan... sit facta mentio de vniuersali, & de genere, quod essent substantię; quandoquidẽ non aliam des... stantiam, quàm ipsam primam compositam, cuius sunt aut species, aut genus. Hoc vero loco h... numerantur inter substantiæ significata ob difficultates occurrẽtes hic explicandas: de quibu... actum est. quoniam scilicet videtur sola substantia esse ipsum indiuiduum: quo concesso, ... si species & genera non sint substantiæ, quòd de substantia nulla possit esse scientia. Sed quod ... uersale Aristoteles intelligat speciem ipsam, quæ est communis omnibus indiuiduis, quæ sun... naturæ: patet etiam ex ea disputatione, quam habet infra cap. 13. circa vniuersale. Vbi inquit, ... le non videri posse dici substantiam: quoniam substantia cuiusq; nulli inest, vniuersale autem ... mune multis. Quo in loco accipitur vniuersale indifferenter, vt competit speciei & generi: hinc ... huiusmodi non esse proprie, atque primo substantiam, sed veluti secundam substantiam. Vnde ... co duo præcipua erunt significata substantiæ: tum ipsum quod quid erat esse, quod accipitur pro... ma, tum ipsum subiectum; quod accommodatur partim substantiæ compositæ, & partim materiæ ... tentia existenti. quemadmodum etiam in lib. 5. cap. de substan. hæc duo significata, vti potissima ... cepta fuerunt: nempe tum extremum subiectum, quod de nullo alio dicitur; tum quod aliquid ... separa...

est ipsa forma,& species,quæ continet quod quid erat esse. ᵇ *Subiectum autem est*. Expo- ... subiectum illis typis,& ea expositione, qua vsus est quoque in Prædicamentis, in explica- ... ita præcipue dictæ:dum habetur, quòd substantia dicitur illa, quæ neque est in subiecto, ... de subiecto dicitur.Quam expositionem,ex illis duabus suppositionibus ibi præmissis,quid esset ... de subiecto,& esse in subiecto,maxime notam reddidit Aristoteles.Cui quidem expositioni respó- ... hoc loco posita, quòd substantia est illa, quæ de nullo subiecto dicitur, omnia vero alia ... prædicantur.nam ex eo quòd non dicitur de subiecto, hinc intelligitur, quòd non sit in subie- ... quæ ... est substantia prima in Prædicamentis.Vsus est autem hoc loco Aristoteles circa hanc ... explicandum,hac dictione *subiectum*,& non *substantia*;partim,vt ita magis eam distingue- ... ali,& a genere,quæ etiam habent appellationem substantiæ:partim etiam vt hinc daretur ... sibi ad manifestandum,ꝙ etiam materia est substantia,quatenus est subiectum substantiæ. ᶜ *Ma- ... atque substantia subiectum primum esse videtur*. Hoc quoque dictum conuenit assignationi de ... facta in Prædicamentis:vbi similiter dicitur,maxime substantiam appellari eam,quę de nul- ... dicitur,sed omnia alia de ipsa prædicantur.Appellat autem substantiam compositam,primum subie- ... quoniam ipsa est prima,quæ subijcitur omnibus alijs, tũ secundis substantijs,vt est species & ge- ... tum etiam accidentibus. Siquidem species,seu genus (quatenus sunt secundæ substantiæ) ... primo & immediate subijciuntur alijs rebus,sed mediante prima substantia composita. Aduerten- ... autem in lib. 5.in cap.de substantia,appellari substantiam compositam,extremum subiectum,tan- ... illud,ad quod perueniatur descendendo a generalissimo genere ad indiuidua,hic uero hæc eadẽ substantia appellatur primum subiectum;vti illud,quod est primum in consideratione,quæ fiat,incipiẽ- ... indiuiduis,& inde ascendendo ad species,& ad genera. ᵈ *Tale vero,quodam modo quidem ma- ... dicitur*.Quod hic habetur,istud est:primum subiectum,quod explicatum est maxime substantiam esse, ... tum materiam quodam modo;nempe quatenus subijcitur,quod competit materiæ; tum alio ... modo formam;nempe,quatenus est hoc aliquid,quod quidem obtinet a forma;tum etiam ipsum con- ... ex vtraque:adeo ꝙ hic diuiditur ipsa prima substantia composita,tũ in partes inexistẽtes,ex quibus ... componitur;tũ in diuersa significata.ac si diceretur;ipsum primũ subiectum,quod explicatũ est;partim ... materia;partim forma;deinde est constans ex vtraque hac,ipsum totum compositum. Et hæc quidẽ diuisio non est vt generis in species,sed potius vt totius in partes:quæ quidem, si ad substantiam cõpo- ... referantur,tãquam ad illud,quod est ipsis commune;ita se habebunt, ꝙ forma erit præcipua pars pertinens ad totius compositi constitutionem, materia vero longe aberit ab eiusmodi perfectione, vt ... nihil sit actu,sed tantum potentia. Aristoteles autem in libro 5. in tractatu eorum quæ dicuntur ... diuersa;dicit materiam & formam esse genere diuersa,vt quæ neque vna in aliam,neque ambæ ... commune genus possint resolui. Ac propterea dicẽdum,materiam & formam esse substantias ... analogiam quandam ad ipsam substantiam compositam: quatenus forma est magis substantia, & ... primum locũ in ipsa,vti illa,quæ est actus,per quẽ & substãtia composita est actu,& hoc aliquid; ... ipsa est sub genere actus; materia vero sub genere potentiæ: quæ propterea inferiori loco ... habet a forma,& ab actu in natura substantiæ. ᵉ *Si forma prior materia est,& magis ens,illud quo- ... ex ambobus est,prius erit*. Ex hac suppositione,ꝙ forma sit prior,& magis ens quàm materia, ... Aristoteles hoc consectarium,quod Alexander ita legit:*& quod ex vtrisque prius erit*,vt loco di- ... ἐξ ἀμφοῖν in generandi casu positæ,habeat in casu nominandi,τὸ ἐξ ἀμφοῖν:sicuti etiam hunc in ... absque vlla controuersia infra habetur: *propterea species, & quod ex vtrisque, substantia ma- ... videretur quàm materia*.vnde ipse huic inhærens lectioni,cõsectarium ita interpretatur: ꝙ si spe- ... prior,& magis ens,quàm materia,etiam id,quod constat ex utraque, ex forma & materia, prius ... magis ens erit, quàm materia. Sed expositioni Alexandri manifeste refragantur verba infra posita; ... deducitur,ꝙ forma,& constans ex vtraque,est magis substantia,quàm materia:quod quidem ... est conueniens:sed non ꝙ compositum sit prius quàm materia,cum ex ipsa constituatur. Vnde ... dum, aliud esse quòd aliquid sit prius alio, & aliud ꝙ sit magis ens & substantia, quàm aliud. ... forma quòd sit & prior,& magis ens,quàm materia, optime dici potest; sicuti & quòd forma ... quàm substantia composita:non autem dicendum,quòd forma magis sit ens quàm substantia composita: quemadmodum etiam dici potest, quòd substantia composita sit magis substantia, ... materia: non autem quòd sit prior quàm materia. Idcirco recte perpendendum est, quòd ... Aristoteles, post diuisionem factam subiecti primi in formam, & materiam, & in illud quod constat ... deduxit hanc consequentiam:ꝙ si forma est prior,& magis ens quã materia,etiam erit prior composito ob eandẽ rationem,ob quã forma est prior quàm materia:ob id quidẽ, quoniã propter ... educitur in actũ materia:ergo ob eandẽ causam erit forma prior quoq; cõposito:iuxta regulam ... topicam:quoniã,quod prius est priori,etiã posteriori est prius;prius est autem materia quàm cõ- ... quod ex ipsa constituitur:ergo & forma tãto magis erit prior composito,quod quidem fit actu per formam materiæ inhærentem. Verum aduertendum,non dici ab Aristotele,ꝙ forma sit magis ens, quàm compositum:sicuti dixit ꝙ forma est magis ens quàm materia, & non solũ prior:solũ autẽ de cõ- posito dixit,quòd forma est prior ipso.Dicere autem quòd compositum sit prius quàm materia,manife- ... falsum est.vnde non recte legit Alexander in nominandi casu illud, quod legi debet in geni-

Alexand.

tiuo: ideſt, τοῦ ἐξ ἀμφοῖν, & non, τὸ ἐξ ἀμφοῖν. Nam verum quidem eſt, quòd forma eſt pri- quod eſt compoſitum ex materia & forma: non autem verum eſt, quòd compoſitum ſit prius materia: quod tamen ſequitur ad lectionem & interpretationem Alexandri. Quomodo au-
Alexand. ma dicatur eſſe prior, & magis ens quàm materia; Alexander inquit, quòd forma prior eſt quam teria, non ſolum natura, ſed etiam tempore; quoniam aliqua forma, Deus, qui eſt ipſa bonitas, temporibus prior, & effector, & auctor eſſe demonſtrabitur. Quæ Alexandri ſententia eſt uanda pro cenſura facienda, nũ necne hi commentarij ſint Alexandri Aphrodiſiei: quando ha- aduerſari videntur principijs Ariſtotelis: qui, contra ſententiam Platonis, vult tempus eſſe inge- bile. Quòd autem forma ſit magis ens quàm materia, ſic docet Alexander: quoniam quodq. per
D.Tho. mam nuncupatur, non per materiam, & per formam materia ordinatur. D. Thomas dicit, forma eſſe priorem materia; quoniam forma actus eſt, qui prior eſt in natura: non enim poteſt ded materia in actu, niſi ab eo, quod ſit in actu: & cum quæuis materia non niſi actu reperiatur, hinc op- tet ſupponere, ipſam eſſe factam in actu per formam, hoc eſt rem in actu. Quòd autem magis e forma quàm materia; ita probari ſupponit D. Thomas; quoniam, propter quod vnumquodque, & lud magis: at materia fit in actu per formam: ergo forma magis actu eſt. Quæ ratio inducta a D. Thoma, videtur etiam afferri poſſe ad probandum, quòd forma ſit magis ens, quàm compoſitum quando per formam compoſitum fit actu, quod tamen non videtur concedendum. ſiquidem co- poſitum habet materiam in actu, adeo quòd nihil illi deeſt: forma autem proprie non eſt in actu, in compoſito: vnde multo magis inferendum eſt, quòd compoſitum ſit magis ens, & ſubſtan- quàm materia, quæ ſua ex natura caret actu. Verum aduertendum eſt, ab Ariſtotele probari p- poſt, quòd forma & compoſitum ſit magis ens, quàm materia: quoniam forma eſt hoc aliquid, & parabile, quod non competit materiæ: ita enim accedit magis prope ad naturam entis forma materia: quoniam actus, qui conuenit formæ, habet magis rationem entis, quàm potentia, quæ uenit materiæ. ſed ex hoc etiam quòd ſit forma quid ſeparabile ſaltem ratione, quod non conuen materiæ, hinc arguitur, quòd forma ſit magis ſubſtantia quàm materia. ſiquidem quod eſt ſepa- bile, habet in ſua natura prioritatem, ut ſine ipſo alia non poſſint eſſe, quod etiam maxime petit ipſi compoſito: de quo dicit Ariſtoteles in lib. 13. apud nos 11. cap. 8. quòd eſt magis ipſi formæ, quàm materiæ. ſiquidem compoſitum eſt actu proprie, & ſeparabile, per ſe ſubſiſte- dicitur infra lib. 8. cap. 1. vbi quoque ſupponitur, formam eſſe ſeparabilem; ſed ſecundum nem, non actu per ſe ſubſiſtentem, quatenus eſt forma ſubſtantiarum compoſitarum ex mat forma. ſed dubium relinquitur expurgandum, quomodo dici poſſit, quòd forma ſit prior tem quàm materia, cum ſupra in lib. 2. cap. 2. fuerit oſtenſum, quòd materia eſt æterna, & inge- bilis. Cui difficultati ita occurrentes dicimus; quòd materia ſecundum Ariſtotelem eſt ingene- lis & æterna, quatenus, ſi dicatur generari, ex alia materia generaretur, & ita in infinitum eſſet greſſus: vnde abſolute non eſt generabilis materia. Verumtamen ad hunc ſenſum dicitur gener- lis; quatenus, ſi fiat compoſitum, oportet vt præcedat quædam determinata materia ad compoſi- nerationem accommodata, habens quaſdam diſpoſitiones in ſeipſa, quæ prius non erant: vnde eſt, vt illæ factæ ſint, neque effici potuerunt ſine agente actu exiſtente, & habente formam; ob omnis generatio conſtituitur; & ita in agente præcedit forma tempore ipſi materiæ diſponendæ generatione huius vel illius rei compoſitæ: & hac ratione dicitur, quòd forma eſt prior tem quàm materia, de qua re magis etiam patebit in ſequentibus in hoc libro. [f] *Quaſi in figura di- eſt*. Græce τύπῳ: qua voce denotatur craſſa, & ſuperficialis quædam explicatio: qualis eſt, ſubſtantia dicatur illud, quod de ſubiecto non dicitur, alia vero omnia de eo prædicantur: eſt e deſumpta ex logica, & pertinet ad vſum loquendi, quatenus voces prædicantur, aut non prædican non autem ad explicationem partium & cauſarum, ex quibus conſtituitur, & proprie cognoſcitur ſtantia compoſita. & ideo ſubiunxit Ariſtoteles, traditam explicationem non ſat eſſe ad expletam
Alexand, ctationem ſubſtantiæ: quin etiam obſcurum eſſe, quod aſſignatum eſt: idque, quoniam (vt inquit A- xander) obſcurum eſt, quid nam ſit, quod cunctis ſubijcitur. ſed & difficultas ex ipſa aſſignatione ritur: quoniam ſequi videtur materiam, aut ſolam, aut præcipuam eſſe ſubſtantiam: vtpote eam omnibus ſubijciatur. & hoc quidem ita deducitur. ſiquidem alia ſunt corporum, aut paſſiones, aut ctiones, aut potentiæ, quibus non conuenit vt dicantur ſubſtantiæ; ſicuti neque corpori, quod ſecu- dum tres dimenſiones, ideſt, longum, latum, & profundum non aliud ſignificat, quàm quan- tum; quantum autem non eſt ſubſtantia. hinc ſequitur, quòd omnibus alijs ablatis, ſolum remanet id, cui primo hæc inſunt; & quod ab his alijs determinatur: & hoc quidem eſt vltimum ſubiectum quod remanet, & appellatur materia: vnde ipſa videtur cenſenda ſola eſſe ſubſtantia. Et hanc q- dem ſententiam attribuit Ariſtoteles ſupra in lib. 1. cap. 3. priſcis philoſophis, qui conſtituebant teriam eſſe in actu; & ideo nil generari, quoniam ipſa ſemper permaneret, fieri autem alterati- dicebant: a quorum tamen opinione diſcrepat Ariſtoteles; vt qui ſtatuat, materiã eſſe ens in poten & nihil actu. Vnde non tollitur, quin forma ſit etiam ſubſtantia, & magis ſubſtantia, vti ea, per quam res fiunt in actu: infra tamen in lib. 8. cap. 1. oſtendit materiam eſſe ſubſtantiã, vti illam, quæ omnibus mo- tibus ſubijciatur & generationibus; tanquam quod ſemper remaneat, vt hinc iure cenſenda ſit ſubſtantia.

enim quid de quo ſingula horum prædicantur. Hoc loco vult palam facere, quòd materia, vltimum n oir nium, ſecundum ſe non eſt quid; ideſt, eſſentia; non quantum, non quale, aut aliud . Id autem quomodo probet (vt mihi videtur) ſatis obſcurum eſt. Vnus quidem D. Tho- D.Tho.
ter omnes interpretes, locum hunc ſatis cumulate explicaſſe videtur, dum inquit: per viam præ- onis, quæ eſt propria logicæ, probari q materia eſt diuerſa ab omnibus formis omnium prædica- rum. Supponit autem (quod & ex Auerrois dictis colligitur) prædicamenta accidentium, quę Auerr.
ominatiue dicuntur de ſubſtantia, & non ſecundum vniuocam prædicationem (pro ut genera de ebus prædicantur) eſſe aliud a ſubſtantia, de qua dicuntur. & rurſus ſubſtantiam de materia, vti vl- o ſubiecto, prædicari denominatiua prædicatione: vt eſt dicere, hoc materiatum eſt homo: nō autem quòd materia ſit homo, ſeu materia ſit humanitas. & hinc vult concludi, per huiuſmodi denomina- n prædicationem, q vt ſubſtantia eſt aliud per eſſentiā ab accidētibus, ita quoq; per eſſentiam ma- te aliud a formis ſubſtantialibus: vt hinc ſequatur, q materia, quæ eſt vltimum ſubiectum, non eſt per ſe quid, ſeu ſubſtantia; non quantum; non quale; aut aliud prædicamentum: neque etiam nega- ne. ipſorū. Hæc ex D. Thomæ explicatione ſunt deſumpta. Quibus quidē nequaquā mihi perſpicuū quomodo probetur, quod probari ſupponitur; idque aliorum perſpicaciori iudicio relinquo decer- nendum. Accedit quòd & Auerrois & D. Thomæ ſententiæ, qua conſtituunt ſermonem eſſe de ſola prædicatione accidentium, quæ dicantur de ſubſtantia, expreſſa verba Ariſtotelis refragantur. Nam, cum prius dixiſſet, ſe intelligere materiam eam, quæ ſecundum ſe neque eſt ipſum quid, neque quantum, neque aliud vllum ex ijs, quibus determinetur ipſum ens (intelligens per ſe materiam non formæ vl- aſſociatam, & vt talem, nihil eſſe eorum, quæ ſint actu) poſtea ſubiunxit hæc alia, tanquam huius e- nunciati reddens rationem: *eſt enim aliquid, de quo prædicetur horum quodque; cui eſſe, eſt aliud, & quodque prædicamentorum: alia enim de ſubſtantia prædicantur: ipſa vero de materia.* Vnde, cum prius in explicatione materiæ ſit adnumeratum & ipſum quid, & quantum, & quale; clare patet, cum ſubiun- xerit poſtea quòd eſt aliquid, de quo prædicetur horum enumeratorum quodque; quòd & inter hæc ipſum quod quid, quod pertinet ad eſſentiam, computauit: vnde non ſola prædicata accidentalia, ve- rum etiam eſſentialia adnumerata ſunt: ex quo ruit Auerrois & D. Thomæ circa hunc contextum ex- poſitio applicata ad ſola prædicata accidentalia. Idcirco aliter nos interpretantes dicimus, per illud, *de quo prædicetur quodque prædicamentorum, & cuius eſſe ſit aliud a quoque prædicamento:* intelligi de- bere ipſam ſubſtantiam indiuiduam, quæ digito oſtendi poteſt, compoſita exiſtens ex materia & for- ma, & accidentibus particularibus affecta: de qua haud dubium eſſe debet (quando omne prædicatum, abſtractum eſt, aliud eſt a concreto ſubiecto) quin ipſius eſſe tale exiſtens, vt prædiximus, ſit aliud a prædicatis eſſentialibus, & ab accidentalibus, quæ de ipſo dicuntur. Conſequenter per hanc eandem nem, cum huiuſmodi ſubſtantia compoſita indiuidua prædicetur de materia, vti poſtremo ſubie- aliud ab ipſa materia. ex quo ſequitur, quòd eſſe materiæ non erit idem cum ipſa ſubſtan- poſita: & conſequenter, cum eſſe ipſius ſubſtantiæ indiuiduæ, ſit aliud ab eſſe cuiuſque prædica- ſequitur quòd materia nullum erit entium, quo ens determinatum ſignificetur; ſed neque ho- tiones. Verum relinquitur difficultas, quomodo ſit intelligendum, quòd ſubſtantia prædice- materia: quod Philoponus ita interpretatur: quòd ſubſtantia dicitur de forma, & de materia, & Philop.
compoſito. quod dictum veriſſimum eſt ad hunc ſenſum, quòd nuncupatio ſubſtantiæ conuenit teriæ, & formæ, & compoſito: ſed non deſeruit hæc interpretatio verbis Ariſtotelis, qui ſuppo- alia prædicamenta dici de ſubſtantia compoſita; ipſam vero de materia prædicari. D. Thomas D.Tho.
hunc in modum (ait) ſubſtantiam compoſitam prædicari de materia: veluti dicendo, quòd hoc ma- teriatum eſt homo. Verum hæc enunciatio videtur ſignificare aliquod compoſitum eſſe ſubiectum huius propoſitionis, cum dicitur: hoc materiatum eſt homo, at ſermo eſt de ſimplici materia; de qua ait Ariſtoteles ſubſtantiam compoſitam prædicari. Ideo cenſeremus hunc in modum dici poſſe: quòd ſubſtantia compoſita dicitur de materia, vti poſtremo ſubiecto, quod non eſt actu, ſed potentia: vt ſi dicamus, æs eſt ſtatua: aut aqua eſt chryſtallum, & eiuſmodi alia; ſemper accipiendo ſubiectum, vt eſt po- tentia, & quid indeterminatum: non autem actu illud, quod de ipſo prædicatur: vnde ita intelligendum videtur, quòd æs eſt ſtatua, nempe potentia: & ſimiliter aqua eſt chryſtallum potentia: ita enim videtur ſubſtantia compoſita dici de materia, vt quid aliud ab ipſa: ex quo deinde ſequitur, quòd materia ni- hil ſit actu eorum quæ ſunt. [h] *Neque etiam negationes*. Alexander interpretatur, quòd materia Alexand.
non ſit negationes prædicamentorum: vt puta, neque negatio quanti, neque negatio qualis; quo- niam negationes ſunt per accidens entia, non per ſe: at ſubſtantia non eſt per accidens. Verum lon- ge aptior cenſenda interpretatio Auerrois, quòd ipſa materia nihil eſt; nempe actu: neque negationes: Auer.
quoniam & hæ ſaltem per accidens inerunt vt aliquid determinatum ipſi materiæ: nempe vt ſunt pri- uationes: ſed materia nihil eſt actu. Intelliguntur autem negationes eſſe ens per accidens, quoniam nō ſunt aliquid per ſe, ſed ſolum quatenus ſunt negationes entis; vt dicebat ſupra Ariſtoteles capit. 2. libri quarti. [i] *Accidit ſubſtantiam eſſe materiam, at impoſſibile eſt; etenim ſeparabile, & quod quid eſſe, videntur maxime ineſſe ſubſtantiæ*. Concludit ex ante dictis: ſequi materiam eſſe ſub- ſtantiam, tanquam ipſa ſola ſit ſubſtantia. At hoc inquit, eſt impoſſibile; quod inſinuat his pau- cis verbis: quoniam ſcilicet ipſum ſeparabile, & quod quid eſſe, maxime videtur importare ſub- ſtantiam: at hæc (ſubiungamus nos) non conueniunt materiæ, ſed ipſi formæ, & compoſi-

Z 2 to, vt

to, vt explicatum est supra in libro 5. cap. de substantia. Ex quo deducendum (vt deducit Aristoteles) quòd forma, & compositum sint magis substantia, quàm materia. Alexand Alexander autem inquit, per *separabile* intelligi esse per se. quod dictum non videtur competere formae [illegible] per se, neque hoc aliquid per se. Nonnulli alij dicunt, quòd causatiue est per se forma, & [illegible] quid; quoniam causat esse in composito. Sed melius forsan interpretaremur dicendo; quod [illegible] est hoc aliquid; quoniam per ipsam designatur hoc aliquid, cum sit actus quidam: compositum autem est hoc aliquid, quod potest ostendi digito. Quòd vero attinet ad dictionem hanc, *separabile*, sciendum est infra libro 8. cap. 1. expresse dici ab Aristotele, quòd solum compositum est [illegible] ter separabile, vti illud, quod stat per se: de forma autem dicit, quòd est separabilis ratione: & [illegible] gis pertinet ad ens, & ad substantiam, quàm faciat materia, quæ nullo pacto est separabilis. [illegible] tem vnumquodque, & substantia, ex hoc dignoscitur esse magis ens, & substantia, si sit separabile, quoniam ita non dependens erit, & consequenter est præstantius ens quàm illud, quod dependet [illegible] materia. Forma autem eatenus separabilis intelligitur secundum rationem, quatenus consideratur, quòd rei compositæ essentiam continet, per quam præcipue compositum est in actu, & hoc aliquid, quod quidem maxime competit composito, non ita formæ soli ipsius compositi, & multo minus materiæ. [k] *Posterior enim & manifesta est.* Quòd substantia composita sit posterior a forma, & a materia, perspicuum est, cum ex ipsis constituatur; quòd autem sit manifesta (vt innuit hoc loco Aristoteles) videtur dubium, cum antea in eius descriptione dictum sit, quòd erat immanifestum, [illegible] set substantia. Cui dubitationi ita occurrendum est: dicendo quòd in genere contemplatio, seu explicatio substantiæ (vti potest intelligi substantia secundum exactam eius tractationem) est immanifesta adhuc; supposita illa sola descriptione iam assignata de substantia composita, quòd sit illa, [illegible] de nullo dicitur, de ipsa autem omnia dicuntur, vti subiecta omnibus prædicamentis: quemadmodum etiam explicata est prima substantia in Prædicamentis. At substantia simpliciter quid sit [illegible] dum patet, neque patebit, nisi explicentur eius causæ, atque principia, tum quo ad materiam, [illegible] ad formam: & ideo de ipsa ita manifestum erit: ipsa autem substantia composita qualis sit, [illegible] festissime apparet, vt quæ digito ostendi possit. [l] *Manifesta vero quodam modo, etiam materia* quia cognoscitur per analogiam ad formam, non autem per se ipsam: aut quoniam iam explicatum est, ipsam esse postremum omnium subiectum, & non esse neque quid, neque quantum, neque quale, aut aliud quidpiam quod actu sit ens. Veruntamen de materia exactius etiam docebitur in [illegible] senti libro, & in duobus sequentibus, nempe in lib. 8. & 9. Sed mirum videtur id, quod hic subiungit Aristoteles de forma, dicens, quòd hæc habet magnam dubitationem; cum tamen non [illegible] per ipsam manifestari materiam, & omnia denique nota fieri. Verum dicendum, contingere difficultate, quæ nam sit forma: & num idea sit, num numerus, an entia mathematica, aut quid aliud [illegible] tius. Sed & circa definitionem rerum contingunt multæ quæstiones, ad ipsum quod quid est (quod formam concernit) attinentes. Accedit, quòd cum forma supponatur actus esse, in hac explicatione, quomodo forma sit actus, difficilis admodum contingit perscrutatio, vt apparebit ex sequentibus.

De substantia dicta quod quid erat esse, quomodo & ad substantiam compositam, & ad alia prædicamenta conueniat. Cap. IV.

P A R A P H R A S I S.



CVM autem in initio huius perscrutationis determinauerimus, quot modis substantia dicitur, inter quos est & ille, qui cognominatur quod quid erat esse; de ipso contemplandum est. Prodest siquidem ita transcendere ad illud, quod est notius. Etenim apud omnes est in disciplinis institutum, vt ex minus notis, ad ea quæ sunt magis nota naturæ perueniatur: quod factum, est ad similitudinem eius, quod fit in humanis actionibus; dum ex his quæ bona cuique, ea quæ sunt absolute bona, redduntur cuique bona: ita enim & ex his, quæ notiora [illegible] singulis, conuenit reddere nota cuique ea, quæ sunt nota naturæ. Quæ autem singulis sunt nota, & prima in cognitione cadunt, sæpennmero parum sunt nota; & parum, aut nihil habent entitatis. Veruntamen ex eiusmodi praue quidem (quòd attinet ad simpliciter) cognitis, nobis tamen notis, conandum est assequi notitiam eorum, quæ absolute sunt nota, transeundo (vt dictum est) per ea quæ qualiter [illegible] sunt nobis primo nota. Ac primo quidem de ipso quod quid est nonnulla logice afferemus, hinc exordientes. Nempe quòd illud, quod est quod quid erat esse vnumquodque, est id, quod dicitur secundum ipsum: vnde non dixerimus, quòd esse tibi, sit esse musico; quando non secundum teipsum musicus es. Quod [illegible] secundum te ipsum est, id est quod quid erat esse tibi. Verum non omne, quod dicitur secundum se pertinet ad ipsum quod quid erat esse: non enim quod est secundum se, sicuti est secundum se superficies alba, est quod quid erat esse: quandoquidem nō est esse superficiei, esse albę: neque etiam [illegible] quod ex vtroque; nempe, quod ex albo & superficie constituitur, est esse ipsi superficiei albæ, Et ratio [illegible]

quoniam superficies præexistit in definitione albæ superficiei; vnde, cum afferatur definitio pro definitione; non potest hæc esse vera assignatio ipsius quod quid erat esse. In qua igitur ne dicente idem quod definitur, non inerit idem quod definitur, hæc erit oratio ipsius quod quid erat esse vnicuique; ita quidem, vt si constituatur quòd esse superficiei albæ, sit esse superficiei læuis, & ipsum esse erit idem & vnum.

Quoniam autem etiam secundum alia prædicamenta, vti etiam secundum substantiam adsunt composita, cum sit aliquid, quod ipsorum vnicuique subijcitur, & quanto, & quali, & quando, & loco, & motui; vnde, quemadmodum sunt hæc composita, ita quoque & horum, sicuti etiam substantiæ composita, videretur esse definitio. Ideo considerandum est, num oratio concernens ipsum quod quid erat esse, competat vnicuique aliorum etiam prædicamentorum a substantia: & num si & his alijs inest ipsum quod quid erat esse: veluti homini albo, quid nam sit esse homini albo. Et vt facilior euadat hæc nostra contemplatio ab omni scrupulo semota (ne quis ambigat quòd possit esse definitio hominis albi, propterea quòd id ipsum non sit nomen sed oratio) imponatur nomen homini albo, & appelletur vestis; & quæramus, quidnam sit esse ipsi vesti. Verum dicimus, quòd non est de numero eorum, quæ dicuntur secundum se. Aut ad clariorem huiusce rei explicationē, dicendum est, quòd illud, quod non est secundum se, duobus modis esse potest. Vno modo, quoniam sit ex appositione: alio vero modo non ex appositione. Veluti ex appositione erit, quando ipsum quod per se, additur alio, ita vt hoc aliud per appositum definiatur: veluti si definiatur album per additionem hominis, cui inest album, cum homo sit per se. Alio vero modo erit non secundum se, non tamen ex appositione; quando ipsi quod est secundum se, inerit aliud. vt si vestis significat hominem album, aliquis vero definiat vestem, vt album, in hoc facto, albus homo est quidem album, quoniam albus homini inest: verumtamen album non est esse homini albo: sed ipsum esse vesti, est esse homini albo, non album solum. propterea in dicto exemplo erit assignatum pro definitione id, quod non est secūdum se: sicuti album non est secūdum se; & id tamen factum erit, absq; quòd apposita sit definitio eius subiecti, cui inest album. Et ita duobus modis erit ipsum non secundum se: tum ex appositione, si apponatur subiectum in definitione accidentis; tum non ex appositione, si accipiatur accidens in definitione subiecti sine subiecti definitione. Verum vlterius perquirendum est, num sit aliquid quod quid erat esse, vel absolute & simpliciter ex seipso, aut non simpliciter, & ex seipso. Et ita quidem inquirere conuenit. Quandoquidem ipsum quod quid erat esse, est alicui quod quid erat esse. cum vero aliud de alio dicitur, vt de subiecto, cui inhæreat; id non est hoc ipsum aliquid: veluti homo albus non est hoc ipsum aliquid; quandoquidem ipsum aliquid tantummodo inest substantijs. Idcirco dicendum, quòd ipsum quod quid erat esse, est quorumcunque oratio est definitio. At definitio non censenda est, si nomen significet id, quod oratio: alioquin omnes orationes essent definitiones, siquidē licebit accōmodare nomen cuiq; orationi, & ita, cum opus illud Homeri tot carminibus contextum, Ilias appelletur, & eo nomine significetur illud opus, poterit dici quòd illa carmina sunt definitio Iliadis, quod est absurdum: sed oportet quòd sit oratio alicuius primi. Huiusmodi autem sunt, quæcunque non ita dicuntur, vt aliud de alio dicatur. Quemadmodum, si esset definitio albi, non esset ipsius primi, cum album de alio dicatur, cui inest: hominis autem definitio esset ipsius primi, quoniam homo est per se homo, non per aliud, cui insit. Hinc deducendum est, quòd ipsum quod quid erat esse nulli inest, quod non sit contentum vt species sub genere; sed istis solum inerit: nempe speciebus contentis sub genere: nā ista videntur dici non secundum participationem, aut secundum passionem, aut secundum accidens. Verumtamen erit quoq; oratio cuiusque aliorum explicans quid significent, si adfuerit nomen, quòd hoc est: vel etiam pro oratione simplici poterit assignari exactior oratio; non tamen erit definitio, neque quod quid erat esse.

An vero dicendum sit, quòd definitio, sicuti & ipsum quod quid, dicitur multis modis? nam ipsum quod quid est, vno modo significat substantiam, & ipsum hoc aliquid: alio vero modo quodq; prædicamentorum, totū, quantum, quale, & eiusmodi. Nam sicut ipsum, est, inest omnibus, sed nō similiter: sed huic quidem primo; alijs vero consequenter; ita & ipsum quod quid est, ipsi quidem substantiæ inest simpliciter; alijs vero prædicamentis quodammodo. Etenim & de ipso quali interrogabimus quid sit; vnde ipsum quale erit de numero eorum, quibus conuenit quid est: sed non simpliciter: verum illo propemodum modo, quo nonnulli (logice id asserentes) dicunt de ipso non ente, quòd est ipsum non ens: non quòd simpliciter sit, sed quoniam sit non ens: ita & ipsum quale, est quid ens, non tamen simpliciter est ipsum quid. Hinc considerare oportet, quonam modo conueniat dicere ipsum quid de quaque re; vt non magis quàm eo modo qui conueniat cuique rei, aliquid de ipsa afferatur. Quare, quando perspicuum est (quod dictum est antea) ipsum quid, & ipsum esse, primo competere substantiæ, deinde alijs prædicamentis; ideo similiter dicendū est, quòd ipsum quod quid erat esse, inerit ipsi substātię primo, atq; simpliciter; deinde alijs prædicamentis: sicuti & ipsum quid est, non simpliciter est quod quid erat esse alijs prædicamentis a substantia: sed aut quanto; aut quali est quid erat esse. Etenim oportet dicere alia prædicamenta esse entia æquiuoce; vel auferre, aut addere aliquid circa ipsorum quod quid erat esse: vtputa, dicendo, quòd quid erat esse qualis, addere quòd sit qualis erat esse: auferre vero, sicuti dicēdo, quòd scibile est non scibile, quoniam non sit simpliciter scibile. siquidem rectum est, & ita conuenit, vt neque æquiuoce entia dicantur prædicamenta, quæ sunt alia a substantia; neq; absolute entia, prout est substan-

substantia: sed ita se habere, sicuti medicinale ad vnum, & idem dicitur; non tamen vnum, & neque etiam æquiuoce; siquidem neque corpus, & opus, & vas medicinale dicuntur vnum æ neque etiam secundum vnum quasi vniuoce, sed ad vnum primum. Quomodocunque te piam velit dicere, quod vel æquiuoce, vel vt ad vnum se habent prædicamenta, nil refert contemplatione. sed omnino illud est perspicuum, quòd definitio, & ipsum quod quid mo atque simpliciter est substantiarum: aliorum vero est similiter definitio, sed non primo necesse est ex hac positione quòd sit definitio alicuius, dummodo idem significet cum ora oportet quod significet idem cum tali oratione determinata hunc in modum; vt oratio sit vn autem continuatione vt est Ilias; aut vinculo, prout multæ orationes simul in vna comprehend sed sit vnius secundum quosuis modos, quibus proprie dicitur vnum. Dicitur autem vnum tot quot etiam dicitur ens. Ens autem significat, partim hoc aliquid, partim quantum, & quale que de & ipsius albi hominis erit oratio & definitio: sed alio tamen modo erit ipsius albi; & alio substantiæ definitio.

TEXTVS.

CVM autem [a] in principio diuiserimus quot modis substantiam determinamus, ac horum quiddam esse videatur, quod quid erat esse de eo considerandum est. [b] prodest etenim tr dere ad notius. Ita namque disciplina fit omnibus, per minus nota naturæ ad magis hoc opus est, vt in actionibus ex eis, quæ cuique sunt bona facere, quæ simpliciter bona sint cuique bona, ita ex sibi notioribus, quæ naturæ nota sunt sibi facere nota. Quæ autem sing & prima, sæpenumero parum nota sunt, & parum, aut nihil entis participant. attamen ex rum nota, sibi tamen nota sunt, conandum est cognoscere, quæ simpliciter nota sunt, per hæc ctum est, transcendentibus. [c] At primo quædam de eo logice dicamus, quòd illud est, [d] quod qu se vnumquodque, quod secundum se dicitur. Etenim tibi esse non est musico esse. non enim secund sum musicus es. quod ergo secundum teipsum. Nec tamen hoc totum. nec enim illud, quod ita se se est, vt superficies alba: quoniam superficiei esse non est albo esse. Quare? [e] quoniam hæc inest. ergo ratione ipsum dicente non inerit ipsum, hæc ratio ipsius quid erat esse cuique. quare, si superfi esse est superficiei leui esse, albo & leui esse vnum & idem est. Cum autem secundum cætera quoq dicamenta composita sint (est enim aliquod subiectum cuique, vt qualitati, & quantitati, & q vbi, & motui) perscrutandum est, vtrum est ratio ipsius quid erat esse, cuique horum: & vt etiam his ipsum quid erat, vt homini albo quid erat albo homini: sit autem nomen eius vestis: quid sti esse. At vero, nec hoc eorum est, quæ secundum se dicuntur. An hoc, [f] non secundum se, dup citur. & huius est hoc quidem ex additione, istud vero non. Hoc enim dicitur, eo quòd ipsum, qu nitur, alteri adijcitur. vtputa, si albo esse definiens dicit albi hominis rationem. Istud vero eo qu ipsi, vt si vestis album hominem significat, ille vero definiat vestem vt album, quod autem est al est album quidem, non tamen quid erat esse albo homini, sed vesti esse. [g] Vtrum est quod quid er aliquod, aut simpliciter? An non ipsum enim quod quid erat esse est ipsum quid erat esse? c alud de alio dicatur, non est ipsum quod quid. vt homo albus non est quod quid: si ipsum quidem quid substantijs solis inest. Quare quod quid erat esse illorum est, quorumcunque ratio est de Definitio autem est, non si nomen idem quod oratio significet (omnes etenim sermones definiti sent. erit namque nomen idem cuicunque sermoni, quare & Ilias definitio erit) sed [k] si primi sit. talia vero sunt, quæcunque dicuntur, non eo quòd aliud de alio dicatur. Non ergo vlli eorum non sunt species generis, inerit quod quid erat esse, sed his solum. hæc enim videntur non secundum ticipationem, & passionem, nec vt accidens dici. Sed oratio quidem cuiusque etiam aliorum significat, si nomen sit, quòd hoc huic inest: [i] aut pro simplici oratione certior: definitio erit, neque quod quid erat esse. An definitio quoque vt & ipsum quid est multipliciter dicitur. ipsum quid est vno quidem modo substantiam, & quod quid significat, alio vero singula eorum, q dicantur, quantitatem, qualitatem, & quæcunque cætera talia sunt. Quemadmodum enim & est, inest quidem omnibus, non tamen similiter, sed huic quidem primo, illis vero consequenter, ita & quid est simpliciter substantiæ, cæteris vero quodammodo. etenim interrogare possumus quid est quale. quare & ipsum quale est eorum, quorum est quid est non tamen simpliciter: sed sicut de non te [k] logice quidam aiunt esse ipsum non ens, non simpliciter, sed non ens, ita & ipsum quale. Op igitur considerare & quomodo de quocunque dicere decet, non tamen magis, quàm quomodo se ha Quare nunc quoque, cum manifestum quod dicitur sit, ipsum etiam quod quid erat esse similiter primo quidem & simpliciter substantiæ, deinde cæteris, sicut & ipsum quid est non simpliciter erat esse, sed qualitati, aut quantitati quid erat esse. Oportet etenim aut æquiuoce ista esse, [l] aut additione, vel ablatione. sicut & quod non scibile, scibile. nam rectius est neque æquiuoce dicere, que eodem modo sed quemadmodum medicinale, eo quòd ad idem quidem & vnum, non autem idem vnum, non tamen etiam æquiuoce. nullum etenim medicinale corpus, opus, & vas dicitur æqui neque secundum vnum, sed ad vnum. sed hæc quidem quomodocunque dicere quis velit nihil di

... niſ ſtum eſt, quòd quæ primo & ſimpliciter definitio, & quod quid erat eſſe ſubſtantiarum ... n quoque ſimiliter eſt, non tamen primo. [m] Non enim eſt neceſſe, ſi hoc ponamus, huius de... quodcunque oratione idem ſignificat, ſed quod aliqua oratione. hoc autem ſi vnius ſit, non ... ſicuti Ilias, aut quæcunque coniunctione, ſed ſi quoties dicitur vnum. Vnum autem dicitur, ... ns autem, quoddam quod quid, quoddam quantum, quoddam quale quid ſignificat. [n] Qua... nominis erit oratio & definitio, alio vero modo & albi, & ſubſtantiæ.

ADNOTATIONES.

IN [a] *principio diuiſerimus*. Diſtinctio, quam innuit Ariſtoteles ſe tradidiſſe in principio ... ſignificata ſubſtantiæ, cenſenda eſt illa, quam attulit in hoc libro; dum diſtinxit ſubſtan... in compoſitum, in vniuerſale, in genus, & in ipſum quod quid erat eſſe: non autem ea quę tradita eſt in lib. 5. in explicatione huius nominis ſubſtantia. [b] *Prodeſt & enim*. Græ... idest prodeſt, & vtile eſt: qua voce in hoc ſignificato vſus eſt quoque infra cap. 6. in initio ... inquit: ... idest, *confert enim aliquid ad conſiderationem ... ſtantia*, vnde & hoc loco non inconueniret coniungere dictam vocem ..., cum his alijs: ... adiecta propoſitione ..., vt addunt nonnulli, & eſſet ſenſus, quòd eſt vtile tractare de ipſo quid eſt, vt hinc perueniamus & tranſcendamus ad id, quod eſt notius. Sed aduertēdum ab Ale... ...o, ſupponi q his verbis ſignificetur progreſſus, qui habendus ſit a ſenſibilibus, quæ ſunt notiora ...bis, ... ſunt ſubſtantiæ ſenſibiles, & hinc tranſcendamus, & manuducamur ad cognitionem idearum, ... ſunt res notiores naturæ. Vnde & dictum Ariſtotelis, quòd hæc nobis notiora, parum, aut nihil ha... entitatis, interpretatur de ſubſtantijs ſenſibilibus, ita tamen explicans hanc dictionem, *entitatis*, ... hac alia *veritatis*: quando & ens (inquit ipſe) pro vero accipitur. Idem exemplum allatum de ... tionibus humanis ſic explicat. quod diuitiæ per ſe bonę ſunt: at aliquis poteſt illis abuti, dum inſolen... ...os lędat. ſi uero comprehenſus aliquis a magiſtratu puniatur, & reſipiſcat, eueniet vt punitio per ſe non bona exiſtens, bona fiat huic reſipiſcenti: & eius exemplo, diuitiæ, quæ ſingulis locupletibus ſunt bonæ, ... erunt bonæ. Ita etiam in cognitione (inquit Alexander) pueri eatenus habent notitiam, ... ent homines patres, non bouem, equum; quatenus vero appellant cunctos homines, patres, ſic ... habent veritatis; innuens ex hoc Alexander cognitionem illam vniuerſalem, & confuſam ita appel... ab Ariſtotele in proœmio Phyſicorum. Verum, quòd ſupponat Alexander dictum Ariſtotelis, ... quæ nobis ſunt primo cognita, vt in plurimis parum habent, aut nihil entitatis, intelligi debere, ... habeant entitatis, id eſt veritatis, omnino aſſertum eſt ab ipſo ad proprium placitum, ſine vl... ...one prolatum. Atqui cum ſimpliciter, & abſque vlla comparatione ſit pronunciatum ab ...le, quòd nonnulla, quæ ſunt nobis magis nota, parum aut nihil habent entitatis; idcirco diffici... ... poteſt id dictum eſſe de ſubſtantijs ſenſibilibus; de quibus paulo ante dictum eſt, quòd ma... ...e ſunt ſubſtantiæ. Quòd autem attinet ad exemplū de humanis actionibus, ita videtur Ale... ...der deducere explicationem; quòd ex his, quæ bona ſunt cuique, ea quæ ſingulis bona ſunt, efficiā... ...pliciter bona: cum tamen ſententia Ariſtotelis id præ ſe ferat quòd ex bonis cuique, reddantur ... abſolute ſunt bona, cuique bona. Auerroes ſupponit & ipſe, ex ſenſibilibus tanquam nobis notis, ...on ſimpliciter notis, procedendum eſſe ad formas inſenſibiles: dicens notiora nobis eſſe, quæcun... ... nota diſcipulo: poſtea ad ea, quæ ſint ipſis poſterius nota, accedendum. Et quo ad inductum ...emplum actionum humanarum, inquit ipſe: ex his quæ cuique ſunt bona & vtilia, colligi commune ...m ciuitatis: & in arte medica, quæ cuique ſunt bona, colligi quod commune & ſimpliciter bonū ... Et Auerroes quidem non ſubiacet difficultati, quam patitur Alexander, quòd entia ſenſibilia nil ha... beant entitatis: cum ipſe ita legat: *aut parum aut nihil habent de cognitione entis*. Idem animaduertit, ... o dictum in plurimis quæ ſunt nota nobis, eſſe paruæ cognitionis, & non ſimpliciter nota, ob ſcien... ...s mathematicas: in quibus (inquit ipſe) a notioribus nobis & naturæ fit progreſſus. Similiter D. Thomas interpretatur, naturalia nobis eſſe notiora: at quæ magis actu ſunt, vt formæ ſeparatæ, hæ ma... gis notæ ſunt in natura. Quòd vero attinet ad exemplum actionum humanarum, inquit ipſe: quòd ex bonis particularibus, fiunt bona vniuerſalia, quæ ſunt etiam ſingulis bona: pro ut militaris peruenit ad victoriam totius exercitus, quæ eſt bonum commune proueniens tamen ex victorijs huius & illius: & in ædificatione, ex compoſitione horum, & horum lapidum, peruenitur ad conſtitutionem totius domus. Verum D. Thomas de his verbis: *aut parum, aut nihil habent entitatis*, nullam habet mentionem. Idcirco nobis magis probatur aliter interpretari præſentem locum. Dicimus enim non fieri comparationem inter res ſenſibiles, quæ dicantur nobis notiores, & parum aut nihil habere cognitionis & entitatis, & inter alia entia ſeparata, quæ ſunt notiora naturæ; vt a ſenſibilibus, tanquam nobis notioribus, ad hæc alia vti notiora naturæ progrediamur. Sed id velle Ariſtotelem hoc loco, quòd perſcrutatio inſtituenda primo circa ſubſtantiam acceptam ſecundum ſignificatum ipſius quod quid eſt, obtinet rationem, & viam quandam facilem progrediendi, & perueniendi ad notitiam ſimpliciter habendam de eſſentia ſubſtantiæ. dum præmittētur, quæ ſunt nobis magis nota: & ſunt ea, quæ parum ſunt cognita ſimpliciter, licet ſint nobis magis nota: eademque parum, aut nihil habent entitatis; vt hinc perueniamus

Alexand.

Auerr.

D. Tho.

niamus ad ea cognoscenda, quæ sunt magis nota naturæ. Nam verba Aristotelis præclare id insinuant. Siquidem primo dixit in calce cap. præcedentis, se contemplaturum de substantijs sensibilibus, vti quæ essent in confesso, quòd sint substantiæ. Postea vero cum multis modis sit distincta substantia, & inter hos sit ille, qui dicitur quod quid erat esse, subiunxit de ipso perscrutari velle, quoniam vtile, & rem sit ex hac traditione transcendere ad ea, quæ sunt notiora naturæ: ex his dictis innuens, quod cognitio ipsius quod quid est seorsum habita a rebus, quarum assignetur quod quid erat esse, est nobis manifesta; licet hæc cognitio sit in sua natura tenuis, & parum aut nihil habens entitatis; si referatur ad contemplationem postmodum tradendam, quidnam sit materia, quidue forma & quid vtraque conferat pro ipso quod quid erat esse rerum, quarum propria assignetur definitio. Nam hæc tractatio de natura materiæ & formæ, quatenus pertinent ad rerum definitionem, concernit rerum entitatem, cuius cognitio est simpliciter in rerũ natura; licet nobis nõ ita manifesta, vti est vniuersalis notitia ipsius quod quid est. sed & cognitio definitionum determinatarum circa naturam aut hominis, aut lapidis, aut alterius cuiuspiam rei, non dubium est, quòd simpliciter est nota in sua natura, & propriam concernit entitatem rerum. traditio autem de ipso quod quid est in vniuersali facta, quatenus modo logico explicatur, quomodo se habeat circa res, vtique non est quo ad rerum cognitionem simpliciter nota; sed notior quidem est nobis, & magis nota, vt per ipsam ad rerum determinatarum cognitionem deducamur. Videtur dictum hoc Aristotelis coincidit cum illa sententia procemij Physicorum, quam etiam tanquam rei veritate coactus, innuit Alex. in suo commentario, quòd confusa sunt nobis primo nota, & sunt vniuersalia, communia pluribus: de quibus etiam in lib. 1. de Anima dixit, quòd animal, vt vniuersale, aut nihil est, aut quid posterius. Quod quidem conuenit cum ijs quæ hic habentur; quòd eiusmodi autem rum, aut nihil habent entitatis; cum solum in mente hominis, non autem extra in rebus ipsis eadem ueniantur. Neque vero obscurum est, quòd consideratio, quæ hic præmittitur circa ipsum quod quid erat esse, est cuique nota, saltem illis, qui versati sint in studijs logicæ: & quòd est vniuersalis & confusa dum ita explicatur in genere, quod nam sit quod quid erat esse, & cui nam competat entium, & quo modo; & alia huiusmodi, quæ hic tractantur hunc in modum logicum, seorsum a rebus: in quibus postea considerandum est, quid illis insit secundum naturam, quatenus per formam & per materiam constituuntur, & quid harum vtraque sit, & quid rebus conferant: & quòd hæc, vel illa sit determinata secundum proprios terminos definitio harum & illarum rerum. Et hæc quidem consuetudo circa omnes disciplinas est obseruanda, vt ex nobis notis, licet non simpliciter notis, procedatur ad notitiam eorum, quę simpliciter sunt nota. Limitat autem orationem suam dicendo, quòd sæpe numero, & non quòd semper ea quæ primo sunt nobis nota, vix sunt nota, & parum, aut nihil habent entitatis. id quidem, quoniam aliquando contingit, vt quæ sunt nota simpliciter, sint etiam nobis primo nota: vti axiomata, & principia scientiarum communia: & etiam, quoniam interdum nobis aliquæ causæ etiam notæ, ex quibus simpliciter scientia per demonstrationem astruitur. Aliter vero dicuntur vix nota, quæ sunt nobis primo nota: tum, quoniam non eam exactam præstent cognitionem, quæ haberi potest de rebus ipsis: tum etiam, quoniam horum entitas in mente humana, & non proprie extra residet. Exemplum autem actionum humanarum, quod affert Aristoteles in hoc proposito, ita videtur posse explicari: quòd ex bonis cuique, reddantur quæ sunt vniuersaliter bona, cuique bona: dum scilicet singulis hominibus ea imponuntur ab institutoribus reipub. agenda, & sequenda, quæ singulos quosque bonos reddant; quod fit, si virtutibus imbuantur. Ex his autem, quæ sunt bona cuique, efficiuntur deinde bona vniuersaliter, illa scilicet, quæ pertinent ad vniuersam ciuitatem, quæ etiam in bonum cuiusq; ciuis recidunt. Etenim primo ciuis instituitur bonus per virtutes; ex virtutibus autem, quæ sunt res bonæ cuique, constituitur vna bona ciuitas, quæ continet bonum vniuersale, quod cuique bonum est dit. si quidem & bonum cuiusque (vt docetur ab Aristotele in lib. 5. Eth. & in lib. 3. Polit.) confert ciuitati. & rursus bona ciuitas, & eius bonum vniuersale pertinet quoque ad bonum vniuscuiusque ciuis. Ita igitur procedendo ex notis cuique, ea quę sunt nota simpliciter, & in natura magis nota, fiunt cuique similiter nota. [c] *Et primo quædam dicamus de eo logice.* Hæc proponuntur circa ipsum quod quid est: vnde allata a nobis interpretatio hinc magis cõfirmatur, quòd ad ipsum quod quid est, nempe perscrutationem pertineant quæ dicta sunt de tenui cognitione, & de parua aut nulla entitate. Cum autem dicat, quòd vult prius dicere nonnulla de ipso quod quid est logice, hoc dictum ita exponit D. Thomas: quoniam conuenit hæc scientia cum logica, & modus est logicus; propterea quod de modo prædicandi habetur consideratio. Posset etiam interpretari, dici logice de ipso quod quid est, quia afferuntur quæ pertinent ad dictum per se: de quo in Analyt. & supra quoque in lib. 5. dictum est. Sed præstat magis interpretari, quòd logice, idest secundum vsum sermonis (adhærendo consuetudini locutionis) vult prius de ipso quod quid est considerare nonnulla. Veluti, quòd ipsum quod quid est intelligitur illud, quod dicitur secundum se. Item nunquid dictum per se indifferenter conueniat & circa substantiam, & circa alia prædicamenta, & circa simplicia, & circa composita, & in omni oratione, an non in omni: & huiusmodi alia, quæ primo logice hunc in modum considerantur de ipso quod quid erat esse: cum postea de eodem nonnulla alia sit consideraturus Aristoteles, & alio modo. Veluti est illud, quod cap. 6. proponitur discutiendum, num sit idem, an diuersum ipsum quod quid erat esse, & vnumquodque & alia quæ subsequuntur theoremata. [d] *Illud est quod quid erat esse vnumquodque* Vox hæc *vnumquodque* Græce, ἕκαστον, habetur in casu nominandi hoc loco, cum tamen in alijs pluribus locis

D.Tho.

... vbi hæc eadem affertur dictio, in dandi casu legitur ἑκάστῳ. Verum & si in nominandi casu lectio ... ur, ... dictum: quod ipsum quod quid erat esse, est ipsum vnūquodque, cuius est quod quid ... ; & illud est, quod dicitur secundum se. Alexander autem hoc loco comment. 7. ait distingui Alexand.
Aristotele quiditatem a definitione in hoc: quòd quiditas sit ipsa rei natura simul complicata, & in... sub vna dictione & nomine: veluti est homo sub intellectione confusa perceptus, definitio au... est explicatio quædam rei, & partium eius enarratio. Quam opinionem fortasse Alexander hausit ... voce, ἕκαστον dest, vnumquodque, in nominandi casu posita: quam ita explicat dicens, quòd qu di... illud, quod dicitur vnumquodque per se. Atqui nulli dubium esse debet, quòd quiditas rei, & esse ... reperitur in vnaquaque re; quæ tum nomine, tum oratione explicari potest. Quòd si nomine tantum exprimatur, ita erit quiditas quodam modo confusa; iuxta dictum illud etiam in prooemio Phy... quòd nomen confuse se habet ad definitionem, quoniam confuse significet rem, quam defi... distincte exprimit. Alexander autem reiicet verba illa, quæ in græcis cod. habentur, & passim leguntur apud interpretes: ὃ λέγεται καθ᾽ αὑτό: idest, *id quod secundum se ipsum dicitur*, id (subaudiendū est) rei quiditas est: adeo quòd quamuis etiam illud, vnumquodque, applicetur rei, vt quæque res sit quod quid erat esse: attamen ita est, vt habeatur, quòd quæque res est illud quod quid erat esse, quod dicitur secundum se. Aristoteles autem infra in initio cap. 6. quærit, num sit idem quod quid erat esse, & quodque; hinc innuens, ipsum quod quid erat esse pertinere ad esse rei definitione explicatum; adeo quod non est necesse, vt ipsum quod quid erat esse constringatur ad vnam dictionem, vt vult Alexander, nisi eo modo vt dictum est, quod confuse in vno nomine contineatur quiditas, quæ deinde distincta reperitur in definitione. Quod etiam magis confirmatur ex verbis Aristotelis, dum in cap. 6. infra ... habet, *imponatur nomen cuique quod quid erat esse*: hinc enim palam supponitur quod quid erat esse comprehensum in oratione definiente, cui vult imponi nomen ad faciliorem explicationem theorematis ibi explicandi. [e] *Quoniam hæc inest*. Græce habetur, αὐτῇ, quæ vox si iota subscriptum ... erit dandi casus; aliter nominandi sicuti accipitur in versione apud Alexandrum. & similiter le... Bessario & Perionius: licet aliter apud Auerroem legatur, sed nil refert quomodocunque legatur: id enim vult Aristoteles hoc loco, quòd non sit secundum se esse superficiei, ipsum esse albæ: quoniam nō secundum se est esse superficiei, albæ esse. Neque etiam superficiei albæ, est secundum se esse superficiei albæ. & quare hoc? quoniam inest superficies in esse superficiei albæ. at non conuenit, vt quod ponitur pro quiditate rei, idē absolute sit & eodē modo dicatur, vti & res quæ sit definienda. Quòd si diceretur, quod superficies alba variaretur, vt puta dicendo, quod esset lęui esse: attamen non tolleretur quin in... superficies in definitione superficiei albæ. Vnde subiungit Aristoteles, quòd in qua oratione dicē... rem, non sit idem, hæc oratio est quod quid erat esse cuique. At quomodo dicet aliquis, potest oratio dicere idem, & non esse idem? Dicendum, quòd idem nomen dicere in definitione, quod etiam est ... endū, & non illud per alia idem distincte significantia explicare, id reprobatur; ita enim non erit explicare ipsum esse rei, vt est munus definitionis: nomē autem semper supponit confusam quiditatem, ... orationem distincte assignatur: neque vero definitur, nisi illud quod est compositum. Illud ... *si esse superficiei albæ, est esse superficiei lęui, sic esse albo, & lęui esse, erit vnum & idem*: per... ad declarandum ipsum album per aliud, quod dicit tamen idem quod album. Non ignorandum ... quod Auerroes, & cum ipso D. Thomas, & Alensis volunt in hoc contextu deduci hoc incon... Auer.
... quòd si accidens pertinet ad quiditatem substantiæ, sicuti album ad esse superficiei, cum superfi... D.Tho.
... alba sit superficies eadem & lęuis, ita albū & lęue erunt idem: & sic plura accidentia erunt vnū. hanc Alensis.
... interpretationem non sequitur Alexander. siquidem id sequitur ex supposito Aristotelis; quòd ... definitio, vbi idem non per idem habetur: & hoc voluit innuere in illis verbis vti explicauimus. [f] *... non secundum se dupliciter dicitur*. Interrogat hoc loco, num illud, quod non est secundum ... dicitur duobus modis; quos deinde explicat, & cum subiungit, *& huius est hoc quidem ex additione illud vero non*. Alensis sequens Auerroem, inquit, quòd ens per accidens dicit duo entia, subiectum, & Alensis.
accidens; quorum vnum, scilicet accidens, est ens ex additione: reliquum autem, idest subiectum, non Auer.
est ens ex additione. At non videntur hoc insinuare verba Aristotelis, si recte perpendantur. Sed (vt explicauimus in Paraphrasi) duos modos hic affert non secundum se dictos. Alter est, cum subiectum apponitur in definitione accidentis: & ita est non secundum se ex appositione. Alter vero cum accidens ponitur pro definitione subiecti. Cum autem inquit: quòd *album non est esse homini albo; sed esse vesti*: ita intelligendum est hoc dictum (quemadmodum explicat etiam Alexander) quòd album, li... Alexand.
... sit homini, attamen non complectitur id, quod est esse homini albo: quoniam ipsum esse vesti, est esse homini albo, ita vt simul comprehendatur in vno esse, tum album, tum homo, & conuertantur cū esse vesti: siquidem nomen, vestis, impositum est homini albo, vt ita commodius de hoc fieret sermo. ... (vt inquit hoc loco Auerroes) nomina respondent definitionibus, vt per nomen aggregatum Auer.
... catur id, quod est distinctum in definitione. [g] *Vtrum est quod quid erat esse aliquod, aut simpliciter, aut non*: Percontatur, num quod quid erat esse, sit aliquid, vel absolute, græce ὅλως habetur, hoc est, omnino, vt nihil desiderari possit ad completum quod quid erat esse: & reddit rationem huius bipartitæ quæstionis dicēs; quòd ipsum quod quid erat esse, est alicui quod quid erat esse; idest, in aliquo genere rerum. At, cum dicitur aliud de alio, in his non est ipsum aliquid; significans Aristoteles per hoc, aliquid, substantiam, quæ proprie significat hoc aliquid; vt patet ex traditis in Prædicamentis; & ex his quæ

Alexand. quæ explicata sunt in initio huius libri penes esse substantiæ in comparatione accidentium. Ale[...] autem non accipit quæstionem hoc loco factam, vti nos exposuimus: videlicet, num quod q[...] se, sit aliquid, vel simpliciter; idest, ad modum substantiæ, vel non simpliciter, ad modum a[...]tium. Sed ipse solum in genere quæri supponit, num sit quiditas: dicens ꝙ quæstio si est, del[...]re quæstionem quid est. sed non videtur hæc interpretatio verbis Aristotelis cumulate satisfacere. *primi alicuius sit*. Astruit hoc loco Aristoteles, non haberi definitionem ex hoc ipso, ꝙ nomen [...]ficet idem cum oratione: alioquin omnes orationes essent definitiones; vt Ilias Homeri, cũ [...] ei poëmati sit impositum. Sed vult ad hoc vt definitio habeat locũ, ꝙ sit alicuius primi defin[...] iusmodi est illud, quod non dicitur de alio, cui insit; adeo ꝙ sit aliquid aliud prius ipso, cui prim[...] petat definitio: & ita accipit, *primum*, iuxta tradita in Analyt. veluti est, ꝙ triangulus habet tres æ[...] duobus rectis primo, vt triangulus est; non ita æquilaterus primo. Et hinc infert Aristoteles, quo[...] li eorum, quæ non sint species generum, inerit quod quid erat esse: vt ita species denotentur, q[...] primo vult esse definitionem; appellans ipsas, *species generum*; eo ꝙ specierum definitio datur per [...]nera. Et iure harum primo erit definitio: quoniam (vt subiungitur) huiusmodi non erunt *secun*[...] *ticipationem*: quemadmodum figura, per participationem trianguli, tribus lineis cõstare dicitur at non per se primo, quatenus figura habet: sed secundum eius speciem; nempe secundum triangulum cum subiungitur, *& passionem*: hinc innuitur, quòd non est definitio propria ipsius passionis, quæ [...]reat subiecto; veluti ipsius anguli; licet angulus sit propria passio linearum. Denique, cum subiu[...] *nec vt accidens dici*, innuitur id, quod prædicatur per accidens de subiecto: veluti, quòd triang[...]

Alexand. ligneus, aut ferreus; cuius etiam proprie non est definitio. Alexander autem per speciem, intel[...] vniuersalia indiuiduarum substantiarum: quoniam harum species non videntur dici secundum [...]pationem, vt fit de accidentibus, sed sine societate. neque inquit, sunt affectiones dictæ species de quibus dicuntur, vt album & calidum: sed idem sunt vt substantiæ particulares, eadem natu[...] substantia, nisi quòd sunt vniuersales. Idem censet intelligi posse, non dici per participatione[...] quod est, non sunt separatæ species: pro ut Platoni visum est: neque ipsarum participatione sin[...] que subsistunt: sed substantiæ sunt, quæ in singulis habentur quodammodo seiunctæ, alias in[...]

D.Tho. seu indiscretæ, quatenus natura, quæ in omnibus reperitur, eadem est. D. Thomas per *participa*[...] intelligit, vt ignitum ferrum, per *passionem*, quando accipitur subiectum in definitione propriæ [...]nis: per *accidens* vero, vt quod aliquid accidat substantiæ. Et his tribus modis ait, non conuenire [...]ri prædicari de speciebus. Idem intelligit in vniuersali dictum esse, quòd ipsum quod quid erat e[...] specierum sub genere contentarum; & non de solis substantijs: cum tamen Aristoteles ad solas [...]tias hæc limitarit. Verum adiungamus ad dicta ante a nobis, quòd definitio est solum specieru[...] generibus contentorum: & id dictum esse ad differentiam quoque singularium indiuiduorum, c[...] proprie non est definitio, vt patebit ex sequentibus. [i] *Aut pro simplici oratione certior*. Hinc [...] principia, & definitiones haberi posse, & simpliciores, & exactiores, vt dicebatur in initio lib. 6. A[...] ꝙ pro simplici oratione, seu definitione, certior afferri potest definitio. [k] *Logice*. Idest pro[...]

Alexand. liter (vt exponit Alexander) dicunt aliqui, quòd non ens, est, nempe est non ens, non simpl[...] men est. sic ad huius dicti similitudinem, ipsum quale, aut quantum, est quidem; at non simpl[...] ens. Possemus etiam interpretari illud, *logice*, idest, iuxta modum loquendi, quo consueuimus quòd non ens est, scilicet non ens: non ita tamen vere est. [l] *Aut cum additione vel ablat*[...] alijs prædicamentis diuersis a substantia, statuit oportere assignare horum quod quid erat esse, [...]dendo aliquid; vt, cum dicimus, quòd quale ita est hoc aliquid, vt ipsius quod quid erat esse [...]nus substantiæ qualitas est, vt non simpliciter sit. Aut auferendo; vt cum dixerimus, ꝙ non [...] scibile, quatenus est non scibile. [m] *Non enim est necesse, si hoc ponamus*. Respondet tacitæ o[...]ni. Nam cum antea addubitarit, ꝙ non est censendum, quòd oratio sit definitio, vbi nomen [...] competens orationi, quasi omnis oratio sit definitio, dummodo adsit nomen, quod oratione [...]tur; & cum postea dixerit, ꝙ primo atque simpliciter est substantiarum quod quid erat ess[...] etiam aliorum, sed non primo (vnde dicere aliquis potuisset) hunc in modum concedi quas[...]tiones, quæ cuiuis nomini assignentur, esse definitiones: idcirco respondet huic obiectioni dicen[...] necesse esse id sequi ad dictam positionem: quoniam statuitur, & limitatur quod quid erat esse, & [...]nitio ad certam orationem: nempe ad eam, quæ sit vna, & non continuatione vna, vt Ilias Ho[...] copulatione, ut sunt multæ orationes inuicem per copulas colligatę: sed sit vna secundum illos m[...] quibus dicitur vnum: quod subiungit, dici tot modis, quot dicitur & ens: & ens quidem dici secu[...] decem suprema genera. Ideo, vbi fuerit vnũ secundum quoduis genus entis, ibi etiam erit aliqu[...]do quod quid erat esse, & definitio. At diceret aliquis in lib. 5. dicta sunt esse secũdum se vnũ ea q[...] quę continuatione & vinculo sunt vnũ. Ad hoc dicendum, hoc loco accipi vnum continuatione [...]dum modum orationis, sicuti & vinculo vnum: non autem est sermo de continuatione secundum [...]

Alexand. gnitudinem, & quantum. Alexander autem hoc loco particulam illam *enim*, cum dicitur. *non enim necesse &c.* Accipit pro hac alia, *igitur*, cum habeatur græce γὰρ, & non οὖν, dicens hunc in modu[...]pe vsurpari ab Aristotele, sicuti in lib. 2. post Analyt. & alibi se ostendisse asserit. Verum quòd parti[...] lam illam, γὰρ, pro igitur, usurpare soleat Aristoteles, non inficiamur: at non concedimus in hoc loco conuenire, vt aliter quàm pro particula causæ redditiua, quæ est enim, accipiatur: vt patebit vnicu[...]

rem hunc diligenter perpendenti. Cum vero dicat Ariſtoteles, nihil referre ſiue ponatur ens ... dictum, ſiue vt analogum genus; quoniam, quomodocunque ſumatur, omnino erit diſcri... quod quid erat eſſe ſubſtantiarum, aut accidêtium; hinc colligere poſſemus, inſinuaſ... quod ens æquiuoce dicatur: & hinc Porphyrium in libello de quinque vocibus attribuiſ... quod ens æquiuoce de decem prædicamentis diceretur. ⁿ *Quare & albi hominis erit ... definitio.* Habet quòd erit etiam definitio hominis albi, tanquam eorum, quæ ſint vnum. Li... tamen dictum, ſubiungens quòd aliter erit albi definitio, & aliter ſubſtantiæ. Quod vel coniun... intelligere poſſumus; vt cum dicimus quòd homo eſt animal rationale, bipes, colorem diſ... habens; cuius definitionis prior pars ad hominem pertinet, poſterior vero ad ipſum albũ. ... iunctim, quòd habeatur definitio hominis ſeorſum, & definitio albi ſeorſum; accipiendo defini... accidentis latiori ſignificato; pro vt cuiuſque nominis poteſt eſſe aliqua explicatio.

Quomodo orationis etiam ex appoſitione conſtitutæ poſſit eſſe definitio, & cuiuſmodi ipſa ſit. Cap. V.

PARAPHRASIS.

ADEST autem dubitatio, ſi quis dixerit orationem, quæ ſit ex appoſitione, non eſſe definitionem, cuiuſnam erit definitio? non quidem de ſimplicibus, dubitando, ſed de copulandis. hæc enim ex appoſitione ſubiecti oportet manifeſtare. quemadmodum (vt exemplo rẽ doceamus) naſus eſt & concauitas, & ſimitas quid vnum ex his duobus dictum, quorũ vnum ... ineſt, cauitas ſcilicet in ſimitate: & non eſt quidem accidens, aut cauitas, aut ſimitas naſi paſſio; ſed ſecundum ſe ineſt ſimitas; non vt album, quod ineſt Calliæ, vel homini, eo quòd Callias ſit albus, cui accidit eſſe homini: ſed eſt ſimitas in naſo, vt mas inhæret animali; & vt æquale quanto, & quæcunque ... dicuntur ineſſe ſecundum ſe: quæ quidem ſunt eiuſmodi, vt in ipſis inſit vel nomen, vel oratio eius, cuius quodque eſt paſſio, ita vt ſeorſum a ſubiecto nequeant explicari: ſicuti album ſine homine explicari contingit: at non fœmina abſque animali. Ex quo ſequitur, quòd eiuſmodi rerum aut non eſt quod quid erat eſſe, & definitio: aut ſi eſt, erit (vti diximus) ex appoſitione. Eſt & alia dubitatio de eiſdem, tanquam emergens e ſuperiori. Nam ſi ſtatuatur, ꝙ idem ſit naſus ſimus, & naſus cauus: idem quoque ... cauum & ſimum. Si vero dicatur, ꝙ non ſunt idem, quoniam ſit impoſſibile dicere ſimum ſine na... eſt paſſio ſecundum ſe: ſicuti poteſt dici cauum ſine naſo, ita quòd erit ſimum cauitas in naſo: ... erit dicere naſum ſimum: aut bis idem erit dictum, naſus, naſus cauus, dum dicitur ſimus na... idem naſus ſimus bis eſt naſus: ſemel, dum nominatur naſus ſimus: & iterum ex eo quòd ſimus ... ſignificat, licet cauum. Hinc abſurdum videtur conſtituere, ꝙ ijs inſit quod quid erat eſſe: ... conſtituatur ꝙ horum quoque ſit quod quid erat eſſe, fiet abitio ad infinita. Nam naſo, & naſo ... huic aliud inerit. Siquidem ad poſitionem ſimi, ſemper naſus ſupponitur: vnde, ſi definiatur, o... ſemper multiplicare dictionem naſi ad infinitum. Idcirco manifeſtum eſſe debet, ꝙ ſolius ...antiæ eſt definitio. Nam ſi & aliorum prædicamentorum eſſe conſtituatur, oportet vt ſit ex appoſitione. Veluti, ꝙ ita ipſius qualis ſit definitio, vt & imparis, quod non definitur ſine numero: & vt ... non ſine animali. Ex appoſitione autem intelliguntur illa eſſe, in quibus contingit idem ... ; ſicuti in prædictis. Quòd ſi hoc verum eſt, vtique neque copulatorum erit definitio; veluti ... imparis. Et quidem hæc ſunt vera, quæ dicta ſunt: ſed latet homines bis in eiuſmodi idem dici; quoniam non exacte aſſignantur definitiones. Si autem admittatur, ꝙ horum quoque ſint termini, & definitiones; aſſerendum erit, ꝙ aut horũ ſint alio modo definitiones, quàm veræ definitiones. Aut (ſicut dictum eſt antea) definitio dicitur multis modis; & pariter ipſum quod quid erat eſſe: adeo ꝙ ... eſt, ꝙ certo modo ſumpta definitio, & ipſum quod quid erat eſſe, nempe ſimpliciter & primo, nulli niſi ſolis ſubſtantijs inerit: alio vero modo accepta definitio etiam alijs inerit. Quòd igitur definitio ſit oratio ipſius quod quid erat eſſe: & quòd ipſum quod quid erat eſſe aut ſubſtantiarum ſolum ... aut maxime, & ſimpliciter ac primo ſit ipſarum, ex hactenus dictis manifeſtum eſt.

TEXTVS.

HABET autem ᵃ dubitationem, ſi quis non dicat definitionem eſſe eam, quæ ex additione fit, rationem, cuius erit definitio non ſimplicium, ſed copulatorum? Ex additione enim neceſſe eſt manifeſtare. Dico autem vtputa eſt naſus, & concauitas, & ſimitas, quod ex ambobus dicitur: eo quòd hoc in hoc, & non ſecundum accidens, neque concauitas, neque ſimitas paſſio naſi, ſed ſecundum ſe: nec vt album Calliæ, aut homini, quoniam Callias albus, ᵇ cui accidit homini eſſe: ſed vt maſculum animali, & æquale quanto, & cuncta, quæ per ſe eſſe dicuntur. Hæc autem ſunt, in quibus ineſt, aut ratio,

ratio, aut nomen eius cuius hæc passio est: & non contingit separatim ostendere, sicuti a... ne contingit, sed non fœmininum absque animali. Quare istorum quod quid erat esse, & d... est: aut si est, aliter est quàm quemadmodum diximus. Est autem alia quoque de eis dubi... simus nasus, & concauus nasus, idem erit simum, & concauum. Quòd si non, propterea quod ... dicere simum absque ipsa re, cuius per se passio est, & simum erit concauitas in naso, nasum ... est dicere, aut bis idem erit dictū nasus, nasus concauus. nasus namq; simus, nasus, nasus conca... pter. quod inconueniens est talibus inesse quod quid erat esse. quod si non, in infinitū progredietur ... naso simo aliud inerit. Patet igitur quòd solius substantiæ definitio est. [c] Si enim & cæte... prædicamentorum, necesse ex additione esse. vt qualitatis, & imparis. non enim sine numero, ne... est fœmininum sine animali. Ex additione autem dico, in quibus accidit bis idem dicere, sicut in ... si hoc verum [d] est, neque copulatorum erit, vtpote numeri imparis: sed latet, quòd nunc non acc... cuntur rationes. Si autem & istorum sunt definitiones, aut alio modo sunt, aut, sicuti dictum est, m... ter est dicendum definitionem, & quod quid erat esse, quare quodammodo quidem nullius erit de... lique inerit quodquid erat esse, nisi substantijs, quodammodo vero erit. Quòd igitur definitio est ... erat esse oratio, & quod quid erat esse, aut substantiarum solum est, [e] aut maxime, primo, & ... manifestum est.

ADNOTATIONES.



ABET [a] *autem dubitationem.* Quoniam posuerat in difficultate, num esset quod ... esse eorum quæ sunt ex appositione: hinc tractat hanc quæstionem ex proposito ... ex aduerso, si quis velit orationem ex appositione constantem non esse definitione... nam erit definitio. Dubitat autem non quo ad simplicia, vt sunt substātiæ, quę per se ... aliquid, ad has enim non pertinet hæc difficultas: sed quo ad ea quæ sint coniuncta. Et Alexand... dem interpretatur de homine albo, cuius erit hæc definitio; animal rationale bipes, habens ... disgregatiuum visus. Verum Aristoteles hoc loco videtur loqui de ijs, quæ in suo proprio no... se, important adiectionem: veluti est simus, & mas, & impar, & similia: adhibens hanc vocem ... μένων: quasi copulandorum, quoniam copulari possint, vtputa simus concauitati nasi: cum ta... vtatur hac alia voce συνδυαζομένων, quasi coniunctorum, veluti numerus impar, quod affert in e... Vtrobique autem interpres vertit *copulatorum*. Inquit igitur Aristoteles de huiusmodi, quæ ... siones alicuius subiecti, esse manifestum, quòd sine subiecto nequeunt definiri. Quod simili... cit quo ad omnia prædicamenta, quæ non possunt sine subiecto, idest sine substantia exponi, ... de his habeantur definitiones: in quibus omnibus concludit bis idem dici, si recte definiant... scilicet simus importat nasi cauitatem. Vnde si dicatur, quòd simitas est cauitas nasi simi, cu... voce, *simi*. nasus includatur, bis idem dici videtur: ex quo (vt euitetur hoc absurdum in huius... rum definitionibus) videtur constituendum, quòd non sit horum copulandorum vera defini... dendo in ijs etiam omnia prædicamenta, quæ sunt alia a substantia. Aduertit autem Auerroes, ... Platonici nolebant esse definitiones nisi idearum. Antiqui vero quòd omnium essent, contende... At Aristoteles media via processit, volēs substantiarum proprie esse definitionem, at non propr... rū prædicamentorū. [b] *Cui accidit homini esse.* Ait q̃ Calliæ albo, accidit esse homini: id nēpe, q... est quid compositum Callias albus, cū per se tamē Callias sit homo. [c] *Si enim & cæterorum* ... *dicamentorum*. Palam asserit, quòd sit definitio aliorum quoque prædicamentorum a subst... ita tamen, vt horum definitio sit ex appositione; nempe substantiæ: & meminit qualitatis, & ... hinc innuat, eandem esse conditionem omnium prædicamentorum; sicuti & imparis, & simili... rum definitionem manifestum est esse ex appositione. [d] *Quòd si hoc verum est, neque co... erit.* Hoc habet, quòd si huiusmodi rerum, vt est impar, vt simus, vt mas, non est definitio, ... nus erit coniunctorum: veluti imparis numeri: hominis albi; & similium. [e] *Aut maxime,* ... *simpliciter*. Concludit substantiarum esse definitionem, vel *maxime*, quoniam substantiæ ... ni inhæret quoque aliorum definitio: *primo* vero, quoniam primo ipsi substantiæ competat: ... autem quoniam expleta, ac plena, & absoluta est substantiæ definitio, non cum adiectione, ... tione, vt contingit de alijs prædicamentis.

Alexand.

Auer.

In quibus sit idem quod quid erat esse, & res cuius est, & in quibus non sit idem. Cap ...

PARAPHRASIS.



TRVM autem sit idem, an diuersum ipsum quod quid erat esse, & vnumquodque ... quod quid erat esse, considerandum est. Confert enim aliquid hæc contemplatio ad ... lationem substantiæ. siquidem vnumquodque non videtur esse aliud a sua substantia ... quiditas dicatur esse substantia vniuscuiusque; ideo rationabiliter sentiendum est, qu... ditas sit idem, & non diuersum ab vnoquoque, cuius sit quiditas. Consideranda itaque sunt, ...

... deterni debeant . Et in his quidem quæ ſunt ſecundum accidens, videbitur aliud eſ- ... homo , & eſſe homini albo . Nam ſi idem ſupponantur eſſe , ſequeretur ꝙ idem ... eſſe homini albo, quod non eſt dicendum . conſequentia autem hæc patet ex eo ...) idem eſt homo,& homo albus: vnde ſequitur, ꝙ erit etiam idem eſſe homini , ... albo . An non neceſſe eſt, quæcunque ſunt ſecundum accidens, eſſe eadem ? quandoqui- ... non ſunt ſimiliter eadem . Veluti, vt ſit eſſe homini cum homine, non ita ſit eſſe homi- ... homine albo . Sed hoc quidem forte videretur contingere , ꝙ extrema fierent eadem ſe- ... ; vel iti hæc, eſſe albo,& eſſe muſico : quoniam eidem accidunt , cuius cauſa reddun- ... . Verum neque hoc videtur dicendum, quoniam erit alia explicatio albi hominis, alia muſici ... , vel ipſius albi , & ipſius muſici ; tametſi idem homo ponatur ſubiectus vtrique accidenti ha- ... in ſe ipſo . Quòd vero attinet ad ea , quæ ſecundum ſe dicuntur , hæc neceſſe ſemper ... eſſe : nempe ipſum quodque , & quod quid erat eſſe cuiuſque , quod præcipue manifeſtabimus ... ſubſtantias, quibus non ſunt priores aliæ ſubſtantiæ , aut aliæ naturæ ; quales nonnulli dicunt ... ideas . ... ſi quis dixerit diuerſum eſſe, ipſum bonum,& eſſe bono: animal,& eſſe animali: ens, ... ſequeretur, quòd eſſent aliæ ſubſtantiæ,& naturæ,& ideæ præter dictas , & priores ideis : ſi- ... ipſum quod quid erat eſſe pertinet ad ſubſtantiam , & ad conſtitutionem ſubſtantiæ . Et qui- ... ponantur ſeiuncta inter ſe quod quid erat eſſe & vnumquodque : ſequuntur hæc duo inconue- ... Alterum , quòd idearum & omnino eorum , quorum dicitur eſſe quod quid erat eſſe , non ... ſcientia . Alterum , quòd ipſa quod quid erat eſſe, non erunt entia . Intelliguntur autem ſeiun- ... hunc in modum: ſi neque ipſi bono, ineſt eſſe bono: neque huic ineſt bonum. Sequitur autem non ... ſcientiam ipſius boni,& ipſius animalis: quoniam hæc habenda foret per ipſum quod quid erat eſſe ... at hoc ſeiunctum,& diuerſum ſupponitur a quoque: ergo non erit ſcientia boni, neque anima- ... neque aliorum ſingulorum . Quòd vero etiam ſequatur ipſa quod quid erat eſſe, ideſt, eſſe bono,& ... animali, non eſſe entia (ſtante prædicta ſuppoſitione) quòd ſint ſeparata ab his, quorum ſunt quod ... erat eſſe, ita deducitur . Nam eſſe bono , non erit bonum : & ſicuti in hoc exemplo ſe res habet , ... in alijs erit : eſſe animali , non erit animal : eſſe enti , non erit ens : eſſe vni non erit vnum . & ... ita dicendum ſit de omnibus , quæ ſunt quod quid erat eſſe , aut de nullo : igitur vt de eſſe enti ... dictum eſt , quòd non ſit ens ; ita etiam concludendum de alijs , quòd non ſint entia : videlicet eſ- ... animali , non erit ens : eſſe bono, non erit ens ; & ita de omnibus alijs quiditatibus dicendum erit . Ad hæc ſequitur etiam , non eſſe bonum illud , cui non ineſt eſſe bono , & ita ipſum bonum , non erit ... : quando per ſuppoſitionem factam , quod quid erat eſſe , per quod conſtituitur ſubſtantia ... non ineſt ei , cuius eſt quod quid erat eſſe : ſed inuicem ſunt ſeiuncta . Quapropter ad euitanda ... abſurda , neceſſe eſt dicere , quòd vnum & idem ſit bonum , & eſſe bono : pulchrum & eſſe pul- ... quæcunque non de alio dicuntur , ſed ipſa ſunt prima , & ſecundum ſe : hoc enim ſufficit, dum- ... ſint vt prima , & ſecundum ſe , etiam quòd non ſint ideæ : & ſi ſint ideæ , forte multo magis ... ſe res habebit . Simul etiam manifeſtum eſt : quòd ſi ſunt ideæ , quales dicunt nonnulli ; ... ipſum ſcilicet compoſitum non erit ſubſtantia . Siquidem oportet ideas eſſe ſubſtantias , ... dici de ſubiecto : alioquin eſſent per participationem in ipſis ſubiectis, quod nolunt idea- ... Aristoteles . Si autem non dicuntur de ſubiecto , cum ideæ ſint ſubſtantiæ , & non ſint in ſubie- ... ſubiectum non erit ſubſtantia , quod eſt inconueniens, impugnans, & demoliens poſitionem ... . Ex his igitur manifeſtum eſt , quòd vnum & idem erit non ſecundum accidens , ſed ſecun- ... vnumquodque , & ipſum quod quid erat eſſe ipſius : & quòd ſcire vnumquodque, in hoc poſi- ... vt ſciatur ipſius quod quid erat eſſe . Vnde oportet ſecundum expoſitionem & probationem ... inductam, vtrumque horum eſſe quiddam vnum. Illud autem quod dicitur ſecundum accidens, ... , vel album , quoniam duo ſignificant ; non eſt verum dicere de ipſis , quòd ipſum quod ... erat eſſe , & muſicum ſit idem : ſiquidem in ijs quod quid erat eſſe , ſignificat tum accidens, tum ... accidit eſſe muſico . Quare eſt quidem vt dici poſſit quodam modo idem eſſe , & alio mo- ... idem eſſe ipſum quod quid erat eſſe cum eo, quod dicitur ſecundum accidens . non enim ho- ... eſſe homini albo, eſt idem : paſſione autem erit idem : quoniam quod competit albo, compe- ... homini, quatenus eſt affectus hac albedinis qualitate .

... autem etiam appareret: ſiquis imponeret nomen cuique eorum quod quid eſt : erit ... quod quid erat eſſe ab illo primo , cui imponatur nomen . Atqui quid prohibet abſque ... ſpecificatione ipſorum quod quid eſt , ſtatim eſſe aliqua ad ipſum quod quid erat eſſe cuiuſque ... quando ipſum quod quid erat eſſe, ſupponitur ſubſtantiam ſignificare ? Quin non ſolum ... erit: ſed & oratio , & definitio eadem eorumdem erit, vt patet ex dictis . Præterea, ſi aliud ... quod quid erat eſſe ſupra vnumquodque , erit abitio ad infinitum . Siquidem hoc tale quod ... erat eſſe , erit vni eſſe ; hoc autem rurſus eſt vnum quod quid erat eſſe alteri: quare & eius aliud ... & ita in infinitum . Quòd igitur in primis , & in his quæ dicuntur ſecundum ſe , idem ſit & vnum eſſe vnicuique , & quodque, manifeſtum eſt . Sophiſticæ autem redargutiones , quæ fiunt aduerſus hanc poſitionem , patet quòd eadem diſſoluuntur ſolutione iam prædicta : nempe dicendo, quòd non proprie,& per ſe eadem erunt, ſed per accidens . Veluti in hoc ſophiſmate, ſi percontetur aliquis , num idem ſit Socrates , & eſſe Socrati ? cui ſi reſpondeatur , non eſſe idem; dicet ipſe, ergo Socrates eſt

alius a se ipso : & si idem esse dicatur, ergo idem (inquiet ipse) est Socrates, & Socrates albus, & ... Socrati albo, cum esse Socrati. Ad quam argumentationem ita respondendum est, quod idem ... sunt, nisi secundum accidens Socrates, & Socrates albus, ob passionem scilicet albedinis, quæ est ... Socrate: vt omnino dicendum sit, ꝙ in omnibus his sophismatibus & interrogationes idem petu... responsiones pariter eędem sunt afferendæ. Quomodo igitur sit idem cuique quod quid erat esse, ... quomodo non sit idem, hæc dicta sint.

TEXTVS.

VTRVM autem idem est, an aliud ipsum quid erat esse, & vnumquodque, perscrutand... oroderit etenim aliquid ad considerationem de substantia. [a] *nam & vnumquodque non v... tur aliud esse a sua substantia. & ipsum quid erat esse, dicitur esse vniuscuiusque substan... his igitur, quæ secundum accidens dicuntur, videri possit aliud esse. vtputa albus homo ... est, & albo homini esse. si enim idem homini esse, & albo homini idem. idem namque homo, & al... homo, vt aiunt. quare & albo homini, & homini. An non necesse est quæcunque secundum accide... eadem esse?* [b] *non enim extrema, similiter eadem fiunt. sed fortassis illud videatur accidere, extre... eadem secundum accidens fieri. vtputa, albo esse, & musico esse. Videtur autem minime, de his au... quæ per se dicuntur, semper necesse est eadem esse.* [c] *vt si quæ substantiæ sunt, quibus diuersæ sub... non sunt, nec aliæ naturæ priores, quales aiunt aliqui esse ideas: si enim erit aliud ipsum bonum ... no esse,* [d] *& animal, & animali esse, & enti, & ipsum ens, erunt & aliæ substantiæ, & naturę, ... præter eas, quæ dicuntur. & illæ priores substantiæ, si ipsum quod quid erat esse, substantiæ est. ... absolute ab seinuicem, harum quidem non erit scientia, illæ vero non erunt entia. dico autem abs... nec ipsi bono est bono.* [e] *nec huic, esse bonum. scientia namque cuiusque hæc est, quod quid erat illi e... de bono, & de cæteris similiter se habet. vnde si neque ipsi bono esse bonum, nec ipsi enti ens, nec ipsi ... vnum, similiter autem omnia sunt, certe nihil est, quod quid erat esse. quare si nec ipsi enti ens ... aliorum alicui. Item cui non inest bono esse, non bonum est: necesse est igitur, vnum esse bonum & ... esse, & honestum & honesto esse,* [f] *quæcunque non per aliud dicuntur, sed prima & per se. ete... sufficiens est, si existit, etiam si non sint species.* [g] *fortassis autem magis, si species sint.* [h] *Simul... patet etiam quòd si ideæ sint, quales eas quidam aiunt, quòd etiam non erit subiectum substantia. ... substantias quidem, necesse est non de subiecto quidem esse. essent enim secundum participationem ... itaque rationibus, vnum & idem est non secundum accidens ipsum vnumquodque, & quod quid ... se. & quòd scire vnumquodque, hoc, est ipsum quid erat esse scire. quare,* [i] *secundum expositionem ... se est vnum quiddam, ambo esse. Quòd autem secundum accidens dicitur, vt musicum, aut album, ... pterea quòd duplex significat, non est verum dicere, quòd idem sit, quod quid erat esse, & ipsum: e... cui accidit album, & accidens, quare quodam modo quidem est, quodam modo vero non est idem, ... quid erat esse & ipsum. homini namque, & albo homini, non est idem. passione vero, idem.* [k] *A... dum autem apparet, & si quis vnicuique ipsorum quid erat esse nomen imponat. erit namque etiam ... ter illud, aliud, quod quid erat esse equo. at vero quid prohibet nunc quoque e vestigio esse quædam q... erat esse, si substantia quidem est, quod quid erat esse? enimuero non solum vnum, sed ratio etiam ... eadem, vt ex dictis patet. non enim secundum accidens vnum, vni esse & ipsum vnum. Item si ... erit, in infinitum procedet. etenim hoc quidem, erit quid erat esse vni esse. illud vero, vnum. quare ... illis quoque eadem ratio erit. Quòd igitur de primis, & quæ per se dicuntur, vnicuique esse, & v... quodque idem, & vnum est, patet. Sophisticæ autem ad hanc positionem redargutiones, mani... est, quòd eadem solutione soluuntur, & si idem Socrates, & Socrati esse, nihil enim differt, nec ex ... bus aliquis interrogauerit, nec ex quibus soluens obtinuerit. Quo igitur modo idem cuique est, q... quid erat esse, & quomodo non idem, dictum est.*

ADNOTATIONES.

[a] *NAM & vnumquodque non videtur aliud esse a sua substantia.* Circa quæstionem, n... idem, an diuersum sit quodque, & eius quiditas, hoc loco aiunt expositores afferri sol... nem hanc; quoniam substantia cuiusque non videtur diuersa a quoque; & cum quid... dicatur substantia cuiusque, sic videbitur non esse diuersa ab eo, cuius sit quiditas. Ver... potest etiam dici, quòd hoc sit adductum, & suppositum in hac disputatione pro parte veritatis; ... deinde in oppositum alia inducantur, quæ sunt consideranda. Hæc autem suppositio, ꝙ substa... non videtur aliud ab eo, cuius est substantia, manifesta est per hanc expositionem: quòd quodque ... id, quod est & sua essentia: & ideo, cum quod quid erat esse dicat essentiam rei, erit idem c... eo, cuius est quiditas. [b] *Non enim extrema similiter eadem fiunt.* Extrema intelliguntur p... dicata; vt puta, subiectum est homo; at esse homini est prædicatum: vnde hæc, esse homini alb... quæ sunt extrema & prædicata, non fient eadem cum homine: quoniam idem quidem sit ext... n...

..., eſſe homini cum homine; at non hoc aliud extremum; eſſe homini albo cum homine: ... idem ſecundum accidens: illud vero aliud, nempe eſſe homini, fit idem cum homine ... c *Vt ſi quæ ſubſtantiæ ſunt*. Exercet propoſitam diſputationem, quòd in dictis ſecun... e, neceſſe eſt eaſdem eſſe quiditates cum quoque eorum, quorum ſunt quiditates circa ideas: in ...bus facilior, & illuſtrior apparet demonſtratio per impoſſibilia, quæ deducuntur ad ſuppoſitionem ...: contra quas tamen non omnino ex propoſito diſputatur hoc loco: licet ex occaſione ſuſceptæ ...tationis, aliquid etiam per redargutionem inferatur contra aſſertionem idearum. d *Et aliæ ſub... æ, & naturæ*. Id vult in hac parte, quòd ſi dicatur quiditatem eſſe quid aliud a quoque, ſequi ..., quod erunt aliæ ſubſtantiæ, & aliæ ideæ ab ideis: quando etiam quiditates concernunt, & con... ſubſtantiam. Sed & erunt huiuſmodi aliæ ſubſtantiæ priores ideis: aut (vt exponit Alexander) præſtantiores, ſiquidem quiditas eſt potiſſimum in ſubſtantia. aut quoniam per quiditatem res conſti...: vnde dixit Ariſtoteles: *ſi quod quid erat eſſe ſubſtantia eſt*, nempe ad ſubſtantiam pertinet, vt ... conſtitutiuum. Quod inconueniens, quòd ſint aliæ ſubſtantiæ priores aut præſtantiores, minime admitterent idearum aſſertores. Vnde concedendum, idem eſſe quiditatem cum quoque cuius eſt quiditas. e *Item cui non ineſt bono eſſe, non bonum eſt*. Aliud abſurdum deducitur, ſi ponatur quiditatem eſſe aliud a quoque; & eſt huiuſmodi. Quòd ipſum bonum, quòd ſupponitur bonum, non erit bonum, ſiquidem iam deductum eſt, quòd eſſe bono, eſt non bonum; quoniam quiditas dicens eſſe bonum, ſupponitur ſeiuncta a bono, vt quid diuerſum: ergo, ſi eſſe bono, non eſt bonum, ſequitur quòd bonum non erit bonum. f *Quæcunque non per aliud dicuntur, ſed prima & per ſe*. Græce ita habe...: ὅσα μὴ καθ᾽ ἄλλα λέγεται: id eſt, quæ nō dicuntur de alio, vti dicuntur omnia accidentia: vnde ipſorum quiditas non eſt idem cum ipſis: quoniam aliud quid ſupponitur ipſis accidentibus, & in iſto ſuppoſito quiditas variatur. Genera etiam dicuntur de ſpecie, cuius proprie eſt quod quid erat eſſe: ita autem dicuntur de ſpecie, vt non primo & ſecundum ſe competant generibus, quæ inſunt ſpeciei. Veluti figura non eſt per ſe tribus lineis contenta; ſed ſecundum eius ſpeciem: id eſt triangulum, cui primo competit hæc eſſentia, vt ſit tribus ex lineis conſtitutum: quemadmodum etiam explicatum eſt antea cap. 4. quòd ſpecierum ſub genere contentorum eſt quod quid erat eſſe; vt non ſint neque per communi...onem alterius, quod ſit primo tale, neque per paſſionem, neque ſecundum accidens, ea, quorum primo, & ſecundum ſe eſt definitio: vnde hoc loco per particulam illam, *ſecundum ſe*, proprie excluduntur accidentia. g *Fortaſſis autem magis, ſi formæ ſint*. Hunc locum explicans D. Thomas, inquit: ...e, quòd ſit idem quiditas cum re, magis quàm ſi eſſent ideę. Sueſſanus ait, ſequentur magis illa absurda; quòd non erit ſcientia, neque erunt entia hæc, quæ apud nos: quoniam ſi ideæ ſunt, ... ſeparatæ quiditates. Alenſis ita explicat; quòd etiam ſi ſint ideæ, magis ſunt ſufficientes quidi... materia ad ſcientiam, quàm per ideas ſeparatas: idque, quoniam ſcire, eſt rei naturam ſcire, & ... rei: quod non poteſt haberi, niſi natura ponatur coniuncta cum re, a qua abeſt idea. Ari... autem videtur hoc inferre, quòd ſi ſit primum ſecundum ſe, non dictum de alio, in hoc erit idem cum quoque: & hoc ſufficit, etiam quod non ſint ideæ. Deinde ſubiungit: *& forte ma... ſint ideæ:* id eſt, id erit quod dictum eſt: ſiquidem ideæ, vt abſtractæ ſunt a ſenſibilibus, maxi... habebunt, vt ſint prima ſecundum ſe: non ita de alio, cui primo inſit quiditas: ſimulque ideis ..., & conuenit, vt ſit quæque idea, & ſua quiditas idem quàm maxime. h *Simul etiam patet*. ... hoc loco oppoſitionem aduerſus idearum aſſertores: licet conſtituerit, admiſeritque, ſi dantur ..., magis etiam conuenire, vt dicendum ſit quod idem ſit quiditas, & vnumquodque cuius eſt qui... Oppoſitio autem quæ deducitur, eſt eiuſmodi: quòd ſi ſunt ideæ (vti eas ponunt nonnulli) ſe... quòd ſubiectum, ipſa nempe ſubſtantia compoſita, non erit ſubſtantia. Nam neceſſe eſt dicere, ideæ ſunt ſubſtantiæ; & quòd tamen non prædicentur de ſubiecto: alioquin ineſſent ideæ his no...ibus ſecundum participationem horum, de quibus prædicantur. At eſſe in his noſtratibus ideas, ... idearum aſſertores: tollendum igitur, quod ideæ dicantur de ſubiecto. Atqui ſi ita conſtituatur, ... ideæ ſupponantur eſſe ſubſtantiæ, ſi non dicuntur de his ſenſibilibus, non erunt igitur hæc noſtra... ſubſtantiæ, cum de ipſis non prædicentur, neque ſint in ipſis ea, quæ ſunt ſubſtantiæ: quod eſt maxi... abſurdum, & contra ſententiam conſtituentium ideas: vnde inanis, & falſa ſtatuēda eſt hæc idea...tio. Aduerſus quam tamen Ariſtoteles obiter hanc deduxit argumentationem, arrepta occa... ex diſputatione ſuſcepta circa theorema de ipſo quod quid erat eſſe: non ꝙ ex propoſito, & veluti ... ſcopo intenderit hoc loco aſſertionē hanc idearum impugnare; vt patebit magis etiam ex ſe...ibus. Et hæc quidē hunc in modum vt deduximus, viſa eſt nobis facilis, & perſpicua, & efficax ex... huius loci: qui apud Alexandrū, & apud D. Thomā, & alios, ſatis contortus, & obuolutus appa..., vt non explicent plane ratiocinationis ſequelam, quā infert Ariſtoteles, quo modo hæc noſtratia nō erunt ſubſtantiæ. i *Neceſſe ſecundū expoſitionē*. Græce; κατὰ τὴν ἔκθεσιν, interpretatur Alexander inductio...ne, quæ tamen non apparet hoc loco facta: ſed rationes quidē ſunt adductę ducētes ad impoſſibile ad... uerſus inficiantē, ꝙ eſſet idē quiditas, & id cuius eſt quiditas. Idcirco, cum ita concludat Ariſtoteles, eſſe manifeſtū ex adductis ratiocinationibus, ꝙ quodque, & quiditas vnum & idem eſt non ſecundum accidens; & quòd ſcire vnumquodque, eſt ſcire per quiditatem; & ſubiunxerit, neceſſe ideo eſſe, vt ſint ... vnum vtraque, hoc autem patere dixit per expoſitionem; ideo hanc dicimus hunc in modum ...habere. Nam ſi non ſecundum accidens, ſed ſecundum ſe ſunt idem quiditas, & id, cuius eſt quiditas;

Alexand.

D. Tho.

Sueſſ.

Alenſis.

& scire quodque, est scire per quiditatem: ergo quiditas, & quodque sunt vnum: & con[illegible] oportet, vt quodque quod scitur,& id, per quod scitur,sint vnum vtrumque: quoniam sci[illegible] cum re.& ita hæc illatio patet per huiusmodi expositionem. Aduertendum autem hoc loco non [illegible] prie factas esse demonstrationes, sed adductas rationes ducentes ad impossibile, quæ innitunt[illegible] cipio iam in hac scientia patefacto, quòd impossibile idem simul esse & non esse. Item i[illegible] principijs & suppositionibus manifestis: veluti, quòd scire per ipsum quod quid est habeatur, [illegible] huiusmodi, quæ consistunt, & apparent ex ipsa simplici expositione. Quamuis autem [illegible] idem esse quiditatem, & quodque; non propterea tamen dicendum, quin ipsum quodque a[illegible] aliud quodam modo contineat ab eo, quod est quod quid erat esse. Nam dicimus, quòd [illegible] que est simul quoddam aggregatum, quod per quiditatem explicatur; & ita idem quiditas cum [illegible] cuius est quiditas, in quantum quiditas concernit essentiam rei a forma pendentem, quæ quide[illegible] est eadem. Verum res,& ipsum quodque habet adiunctam materiam,ipsum vehiculum conti[illegible] sentiam & quiditatem; de quo erit infra propria consideratio. Ex hac autem disputatione man[illegible] stum est, quòd hæc intellexisse multum confert ad habendam notitiam substantiarum; cum [illegible] huiusmodi considerationes sint habitæ in vniuersali, seorsum ab ipsis substantijs, & causis substan[illegible] rum determinatis. neque hæc tractatio simpliciter continet cognitionem rerum; sed eam duntaxat quæ nobis sit notior, parum autem aut nihil habens entitatis, si referatur ad distinctam causarum [illegible] ctationem,vt antea cap.4.explicatum est. [k] *Absurdum autem apparet, & siquis vnicuique ip[illegible] quod quid erat esse,nomen imponat.* Ex his dictis manifeste ruit opinio Alexandri (de qua, [illegible] superius in Annot.cap.4.) qui asseruit quòd nomen, & dictio sit quiditas collecta & confusa, [illegible]

Alexand. tio autem,vt quid aliud,sit ipsius quiditatis explicatio. Atqui,cum dicat hoc loco Aristoteles [illegible] imponeretur nomen cuique ipsorum quod quid erat esse; clare innuit, quòd quiditas consistit [illegible] dictione, sed in expansa oratione. Vt autem tueatur id quod conclusit,pro quiditate rei illud [illegible] quod de re secundum se atque primo dicitur, explodit in hoc loco eorum opinionem, qui ip[illegible] quid erat esse nomen imponerent: id enim nequaquam faciendum. Alioquin sequeretur & [illegible] esse quod quid rei, præter illud, cui nomen imponeretur. vnde quorsum transire ad aliud quod [illegible] erat esse, si statim id ipsum haberi possit per illud,cui quis velit imponere nomen? Item sequere[illegible] hanc positionem, esse processum infinitum penes ipsa quod quid erat esse: quando cuiusque, [illegible] poneretur nomen,esset quod quid erat esse, cui etiam imponeretur nomen; & ita in infinitum [illegible] deretur. Aliter autem alij hunc locum interpretantur. Quæstiones uero hoc loco motæ ab [illegible] num quiditas sit idem cum re cuius est quiditas,facile soluentur;si animaduertatur, supponi pro[illegible]

Alensis, tate rei illud,quod primo,& per se illi inest. hinc enim sequitur, quòd quiditas sit idem cum re [illegible] est quiditas,cum dicat id, quod est rei essentia:licet (vt dictum est antea) in ipsa re sit adiunctum [illegible] culum deferens essentiam rei, quod est quid præter essentiam. In compositis autem ex sub[illegible] & accidenti, non fit vnum ex ijs primo,& per se: vnde ruunt omnes dubitationes factæ e[illegible] uerso. Quòd siquis dubitaret, quomodo potest esse, vt quiditas, & id cuius est quiditas, sint [illegible] & idem,si quiditas cōcernit solum formam rei, res autem præter formam habet etiam adiuncta[illegible] teriam? ex quo sequitur,vt vnumquodque hunc in modum compositum non possit esse idem cu[illegible] quiditate,cum non sit idem cum sua forma.vnde Aristoteles quoque in lib.3. de Anima in tracta[illegible] cultatis intellectiuæ,dicebat quòd aliud est magnitudo,& magnitudini esse,& aliud aqua,& esse a[illegible] intelligēs per esse magnitudinis,& esse aquæ,ipsam formam tum magnitudinis,tum aquæ, quam ponit distinctam ab ipsa magnitudine,& ab aqua,tanquam rebus habentibus in se ipsis, præter fo[illegible] quandam etiam materiam. Cui dubitationi ita satisfaciendum est,dicendo verum esse, quòd al[illegible] res sunt huiusmodi,vt aliud sit forma rei,& ipsum compositum,vt de prædictis assignatum est:ita [illegible] dem quòd potest harum rerum assignari definitio per formam solum,absque materia saltem se[illegible] in qua subsistunt;cum deinde sint aliæ res, quarum esse est idem cum re; sicuti dicebat loco a[illegible] lib.3.de Anima Aristoteles,quòd caro,& carni esse,est idem, quemadmodum etiam supra lib.6.c[illegible] determinatum est,versari philosophum naturalem circa substantiam, neque secundum forma[illegible] rationem,separabilem a materia:vt idcirco dicendum sit, fere in omnibus rebus naturalibus opus e[illegible] vt in definitione rei simul cum forma accipiatur etiam materia sensibilis. Sed tamen non propte[illegible] sequitur, quòd quiditas,& consequenter forma rei,quæ significatur per quiditatem, non sit idem [illegible] vnoquoque,cuius est quiditas quo ad essentiam rei, siue separabilis sit forma a composito, siue non separabilis:propterea quòd sola forma pertinet ad ipsum quod quid erat esse,& ad essentiam rei: vt [illegible] fra latius apparebit.Materia autem,vbi simul coniungatur in definitione, non pertinet ad ipsum q[illegible] quid erat esse proprie;sed vt vehiculum concurrit deferens formam, quæ est intelligenda huiusm[illegible] esse in certis rebus,vt cum hac,vel illa materia debeat esse.& hac ratione res, cuius est quiditas, ob [illegible] teriam simul obtentam,est diuersa a quiditate,cum quo tamen stat inducta conclusio, quòd idem vnum est quiditas,& vnumquodque,cuius est quiditas quo ad essentiam propriam rei. Et erit hæc pr[illegible] pria quædam positio confirmata in hac scientia; quòd quiditas est vnum & idem cum quoque,cu[illegible] est quiditas,ab vna oratione definitiua comprehensa.

[illegible] effectionibus, & generationibus requiri materiam, ex qua quodque fiat; & aliquid, quod fit; & agens, a quo fiat, in quo forma rei producendæ quodam modo inuenitur. Cap. VII.

PARAPHRASIS.

EORVM quæ fiunt, quædam natura, quædam arte, & quædam a casu fiunt: generationes autem naturales pertinent ad ea, quorum generatio est a natura. Omnia autem quæ fiunt, & a quodam fiunt, & ex quodam, & aliquid fiunt. Intelligitur autem aliquid fieri secundum quodque prædicamentum, aut hoc ipsum, nempe substantia, aut quantum, aut quale, aut alicubi. Ex quo autem fiunt, est id, quòd appellatur materia. Illud vero a quo, vt ab agente, est [illegible] quid eorum quæ constant natura: sicuti homo ab homine gignitur. Illud vero quod dictum est, hoc ipsum, & quod fit, est vt homo, planta, aut aliud eorum, quæ maxime substantias esse dici[illegible]. Omnia autem quæ fiunt siue natura, siue arte, habent materiam: quod patet: quoniam horum [illegible]dque potest esse & non esse: hoc autem est, in quoque materia, quæ est potentia quædam ad esse [illegible] non esse, vt explicatum est supra libro 5. Vniuersaliter autem tum illud ex quo, est natura, ipsa [illegible]cet materia: tum illud secundum quod, vel quo constituitur in esse, est etiam natura, ipsa scilicet [illegible] vt etiam explicatum est in eodem libro 5. Nam illud quod fit, aut factum est, vt planta, vel [illegible]mo, non natura, sed habere naturam dicitur, vt similiter in eodem libro est declaratum. Adhuc, [illegible] a quo fiunt quæ fiunt, vt a causa efficiente, est etiam natura secundum speciem, dicta eiusdem speciei cum re facta, sed existens in alio subiecto atque materia: homo enim hominem generat. Et [illegible] quidem in modum fiunt, quæ fiunt natura. Cæteræ vero generationes dicuntur effectiones, quæ omnes sunt vel ab arte, vel a potentia, vel a dianoea: harumque nonnullæ fiunt etiam a casu, & a fortuna eo simili modo, quo etiam contingit in rebus genitis a natura: hic enim etiam nonnulla fiunt & ex semine, & sine semine; de quibus postea erit considerandum. Arte autem fiunt ea, quorum species est in anima: species autem intelligitur id, quod est quod quid erat esse, & prima substantia cuiusque: etenim eadem species est contrariorum: siquidem substantia opposita priuationi, est eius essentia: veluti ægritudinis essentia, est sanitas, cum per huius absentiam manifestetur ægritudo: sanitas autē est ea ratio, quæ existit in anima & in scientia. Fit autē sanitatis effectio ipsum sanū, medico ita [illegible] se cogitante, atque ratiocinante. Quoniam enim quid tale est sanitas, quam conceptam & descri[illegible] habet in mente, ideo necesse, si futurum est sanum, vt hoc adsit; vtputa, æqualitas humorum in [illegible]: & si hæc, oportet vt præsto sit calor, & ita semper procedit medicus intelligendo, & ratioci[illegible]ec sua ratiocinatione perueniat ad illud vltimum, quod opere possit præstare: vtputa, quòd [illegible] sit opus: vnde postea ab his cogitatis & perpensis proueniens motus, effectio nuncupatur, tē[illegible] sanandum: adeo vt contingat sanitatem quodammodo fieri ex sanitate, & domum ex domo: [illegible]licet, quæ est sine materia, domum cum materia; & sanitatem cum materia, ex sanitate, quę sine [illegible] est in anima; & in scientia artificis. Siquidem facultas medendi & ædificandi, hæc species [illegible] domus, illa vero species sanitatis. Quæ species tum domus, tum sanitatis existens sine materia, in[illegible] esse illa substantia, quæ ad quod quid erat esse pertinet. Generationum autem & motuum [illegible]ctorum, alius quidem intellectio nuncupatur: alius vero effectio. Ille quidem motus, qui pendet [illegible] principio, & ab ipsa specie, est intellectio: ille vero, cuius est initium ab vltimo & extremo intellectionis, est effectio; vtputa æqualitatis circa humores operatio, quam corpori adhibendam esse, vt sanum fiat, in mente medici iam antea conclusum est. Similiter autem se res habet & circa media adhibenda ad sanitatem faciendam, quæ consequuntur ad vltimum actum intellectionis. Veluti, si ob sanitatem oportet reducere corpus ad æqualitatem; iam quid sit adæquari oportet prius mente comprehendere: hoc autem erit ipsum calefieri. Et rursus oportet intelligere, quid nam sit calefieri. Hoc autem adest potentia in corpore sanando: & idem adest in ipso artifice comprehendente huius rei speciem & rationem. Efficiens igitur, & vnde incipit principium motus sanitatis, si fuerit ab arte, est species in anima artificis præexistens: si autem a casu fuerit, ab eo vtique erit, quod esset principium faciendi apud agentem secundum artem: sicuti (vt persistamus in eodem exemplo sanitatis) forte initium sanandi ab ipso calefieri sumeretur, quod etiam a casu potest contingere in corpore ægroti. Hoc autem, nempe calefactionem faceret artifex fricatione, vel per plura alia; & hoc extremum est agens, ipsa fricatio: qua mediante caliditas inducitur. Hæc itaque caliditas quæ est in corpore, vel est pars sanitatis, vel sequitur quid eiusmodi ad caliditatem, quod est pars sanitatis: pars quidem sanitatis existens: sicuti & lapides materiam concernentes sunt pars ipsius domus. Quare (sicuti dictum est antea) impossibile est aliquid fieri, nisi quid præexistat. Quòd igitur pars ex necessitate inexistat in generatione rerum patet: nam materia inexistit, quæ est pars, & ipsa fit. Sed nunquid & eorum, quæ pertinent ad definitionem & formam, aliquid præexistat, postea considerabitur. Vtroque autem hoc modo dicimus multos circulos quid sint, & materiam dicentes, quòd sit æs, & speciem, quòd sit talis figura: quæ genus est, in quo

primum ponitur circulus: æneus autem circulus habet in definitione materiam: vnde & secun[...] vtramque partem videtur conueniens vt præexistat. Ex quo autem, tanquam ex materia fiunt te[...] dum nonnulla, quando fiunt, non illud dici, sed illiusmodi: vt statua, non lignum, sed ligne[...] mo vero sanus non dicitur illud, ex quo fit, vt puta ægrotus. Et causa huius est, quoniam fi[...] ex priuatione & subiecto, quod appellamus materiam: veluti & homo, & ægrotus fit sanus: magis aute[...] citur fieri ex priuatione, veluti ex ægrotante sanus, quàm ex homine; vnde sanus non dicitur [...]tus, implicat enim hic sermo contradictionem: sed homo dicitur, & homo sanus. Quorum au[...] priuatio est immanifesta, & innominata; sicuti in ære est quæcunque priuatio figuræ; vel in lapid[...] & lignis priuatio domus, ex istis videntur fieri, sicuti ibi ex ægrotante sanus. Propterea, sicuti neq[...] ibi dicitur sanus ægrotus, ita neque statua dicitur æs, aut lignum, sed deriuatiue dicitur ærea, aut lignea, neque domus dicitur lapides, sed lapidea: & id iure, quando neque tanquam ex ligneo statuam, neque ex lapidibus domum fieri simpliciter quispiam dixerit, qui accurate rem perspexerit: quoniam oportet vt fiant mutato eo, ex quo, & non permanente. Et idcirco dicitur statua lignea, non lign[...] & domus lateritia, non lateres.

TEXTVS.



EORVM [a] autem, quæ fiunt, quædam natura, quædam arte, quædam a casu fiunt. Omnia [ve]ro, quæ fiunt, & ab aliquo, & ex aliquo, ac aliquid fiunt. [b] Aliquid vero dico, secund[um] quodque prædicamentum. aut enim hoc, aut quantum, aut quale, aut vbi. [c] Generati[on]es vero, naturales quidem hæ eorum sunt, quorum generatio ex natura est. ex quo autem fi[t, n]a est, quam materiam dicimus. a quo vero, quippiam eorum est, quæ natura sunt, ipsum autem aliquid, homo, aut planta, aut quicquam aliud similium, quæ maxime dicimus substantias esse. [d] Cuncta vero qu[æ] aut natura, aut arte fiunt, habent materiam. possibile enim est esse, & non esse eorum vnumquodque. ho[c] autem cuique materia. [e] Vniuersaliter vero & id, ex quo natura, & illud, per quod natura. quod en[im] fit habet naturam, vt planta, aut animal. Et a quo natura quæ secundum formam dicitur, quæ eiusd[em] speciei est. hæc autem in alio est. homo namque hominem generat. sic igitur fiunt, quæ ob naturam fiu[nt]. Cæteræ vero generationes dicuntur effectiones. [f] Omnes autem effectiones, aut ab arte, aut a potest[ate], aut ab intellectu. Harum autem quædam etiam a casu fiunt, & a fortuna, perinde atque in his, quæ [na]tura fiunt, quędam enim & illic, eadem & ex semine, & absque semine fiunt. de his itaque postea co[nsyde]randum est. Ab arte autem fiunt, quorum forma in anima. [g] formam autem dico ipsum quid era[t esse] vniuscuiusque, & primam substantiam. Et enim [h] contrariorum quodammodo eadem forma est. priuatio[]nis namque substantia, opposita substantia, vt sanitas ęgritudinis. illius enim absentia ostenditur ęgri[tudo], sanitas vero est ratio, quæ in anima & in scientia est. Fit autem sanum, ita intelligente, cum hoc s[anitas] sit necesse est, si sanitas erit, hoc fieri, vt puta æqualitatem. quòd si hoc, caliditatem. & ita semper intell[igit] donec redigat in illud, quod ipse potest vltimum facere. Deinde motus, qui iam post hæc fit, effectio ad sani[tatem] tatem appellatur. Quare quodammodo ex sanitate sanitatem accidit fieri, & domum ex domo, quæ sine ma[teria], teria, eam, quæ habet materiam. Ars enim medendi, & ędificandi est forma sanitatis, & domus. dico autem substantiam absque materia quod quid erat esse. [i] Generationum autem & motuum, hæc quidem intell[ectio], illa vero effectio vocatur. quæ quidem a principio & forma, intellectio: quæ vero ab vltimo ipsius intellectionis, effectio. Similiter autem & in [k] cæteris medijs vnumquodque fit. dico autem, vt puta, si conualesc[at], oportet adęquari. quid igitur est adęquari? hoc erit, si calefiet. hoc autem quid est? hoc quidem. [l] hoc aut[em] potestate inest, hoc vero iam in ipso est. Faciens igitur, & vnde conualescendi motus incipit, si ab arte, forma est in anima, quod si a casu, ab eo, quod est faciendi principium illi, qui ab arte facit. sicuti fortassis & medendo principium a calefaciendo fit. hoc autem facit fricatione. [m] Calor itaque in corpore, aut pars sani[]tatis, aut sequitur eum aliquid tale, quod est pars sanitatis, aut plura, hoc autem vltimum faciens, & ita pars est sanitatis, & domus, & aliorum, vt lapides. Quare, quemadmodum dicitur, impossibile est fieri, [si] nihil præexistat. Quòd igitur pars ex necessitate existet, patet. materia namque pars, inest etiam hæc, & fit. [n] Sed vtrum eorum etiam est, quæ in ratione? vtroque quidem modo dicimus multos circulos quid sint, & materiam dicentes, quòd æs, & formam, quòd talis figura, & hoc est genus, in quo primo ponitur æneus autem circulus habet in ipsa ratione materiam. Ex quo vero tanquam materia fiunt, aliqua dicuntur cum fit non illud, sed huiusmodi, vt statua, non lapis, sed lapidea. homo autem conualescens non dicitur illud, ex quo. [o] Causa vero est, quia fieri contingit ex priuatione, & subiecto, quod dicimus materiam, vt puta & homo, & ægrotus fit sanus: magis tamen dicitur ex priuatione fieri, veluti ex ægroto sanus, quam ex homine: quare sanus ægrotus quidem non dicitur, sed homo, & homo sanus. Quorum vero priuatio incerta & innominata est, vt in ære cuiuscunque figuræ, aut in lateribus & lignis domus, ex his non dicuntur fieri, sicuti illic ex ægroto. Quare, sicut nec ibi ex quo, hoc non dicitur illud, nec hic statua lignum, sed deriuatiue dicitur lignea non lignum, & ænea non æs, & lapidea & non lapis, & domus lateritia, sed non lateres. Cum neque tanquam ex ligno fit statua, aut ex lateribus domus, si quis accurate inspexerit, profecto simpliciter dicet: propterea quòd oporteat fieri, mutato ex quo, sed non permanente, propter hoc igitur sic dicitur.

ADNO-

ADNOTATIONES.



ORUM a *autem quæ fiunt*. Auerroes, quem ſequũtur Alenſis & D.Thomas, inquit. Poſtquam reprobata eſt opinio Platonis, quòd quo ad ſcientiam rerum naturalium nõ ſunt neceſſariæ ideæ, nunc probari, quòd neque pro generatione: quoniam (vt inquit D.Thomas) probatur formas in ſenſibilibus non niſi a formis ſenſibilibus generari. Alexander autem ... loco propoſitum eſſe Ariſtotelis probare, quòd forma neque vniuerſalis globi, neque particularis globi generatur; & hinc manifeſtum fore, num formæ naturales poſſint ſubſiſtere abſque materia, vt viſum eſt Platoni. Quod dictum eſt veriſſimum, & ita opinio Alexandri videtur coincidere cum ... Auerrois: cuius tamen dictum, quòd probatum ſit ſupra ideas non eſſe neceſſarias pro ſcientia harum rerum noſtratium; non apparet explicatum, iuxta ea, quæ antea animaduertimus. Atque ideo dicẽdum videtur, varias hic tradi ſuppoſitiones circa generationes & effectiones rerum: ex quibus ſuppoſitionibus apparebit, quæ requiruntur pro conſtitutione rerum; & quid extra, & quid ad ipſas intra ſit; vnde & cauſæ & quiditates in quo ſint poſitæ, magis elucеſcet; quòd ſcilicet quiditas proprie in formæ natura reſidet: licet adiungatur in aliquibus materia: ſed non proprie pro quiditate, ſed pro vehiculo eiuſdem. & ſimul etiam hinc parebit, quomodo poteſt eſſe generatio rerum noſtratium abſque idearũ ſuppoſitione. Et cum hæc pars tractanda huius ſcientiæ ſit ea, quæ pertinet ad methodum ſubſtantiarum naturalium, & eſt prima pars huius philoſophiæ, iuxta ea, quæ explicata ſunt in præfatione: iure Ariſtoteles tradit diuiſionem eorum quæ fiunt: id enim maxime pertinet ad res naturales, quæ motui ſunt obnoxiæ: vt hinc definitio rerum naturalium quomodo ſe habeat, clariſſime patefiat: licet & vniuerſalis ſit hæc perſcrutatio ad omnes effectiones, quæ & ad artem, & ad ea quæ caſu fiunt, accommodari poteſt. Et ita ab illa notitia logica, de qua prius actum eſt circa ipſum quod quid erat eſſe, paulatim acceditur ad eam notitiam, quæ magis eſt ſecundum naturam: dum habetur conſideratio rerum, vt ſe habent in propria conſtitutione. Quòd autem attinet ad hoc principium adductum hoc loco ab Ariſtotele; quòd alia fiant natura, alia arte, & alia caſu: non eſt dicendum, quòd ſit traditum ſecundũ abſolutam diuiſionem: cum paulo poſt reducat effectiones ad plures etiam alias cauſas: nempe, præter artem, ad potentiam quoque, & ad dianoeam. Verum Ariſtoteles attulit dictam diuiſionem, vt pararet ſibi ingreſſum ad præſentem conſiderationem, quam exercet circa generationem rerum naturaliũ; & circa artefacta, agens etiam de his, quæ caſu fiunt: adeo vt, tanquam præcipua, tria hæc attulerit principia, naturam ſcilicet, artem, & caſum. De his autem quæ arte fiunt, agit eo potiſſimum conſilio, vt ex hac conſideratione, quæ nobis magis patet, nos manuducat facilius ad cognoſcendum ordinem, qui inuenitur in rerum naturalium generatione. b *Aliquid vero dico ſecundum quodque prædicamentum.* Aduertendum diſcrimen eſſe inter quid, & hoc aliquid: nam quid cuique prædicamentorum applicatur, ita vt poſſimus inquirere quid ſit quale, veluti albedo: & de hoc dictum eſt ſupra cap. 4. ipſum vero hoc aliquid, proprie competit ſubſtantiæ, quæ veluti digito poteſt oſtendi. Numerat autem hoc loco Ariſtoteles ex ſupremis generibus ſubſtantiam, quantum, quale, & vbi: quibus omnibus conuenit quid, & ſunt ea prædicamenta, quibus ineſt motus: & ſunt ſignificantia res proprie exiſtentes extra intellectũ; cum alia genera prædicamentorum reducantur ad hæc, media quadam intellectus comprehenſione; ... ſunt ipſa ad aliquid, & habere, & reliqua. excipiuntur ipſum agere, & pati, in quibus conſiſtit ipſius motus natura. & de hoc erit proprius locus conſiderandi infra in lib. 11. apud nos 13. c *Generationes vero naturales*. Videtur dicere quòd naturales generationes ſunt, quæ ſunt a natura; quaſi vero generationis generationem inſinuet, vt dubitauit Alexander hoc loco. Verum dicimus tolli hunc ſcrupulum verbis illis, quæ græce ita ſe habent, ἤτοι ἐκείνων τῶν γιγνομένων, hoc eſt, *videlicet eorum generatorum*; vt ita applicet Ariſtoteles generationes ad res, quæ generantur a natura: quam diuidit in materiam & formam; tribuens formam ſecundum eandem ſpeciem & rei genitæ, & ei, quæ concurrit vt agens ad generationem. d *Cuncta vero, quæ aut natura, aut arte fiunt, habent materiam.* Hoc enunciatum, quòd quæ fiunt aut natura, aut arte, habeant materiam, probat ex hoc: quoniam quodque, quatenus fit, poteſt & eſſe & non eſſe: quod quidem patet & non eſſe, ſi fiat (iam enim non erat) & etiam eſſe, ſi generatur. Atqui poſſe eſſe, & non eſſe, proprie concernit materiam, quæ eſt potentia ad eſſe, & ad non eſſe rerum per tranſmutationem: ad eſſe quidem per generationem: ad non eſſe vero per corruptionem. Sed aduertendum, ſermonem haberi de rebus natura conſtantibus, & de hoc mundo generabili; non de creatione, per quam res ſine materia tranſeunt ad eſſe ex non eſſe. Sed neque cœlum ſub hoc enunciato comprehenditur: cum cœli proprie non ſit materia ſecundum potentiam ad eſſe, & non eſſe, iuxta decreta, & placita philoſophię Ariſtotelicæ: habet autem cœlum potentiam, & mutationem ſecundum motum localem. Adnumerat autem inter ea, quæ fiunt natura, hominem, & plantam, quas maxime dicit eſſe ſubſtantias, vt quæ nobis ſint manifeſtiſſimæ: quamquam paulo poſt appellet ſubſtantiam primam, ipſam formam, quod longe abeſt a vulgi intellectione. Auerroes autem inquit adnumerari vt generabilia, naturales ſubſtantias: quoniam aliæ non proprie generantur, ſed potius patiuntur. de quo etiam actum eſt in Phyſicis, q; non niſi ſubſtantiæ proprie eſt generatio. e *Vniuerſaliter vero & id ex quo natura, & illud per quod natura*. Diuidit naturam in materiam, ex qua fit compoſitum, & in formam, qua fit idem compoſitum: quod quidem non dicitur natura, ſed habere naturam, vt explicatum

Margin notes: Auer. / D.Tho. / Alexand. / Alexand. / Auer.

Alexand. tum est in lib. 5. licet Alexander verba illa, *quod enim fit, habet naturam*, interpretetur adducta reddititia causæ, cur forma sit natura: quoniam scilicet, quæ fiunt, habent naturam: & intelligi ipsam viam generationis. Verum videtur debere potius explicari, cur compositum habeat propter formam quam habet, quæ est natura; quàm quòd explicetur, quòd forma sit natura compositum. Hoc vero loco docet Aristoteles, quòd etiam in agente, a quo fiunt quæ gene inest natura: vtpote, quoniam in ipso sit species eadem, quæ fit in eo quod generatur: licet in materia subsistat, tum in generante, tum in re genita. Et hoc quidem deseruit ad accipiendu principium in hac philosophia, quòd sufficit agens naturale ad rerum naturalium generatione, quoniam homo hominem generat, vt hic dicitur. [f] *Omnes autem effectiones*. Seiungit generatio rum naturalium ab alijs generationibus dicens; quòd aliæ dicuntur effectiones: siue ab arte, siue a tentia, siue a dianoea procedant, & hoc quidem rationabiliter: quando neque in artefactis, in quor effectione suppositum est materiam requiri, proprie est transmutatio ipsius materiæ, per quam vera sistit generatio. Quæ vero sint, quæ fiant ab arte, sunt, vt domus constructio. ex quo colligitur, proprie pendere ea, quæ ex quadam materia conficiūtur: in alijs autem operationibus improprie pari artem. A potentia vero fieri, inquit Alexander, ipsa contingentia, vt lauari: a mente vero, noea fieri, vt virtutes, quæ fiunt in anima. Quod dictum Alexandri non videtur omnino consonu ritari: siquidem virtutes non ex mente, sed ex consuetudine per frequentatos actus gignuntur in am nostra, præexistente aptitudine naturali, ad quas deinde virtutes sequuntur operationes factæ secū electionem, & rectam rationem; quæ etiam acquiritur non sine quadam frequentatione experie vnde idem Alexander infra comment. 22. huius libri, ait virtutes fieri a potentia: & in libro deinde apud nos 13. dicit a potentia esse, vt texere telam, quod faciunt araneæ. D. Thomas dicit a potentia se, vt quæ violenter fiunt: sicuti in tractione nauis: ab intellectu autem, cum quis non habituatus in operatur per intellectum. Idem vero supra lib. 6. posuit intellectum pro principio efficiendoru stea dixit accedere habitum; postremo pro exequutione potentiam: de quibus omnibus cumulate mus in lib. 6. Interim dicimus, ab arte esse illas effectiones, quæ constituuntur ex materia: a potentia ro proficisci huiusmodi; vt saltare, trahere: a mente autem, vt ludus tesserarum, & quæ circa actione vitæ per electionem efficere contingit. Possunt etiam ad potentiam trahi potentiæ sensitiuæ, & in lectiuæ, quibus fiunt aliquæ operationes, cum iam sint in actu. Nam, quatenus aut intellectus, aut sus est in potentia vt fiat aliquid; non est in ijs statuenda huiusmodi potentia, ex qua fiet aliquid: sed telligitur, quòd intellectus & sensus sunt potentia, vt possint aliquid fieri. Potentias autem non constantes inueniri, declarat Aristoteles infra libro 9. cap. 1. [g] *Formam autem dico, ipsum quid esse vniuscuiusque & primam substantiam*. Ex hoc dicto perspicuum est, supponi ab Aristotele, q forma sola pertinet ad quiditatem, in qua tamen includitur etiam genus, quod habet quodam rationem materiæ, si comparetur ad vltimam rei differentiam, vt patebit ex sequentibus: non autē teria sensibilis est de quiditate rei, quod etiam magis infra dilucidabitur. Sed id etiam patet in hoc ex eo quod dicit Aristoteles, loquens de specie sanitatis & domus; *dico autem substantiam absque mat. quod quid erat esse*: hic vero appellat formā, primā substātiam; vti eam, de qua etiam supra cap. est, quòd erat magis ens, & prior quàm materia. [h] *Etenim contrariorum quodam modo eadem fo* Quoniam dixerat ea esse ab arte, quorum species est in anima; & cum ars sit etiam contrariorum, que admodum medicina est effectiua sanitatis & morbi; hinc, quia videbantur supponendæ esse plures cies pro his contrarijs effectionibus, subiungit, quòd eadem species est contrariorum; nempe idea, species, & forma existens in mēte medici, quæ est quod quid erat esse sanitatis: & simul pertinet ad contrarium, quod est morbus: cum tamen aliud sit forma, vt est in mente, & aliud, quatenus est materia; vt contingit etiam circa obiecta sensibilia; quæ alia sunt vt sentiuntur, & alia vt sunt in rebus tra sensum in tali, vel tali materia constituta. species igitur sanitatis est quod quid erat esse sani adeo vt, iuxta talem speciem, sanitatis essentia & existere, & cognosci habeat: sed & per ipsam cog tur quoque priuatio sanitatis: dum per absentiam sanitatis cognoscitur morbus: sed ratio cogni est species sanitatis; ita vt sit eadē & principium, & species contrariorum: licet aliter consideretur dete minate vnum & aliud contrariorum. & hoc quidem in mente locum habet, vt sit species sanitatis sidens in mente, quæ deseruit & sanitatis, & morbi cognitioni: vt ita quiditas, & substantia sanit etiam substantia ipsius morbi. non autem hoc principium extra mentem inuenitur: vt, vbi sit speci sanitatis, ibi sit etiam species morbi: quia omnino id est impossibile. Cum autem dicat Aristoteles, sanitas est ratio, *quæ in anima & in scientia est*: hinc significauit id, quod dictum est modo: extra mam scilicet non esse eandem speciem sanitatis, & morbi. Cum vero subiungitur, *& in scienti* hoc additum est, vt denotaret, quòd ex ipsa ratione & specie quiditatis scientia constituitur, cum de nitio sit principium in omni demonstratione. Aut addidit, *& in scientia*, vt magis explicaret id, quod prius dixerat, esse in anima sanitatem, nempe in scientia. Cum vero dicit; *accidit fieri sanitatem quodam modo ex sanitate*; intelligit fieri sanitatem in materia, ex sanitate quæ non in materia. Vnde quodam modo sanitas materialis fit a sanitate secundum formam; quoniam non eadem absolute est ipsa materialis cum formali. sed neque proprie dici potest, quòd sanitas facit sanitatem; sed bene est rat vt efficiatur; cum ex sanitate comprehensa in mente, mouetur artifex ad sanitatem faciendam. Ex quo colligitur, quòd sicuti artifex ex specie concepta mouetur ad operandum, & ita effectiones perfecit; ita quoqu

... dum, quòd per formam exiſtentem in efficiente naturali, quæ eſt ſimilis formæ generan-... rerum naturalium, quæ non deficit; cum mundus, ſecundum Ariſtotelem, ſit æternus, ... ſpecies ſint æternæ: vnde non eſt neceſſe ideas introducere pro generatione rerum naturaliũ. ... do autem contraria poſſint eſſe in anima; & quomodo ex principio per ipſam ſpeciem com-... fiant ratiocinationes in anima ad diuerſa, & contraria; infra lib. 9. cap. 2. exacte explicatur. ... *tum autem & motuum hæc quidem intellectio*. Ponit diſcrimen inter intellectionem artifi-... operationem, ſeu generationem. Nam intellectio motus quidam dicenda eſt, quatenus in-... ex vno in aliud diſcurrit: licet non proprio motu moueatur: ſed homo quidem mouetur in ... exercitio phantaſiæ, quæ concurrit in intellectione. Generatio autem artificis, erit effectio, quo-... non proprie eſt generatio, ſicuti in naturalibus. Eſt autem in his huiuſmodi ordo, vt ab vltimo ... ctionis ſumatur initium effectionis. [k] *Similiter autem & in cæteris medijs vnumquodque*. Hoc ... vult Ariſtoteles; quòd ſicuti in primis operationibus ſtatuitur a medico, ſanitatem procurandam ... quæ eſt æqualitas, vt puta calidi & ſicci cum humido & frigido: ſic etiam in medijs operationibus, ... requiruntur ad effectionem ſanitatis, idem modus ſeruandus eſt. Veluti, ſi oportet adæquari, prius ... gendum eſt, quid ſit adæquari; & ex eo poſtmodum initium operandi ſumendum ab eo, ex quo ... adæquatio. [l] *Hoc autem poteſtate ineſt*. Alexander refert id ad fricationem, quòd ipſa ſit vale-... in potentia. & cum ſubiungitur: *hoc vero iam in ipſo*; intelligit fricationem eſſe in medico, in ... facultate. At forte aptior eſt explicatio, ſi dicamus, quòd ineſt potentia, nempe calor in corpore; ... materia enim corporis eſt: vti paulo poſt dicit Ariſtoteles, ineſſe vt materiam, partem ſanitatis in cor-... re. Illud vero: *iam in ipſo eſt*; intelligendum, quòd actu ſit in artifice ratio ipſius caloris; a qua ra-... e procedit poſtea operatio. [m] *Hoc autem facit fricatione; caliditas igitur, quæ in corpore, vel pars ... nitatis, vel ſequitur aliquid ipſi tale, quod eſt pars ſanitatis, vel per plura; hoc autem extremum agens*. Sic græce habentur. Alexander autem etiam hæc verba adiungit; vt poſt illa, *quod eſt pars ſanitatis*, ... ciat, *vel ſtatim, vel per plura*. Perionius non habet *ſtatim*, & vocem, *plura*, abſque particula, *per*, ... it. Beſſario ſic vertit. *calor itaque in corpore, aut pars ſanitatis, aut ſequitur eum aliquid tale, quod ... pars ſanitatis, aut plura, hoc autem vltimum faciens*. Nobis videtur contextus perturbatus, vt cen-... nus aliter legi debere, vt ſenſum commodũ percipiamus: videlicet hunc in modum. *hoc autem fa-... fricatione, vel per plura, hoc autem extremum eſt efficiens*: vt his verbis explicetur, quòd vltimum in quod peruenit intellectio, eſt primum efficiens: deinde vero legantur hæc alia: *caliditas igitur in cor-... vel eſt pars ſanitatis, vel ſequitur illi quid tale, quod eſt pars ſanitatis*. & poſtea ſequantur: *& hoc eſt pars ſanitatis, vt & domus lapidis*: ita vt ſic ſtatuatur, quòd ineſt potentia in corpore, tum ſanitas, ... calor, qui efficitur in eodem. & iure hæc deduxit Ariſtoteles, vt concludat ſuppoſitum iam fa-... m, quòd impoſſibile ſit aliquid fieri, niſi aliquo præexiſtente, vt materia. [n] *Sed vtrum eorum ... eſt, quæ in ratione*. Alexander interpretatur, dici hoc loco, quòd etiam aliquid eorum, quæ in ra-... & definitione ſunt rei, eſt pro materia: vt puta genus, ipſa figura circuli, de quo hic eſt mentio. ... gatur interpretationi Alexandri, quòd primo ponitur pro materia æs, deinde figura pro forma. ... es autem vult intelligi per prædicta verba, quòd etiam inexiſtat in eo quod fit pars ad rationem ... ens: ſicuti antea expoſitum eſt, quòd & materia & forma concurrunt pro generatione rerum. Ve-... quòd præexiſtat in eo quod fit, pars ad rationem pertinens, non videtur conſonum dictum, quo-... ante generationem rei, nihil ipſius niſi potentia præexiſtit: at potentia non concernit formam, ... materiam. Infra autem cap. 9. dicitur, materiam, & formam præexiſtere debere: vnde patet intel-... enda eſſe prædicta verba, num præexiſtat aliquid eorum quæ pertinent ad rationem, de ipſa forma: quæ tamen præexiſtere habet non in eo quod fit, ſed in ipſo efficiente. Quod vero ſubiungitur, quòd dicuntur circuli duobus modis multi, ſiue ærei (vt legit Alexander) tum ſecundum materiam, dicendo quod æs ſit: tũ ſecundum ſpeciem, dicendo ꝙ ſit talis figura: id dictum eſt ratione indiuiduorum com-poſitorum, quorum & materia ſimul cum forma eſt aſſignanda, dum explicantur, vt ſunt talia com-poſita: non quòd propterea materia proprie concurrat vt pars ad rei quiditatem. [o] *Cauſa vero eſt quia fieri contingit ex priuatione & ſubiecto, quod dicimus materiam*. Hoc habet, quòd homo non dicitur ægrotus, qui fiat ſanus, licet fiat ex ægritudine: & tamen dicitur ſtatua lignea, non lignum, ex quo fit: cum tamen omnia fiant ex nõ ente, vt dicitur lib. 1. phyſic. Et ratio huius diuerſitatis eſt: quoniam cum ſanus homo, fit ex priuatione & ſubiecto: ſimul enim comprehenditur & homo, vt ſubiectum, & priuatio: non poteſt autem homo eſſe priuatio, ipſa ægritudo, ſi mutatur ab ea. At vbi non expreſſa eſt priuatio, licet includatur in his, ſicuti in ære eſt priuatio figuræ in ipſo inducendæ, ſi non poteſt afferri priuatio, ex qua fiat mutatio; ſaltem non dicitur illud, ex quo: nempe non dicitur ſtatua lignum; ſed li-gnea; ad denotandum, quòd, ex ſubiecto mutato, huiuſmodi fiunt; vt non ſit amplius lignum, ſed mu-tatum in aliam formam, ſeu figuram. Et hæc conſiderauit Ariſtoteles, vt ſcrupulum tolleret, ne exiſti-maremus, res naturales fieri ex priuatione: ſed ex materia fieri, quæ præexiſtat: licet vſus ſermonis vi-deatur aliter præſeferre.

Alexand.

Alexand.

Alexand.

Auer.

Omne

Omne quod fit, compositum esse, cuius pars est materia, & altera forma, quarum vtraque sim non fit, sed in materia coit forma per operationem agentis, vt non sit opus exemplari extrinseco pro generatione rerum naturalium.
Cap. VIII.

PARAPHRASIS.

VONIAM autem suppositum est antea, hæc tria ad generationem cócurrere: illud a vnde principium generationis, & est causa efficiens: & illud ex quo, quod non est pri sed materia (iam enim expositum est, quomodo sit accipiendum hoc ipsum fieri e al & illud quod fit, vt sphęra, circulus, & aliud eiusmodi: iam dicamus, quòd sicut effici generatione non facit subiectum, vt puta æs (& id quidem patet) ita neque facit sphæram nisi pe cidens: in quantum, quòd faciendo æneam sphæram, facit etiam sphæram, in ære scilicet: non au cit sphæram simpliciter secundum se, nisi coniunctam æri; quod ita ostenditur. Etenim hoc facere, est ex toto subiecto id ipsum facere, vt totum subiectum mutatum concurrat ad genera eius quod generatur: adeo quòd dicimus, quòd æneam sphæram facere, non est facere rotund que ipsam sphæram; sed quid diuersum; videlicet, essentiam hanc in alio. Quòd si quis dixer efficiens facit rotundum, aut sphæram: hinc etiam erit asserendum, oportere vt eam faceret ex q alio subiecto (iam enim hoc suppositum est) ac si faciat æream sphæram: quod quidem ita se ha quòd ex hoc, quod est ęs, efficiens facit hoc, quod est sphæra: vnde si dicatur, quod faciat & hoc sphæram; manifestum quòd simili modo eam faciet; nempe ex subiecto sphæram præexistente quare abitio erit ad infinita. Siquidem & hæc alia sphæra concurrens cum materia ad generatio formæ, fiet ex quodam subiecto similiter habente sphæram: de qua rursus idem quærendum, & i infinitum. Proprerea manifestum est, quòd species (vel quomodocunque conuenit appellare fo existentem in re sensibili) non fit; neque huius est generatio: neque hæc est ipsum quod quid er rei. Nam forma huiusmodi existens in sensibili, est illud, quod fit in alio aut ab arte, aut a natura, potentia. Sed horum quodcunque sit agens, constituit in esse sphæram æneam; constituit enim ex ære, & ex sphæra: nam in hoc, in tali scilicet materia, facit talem speciem: & hoc est sphæra æn autem ipsius esse sphæræ absolute, & omnino seorsum a materia est generatio; erit ita, vt sit aliq aliquo factum: oportebit namque semper esse diuisibile id, quod fit: vt sit partim hoc, & partim idest, partim hoc materia, partim hoc forma. Si igitur sphæra est figura æqualis ex medio; huius erit pars illud, in quo: idest, in qua materia efficiens facit: & alia erit pars illud, quod in materia est: autem erit ipsum quod factum est; veluti ænea sphæra. Manifestum est igitur ex dictis, quòd quod vt species, vel vt substantia dicitur, non fit: concursus autem, seu copulatio dicta secundum substantiam; idest ipsum compositum fit: illud nempe, quod partim est hoc, & partim hoc: idest, materia, tum forma existens. Et manifestum est etiam, quòd cuique quod fit, inest materia. Hin contandum est, num sit aliqua sphæra præter materiales: & domus, quæ sit præter lapides? And dum, quòd si ita esset a materia abiuncta forma, nunquam fieret hoc aliquid, & determinatum. A efficiens facit & generat ex hoc, ex hac materia tale quid; & cum genitum fuerit, id ipsum est hoc ta nempe forma talis in materia totum autem hoc, qualis est Callias, aut Socrates, est vt sphæra ænea, hæ vel illa particularis; homo autem & animal, est vt sphæra vniuersaliter accepta. Manifestum igitur, q causæ ponendi ideas (vt solent nonnulli appellare ideas, si modo sunt aliqua præter singularia) n prosunt ad generationes atque substantias. Neque enim propter has ideas substantiæ secundum seorsum a materia essent, & in nonnullis etiam perspicuum est, quòd generans est tale, quale est nitum: non idem quidem in numero, sed in specie; vt perspicuum est in naturalibus: homo enim generat hominem: nisi quid fiat præter naturam, vt equus mulum generat. sed & hi similiter conueniunt: nam, quòd esset commune equo & asino propinquissimum genus, est innominatum. Sed forte vtetque sunt veluti mulus, & in hoc conueniunt cum mulo. Ex quo etiam patet, neque opus esse astruere ideas pro exemplari ad generationem faciendam. Nam sicubi, maxime in prædictis naturalibus substantijs essent exquirendæ: hæ enim maxime sunt substantiæ. Verum sufficiens est generans hoc facere, causa existens vt sit species in materia. totum autem iam existens, talis scilicet species in talibus ossibus, & carne, est Socrates, siue Callias; qui inuicem sunt diuersi ob materiam, quam habent diuersam: specie autem idem sunt, cum sit species indiuisibilis in aliam speciem.

TEXTVS.

VM autem & ab aliquo fiat, quod fit, hoc autem dico vnde generationis principium eſt, & ex aliquo: ſit autem hoc non priuatio, ſed materia. iam enim determinatum eſt, quemadmodum hoc dicimus, & quod fit: hoc autem eſt, aut ſphæra, aut circulus, aut quodcunque cæterorum euenit, ſicuti neque ſubiectum facit ipſum æs, ita neque ſpheram, niſi ſecundum accidens, ... æra, ſphæra eſt. illam autem non facit. [a] hoc aliquid enim facere, ex omnino ſubiecto, hoc eſt. dico autem quod æs facere rotundum, non eſt ipſum rotundum, aut ſphæram facere, ſed aliquid ... ut ſpeciem hanc in alio. ſi enim facit, ex aliquo alio profecto facit, hoc enim ſupponebatur, vt ... ere æneam ſphæram. hoc autem ita, quia ex eo, quod æs, hoc facit quod ſphæra eſt. ſi igitur. & hoc ... patet quod ſimiliter faciet, & generationes in infinitum procedent. [b] Manifeſtum igitur eſt, ... que ſpecies fit, aut quodcunque nominare oportet formam, quæ in ſenſibili eſt, nec eſt eius generatio: ... ipſum quid erat eſſe. [c] hoc enim eſt, quod in alio fit, aut ab arte, aut a natura, aut potentia: æneã ... eſſe facit facit namque ex ære & ſphæra. in hoc enim hanc ſpeciem facit. [d] & hoc eſt ſphæra ... ſphæræ eſſe. eius vero, quod eſt ſphæræ eſſe, omnino ſi generatio eſt, ex aliquo aliquid erit. oportet ... diuiſibile ſemper eſſe, quod fit. & eſſe, hoc quidem hoc, illud vero, hoc. dico autem. quòd hoc materiam, illud vero, ſpeciem. ſi itaque ſphæra eſt figura, quæ a medio æqualis eſt, huius hoc quidem ... quod facit. illud autem, in illo. totum vero, quod factum eſt, vtputa ipſa ænea ſphæra. Manifeſtum igitur ex dictis eſt, quòd illud quidem, quod vt ſpecies, aut ſubſtantia dicitur, non fit: [e] copulatio vero ... dum hanc dicitur, fit. & quòd in omni, quod fit, materia ineſt, & eſt. hoc quidem hoc, illud vero. Vtrum igitur eſt aliqua ſphæra præter has, aut domus præter lateres? [f] An nec factum fuiſſet ... ſi ita eſſet quod quid: ſed quoniam tale ſignificat: hoc autem & terminatum non eſt, ſed facit, & ... ex hoc tale, & cum generatum eſt, eſt hoc tale. [g] totum autem hoc Callias aut Socrates eſt, ſicuti ... ænea hæc: homo vero & animal, ſicuti ſphæra ænea ſimpliciter. Patet ergo quòd [h] formarum cau... quemadmodum quidam dicere ſolent formas) ſi aliquæ ſunt præter ſingularia, ad generationes, & ſubſtantias nihil proſunt, nec ſunt propter has ſubſtantiæ ſecundum ſe. In quibuſdam etenim etiam manifeſtum eſt, quòd generans tale eſt, quale quod generatur. non tamen idem, nec vnum numero. ſed vnum ſpecie: ... naturalibus, homo namque hominem generat, niſi quid præter naturam fiat, vt equus mulum. & hæc ... ſimiliter. quod enim eſt commune equo & aſino, non eſt nominatum propinquiſſimum genus: fuerint ... ambo fortaſſis, vti mulus. Quare patet quòd non oportet tanquam exemplar formam ponere. in his ... maxime quærerentur: hæ enim maxime ſubſtantiæ ſunt. ſed generans ſufficiens eſt vt faciat, & cauſa ... in materia, tota vero iam talis forma in his carnibus, & oſſibus Callias, & Socrates, & diuerſa ... propter materiam (diuerſa etenim) idem autem ſpecie: indiuiſibilis namque forma eſt.

ADNOTATIONES.

HOC [a] *enim aliquid facere, ex omnino ſubiecto hoc facere eſt.* Græce loco huius dictionis, *omnino* legitur, ἐκ τοῦ ὅλου, licet Beſſario, & Alexandri interpres verterint *omnino*; ac ſi legeretur ὅλως. Quorſum autem hoc dictum ſit, *facere ex omnino ſubiecto*, non explicat Alexander, Alexand. neque qui legunt, ex totaliter ſubiecto. Itaque ſupponentes græcam lectionem ἐκ τοῦ ὅλου, ... id velle Ariſtotelem, quòd facere hoc aliquid vt determinatum, eſt facere illud ex toto ſubie... totum ſubiectum conuertatur in hoc aliquid, vt nihil remaneat non mutatum. Et hoc accipit vt ... eſtum. ex quo deinde deducitur hoc abſurdum; quòd ſi dicatur fieri forma ſimpliciter, iam ſup... ndum erit, ꝙ fiat vt hoc aliquid ex toto ſubiecto, in quo inerit ipſa forma: de qua etiam quæren... nam fiat & ipſa. Nam ſi non fieret, haberetur intentum, quòd forma non fit: ſed ſi fit, quod dici... vna forma, erit dicendum & de omni alia; quæ ſi fiat, ex toto ſubiecto fiet, in quo inerit forma: ... bitio in infinitum: quod eſt contra ea, quæ determinata ſunt ſupra lib. 2. & pendet hæc de... ex dicto ſuppoſito, ꝙ omne quod fit, ex quodam toto vti ſubiecto fit: in quo ſi forma fit, oportet ... vt tanquam ex forma præexiſtente fiat. Cum autem concludat hoc loco Ariſtoteles, ꝙ ſub... fit forma: hinc tollitur, ꝙ creatio non fit formarum: ſiquidem ſupponitur materia, quæ fiat ta... ex virtute agentis, exiſtente materia cum potentia ad talem formam. Similiter hinc colligi... neque formæ ſunt actu in materia, vt cenſuit Anaxagoras, ſed in potentia, vt ita ex materia in potentia fiat quidpiam actu, quod eſt compoſitum ex materia & forma. Alexander inquit, formam Alexand. ... in momento temporis. At poteſt dici, ſubiectum diſponi, donec perficiatur in ipſo forma, quę perfectio in inſtanti terminatur, vt patet ex ordine generationis. Auerroes dicit, ꝙ ſi forma generaretur, ex nihilo fieret; quoniam ex non forma. Quæ Auerrois conſequentia non videtur abſurdum Auer. continere, quod ipſe ſupponit: quoniam dicimus, ꝙ ſaltem fieret ex materia, & ita non ex nihilo. [b] *Manifeſtum igitur eſt quòd neque ſpecies.* Appellat hoc loco ſpeciem, non vt ideam: vnde ſubiunxit, *aut quodcunque oportet formam quæ in ſenſibili eſt*; adhibens hanc vocẽ τὴν μορφὴν, de qua in quarta ſpecie qualitatis agitur in Prædicamentis. Dicit igitur, quòd huiuſmodi forma non fit; & adiungens, quòd

neque

neque huius est generatio: innuere voluit magis explicate, quòd non generatur forma, vt sol
neratio ex subiecto transmutato: sed fit quidem forma in materia; quod significauit di
in alio: & hæc forma in alio existens, in ipso sensibili (inquit) ꝙ non est ipsum quod q
quod patet;quando huic formæ coniuncta supponitur materia, cui non conuenit quod q
Alexand. sed soli formæ secundum se acceptæ. Et vt inquit Alexander,est intelligibilis forma, non
nam quod quid erat esse est in vniuersali,vt abstractum a materia. c *Hoc enim, est quod*
ab arte. Enumerat,vnde eueniat effectio alicuius rei in alio. Nam aut est ab arte, sicuti d
Alexand. natura,vt homo,vel a potentia,vt virtutes animæ:vt exponit Alexander:dicens ꝙ sunt form
tes animam,in qua fiunt. Non explicat autem hanc potentiam; sicuti facit Suessanus:dic
virtutes a potentia rationali:de qua re supra egimus cap.4.quomodo virtutes generentur in
D.Tho. Thomas intelligit á potentia;idest,ab agente per violentiam. Nos autem in præcedenti
uimus,per potentiam,a qua fiant nonnulla,intelligi facultates illas, quæ consuetudine quad
runtur,vt obsonaria,& citharistica & eiusmodi. d *Hoc autem est sphæræ esse*. Id sibi vult
sphæra resultat ex eo,quod ex ære fiat;& hoc est sphæræ esse: idest,in hoc consistit esse sph
laris,vt fit sphæra ænea:adeo ꝙ istud,esse sphæræ æneæ,accipitur pro constitutione,& existen
ipsius sphæræ singularis:ipsius vero esse sphæræ,absolute sumptæ seorsum a materia,non est
& huiusmodi esse,non accipitur pro actuali existentia:alioquin esset in actu, quod supponitu
in actu:sed pro essentia accipiendum,quæ conuenit ipsi formæ in abstracto considerata.
Alexand. *tio vero quæ secundum hanc dicitur fit*. Græce pro hac voce,*copulatio* habetur, σύνοδος, & A
interpretatur ipsum compositum. Sed Aristoteles ita habet,esse concursum,seu copulation
niam materia cum forma,& forma cum materia coeat;vt ita mutuus concursus connoteretur
xime insinuauit ita dicens: *& hoc quidem hoc, illud vero hoc*: ac,si diceret, ꝙ concursus d
dum formam,& ipsum compositum denominatum per formã,est & hoc,& hoc; idest, par
teria,partim forma inuicem coeuntes.Et aduertendum, verba contextus esse transposita
bentur: *copulatio vero,quæ secundum hanc dicitur,fit,& quòd in omni quod fit, materia inest*,
quidem hoc,illud vero hoc. Etenim postrema verba: *hoc quidem hoc, illud vero hoc*: iungenda
illa: *copulatio vero quæ secundum hanc dicitur fit*: vt deinde explicetur,quid sit ista copulatio,
hoc quidem hoc,illud vero hoc; idest & materia & forma.Illud vero,*& ꝙ in omni quod fit mate*
continet aliud enunciatum sequens ex prædictis:nempe,ꝙ omne quod fit,materiam habet. f
factum vnquam,si ita esset quod quid.Ita legit Alexander verba græca quæ ita se habent: οὐδ' ἄν
γένοιτο, εἰ οὕτως ἦν τόδε τι, idest; *vel nunquam fieret,si ita esset ipsum hoc aliquid*: nempe,non fier
hoc aliquid,composita hæc vel illa substantia,si supponatur forma abstracta, quæ sit abiunc
tia:quasi talis sit etiam generãda:quæ quidem existens sine materia,solum tale significaret:ne
mam talem: at non hoc aliquid,& determinatum. Vnde per huiusmodi formam non fier
hoc aliquid;quod quidem (vt apparet) a generante generatur,dum agens ex hac,vel illa ma
quid tale existens in materia. Hinc deducitur ab Aristotele, quòd causæ inductiuæ idearum
neratione substantiarum naturalium,non deseruiunt huic proposito propter ea,quæ adducta
que pro actu generandi,neque pro exemplari: cum non possint ad exemplum idearum fier h
tes substantiæ. Concedit autem Aristoteles, quòd si rerum aliquarum quærendæ essent ide
naturales maxime essent quęrendę,vt quæ maxime sint substantię: quod non dicendum de ar
Et penes hoc commendant Platonem in lib.12.apud nos postremo cap.3.qui solum circa res
constituerit ideas. g *Totum autem hoc Callias,aut Socrates*. Dicit quòd totum;idest, quo
tuitur ex his duobus ex materia & forma,vt Callias,aut Socrates,est eo modo,sicuti ænea hæc &
laris sphæra: vt hinc pateat per artefacta, tanquam per notiora nobis demonstrari rerum natu
generationem,& modum generationis quo ad materiam & formam. Vnde etiam subiungit
& animal sunt ad similitudinem ęneę sphęræ,absolute & vniuersaliter acceptæ. Vbi aduerte
non accipi hominem,& animal,tanquam animal coniungatur homini,vti eius materia, sicut
genus in definitione comparatum differentiæ,vt patebit ex sequentibus: sed seorsum & homo
mal,vti duo diuersa composita,sunt accipienda,vt vniuersales substantiæ: vt patet ex simili dic
habetur infra cap.11.dum dicitur; *quòd anima quidem substantia prima,corpus vero materia*,
ro,vel animal,quod ex ambobus,vt vniuersale. Quorsum autem dictum sit de homine & anim
sint vt ænea sphæra vniuersaliter accepta; videtur ad hoc insinuandum, ꝙ in neutro horum c
ipsa quiditas,quatenus complectuntur compositionem materiæ cum forma: & omnino ad disti
dum singularia composita ab ipsis vniuersalibus. h *Patet ergo quòd formarum causæ*. Le
est hoc loco;sed omnino hoc videtur innuere Aristoteles,ꝙ causæ,propter quas inducti sunt no
ad ponendas ideas,non prosunt:quoniam pro generatione substantiæ non sunt vtiles,tanquam
generentur formę sensibiles. Verba autem illa: *nec sunt propter has substantiæ secundum ip*
hunc sensum habent,ꝙ propter has adductas causas non essent ponendæ ideę:aut hunc alium
pter ideas non essent substantiæ nostrates secundum ipsas ideas,& ad modum idearum: quæ so
le significant,non hoc aliquid;vti sunt hoc aliquid determinatum substantiæ hæ nostrates, quæ
dicuntur quid determinatum, quoniam existunt quid totum cum forma in tali materia limitata;
sunt substantię singulares digito demonstrabiles. Neque etiam ideę vtiles sunt tanquam exemp
propt

quòd ſufficit generans naturale,cum ſit ſimile genito,non idem numero,,ſed ſpecie idẽ exi- ... admodum etiam quæ fiunt,& facta ſunt,vt Socrates & Callias,ſunt diuerſi numero, ijdem ... ſpecie. Et hoc ſemper ſuccedit, vt generans ſimile ſibi generet, dummodo quid in generatione contingat præter naturam,vt ſunt monſtra:de qua re cumulatius infra dicetur. D.Thomas ſuppo- D.Tho. ... ptu: generationem, & propter exemplar, requiri ideas ſecundum opinionem illas ponentium: ... concurrerent ideæ ad generationem.Quod forte nõ ita erat ex eorum opinione, ſed quòd ... ,vt exemplaria pro generatione rerum naturalium.Nec refert,quòd Ariſtoteles impugnet, ... ad ... formarum non fieret generatio ſubſtantiarum ſenſibilium: id agens vt inutilitatem ... um pateſaceret vndequaque; ſicuti ſupra expoſuimus. Alexander autem ſupponens,ꝙ ideæ non Alexand. ... generationem, hoc loco inquit:ſi formæ per ſe conſiſterent, cum materia nimirum compo- ... efficerentur indiuidua: & ita non per generationem & alterationem eſſet introductio formæ; ſed ... per quandam compoſitionẽ:ſicuti in conſtitutione domus:cũ tamen vinum & mel (inquit ipſe) cũ ... efficiunt mulſum,non poſſint in alijs reperiri.Sic homo,ſi per ſe conſiſteret,poſtquã cũ materia cõ- ... confeciſſet hominem;non poſſet in alia materia fieri,vt alium hominẽ efficeret: niſi poſtquam ... eſſet a materia,cũ qua Socratẽ efficeret.Et hæc quidem deducta ſunt ab Alexandro;quæ tamẽ ... parent apud Ariſtotelẽ.Aduertendum autem ex dictis in hoc loco,haberi ſolutionẽ illius quæ- ... is,de qua ſupra lib.3.cap.4.nempe,quomodo ipſa materia fiat vnumquodque; & quomodo totũ ... vtrunque,videlicet materia & forma:id enim ex dictis in hoc loco clare colligitur,tum, ꝙ materia fit aliquid, quia eſt potentia, & ab agente fit:tum quòd totum eſt ipſa copulatio,& concurſus mutuus ... cũ materia.Similiter ex dictis hoc loco colligitur,non dari,præter totum,aliquid niſi quatenus ... in ſo ... gente eſt forma ſimilis rei generandæ. Et quoniam huiuſmodi forma, exiſtentibus ſpeciebus æternis,eſt perpetua & vniuerſalis, hinc ſcientia haberi poteſt ſingularium iuxta formam vniuerſalem; ... m ſingularium per ſe non poſſit eſſe ſcientia;vt in eodem lib.3.dubitabatur.Verum explicatius quo- que,& magis ex propoſito infra lib.13.apud nos 11.in calce.lib.conſideratur & determinatur, quomo- do ſcientia habeatur;licet vniuerſalia non ſint extra mentem;ſed ſolum ſingularia exiſtant.

Vnde hoc,quòd in artefactis,in quibuſdam eadem proueniant & ab arte,& a caſu,in quibuſdam autem alijs non ita fiat. *Cap. IX.*

PARAPHRASIS.

QVM autem [a] definitio ratio ſit, omnis autem ratio partes habeat, ac ſicuti ratio ad rem, ſimiliter & pars rationis ad partem rei ſe habeat, dubitatur vtrum oportet partium rationem ineſſe in ratione totius, an non. In quibuſdam enim videntur ineſſe, in quibuſdam vero non. circuli enim ratio non habet rationem ſectionum: ratio vero ſyllabæ habet rationem elementorum. atqui circulus diuiditur in ſectiones, ſicuti ſyllaba in elementa. Item autem, ſi partes priores ſunt toto, recti autem acutus eſt pars, & digitus animalis, prior erit acutus recto, & digitus homine. Videntur tamen iſta eſſe priora. ratione namque dicuntur ex iſtis, & eo quòd ſint abſque inuicem, priora ſunt. An multis modis dicitur pars? Quorum vnus modus, quæ ſecundum quantum, menſurat. Sed hic quidem prætermittatur, ex quibus vero ſubſtantia, tanquam ex partibus eſt, hoc conſiderandum eſt. Si igitur hoc quidem materia eſt, hoc vero forma, hoc vero ex his: & ſubſtantia eſt materia, & forma, & quod ex his: quodammodo quidem materia etiam pars alicuius dicitur, quodammodo vero non. quandoquidem ex quibus ratio formæ, vtputa ſimitatis, non eſt pars caro. hæc enim materia, in qua fit, ſimitatis autem pars aliqua eſt. & totius quidem ſtatuæ pars æs: eius autem quod vt forma dicitur ſtatuæ, minime. [b] dicendum enim forma, & quatenus formam habet, vnumquodque: materiale vero nunquam ſecundum ſe dicendum. Quare circuli quidem ratio non habet eam, quæ ſectionum ratio eſt: ſed ſyllabæ eam, quæ elementorum eſt: [c] quia elementa rationis partes ſunt formæ, & non materia: ſectiones vero horũ ſic partes tanquam materia, in quibus adueniũt: propinquiores tamen ipſi formæ; quàm æs, cum in ære rotunditas fiat. Quodammodo vero, nec elementa cuncta in ratione ſyllabæ inerunt. vtputa hæc cerea, aut quæ in aere ſunt. iam enim etiam hæc ſyllabæ pars eſt, tanquam materia ſenſibilis. Etenim linea non, ſi cum diuiditur in medietates corrumpitur, aut homo in oſſa, & neruos, & carnes, propter hoc & ita ex his ſunt, [d] tanquam ex his, quæ ſunt partes ſubſtantiæ, verum tanquam ex materia, & totius quidem ſunt partes, formæ vero & cuius ratio minime: propter hoc nec in rationibus. Quorumdam itaque inerit talium partium ratio, quorumdam vero non oportet ineſſe, niſi ſint ipſius ſimul ſumpti. propter hoc enim nonnullæ ex his, tanquam principijs ſunt, in quas corrumpuntur: quædam vero non ſunt. Quæcunque igitur ſimul ſumpta, forma & materia ſunt, vt ſimum, aut æneus circulus, illa ſane in hæc corrumpuntur, & pars ipſorum eſt materia, quæcunque vero non ſimul cum materia ſumuntur, ſed abſque materia, vt rationes formæ ſolum, [e] hæc profecto non corrumpuntur, aut penitus, aut nequaquam ita. Quare illorum quidem principia & partes, quæ in eis ſunt, formæ vero neque partes, neque principia huiuſmodi, & propterea lutea ſtatua in lutum corrumpitur, & ſphæra in æs, & Callias in carnem & oſſa, item & circulus in ſectiones. eſt enim aliquid, quod cum materia ſumitur, [f] æquiuoce namque dicitur circulus, & qui ſimpliciter dicitur, & ſinguli, propterea quòd ſingulis non ſit proprium nomen. Dicta itaque nunc quoque veritas eſt, adhuc tamen dilucidius dicamus repetẽtes. [g] Quæcunque enim rationis partes, & in quas diuiditur ratio, hæ priores, aut omnes, aut aliquæ. [h] Ratio vero recti non diuiditur in acuti rationem, ſed acuti in rectum: vtitur namque recto, qui definit acutum. minor etenim recto acutus, ſimiliter autem circulus & ſemicirculus ſeſe habent: ſemicirculus namque circulo definitur & digitus toto: talis enim hominis pars digitus. Quare quæcunque quidem partes vt materia, & in quas diuiditur vt in materiam, poſteriores: quæcunque vero vt rationis, & ſecundum rationem ſubſtantiæ, priores, aut omnes, aut aliquæ. [i] Quoniam vero animalium anima (hoc enim ſubſtantia animati) ſecundum rationem, & formam ſubſtantia, & quod quid erat eſſe tali corpori: cuiuſque namq; pars, ſi probe definiatur, non ſine eo opere definietur, quod ſine ſenſu non exiſtet: ſane partes eius priores, aut omnes, aut aliquæ toto animali, & de vnoquoque ſimiliter, corpus vero, & eius partes poſteriores hac ſubſtantia, & diuiditur in eas vt in materiam, non ipſa ſubſtantia, ſed totum. Toto itaque quodammodo quidem priores ſunt hæ, quodammodo vero non, quandoquidem nec eſſe poſſunt ſeparatę, non enim qui quomodocunque ſe habet, digitus animalis eſt, ſed æquiuocus, qui mortuus eſt. Quædam vero ſimul, quæcunque principales, & in qua prima ratio, & ſubſtantia, vtputa ſi hæc cor, aut cerebrum eſt, nihil enim differt, vtra talis ſit. Homo vero, & equus, & quę ita ſe habent in ſingularibus ſunt. [k] vniuerſale vero ſubſtantia non eſt, ſed totum quiddam ex hac ratione, & hac materia tanquam vniuerſali: ſingulare vero ex vltima materia iam Socrates eſt, & de cęteris ſimiliter. Pars itaque etiam formæ eſt (formam autem dico quod quid erat eſſe) & ipſius totius, quod ex forma & ipſa materia eſt. Sed rationis partes, quæ formæ ſolum ſunt, [l] ratio vero eſt ipſius vniuerſalis: circulo namque eſſe & circulus, & animæ & anima idem eſt. Totius vero vt circuli huius, & ſingularium alicuius ſenſibilis, aut intelligibilis (dico [m] autem intelligibiles quidem, vt mathematicos: ſenſibiles vero, vt æneos & ligneos) horum inquam non eſt definitio ſed intellectione, aut ſenſu cognoſcuntur: cum vero abeant ab actu, non eſt manifeſtum vtrum ſint aliquando, an non ſint: tamen ſemper dicuntur & cognoſcuntur vniuerſali ratione. [n] Materia vero per ſeipſam incognita. Materia vero, quædam ſenſibilis, quædam intelligibilis. Senſibilis quidem, vt æs, & lignum, & quæcunque mobilis materia. Intelligibilis vero, quæ in ſenſibilibus exiſtit, non prout ſenſibilia, vtputa ipſa mathematica. De toto igitur & parte, ac priore & poſteriore, quomodo ſe habeant dictum eſt. Ad interrogationem vero neceſſe

cesse est occurrere, cum quis interrogaret vtrum rectus, & circulus, & animal priora, an in quas ... tur, & ex quibus sunt partes, quod non simpliciter. º nam etiam si anima animal est, aut ani... vnumquodque, aut vniuscuiusque, & circulus circulo esse, & rectus recto esse, & substantia rect... quidem & aliquo posterius dicendum est, ᵖ vt puta his, quæ in oratione, & aliquo recto. Etenim q... materia æneus rectus, & qui in singularibus lineis, qui vero absque materia his quidem, quę in ra... posterior, partibus vero, quæ in singulari sunt, prior est: simpliciter autem non est dicendum. & si d... & non est anima animal, sic etiam quasdam dicendum, quasdam non dicendum, vt dictum est.

ADNOTATIONES.

CVM ª *autem definitio oratio sit.* Græce habetur, λόγος, vt omnino, sicut vertit Bessari... oratione sit accipienda, & præsertim cum dicatur, quòd habet partes, quæ sunt partes d... tionis, de qua est sermo: & fere semper in hoc capite pro hac voce, λόγος, intelligen... oratio, & non ratio. Dicitur autem habere definitio partes, vti ea, quæ constat ex gen... differentijs; veluti est hæc de homine, quòd sit animal rationale, bipes, scientiæ capax. ᵇ *Di...*
Alexand. *enim forma.* Hoc loco interpretatur Alexander, occurri ab Aristotele tacitæ obiectioni, qu... non appelletur ænea, sed statua: & ait, id idcirco fieri, quoniam a forma debet sumi nomen tanqua... illa parte, per quam res significatur. Quod dictum & si verum sit (& de hoc infra docebit Ari... les) attamen id non videntur verba innuere, sed id ipsum; quòd pro quaque rei definitione est ass... da species, & non materia. Et aduertendum, perperam interpretem Alexandri iunxisse verbum *dicendum*, cum præcedentibus, cum manifeste pertineat ad sequentia: sicuti etiam Bessario co... sequentibus: & alij similiter interpretes. ᶜ *Quia elementa rationis partes sunt.* Rectius legere... orationis, quàm rationis. ait enim de elementis, ex quibus constat sermo, qui ore profertur, quod pe... nent ad formam, & ad quod quid erat esse ipsius sermonis, vt patet. siquidem nihil aliud possumus as... gnare de quacunque syllaba quid sit, nisi elementa, ex quibus constituitur: veluti, quòd syllaba BA, & B. & A. Quatenus vero subsistit syllaba aut in aere dum profertur, aut in cera si imprimatur, hoc... pertinet ad quod quid erat esse ipsius syllabæ, sed ad materiam, in qua consistat. Segmenta autem ... culi non sunt nisi partes materiales, in quibus est constitutus circulus; neque pertinent ad quod q... erat esse circuli, cum eius definitio sit huiusmodi, quòd est figura vna linea contenta, a cuius centro ... ᵈ *Tanquam ex his, quæ sunt partes substantiæ, verum tanquam ex materia.* His verbis ita distinguit ... mam a materia, tanquam sola forma sit substantia, & non materia. & id quidem, quoniam quod q... erat esse rei, pendet ab ipsa forma: per ipsum autem quod quid erat esse rei, complementum ha... cuiusque rei: non tamen tollitur, quin etiam materia sit substantia, sicuti antea constitutum est, ᵉ *profecto non corrumpuntur, aut penitus.* Græce habetur, ὅλως, idest omnino, ad innuendum, q... forma per se non corrumpitur, aut generatur, vt ostensum est supra cap. 8. aut si corrumpitur, nõ ita ... rumpitur, vt fit de compositis, quæ corrumpuntur in partes, & in principia, in quæ resoluuntur; vt ... mus in ligna, & lateres, quæ sunt partes & principia materialia domus. at forma non corrumpitur ... neque generatur; nisi quatenus compositum fit hoc, aut desinit esse hoc; & ita per accidens, ad com... siti generationem fit forma in composito; & ad compositi pariter corruptionem forma corrumpi... quatenus desinit esse in composito. ᶠ *Aequiuoce namque dicitur.* Græce ὁμωνύμως, quæ dicti... aduerbialiter posita, accipitur fere semper in hoc opere pro æquiuoce, vt solum nomine, non aut... conueniant quæ æquiuoce dicuntur. in alijs vero dictionibus non aduerbialiter positis, vt est dice... æquiuocum, homonymum græce, vel homonyma, idest æquiuoca, significatur cognominatio, nem... conuenientia tum nominis, tum naturæ aliqualiter existens in pluribus rebus. Quod autem habet ... loco Aristoteles, istud est; circulum in vniuersali acceptum, & circulos singulares, dici æquiuoce. & quoniam singulares circuli nõ habent particularia nomina, quibus appellẽtur: quemadmodum in ... cie humana, singuli homines habent propria nomina vt Socrates, Plato, & ita de alijs: & ideo nom... circuli de circulis singularibus, & de circulo simpliciter accepto æquiuoce dicitur, cum nomen ta... commune habeant, rationem autem diuersam. nam circuli est definitio secundum formam; singu... rium autem circulorum erit definitio secundum materiam: quod etiam dicendum est de omnibus ... diuiduis sub quauis specie contentis; ita vt alia sit definitio hominis simpliciter accepti; & alia Socra... quatenus est singularis hæc substantia. ᵍ *Quæcunque enim rationis partes, & in quas diuiditur ra... hæ priores, aut omnes, aut aliquæ.* Est sermo de oratione definitiua: vnde melius legeretur *oratio*, q... *ratio*. Siquidem orationis definitiuæ plures partes sunt, quas dicit esse priores toto, quod definitur, ... telligendo totum ipsum compositum. Dicit autem quòd, *aut omnes, aut aliquæ sunt priores*. Quod ...
Auer. ctum ita explicat Auerroes inquiens: quòd partes materiales non sunt priores, sed formales. At hoc ... concinne dictum videtur: siquidem palam Aristoteles loquitur de partibus formam concernentibus q... omnes, quæ pertinent ad formam, seu ad quod quid erat esse, sunt priores toto: aut si non omnes sal...
D.Tho. aliquæ. D. Thomas, cum quo etiam sentit Alensis, ait ita dictum esse, eo quòd partes formæ quandoque non sunt de necessitate speciei; sed ad perfectionem conferunt; vt visus, & auditus: sine quibus pot... animal subsistere. quomodo autem ob id dicantur priores, aut non priores, nõ apparet ex dictis D. Tho... mæ.

ponit ... quit:& ipsam quoque definitionem recipere explicationem, & per posteriora inter-... us in Prior. Analy. definitur per ipsam propositionem: cum dicitur: *terminum voco*, ... *tur propositio*. Alexander autem refert hoc dictum ad partes animalium; dicens quòd ... tere sunt ipsius compositi;& ideo non ipso priores sunt:at contemplari non est ipsius com- ... etiam ... it expositionem;quòd ex partibus formæ & substantiæ, sunt aliquæ priores to- ... rationale sunt priora homine:at non adęquantia sunt priora;vtputa,mentis & scientiæ ca- ... hæc cum homine subsistunt. Vnde supponendum videtur, accipi pro prioribus hoc lo- ... non conuertitur subsistendi consequentia: quemadmodum innuit Aristoteles in initio ... dixit:quòd animal,quàm digitus; & circulus quàm semicirculus videbantur priora; ... definitione digiti accipiatur animal;& in definitione semicirculi circulus; vt ideo sine par- ... posit esse tum animal,tum circulus. Propterea videtur supponendum,quòd quæ pars in de- ... simul ponit, & simul tollit rem definiendam, hæc simpliciter non erit prior toto. [h] *Ratio* ... *non diuiditur in acuti rationem*. Id vult, quòd rectum non habet definitionem, cuius pars ... plectatur acuti definitionem:dum enim definitur aliquid, quodam modo fit diuisio in partes defi- ... Et quoniam acutum non pertinet ad definitionem recti: ideo dicitur, quòd recti definitio ... diuiditur in acuti definitionem: acutus vero diuiditur in definitionem recti, vt supponatur rectum ... ad definitionem acuti:cum dicitur, quòd acutus est angulus minor recto. [i] *Quoniam vero* ... *um anima*. His verbis apud Alexandrum & in contextu, & in commentario addita sunt hæc ... *forma*. quasi diceret: anima animalium est forma ipsorum. Sed hæc verba non habentur in ... græco,& videntur superuacanea;cum subiungantur hæc alia: *secundum rationem & speciem sub-* ... *& quod erat esse tali corpori*: his enim omnibus explicatur,quòd anima sit species,& forma dãs ... animantibus. Sed ponderanda est vox illa, ψυχὴ, quæ adiuncta est animalibus, cum tamen ad anima- ... quatenus animatum,etiam quòd non esset animal,proprie pertineat:vnde subiunxit:*hoc enim sub-* ... *animati*: ipsa scilicet anima dicta ψυχὴ, est substantia animati. Exercet autem considerationem ... de partibus;tum quo ad posterius esse earum,tum quo ad prius circa partes animalium; tanquam ... exemplum admodum illustre quod plurimum deseruit huic contemplationi. Supponit autem in ... quòd anima sit substantia,& quod quid erat esse tali corpori;quod patefacit ex hoc ipso: quoniã in cuiusque partis animalium definitione accipitur operatio, quæ sine sensu esse non potest, & ita non ... anima sensitiua. Statuit autem hunc ordinem esse quo ad animam,& quo ad corpus animalis in relatione ipsius totius animalis:dicens,quòd partes ipsius substãtię,quæ est anima,sunt priores,aut om- ... aliquæ ipso toto animali ex materia & forma constituto:& quòd corpus, & partes corporis sunt ... posteriores ab ipsa substantia animæ:in quas partes corporis,ait,diuidi (vt in materiam) non ipsam qui- ... substantiam & essentiam animæ;sed ipsum totum animal. Deinde subiungit,quòd hæ partes ma- ... sunt priores toto animali quodammodo:quatenus scilicet sunt partes componentes;& hæ ha- ... ederę compositum. Quatenus vero compositum potest subsistere sine aliquibus partibus;& ... sine toto; hac ratione totum animal erit prius huiusmodi suis partibus corporeis. Sed ani- ... aliquas esse partes materiales, quæ simul sunt cum toto animali: & sunt illæ partes, seu illa ... primo subsistit ratio,& substantia rei;sit hæc aut cor,aut cerebrum,cui hoc conueniat. Non ... dum autem in lib. 1. Physicorum appellari hanc quæstionem de toto & partibus,logicam: vel, ... sit vniuersalis quæstio, abstracta a singularibus,& ita logica, seu communis est: aut quoniam ... illam tractant, vnde huiusmodi Theoremata, logica appellantur in Top. Verum debuit hæc ... tractari a primo Philosopho,qui contemplatur quid sit prius, & quid posterius iuxta propriam ... terminorum naturam. Vnde etiam ex definitionibus, seu explicationibus allatis circa prius & ... determinatur (tanquam a priori) ordo prioritatis & posteritatis circa partes & totum, tũ quo ... formales;tum quo ad partes materiales ipsarum rerum. Et hæc quidem omnia, tum ex assi- ... explicationibus, tum ex apparentibus suppositionibus inductione sunt demonstrata. [k] *Vni-* *sale vero substantia non est*. Aperit hoc loco non dari substantiam vniuersalem;sed solum subsiste- ... singularibus indiuiduis;vt est hic homo, Socrates,aut Plato: non autem datur homo vniuer- ... Simul etiam ait accipi posse vniuersale,vt constans ex tali ratione & forma,& ex tali materia in vni- ... considerata. Quod etiam dixerat supra cap. 4. quòd homo,& animal erat vt sphæra ænea in vni- ... accepta:vt omnino intelligendum sit vniuersale pro ipso toto accepto,non vt est singulare, sed vniuersale; quatenus constat ex materia & forma. Et hoc quidem deseruit ad statuendum, quòd ... est circa vniuersale,& non circa singularia; quorum proprie non est definitio, vt patet ex his quæ subiunguntur. [l] *Ratio vero est ipsius vniuersalis*. Huius autem enunciati hanc subinfert rationem, dicens:quòd *esse circulo,& circulus idem sunt:& anima,& esse animę idem sunt*. ex quibus verbis infe- ... est per ea,quæ explicata sunt supra cap. 6. ibi esse rei definitionem,vbi esse ipsius assignetur idẽ cum re ipsa. At dubium hoc loco exurgit:quoniam in lib. 3. de Anima dicitur, quòd aliud est magni- tudo,& esse magnitudini;vnde contraria videntur hæc alteri sententiæ priori. Verum dicendum est, in lib. de Anima accipi res, vt sunt extra animam,vt in compositione inueniuntur: vnde nõ est dubium, quòd ad hunc sensum,aliud est magnitudo, vt est in re determinata, his vel illis conditionibus affecta materialibus;& aliud est esse magnitudinis,illud nempe,quod pertinet ad eius essentiam. siquidem nõ omnia quæ inueniuntur in aliqua magnitudine determinata, pertinent ad ipsum ęsse, & formam ma- gnitudinis.

Alexand.

gnitudinis. Hic autem cum dicitur, quòd idem est circulus, & esse circulo, accipitur circulus se formam in vniuersali, quatenus hoc nomine circuli significatur proprium esse circuli se ma teria; & ita acceptus circulus dicitur esse idem cum forma, & sua essentia, qua explicetur qu esse ipsius: siquidem nomina in vniuersali accepta potius concernunt formam quàm c dicitur cap. 3. in lib. sequenti. m *Dico autem intelligibiles*. Remouet ab ipsa ratione de gularia composita, quæ habent hanc vel illam materiam. Et quoniam materia potest esse & n sibilis (vt est illa rerum naturalium singularium) & minus etiam sensibilis, vt est materi thematicorum, quæ est abstracta ab eo vltimo sensibili, quod cadit sub sensum exteriorem, motu; ideo appellat Aristoteles huiusmodi materiam, *intelligibilem*; adhibens hanc vocem, tamen proprie intelligẽs per ipsam, obiectum intellectus abstractum omnino a materia. Siquidem ponit materiam mathematicam esse huiusmodi, vt de ipsa seorsum ab actu intellectionis nō amplius cognitio, num sit nec ne huiusmodi singulare mathematicum; sicuti contingit etiam sibilia, quæ sensu exteriori comprehenduntur: de quibus, seorsum ab actu ea sentiendi, non ra cognitio si sint nec ne; adeo vt statuatur ab Aristotele, omnino & hæc sensibilia natural sensu percipi: & illa alia mathematica materialia non nisi actu intellectionis, id est imaginat gnosci, & non aliter. Vnde materiam mathematicam eatenus appellat intelligibilem, qua abstracta a sensibilibus conditionibus, quæ subijciuntur sensui exteriori, & solum in imaginati sistit: vnde etiam actus percipiendi huiusmodi materiam mathematicam, pertinet ad actum ipsi

D.Tho. ginationis: vti etiam explicauit D. Thomas: adeo vt, desinente huiusmodi actu imaginationis ceptionem dictæ materiæ mathematicæ abstractæ a sensibilibus motum concernentibus, vltr beatur ipsius cognitio, an sit, necne. Forte autem Aristoteles appellat huiusmodi materiam bilem; & actum perceptionis eiusdem hoc nomine intellectionis: quoniam phantasma in im ne residens, est propinquum vt fiat intelligibile: quod nō est ita dicendum de obiecto in se ri persistente, quod longius abest a materia intelligibili. vnde etiam ex quorundam senten Ani. phantasia dicta est passibilis intellectus. Ex his autem patet, quòd singularium compo neque secundum vnam materiam, neque secundum aliam potest esse definitio, cum sensu

Alexand. do, aut imaginatione percipiantur. Alexander autem super hoc contextu ait; quòd cum fuer cularis circulus ex materia ab intellectu separatus, tunc est visibilis mente, siue intellectu; & intelligibilis. Quod dictum maxime obseruandum est pro explicatione eorum, quæ dicuntur stotele in lib. 3. de Ani. circa illud, quomodo intellectus fiat singula. n *Materia vero per incognita*. Id quidem debet esse perspicuum, quando cognitio non nisi sub ratione actus de que re haberi potest; materia autem est secundum se potentia, non actus; vnde per formam ha nifestari. Neque refert quòd dictum sit supra cap. 3. quòd de materia erat notum quid esse dicimus dictum fuisse quo ad notitiam acceptam in vniuersali, qua declaratur, quòd materia tia substantia, non existens aliquid actu: & quòd per analogiam ad formam dignoscitur: parti tem materia non apparet, neque dignoscitur nisi sub ratione formæ vt dicitur etiam infra nos postremo cap. 3. Sed & cognitio vniuersalis de materia non comprehenditur, nisi quate tur nonnulla, quæ formam aliquam concernunt, & sub forma comprehenduntur, vt possit id suo proprio munere perficere, iam factus singula: vt dicitur in lib. 3. de Anima. o *Nam*

Alexand. *anima animal est, aut animatum, aut vniuscuiusque*. Hæc Alexander ita interpretatur: si ani mal, quod per formam intelligitur: hoc est, si anima est animalis forma, eiusque quiditas; ma est animalis esse, sed animatum est animalis esse; vel si non animatum est esse animalis, quodq; animal est anima sua, & per hāc in specie constituitur; id est homo per hominis anim pari ratione per suam. Hæc Alexander. Nobis autem videtur ita dictum esse ab Aristotele; *animal, aut animatum*: quoniam (vt dictum est antea) ipsa anima græce dicta, ψυχὴ pertinet animatum, quo comprehenduntur & plantæ. Et cum subiunxit, *vel quodque, vel cuiusque*: innuere diuersam hominum opinionem (de qua cap. sequenti) circa hoc problema: num la compleat esse animalis, vt aliqui censebāt; an & corpus simul vt alij. & ideo dixit: *siue sit anim que*; idest idem cum quoque animali, *vel cuiusque*, tanquam pars ipsius. Aut voluit innuere stinctionem: siue sit anima communis in quoque homine, siue sit distincta, alia in singulo qu

Alexand. qua re erit quoque sermo cap. sequenti. p *Vt puta his, quæ in ratione, & aliquo recto*. Ait Ale intelligi compositum ex materia & forma: quod ipse miratur ita dictum. & certe mirum quod in geretur his verbis, *eorum quæ in ratione*, ipsum compositum, cum ipsum sit definiendum, & non

D.Tho finitio. D. Thomas ita explicat hunc locum: quòd partes materiales sunt posteriores his, qu cundum rationem: item aliquo recto posteriores, nempe communi abstracto a materia singul sunt priores eędem partes aliquo recto sensibili & singulari, vel secundum materiam sensibilem, telligibilem. Vult postea, si non sit forma idem quod tota species, quòd possit esse differentia ctum cum materia tantum intelligibili existentẽ, & inter rectum cum materia sensibili, vt hæc sit posterior quàm intelligibilis. de quo tamen non apparet dici aliquid ab Aristotele: sed solum beri, quòd dantur partes materiales, & sensibiles secundum materiam sensibilem, & etiam materiam intelligibilem. potest tamen deduci, quòd materia intelligibilis sit prior quàm sensib quæ ad sensibilis explicationem possit deseruire. Verum ponderanda sunt verba Aristotelis,

dicendum quòd aliquid ſit prius his, quæ in ratione accipiuntur. Nam de compoſito id dici ... to eſt admittendum, vt interpretatus eſt Alexander: ſed omnino partes ad definitionem ſpe... ſunt intelligendæ: ſicuti paulo poſt iiſdem verbis vtens Ariſtoteles inquit, *qui vero abſque mate... quidem quæ in ratione ſunt poſterior*. Vnde dicendum prius fieri hanc ſuppoſitionem, ꝙ ſi eſt idem ... & eſſe circulo, rectus & eſſe recto, ad interrogationem factam, quidnam ſit prius aut poſterius, ... ſimpliciter reſpondendum: ſed cum diſtinctione. nempe, *dicendum* (vt ſubiungit) *quid, & quo-... ta* enim græce: τὶ μὲν, καὶ τινὸς: nec adeſt illa dictio, *poſterius*, vt apponitur in omnibus traductio-... vnde pro intelligentia huius loci, ad hęc verba: *quid, & quodã dicendũ*; ſupplendũ eſt, prius & po-... ius, vt reſpondendũ ſit ad quæſtionẽ aliquid eſſe prius, vel poſterius quodã aliquo. Vnde verba illa: *puta his, quæ in ratione*: reſpiciunt ea, quæ dicantur poſteriora partibus ſpectantibus ad definitionem: ... paulo poſt, tanquã præbens Ariſtoteles regulã ad reſpondendũ, inquit; ꝙ rectus, qui eſt abſq; ma-... eſt poſterior his, quæ ſunt in ratione; nẽpe partibus ad eius explicationẽ ſpectantibus. Neq; enim ... eſſe debet, quin huiuſmodi partes, quæ pertinent ad definitionẽ, præcedant rem definiendã, etiã ... materia ſingulari accipiatur. Cũ vero inquit: *& aliquo recto*: intelligitur, ꝙ recto, ſingulari exiſten-... eſt prior rectus acceptus ſine materia ſingulari: ſicuti etiã ſupra ita determinatum eſt. Cum autem no-... rectum aliquem, intelligit ſingularẽ; quem diuidit partim in eum, qui ſit cum materia ſenſibili, vt ... eus rectus; & partim in eum, qui eſt cum materia intelligibili mathematica, exiſtens & ipſe in ſin-... ribus lineis. Vtroque itaque huiuſmodi recto ſingulari eſt prior rectus ſine materia ſingulari ac-... tanquam vniuerſalis: & pertinet ad definitionem: vt ipſius ſit definitio tanquam complectentis ... formam, cum in ſingularibus rectis partes materiales conſiderentur. Rurſus vero cum ſubiungit ... toteles: *& ſi diuerſa eſt, & non eſt anima animal, ſic etiam quaſdam dicendum &c.* innuit alium mo-... quo poteſt conſiderari forma rei, vt non ſit idem anima, & animal: ſed pars animalis ſit anima: vt hunc in modum quoque accipiendo formam rei, ſit occurrendum quæſtioni de priori & poſteriori; nõ ſimpliciter reſpondendo, ſed cum diſtinctione illa ante aſſignata.


Dilucidatio quæſtionis, num materia pertineat ad quiditatem. *Cap. XII.*

HOC loco agitatur quæſtio a D. Thoma, & ab Alenſi, num materia pertineat ad quiditatẽ. Siquidem Auerroes commet. 34. huius libri habet materiam eſſe tanquam vehiculum formæ, atque ita non pertinere ad quiditatem; ſed illam tantum deferre, cuius opinio nobis maxime probatur. Verũ ... oppoſitum adducitur a D. Thoma & ab Alenſi id primo, quod habetur in lib. 6. cap. 1. vbi dicitur, ꝙ res naturales non definiuntur ſine materia; idque ad differentiam rerum mathematicarum. Quod etiã ... ex his, quæ habentur cap. ſequenti: vbi docetur, eam eſſe conditionem rerum naturalium ... ſint ſeorſum a materia aut concipi, aut explicari; quod non contingit circa entia mathemati-... Adhuc in lib. 1. de Ani. ſupponitur quòd naturalis definiat ſecundum materiam. Præterea ad-... hoc argumentum; non debere dici, quòd ſubſtantia definiatur iuxta modum accidentium, quæ ... ur per additamentum ſubſtantiæ; vnde, cum materia aſſumatur in definitione ſubſtantiarum ... m: non dicendum quòd ſit per additamentum: ſed ꝙ ad quiditatem earum materia perti-... In hac autem quæſtione explicanda, illud nobis videtur prius exponendum: quòd eſſe eſſentiæ, ... patur in genere eo modo, quo res quæque eſt, & ſubſiſtit, ita eſſentia erit ſecũdum modum vni-... em eſſendi cuiuſque rei: adeo ꝙ & accidentia, ſub hac ratione conſiderandi, & ipſa habebunt ſuã ... m. Similiter dicimus, ꝙ iuxta hanc conſiderandi rationem, ſubſtantiæ naturales non erunt ſine ... ateria. Item mathematica entia pro eorum eſſentia habebunt propriam intelligibilem materiam. ... em accipiatur eſſentia ſecundum quendam modum præcipuum eſſendi, vtique proprie non cõ-... accidentibus, ſed tantum ſubſtantijs. Et ſi ſubſtantiæ ſint compoſitæ, in his dicimus primã & p ræ-... m partem eſſendi eſſe formam, vt quę contineat quod quid erat eſſe earum: ſicuti Ariſtoteles frequenter hic primã ſubſtãtiam nominauit in his libris. Hac facta ſuppoſitione: cum forma ſit idem cum ... te rei (quod quidem pro comperto habendum eſt per ea quę ſupra determinata ſunt) propterea dicendum videtur, ꝙ forma ſola pertineat ad definitionem ſubſtantiarum naturalium. Neque refert, ... materia accipiatur in definitione rerum: id enim fit, quoniam (vt dicitur cap. ſequenti) non poteſt forma ſubſtantialis rerum naturalium (excepta anima rationali) ſine materia cui addicta eſt, conci-... ne ... ue conſequenter explicari. Neque tamen propterea ſequitur, quòd materia pertineat aliqua ex parte ad ipſum quod quid eſt. ſiquidem per materiam, quæ eſt potentia, non poteſt quidpiam eſſe hoc aliquid, quod ſolum a forma habetur, quæ in ſubſtantijs naturalibus exponitur, vt exiſtens in hac, vel illa materia: adeo ut omnino (vt dixit Auerroes) materia ſit vehiculũ ipſius quiditatis; non tamen d... ens quiditatem. Idcirco non obſtant adductæ auctoritates ex dictis Ariſtotelis; quando ita intelligendæ ſunt, quòd res naturales non ſunt definiendæ ſine materia; non quòd ipſa pertineat ad rei quiditatem. Et cum definit naturalis afferens definitionem rei ſecundum materiam, vt dicitur in lib. 1. de Anima; non ita intendit definire, vt ex eiuſmodi definitione habeat ipſum quod quid erat eſſe rei ſed ſolum vt materiam tradat, in qua forma reperitur continens quod quid erat eſſe. Argumentum vero illud, quòd ſubſtantia non definiatur per additamentum vt accidentia, admittendum eſt vt veriſſimum: ſed negandum, quòd ſubſtantia definiatur per additamentum, cum accipitur materia ſi-

mul cum forma in oratione definitiua, quoniam non adhibetur pro explicatione quiditatis ... vehiculo tantum deferente quiditatem. Accidentia vero dicuntur definiri per additamen... stantiæ, quatenus substantia ad eorum quiditatem ita pertinet, vt sine ipsa quiditas accide... cta tradi non possit. Vnde autem eueniat, quòd res mathematicæ possint considerari s... illa, in qua subsistunt, licet sine ea non subsistant, hæc est assignanda causa: quoniam scilicet ... teriam hanc, vel illam non sunt limitatæ: & ideo & si sine aliqua materia non possit esse aut cir... aut ipsa magnitudo; attamen, quoniam non limitatur esse circuli, aut magnitudinis ad hanc ... illam materiam determinatam, vti limitatur res naturalis (veluti simitas ad nasum & ocul... carneam pupillam) hinc fit, vt naturalia non sine materia, entia vero mathematica absque m... definiri possint.

Quæ partes pertineant ad formam, & quæ ad compositum; & quomodo quo ad materiam alia sit ratio rerum naturalium, & alia mathematicarum.
Cap. XIII.

PARAPHRASIS.


VRE merito autem & de hoc quæritur, & dubitatur, quæ nam partes censendæ s... sius speciei, atque formæ: & quæ non speciei, sed compositi sint, ipsius scilicet com... hensi sub materia & forma. Nam cum ipsius vniuersalis, & speciei sit definitio, n... nobis quæ sint partes materiales, & quæ ipsius speciei, non licebit quidpiam probe d... re; sed immanifesta remanebit rei definitio. Regula itaque hæc est accipienda: quòd quæcu... apparent aduenientia rebus specie inter se diuersis, vt circulus ligno, auro, & æri aduenit; hæc a... dubio non attinent ad speciem & substantiam circuli, cum ab his rebus circulus seiungatur, ... absque hac, vel illa materia subsistat. Quæ autem non apparent separata, nil prohibet & hæc ... li modo se habere cum prædictis, vt non pertineant ad ipsam speciem. Vnde, quemadmod... circuli non nisi in auro apparerent, aurum ad essentiam speciei ipsius circuli pertinere videre... nihilominus tamen aurum non pertineret ad speciem & substantiam circuli. Ideo, cum diffi... in nonnullis rebus segregare mente vnam rem ab alia, sicuti ab animali carnem, ossa, & eiusmod... quærendum, num hæc pertineant ad speciem & definitionem animalis, an eius sint materia: qu... men, cum in alijs non insit quàm in animalibus; ideo non possumus ab ipsis eam segregare. V... men, quoniam videtur contingere vt separentur, sed immanifestum est quando, cum non ap... separari: hinc quidam (ipsi Pythagorei) inducti sunt ad dicendum, eandem esse rationem ip... culi, & trianguli; sicuti & animalium: hinc propterea arguentes, non conuenire, vt definian... figuræ lineis, & continuo: quoniam & hæc, & lapis, & aurum similiter omnia dicantur de circul... & de homine os, & caro dicuntur. Vnde ab his omnibus ipsi segregantes circulum & reliqua ... cunt omnia ad numeros, dicentes definitionem lineæ, esse rationem duorum. Quidam vero po... tes ideas, dicunt quòd ipsius lineæ forma est dualitas: alij ideam lineæ formam esse lineæ dicu... dem nonnulla eadem esse dicunt, ideam, & illud cuius est idea: vtputa dualitas, & idea dualita... autem ita de linea, cuius ideam aliud quid esse dicunt ab ipsa particulari idea. Quibus quide... tingit hoc absurdum, vt plurimorum diuersorum specie sit eadem idea: vt patet, quoniam eadem ... stituitur idea particularium idearum, ipsa nempe dualitas. quod incommodum consequitur etiam ... sis Pythagoreis, & ita contingit vnam omnium facere ideam, vt non sint aliæ ideæ, cum omni... constituatur dualitas: vnde sic omnia vnum erunt. Propterea dicendum, quòd reducere omnia a... meros, & ad ideas, & auferre materiam, est superuacaneum, neque fieri conuenit. nonnullæ e... hnius fortasse sunt naturæ, vt sit hoc in hoc: nempe hæc materia in hac forma: & in his, & ... dis dispositis rebus consistunt: sicuti domus in quadam lapidum dispositione constituitur. Id... militudo inducta per Socratem Iuniorem: qua deducebat, quòd quemadmodum circulus potest ... stere sine lapide, aut sine ligno, ita quoque homo sine carne & ossibus; non recte procedit: sed ab... veritate, vt quæ faciat existimare, quòd contingat hominem esse sine partibus materialibus: vti & ci... lus potest esse sine ligno, & eiusmodi. Verum non est par ratio in ipsis. Siquidem forte animal e... sensibile: neque alio modo quàm motu definiri potest: ac propterea nunquam sine partibus, & ... to modo se habentibus subsistit: ita quidem, vt non sit pars animalis, quæ non sit animata; non ... si inanimata, aut mortua fuerit. Quòd igitur habeant quandam dubitationem quæ ad definitiones pe... tinent, & quam ob causam dictum est. Circa autem entia mathematica inquirédum est, propter q... definitiones partium, non sunt partes definitionum totius. Veluti semicirculi, qui sunt partes circuli ... non accipiuntur in definitione circuli: non enim eiusmodi sunt sensibilia, neq; circuli: neq; semicirc... An dicendum, hoc nihil referre? Nam erit etiam materia quorumdam non sensibilium, & vni... sæ rei, quæ non sit quod quid erat esse. Quare circuli vniuersalis, qui pro forma accipitur, non e... hæ partes: singulorum autem circulorum hæ erunt partes materiales: licet non sensibiles sint, vt ...

antea in disputatione habita de toto & partibus: datur enim materia & sensibilis, & intelli- Manifestum est etiam, quòd anima est prima substantia: ipsa nempe forma: corpus autem homo vero, aut animal est, quod ex vtraque constat vt vniuersale: Socrates vero & Co- eidem ita accipiantur vt horum esse sit anima, sunt enim & qui vt animam singulares ho- ponunt, & qui quoddam totum esse statuant) sic duplex, & duo erunt, vt distincti per singu- etiam in quoque animam. Si autem simpliciter dicantur esse hæc anima, & hoc corpus; hac ne ita se habebit singulare, prout & vniuersale, vt & ex corpore, & ex anima similiter vtrumque et. & eadem anima, idest eiusdem speciei, sit in singularibus omnibus hominibus. Vtrum au- sit aliquid præter, & extra materiam harum substantiarum, aliqua alia substantia, & oportet in- rere harum sensibilium substantiarum aliam diuersam substantiam: veluti circa numeros, aut quid modi: erit deinceps considerandum. Etenim huius rei gratia, & de sensibilibus substantijs, non solum de immaterialibus tentamus determinare, quoniam quodam modo & naturalis, & se- idem in ordine philosophiæ, munus est contemplari de substantijs sensibilibus. Siquidem decet naturalem non solum de materia accipere cognitionem, verum etiam & de forma multo ma- Quòd autem attinet ad definitiones, quomodo se habeant partes in oratione; & propter quòd definitio sit vna oratio (patet enim quod res est vna, aliquo autem est vna habens partes) postmo- erit considerandum. Epilogando igitur, quæ hactenus sunt tractata circa ipsum quod quid est. mus, quòd nam sit ipsum quod quid est, & quomodo sit secundum se, vniuersaliter de omni ex- catum esse. & cur nonnullarum rerum definitiua oratio habeat partes rei quæ definitur: nonnulla- vero aliarum definitiua oratio non habeat partes rei definitæ. & quòd in oratione ipsius substan- huiusmodi partes, vt materia existentes, non insunt, cum non sint huius substantiæ partes, sed nus compositi; huius autem totius compositi est quodam modo definitio, & quodam modo non est: vtpote compositi non est definitio, quatenus vna cum materia est, cum materia sit quid indeter- minatum: est autem & compositi, & eius substantiæ definitio secundum primam substantiam & for- mam, quæ in ipso est. Veluti hominis definitio, est definitio animæ: est enim substantia ipsa for- ma existens in ipso, ex qua simul cum materia dicitur substantia composita, sicuti concauitas: ex ip- , & naso constat nasus simus, & simitas: bis enim in his inest nasus: siue nasus simus, siue si- tas dicatur, vt explicatum est in præcedentibus, In composita autem substantia, vt in naso simo, in Callia inest etiam materia: vnde absolute totius compositi, secundum partem quam habet ad- iunctam, ipsam scilicet materiam, non est absolute definitio. Adhuc etiam explicatum est, quòd um quod quid erat esse & quodque in quibusdam idem est; vt in primis substantijs, vt puta cur- , & curuitati esse, idem est, si huiusmodi est prima substantia: intelligitur autem esse ea, quæ non dicitur ex eo quod aliud in alio insit, & in subiecto, vt in materia: quoniam ipsa est inexistens mo, & dans esse rei. Quæ autem, vt materia, vel ut comprehensa cum materia, vt sunt composi- hæc non sunt idem, nisi secundum accidens vnum; sicuti Socrates & musicus sunt vnum, & ea- ntur secundum accidens.

TEXTVS.

TERTIO autem dubitatur etiam quænam formæ sint partes; quæ vero non, sed eius, quod simul sumitur, cum & hoc non existente manifesto, non sit definire vnumquodque. Vniuersalis etenim & formæ definitio est, quæ igitur partium vt materia sunt, & quæ non, si non sint manifestæ, nec ratio rei manifesta erit. Quæcunque igitur apparent aduenientia in diuersis, vt circulus in ære, ligno, & lapide, hæc quidem manifesta esse videntur: quoniam nihil substantiæ circuli æs, neque lapis est: propterea quòd ab eis separetur. Quæ vero non videntur separari, nihil prohibet similiter his se habere, quemadmodum si circuli omnes viderentur aenei. nihil enim minus esset ipsius formæ: difficile tamen est [a] *hoc mente auferre, vtputa forma hominis semper in carnibus, & talibus partibus apparet. Vtrum igitur sint etiam hæc partes formæ & rationis? An non, materia, verum quoniam non adueniunt etiam in alijs, non possumus separare. Cum autem hoc videatur quidem contingere, quando vero, non est manifestum. Quidam etiam de circulo, & triangulo dubitant: tanquam non deceat lineis & continuo definiri, sed hæc omnia similiter dici sicuti carnes aut ossa hominis, & æs & lapis circuli. & cuncta referunt ad numeros: & lineæ rationem, eam, quæ duorum esse dicunt. Eorum etiam, qui ideas dicunt, quidam ipsam lineam dualitatem, quidam lineę formam, quędam etenim eadem esse formam & cuius forma, vtputa dualitatem & dualitatis formam, in linea vero est. Accidit itaq; & vnam multorum formam esse, quorum species videtur diuersa: quod etiam Pythagoricis accidebat, & contingit vnam omnium facere ipsam formam, cætera vero non formas. ac hoc modo vnum omnia erunt.* [c] *Quòd itaque habent aliquam dubitationem ea, quæ circa definitiones sunt, & quam ob causam dictum est. Quare cuncta ita reducere, & auferre materiam, superuacaneum est, quædam namque fortasse hoc in hoc sunt, aut sic hæc habentia. Et comparatio de animali, quam* [e] *iunior Socrates dicere solebat, non bene se habet: abducit enim a vero, & opinari facit, tanquam contingeret hominem sine partibus esse, quemadmodum absque ære circulum. Hoc autem non est simile, etenim sensi-*

sensibile quiddam fortassis animal est, & absque motu definire non est: quare neque sine partibus qu... modo se habentibus: non enim omnino pars hominis est manus, sed illa, quæ potest opus perfice... animata existens, non animata vero non est pars. [f] *Circa Mathematica uero, cur rationes non ... tes rationum? vt circuli ipsi semicirculi? hæc enim non sunt sensibilia. An nihil refert, ... quorundam etiam non sensibilium materia,* [g] *& omnis, quod non est quid erat esse: circuli itaq... uersalis quidem non erunt, singularium vero erunt hæ partes, vt prius dictum est: est etenim ma... quædam sensibilis, quædam intelligibilis. Manifestum autem est quòd anima quidem substantia pr... corpus vero materia, homo vero, vel animal, quod ex ambobus, vt vniuersale.* [i] *Socrates vero, ... riscus, si anima quidem, duplex. hi enim vt animam dicent, illi autem vt ipsum totum. Quod ... pliciter anima hæc, & hoc corpus, quemadmodum vniuersale, etiam & singulare.* [k] *Vtrum au... præter materiam huiuscemodi substantiarum sit aliqua alia, & oporteat quærere substantiam eor... quam aliam, vtputa numeros, aut aliquid tale, posterius considerandum est. Huius enim gratia ... sensibilibus substantijs definire tentamus. quandoquidem quodammodo Naturalis, & secunda phi... phiæ opus est, ea, quæ circa sensibiles substantias speculatio est. non enim solum de materia N... lem cognoscere oportet, sed etiam de ea, quæ secundum rationem, & magis. In definitionibus ... quo modo partes, quæ in ratione sunt, & cur vna ratio definitio (patet etenim quòd res vna, res ... aliquo vna partes habens) postea considerandum est. Quid igitur est quod quid erat esse, & quom... ipsum per seipsum,* [l] *vniuersaliter de omni dictum est. & cur quorumdam ratio ipsius quid erat ... bet definiti partes, quorumdam non, &* [m] *quòd in ratione quidem substantiæ, quæ ita partes sunt vt ... teria, non inerunt. non enim sunt illius substantiæ partes, sed totius. Huius vero est quodammod... tio, & non est. cum materia namque non est: indefinitum etenim,* [n] *secundum primam autem ... tiam est, vt hominis animæ ratio. substantia enim est forma, quæ inest: ex qua, & materia, tota d... substantia, vt concauitas: ex hac enim & naso, simus nasus, & simitas est. bis namque in his in... sus. In tota vero substantia, vt naso simo, aut Callia, inest etiam materia. Et quod quid erat esse & vnu... quodque in quibusdam quidem idem est, vt in primis substantijs: vtputa curuitas & curuitati esse, ... ma est.* [o] *dico autem primam, quæ non dicitur, eo quòd aliud in alio sit, & subiecto, vt materia. Q... cunque vero vt materia, vel vt simul cum materia sumpta sunt, non idem: neque secundum acc... vnum, ut Socrates & musicum, hæc enim secundum accidens eadem sunt.*

ADNOTATIONES.

DIFFICILE [a] *tamen est hoc mente auferre vtputa forma hominis.* Hoc habet A... teles, quòd sit difficile auferre mente formam hominis a materia carne, ossa, & huius... omnino autem & absolute hoc non decernit, an sit possibile separare speciem a mate... quoniam videatur contingere id posse; sed obscurum inquit esse, quando contingat: ... relinquitur, quòd res naturalis non possit mente comprehendi, aut definiri sine adiuncta materia, ... tamen non pertinet ad quod quid erat esse rei. Et huiusmodi materia intelligenda est in vniuersal..., vt hæc singularis, quæ non nisi sensu percipi potest: sed vt vniuersalis, quæ comprehensa ab intelle... sub typo aliquo formæ intelligitur. [b] *Tanquam non liceat lineis & continuo definiri.* Hæc erat ... tentia Pythagoreorum dicentium, non conuenire vt triangulus, & circulus, & similia definirentur ... lineas & per continuum: quoniam hæc sint eorum materia, sicuti & lignum & aurum: quemad... dum etiam in homine est caro & os: & ideo reducebant definitionem ad numeros. Nonnulli ve... alij ad ideas. Verum dicere possumus, quòd lineæ non sunt partes materiales circuli: sed ad e... tiam eius pertinent. Per continuum autem intelligebant lineæ continuationem, cum ipsa sit de g... nere quanti continui. [c] *Quòd itaque habent aliquam dubitationem ea, quæ circa definitiones sunt, ... quam ob causam dictum est.* Hanc partem contextus in Paraphrasi seiunximus ab hoc loco, & con... iunximus (quoniam ita magis conuenire videatur) illis sequentibus verbis: nempe post illa: *non ... mata vero non est pars*: quibus subiungantur hæc alia: *circa mathematica vero:* in quibus aliam ag... ditur Aristoteles considerationem. [d] *Quædam namque fortasse hoc in hoc sunt, aut sic hæc habe...* Statuit esse nonnullas species, & essentias rerum, quæ non sine materia habent explicari; sicuti sine e... nequeunt subsistere: adeo quòd sunt, *vt hoc in hoc:* idest, vt forma in materia: quemadmodum co... uenit substantijs naturalibus. Cum vero subiungit: *aut sic hæc habentia:* intelligit dispositionem in re... bus artefactis; quibus non conuenit proprie, vt dicatur in ipsis esse forma in materia: sed bene quò... in tali materia talis dispositio, quæ habet rationem formæ. Vtitur autem Aristoteles hac voce *f... tasse*, loquens sub dubio: sicuti etiam paulo post dicens. *Etenim sensibile quiddam fortassis est a...* quoniam scilicet nondum explicite ostensum est, non dari ideas præter sensibilia: aut numer... qui sint substantiæ per se existentes. Aut loquutus est ita dubitanter, quòd quædam fortasse sint h... in hoc; quoniam sit incertum, num mente separari possit species a materia in aliquibus rebus. [e] *I...*

Alexand. *nior Socrates.* Alexander inquit: aut intelligit Platonem quasi alium Socratem, cuius fuerat d... lus Plato, & sectator suorum dogmatum: aut alium Socratem: quemadmodum Plato introducit al...

Socrate...

... disputantem cum Socrate Cretenſi. [f] *Circa mathematica vero*. Alexander cenſet hanc Alexand.
... tione ... de mathematicis debuiſſe coniungi cum ea parte cap. ſuperioris, vbi dubitatur, cur
... æ definitione acciperentur elementa, non autem ſegmenta in definitione circuli; dicens fuiſ-
... ata ab Eudemo, quoniam non ita cohæreant: adeo quid facit Ariſtoteles in hoc opere, quod
... n alijs. inuuens Alexander aliquam in littera confuſionem factam eſſe:& id culpa Eudemi. Ve-
... uod attinet ad præſentem conſiderationem) videtur optime quadrare hæc tractatio cum adie-
... vt poſtquam diſſeruerit Ariſtoteles de animali, quòd eius partes ſint materiales ſenſibiles, iure
... hanc ſubiungat dubitationem, quare ſemicirculi non ponuntur in definitione circuli; cum non
... ſenſibiles: quam tamen quæſtionem diſſoluit Ariſtoteles dicens, ſemicirculos pertinere ad mate-
... m intelligibilem circuli:& ideo non apponendos eſſe in definitione ipſius circuli vniuerſalis. [g] *Et*
... *quod non eſt quid erat eſſe*. Græce hæc ita ſe habent: καὶ παντὸς, ὃ μή ἐστι τὸ τί ἦν εἶναι, vt recte vertit
Beſſario: quam lectionem habet & Perionius. At Alexander, quem ſequuntur D. Thomas & Alen-
ſis, habet hæc alia verba adiuncta prædictis; *& per ſe ipſam formam, ſed hoc aliquid*: quæ in græcis co-
... us deſiderantur:& ita explicat ea Alexander dicens: quòd ſit forma per ſe conſiſtens; adeo quod Alexand.
non eſt per ſe conſiſtens, habet materiam: vnde colligit hominis vniuerſalis, quia per ſe non conſiſtit,
eſſe materiam vniuerſalem. Verba autem illa, *ſed hoc aliquid*, non explicat Alexander, vt facit D. D.Tho.
Thomas, inquiens: quòd ſit aliquod particulare demonſtratum indiuiduum determinatum in ſpe-
cie determinata. Verum poſſumus ſuſpicari, prædicta verba ab aliquo appoſita fuiſſe pro explicatione
... rum: *& omnis quod quid erat eſſe*. nempe quòd ſit forma, & hoc aliquid: licet dicere poſſumus,
quòd forma hominis non eſt proprie hoc aliquid, ſed bene ſignificat, & conſtituit hoc aliquid.
Et ideo poſſumus explicare, quod omnis entis ſit materia, excipiendo id, quod non ſit quid erat eſſe; id eſt,
non ſit ipſa propria quiditas rei, hæc enim non habet materiam, vt eius pars ſit materia. Poteſt etiam
hoc dictum referri ad ſubſtantias ſeparatas: dummodo non accipiatur ipſum quod quid erat eſſe pro
explicatione partium plurimarum: quod de Deo dici non poteſt, cum ſit actus purus. Aliter vero
... dicendo per ipſum quod quid erat, ipſum eſſe: ita quoque dicetur ad Deum prædicta verba poſ-
ſe accommodari, quòd non ſint ipſius partes materiales; ſicuti perſpicuum eſt, quòd non ſunt. [h] *Cir-*
culi itaque vniuerſalis quidem non erunt. Ait, quòd ſegmenta non erunt partes circuli vniuerſalis: &
hoc, quoniam non pertinent ad quiditatem circuli; & circulus ſine his partibus comprehenditur:
non tamen ſingularis circulus ſine his partibus ſegmentorum ſubſiſtit. & hoc eſt diſcrimen inter cir-
culum, aliaque etiam mathematica, & inter res naturales, qualis eſt homo: quòd in mathematicis,
in vniuerſali ipſorum ſpecie non eſt adhibenda pars materialis, qua definiantur, cum ſine ipſa poſſint
comprehendi. At in naturalibus, quoniam non poteſt ſegregari forma cognitione a materia (quod
vnuſquiſque ſuo intellectu poteſt experiri) idcirco, ſicuti in re ſingulari determinata materia in ipſis
requiritur, ſine qua non ſubſiſtunt; ita quoque in vniuerſali conſideratione rei naturalis materia
adhibetur, vniuerſaliter tamen comprehenſa; quamquam (vt ſæpius dictum eſt) ad quiditatem rei
non pertineat. Vnde ſubiungit Ariſtoteles, quòd anima eſt prima ſubſtantia: nempe forma, cui iam
... us eſt locus primæ ſubſtantiæ: corpus autem eſt materia: homo vero, aut animal eſt ex vtro-
que conſtans vt vniuerſale. Vbi aduertendum, accipi hoc loco, *animal*, manifeſte non pro parte ma-
teriali hominis, cuius forma ſit ipſa differentia, ſed pro toto quodam compoſito, magis tamen vni-
uerſali, quàm ſit homo: cum hic pro ſpecie ſpecialiſſima homo comprehendatur; animal vero ſub
... quadam magis communi conſideratione: vnde diſiunctiue ita locutus eſt: homo vero, ſeu ani-
mal. [i] *Socrates vero & Coriſcus*. Ita græce habetur: quam lectionem omnes interpretes paſſim
ſequuntur, excepto Alexandro, qui non legit copulatiue, *Socrates, & Coriſcus*, ſed diſiunctiue, Alexand.
Socrates, vel Coriſcus: & ita hunc locum interpretatur. *ſi anima quidem duplex*: inquit ipſe, ſi anima
eſt forma Socratis, erit duplex animal; nempe ex materia & forma; & quidam homines (ait) So-
cratem dicent, vti animam, id eſt vt formam, ad ſolam ipſius animam reſpicientes: alij vero ipſum
vocabunt vt totum, id eſt compoſitum ex anima, & corpore, intuentes ad vtrumque: *quòd ſi ſimpli-*
citer anima hæc, & hoc corpus; id eſt (inquit Alexander) aliquis non appellauerit animam Socra-
tis, ſimpliciter formam Socratis. vt autem vniuerſalis anima humana ſeſe habet ad corpus huma-
num vniuerſale; ſic ſingularis ad ſingulare. Si ergo vniuerſalis anima humana forma eſt vniuer-
ſalis corporis humani, profecto Socratis anima, corporis Socratis forma erit: ſin minus anima vni-
uerſalis humana forma eſt vniuerſalis corporis humani, ne ſingularis quidem anima ſingularis
corporis erit forma. Quæ expoſitio verbis Ariſtotelis quantam oſcuritatem ingerat, quiſque ſuo
iudicio decernet. Alenſis ita interpretatur, quòd ſit duplex de anima opinio, quod etiam ipſe Alenſis.
applicat ipſi formæ: vel, quòd anima ſit pars rei: aut ſit ipſum totum: & vult (quidquid ſentien-
dum ſit iuxta diuerſas opiniones) quòd Ariſtoteles ita ſtatuat ſuam ſententiam, quòd, ſicuti ani-
ma dupliciter dicitur (ita enim exponit verbum illud duplex, græce διττόν) tum ſimpliciter, tum
alicuius, ſic corpus tum ſimpliciter, tum determinatum; & anima ſimpliciter ad corpus ſimpli-
citer: & ſingularis anima ad corpus ſingulare refertur. hæc ex Alenſi. Verum ponderandum eſt
id, quod nemo ex interpretibus perpendit, dici ſcilicet ab Ariſtotele, quòd ſi *Socrates, & Coriſcus*
ſunt anima, ſic duplex in ipſis anima, loquens de ipſis, vti de duobus diuerſis. & hoc quidem, quo-
niam eſſet duplex opinio, quòd vel in vnoquoque homine eſſet propria anima diſtincta ab alia ani-

ma alterius hominis:aut quòd non essent homines distincti per proprias animæ naturas : sed esse... riter & anima & corpus sub ratione communi naturæ vniuersalis ipsius hominis. Vnde id innu... tuit Aristoteles:quòd si Socrates,& Coriscus sunt ipsa anima,habens vterque ipsorum animam,... propriam & inuicem diuersam,sic anima erit duplex:in natura Socratis vna, & alia in ipso Cori... stens:vt sic intelligantur duæ formæ diuersæ existentes in his duobus indiuiduis. ex quo deduci p... in indiuiduis hominibus significatam esse animam(secundum multiplicationem indiuiduorum... & aliam esse. Si autem iuxta aliam opinionem supponatur)quòd Socrates & Coriscus sint simpli... tale corpus,& talis anima:in his idem erit, quod in vniuersali homine habente corpus & animam... cundum modum vniuersalem : & ita conuenient in natura vniuersali sine vlla inter ipsos distinc... ne formæ. Dicit autem,si simpliciter dicantur esse hoc corpus, & hæc anima ; ad innuendum, q... prius dictum est iuxta aliam opinionem; quòd non sit vterque eorum sua anima,tanquam distin... ter se per propriam animam. Et ex hoc deduci posse videretur, distingui posse inter se singulare... mines per propriam cuiusque animam,licet in communi humana natura conueniunt: prout & An... in quoque ordine a nonnullis ponuntur singuli specie distincti, conuenientes tamen in communi o... dinis natura. [k] *Vtrum autem præter materiam huiusmodi substantiarum*. Alexander censet,Aristo...

Alexand. lem hoc loco quandam veluti excusationem afferre,cur hic agat de substantijs naturalibus,cum id ... netis non pertineat ad primum philosophum:sed ad naturalem, & ad secundam philosophiam, q... hoc nomine ait appellari ab Aristotele:nempe naturalem, cum prima sit ipsa metaphysica : adeo q... omnia verba illa,*physicæ,& secundę philosophiæ opus esse :* ad naturalem scientiam supponit pertinere & subiungit proponi hoc loco ab Aristotele inquirendum, num detur substantia alia præter for... existentem in materia:quod est considerandū circa numeros,vel quid aliud: de quo (inquit) & in h... libro & in 13.agetur:addēs ideo tractari hic de substantijs naturalibus,vt perueniatur adhoc,num... ter materiam detur alia substantia. D.Thomas & Alensis eandem expositionem sequentes, dicunt...

D.Tho. Alensis. taphysicum agere de substantijs immaterialibus,tanquam de proprio subiecto, ita vt de his agat ... lum vt sunt substantiæ,verum etiam vt sunt tales substantiæ:de materialibus autem solum agere,... nus sunt substantiæ,aut entia:& quatenus per has ducimur in notitiam immaterialium : subiungen... quòd naturalis considerat de immaterialibus,non quatenus substantiæ sunt ; sed vt sunt immater al... vel habentes in se principium motus. Verum ex aduerso illud dici posse videtur,quòd primus phi... sophus agit de substantia materiali,& de ipsa agere debet, quatenus habet rationem substantiæ ; ... etiam principia prima,& causas afferat. Siquidem nullus alius artifex, præter primum philosoph... potest de omni ente,quatenus est ens contemplati:& ideo substantiæ quoque naturales, vt sunt e... & substantiæ,per se ab hoc Philosopho habent considerari,& ex proposito.Quod & factum esse,... stoteles clare insinuauit infra lib.8.cap.2.& in lib.13.apud nos 11.in initio libri:cum vtrobique d... ret actum esse de sensibili substantia, tum quo ad materiam, tum quo ad formam : de qua in fine... primi Physicorum,dixit pertinere ad primam philosophiam tractare in vniuersali. Et hoc quidem ... ctatu,iuxta dicta a nobis in Præfatione & alibi,asserimus contineri primam partem huius philoso... Vnde verba illa : *Physicæ & secundæ philosophiæ*, ad duo diuersa referri existimamus ; adeo vt d... guatur naturalis ab hac philosophia,quæ secunda appellatur;tanquam illa, quæ post naturalem co... quitur exercenda:sicuti idem Alexander & Philoponus(hoc nomen metaphysica perpendentes)inter...

Alexand. Philop. pretati sunt,hinc habitum denotari sciendi posteriorem quo ad nos,illum, qui pertinet ad tractan... entis:licet deinde dicamus,quòd alia sub consideratione hæc eadem perscrutatio,ob sui excellenti... nomen primæ philosophiæ a dignitate debita sibi vendicet. Vnde dicimus hoc velle Aristotele... hoc loco,quòd & naturalis,& consequens ad ipsam,& ita posterior & secunda philosophia, specu... substantias naturales. Et quòd naturalis debeat eas considerare, non solum secundum materiam, se... etiam secundum formam, vt habeat de his notitiam pleniorem:idque præsertim animaduertit ob... ditatem antiquorum : qui (vt imponit illis in primo lib. huius philosophiæ) solum ad materiam sua contemplationes dirigebant. Quòd autem substantiæ naturales conferant ad cognitionem immaterialium;non est dubium,per sensibilia Aristotelem patefacere substantiam immobilē dari, & seiu... ab omni materia. Verum hoc non tollit, quin contemplatio naturalium substantiarum hic habeat ad ipsarum propriam notitiam obtinendam. Quòd autem præmissa sit tractatio substantiarum naturalium ad hoc,vt deduceremur (vt inquit Alexander) ad notitiam numerorum,& aliarum huiusmodi substantiarum,quæ impugnantur ab Aristotele,quòd non sint substantiæ;id minime concedēdum est. Sed & perpendenda sunt verba illa ; *vtrum præter materiam huiuscemodi substantiarum sit aliqua alia & oporteat quærere substantiam eorum aliquam aliam,vtputa numeros,aut aliquid tale, posterius considerandum est*. Ex quibus apparet,innui opinionem eorum, qui statuebant,præter substantiam, quæ in materia sensibilium,aliam quoque eorumdem esse substantiam,aut numeros,aut ideas:ex quo apparet, quòd hęc consideratio spectat etiam ad substantias naturales,quatenus circa ipsas aliqui constituebant substantiam,seu formam substantialem,præter materialem:de qua agitur in hoc lib.& in sequenti. Et iure hoc loco proposita est prædicta quæstio,quando paulo ante insinuauerat ex placitis Pythagoreorum,& aliorum quorundam,quòd non esset definienda substantia naturalis per sensibilia,& materialia:vt qui reducerent omnia ad numeros.ideo subiungit, posterius considerandum esse ; num sint aliquæ substantiæ pertinentes ad sensibilia,præter ipsorum substantiam materialem. Vnde verba illa: *huius*

us enim gratia & de ſenſibilibus ſubſtantijs definire tentamus: non ſunt referenda ad prius dicta: quòd in inquiſitione dictarum ſubſtantiarum, quæ ſunt præter ſenſibilia ſed ſenſibilium tamen ſunt ſub- ... ſit ſuſcepta hæc contemplatio, quaſi propter hunc finem egerit de ſubſtantijs naturalibus. ſed ſequentia referenda ſunt: nempe agi hoc loco de ſubſtantijs naturalibus: propterea quòd ſit munus naturalis philoſophiæ, & ſecundæ quoque philoſophiæ conſequentis ad ipſam naturalem, agere pariter de ſubſtantijs naturalibus: *quodam modo*: quoniam ſcilicet alio modo naturalis, alio vero modo metaphyſicus de eiſdem tractet. Vnde dici poteſt, ex hoc loco anſam dediſſe Ariſtotelem nominandi ... opus metaphyſicum: ideſt, poſt naturalem, dum nominauit ipſum, ſecundam philoſophiam, vti ſubſequentem ad naturalem: quæ quo ad noſtrum habitum diſcendi eſt prima, vt explicatum eſt in præfationibus ex ſententia quoque Alexandri & Philoponi. [l] *Vniuerſaliter de omni dictum eſt*. Ex his colligitur, tractationem communem omnibus rebus habitam eſſe circa ipſum quod quid erat eſſe, & circa ipſam definitionem: vt non ſolum ad ſubſtantias naturales (de quibus præcipue agitur hoc loco) verum etiam ad alia entia ordo præſcriptus circa definitiones ſit communis. Quod & conueniens erat præſtare, vt recta docendi ratio ſeruaretur: ne iterum de eadem re ſuperuacanee fieret ſermo. Colligitur etiam, quòd ſi actum eſt in vniuerſali de ipſo quod quid erat eſſe, & non in particulari: id probe factum eſt: quoniam propriæ definitiones rerum, quæ tractantur in ſingularibus ſcientijs, explicãdæ his ipſis ſcientijs erant relinquendæ: ne miſtio ſcientiarum fieret: quum tamen omnium definitionum, an recte ſint traditæ, optimus & legitimus iudex, & cenſor primus philoſophus exiſtat, vt in ſuperiori libro determinatum eſt. [m] *Et quòd in ratione quidem ſubſtantiæ quæ ita partes ſunt, vt materia non inerunt, non enim ſunt illius*. Ex hoc dicto colligitur, comprobari expoſitionem ſuperius allatam circa ea verba: *& omnis quod non eſt quid erat eſſe*: nempe, quòd non ſunt partes materiales ipſius quod quid erat eſſe; quod hoc loco manifeſte dicit Ariſtoteles. & hoc eſt clarum, quòd partes materiales non ſunt ipſius quod quid erat eſſe, quod pertinet ad formam: alioquin forma eſſet materia, quo ad partes ſaltem eius; ſi eſſent eius partes materiales. Vult autem Ariſtoteles, ad quiditatem totius compoſiti pertinere partes materiales; quatenus compoſitum conſideratur, vt habet formam, & materiam: vnde, reſpectu materiæ debent aſſignari partes materiales; quæ tamen (vt dictum eſt) non pertinent ad ipſum quod quid eſt, ſeu ad formam compoſiti: ſed quidem ad eſſe compoſiti, vt ſit talis forma cum materia. Quòd autem dicitur, quòd materia ſit indeterminata; conſiderandum, quomodo erit indeterminata, ſi dicatur quòd homo eſt animal rationale diſciplinæ capax (& adiungatur) conſtans ex carne & oſſibus, & huiuſmodi, quæ materiam concernunt? ſiquidem determinata videntur, quæ ſic pronunciata ſunt, caro, & oſſa. At dicendum, explicari formam hominis per illa verba, *animal rationale diſciplinæ capax*: a... is vero nominibus, quæ pertinent ad materiam hominis, formam quidem aliquam ſignificari, at nõ hominis, ſed materiæ, ex qua conſtituitur: quæ materia nempe, caro & oſſa, licet ſuis ijs nominibus formam concernant: attamen non apparet quid ſint, niſi explicetur per definitionem & quid ſit caro, & quid os, & alia huiuſmodi: quod ſi fiat, erit aſſignatio ipſius quod quid erat eſſe carnis, aut oſſis; non autem formæ hominis. [n] *Secundum primam autem ſubſtantiam eſt*. Vult definitionem eſſe compoſiti ſecundum primam ſubſtantiam: nempe ſecundum formam; vt patet ex verbis quæ ſubiunguntur: vt ... *formæ ratio*. Et iure forma appellatur prima ſubſtantia, vt dictum eſt ſæpius: quoniam per hãc, & non per materiam primo fit hoc aliquid, & res conſtituitur: adeo vt, ſicut actus præcedit dignitate potentiam, ita forma in ratione ſubſtantiæ præcedit materiam. [o] *Dico autem primam, quæ non dicitur eo quod aliud in alio ſit, & ſubiecto vt materia*. Dixerat epilogans ante tractata, quòd in quibuſdam idem eſt quod quid erat eſſe, & vnumquodque, vt in primis ſubſtantijs. nunc explicat, quid per primam ſubſtantiam intelligat, dicens eam eſſe, quæ non dicitur *eo quod aliud in alio ſit, & ſubiecto vt materia*, quæ verba interpretans Auerroes, ait intelligi per primam ſubſtantiam illud, quod non dicitur in ſubiecto, & iſta ſunt vniuerſalia ſubſtantiarum, vt dictum eſt in Prædicamentis. At in oppoſitum dici poteſt, in Prædicamentis dictum eſſe, quòd ſubſtantia prima eſt, quæ non dicitur de ſubiecto. Et ideo ſpecies, aut genera ſubſtantiarum, iuxta illam tractationem, primæ ſubſtantiæ non ſunt cenſendæ; ſed quidem ſecundæ, vt dicitur in eiſdem Prædicamentis. Alenſis autem, & cum ipſo D. Thomas interpretantur, quòd idem eſt quodque, & quiditas in prima ſubſtantia, quam intelligunt eam eſſe, quæ non ſit recepta in materia: veluti, ſi humanitas nõ eſſet in materia, ipſa idem eſſet cum ipſo quod quid erat eſſe: ſi autem ſit forma recepta in materia, nolunt hanc idem eſſe cum eius quiditate: & ita proprie ad ſubſtantias abſtractas hoc dictum referunt. Sed, cum Ariſtoteles epiloget ante explicata: & ſupra cap. 6. docuerit quodque, & eius quiditatem idem eſſe: vtique cenſendum eſt id intelligi debere etiam circa naturalia: de quibus præcipue agitur: quemadmodum exempla de illis protulit, & de artefactis in hac tractatione. Propterea exiſtimamus, per hæc verba, *dico autem primam, quæ non dicitur, eo quod aliud in alio ſit, & ſubiecto vt materia*: deſignari ipſam ſpeciem; quæ proprie definitur, vt ſit eiuſmodi, quòd per ſe ipſam explicetur, & non propter aliud, de quo definitio proprie dicatur: vt ita inſinuetur ijs verbis prima ſubſtantia, ea, cui primo, & per ſe competit definitio. Quod ex verbis Ariſtotelis confirmatur: cum dixerit ſupra cap. 4. quòd *definitio erat, ſi primi alicuius ſit*. & ſubiungebat: *talia vero ſunt quæcunque dicuntur, non eo quòd aliud de alio dicatur, non ergo vlli eorum quæ non ſunt ſpecies generis, inerit quod quid erat eſſe, ſed his ſolum*, ex quibus verbis apparet ſtatui proprie definitionem eſſe ſpecierum, vt non per aliud, nec ſecundum participationem (vt dicitur eodem loco) ſint quod quid erat eſſe: ſed

Auerr.

Alenſis.

ſe:ſed per ſe ipſas primo ſunt idipſum . Idem etiam confirmatur ex dictis cap.6.vbi habetur q num idem ſit quodque,& eius quiditas, & determinatur his verbis: *quæcunque non per aliud d* *ſed prima & per ſe* . Et hoc quidem eſt illud , quod etiam explicatum eſt ab Ariſtotele in Analy tertium modum dicendi per ſe; quatenus non dicitur de ſubiecto, vt ſit ipſum illud , cui aliq niat, & non propter aliud : veluti habere tres angulos conuenit triangulo : non autem ipſi æquil quatenus æquilaterus:neque conuenit figuræ,quatenus figura eſt:ſed quatenus participat ipſam lum,qui eſt figura . Et ita dicendum,quòd definitio hominis, ſi corpori aſſignaretur , non eſſet dum primam ſubſtantiam corporis, ſed ſecundum quòd participaret definitionem hominis , qu de ipſo dicitur corpus,& in eo reperitur tanquam in ſubiecto,ſeu materia quadam . Pariter,ſi ac inſit homini,& aſſignetur definitio hominis alicui accidenti , non erit ſecundum primam ſubſt & eſſentiam accidentis:ſed quatenus ineſt homini , cuius proprie eſt definitio,prout eſt homo . tur ſtatuendum,idem eſſe quodque,& eius quiditatem:ſi res per ſe,quatenus primo talis eſt,defini Cum autem ſubiungit Ariſtoteles: *quæcunque vero vt materia,vel vt ſimul cum materia ſumpta* *non idem,neque ſecundum accidens* . Primo aduertendum hæc verba, *neque ſecundum accidens*, ita haberi:εἰ μὴ κατὰ συμβεβηκός : ideſt,*niſi ſecundum accidens*,quam lectionem ſecutus eſt Perionius ta antiquam verſionem . Iſtud autem vult Ariſtoteles:quòd quæcunque accipiuntur vt materia , pe partes materiales,non ſunt idem cum ipſo quod quid erat eſſe:neque quod quid erat eſſe idem quoque habente adiunctas partes materiales;& quòd non erunt vnum & idem,niſi ſecundum acc ſicuti Socrates muſicus eſt vnum & idem:quoniam ſimul in eodem accidens reperitur:ita quoque p tes materiales aſſumptæ ſimul cum ipſa forma,erunt vnum & idem ſecundum accidens:quoniam cet forma ſit iuncta materiæ : non autem materiales partes ſunt & idem cum ipſo quod quid erat e ita enim dicendum , quòd ſint per accidens vnum & idem cum quiditate, non autem quòd co tum ex materia & forma ſit vnum per accidens:hoc enim eſt falſiſſimum , cum ſit vnum per ſe,& aliquid.Et ad hunc ſenſum poſſet ſuſtineri D.Thomæ & Alenſis interpretatio ; quòd prima ſubſtan ſit idem cum ipſo quod quid erat eſſe,non recepta in materia;ideſt,non accepta coniuncta cum materia:cum tamen forma rerum naturalium intelligatur conuenire ſubiecto, de quo dicatur ; ita vt ſubiectum quod definitur,ſit idem cum ipſa forma,& cum ipſo quod quid erat eſſe : dummodo ſubiectum quod definitur,ſit illud.quod per ſe,& primo,& non ob aliud obtineat formam, & quod quid erat e rei,quod de ipſo aſſignatur . Hinc dicendum , ſi ſupponitur quod ſit idem eſſentia & eſſe , vt per intelligatur ipſa quiditas:vtique haud dubium,quòd idem erit eſſe, & eſſentia rei cum ipſo quod erat eſſe . Quòd ſi intelligatur eſſentia ſecundum totum eſſe rei compoſitæ;hac ratione dicendum non idem eſſe eſſentiam, nempe totum compoſitum cum eius quiditate . Et ſi diſtinguatur eſſe ab ſentia,vt eſſentiæ cócernat quiditatem ſolam:eſſe vero pertineat ad totum eſſe compoſiti:ſic dice eſſentiam idem eſſe cum quiditate,ipſum autem eſſe compoſiti,non eſſe idem cum quiditate . N dubium , tum eſſe , tum eſſentiam , varijs modis accipi poſſe : cum ſit ens commune nomen , diſtinguitur,prout notiones diſtinctæ a nobis fiunt . Nunquam autem apparet alicubi diſtinctum ab Ariſtotele,quod nomen eſſe,aut nomen eſſentiæ diſtinguerentur : ſed fiet id iuxta noſtram p conſiderationem. Quæſtio autem illa,num in ſeparatis a materia idem ſit quiditas, & cuius eſt q tas,apparet ſuperuacanea;quando in compoſitis & materialibus rebus oſtéſum eſt idem eſſe quod & eius quiditatem , eo modo vt explicatum eſt:nempe, quatenus quodque,in quo obtinet ſuam e tiam,eſt id quod eius quiditas . Vnde multo magis de ſeparatis a materia id dicendum erit . Sed poteſt,quòd horum non proprie erit quiditas,quæ explicetur per definitionem : cum ſimplicia,ſi parata a materia;& ſimplicium non ſit proprie definitio,ſed alio modo comprehendantur: vt d infra lib.9.cap.vltimo . Quomodo autem Deus definiatur iu lib.12.apud nos poſtremo,ibi erit ſiderandum.

Quomodo ex pluribus partibus definitionis fiat vnum; & de ordine ſeruando in accipienda definitione rerum via diuiſiua. Cap. XIIII.

P A R A P H R A S I S.

NVNC vero explicanda eſt ea difficultas,de qua in Analy.aliquid dictum eſt, ibi autem determinata circa definitionem: cum huius difficultatis explicatio multum conferat nibus habendis de ſubſtátia.Ea vero eſt huiuſmodi:vt quæratur,propter quid definitum, ius orationem definitionem nuncupamus,ſit vnum:veluti hominis definitio , quòd ſit mal bipes:cur animal bipes ſint vnum ? & non plura ? Etenim , ſicuti homo,& albus ſunt plura,& vnum ſeorſum accepta;fiunt autem vnum,ſi homo paſſus fuerit albedinem,vt ei inſit albedo; ita quo que conueniret,vt genus participaret differentiam ad hoc vt ſimiliter vnum fierent . Atqui non vid tur genus participare differentias,quoniam ſimul participaret contraria:quando differentiæ,quibus uiditur genus,ſunt inter ſe contrariæ . Verum & ſi concederemus ad difficultatem propoſitam eu dam , quòd genus non participaret differentias; adhuc tamen priori quæſtioni non eſſet factum ſat

ei quæ: poſſit, cur animal bipes, non alatum, plures differentiæ exiſtentes, ſint vnum, & non
enim ex omnibus eſſet vnum, ſi & hæc ſunt vnum, quia inſunt. ſiquidem non maior eſt ratio
is quam de omnibus, vt multa ſint vnum; aut quòd non omnia pariter ſint vnum. Ex alte-
parte oportet ꝗ omnia ea ſint vnum, quæ cadunt in definitione. ſiquidem definitio eſt oratio
vna, & ſubſtantia: vnde & unius cuiuſdam oportet vt ſit oratio, ſicuti etiam ſubſtãtia eſt vnum,
& ſignificat hoc aliquid, vt ſuppoſitum & explicatum eſt antea. Pro diſſolutione igitur huius quę-
habenda eſt conſideratio de definitionibus iuxta rationem diuiſionum. quandoquidem nihil
in definitione, præter primum dictum genus & differentias, circa quas exercetur diuiſio. alia
genera ſunt & primum genus, & cum ipſo differentiæ ſimul ſumptæ: ſicuti primum genus eſt ani-
bipes, & deinde animal bipes non alatum; & ita ſimiliter de alijs, ſi cum pluribus alijs differentijs
primum genus. Abſolute autem non differt per plura, aut pauciora, vel per duo negociũ de-
abſoluere. Et ſi duo accipiantur, aderit vnum pro genere: aliud vero pro differentia. ſicuti in
one; animal bipes: pro genere eſt animal, & pro differentia bipes. Hinc dicamus, ꝗ ſi genus
non eſt præter ſpecies, quæ ſub genere continentur: aut ſi eſt præter ſpecies, ſe habet vt materia
vox tum genus, tum materia eſt, ex qua differentiæ conſtituunt ſpecies & elemẽta litterarum)
eſtum eſſet, ꝗ definitio eſt oratio ex differentijs conſtituta, cum genus pro materia concurrat, quę
ferentijs determinatur. Sed & oportet differentiam differentiæ diuidere vt decet: veluti huius
entiæ, pedeſtre, contentæ ſub animali, quatenus pedeſtre, oportet eſſe, & aſſignare differentias illi
uenientes. ſiquidem non recte aſſignabitur dicendo: pedeſtrę aliud alatum, aliud non alatum: vt ſo-
facere nonnulli ob imbecillitatem, & ineptitudinem, qua laborant, vt non poſſint, aut ſciant aliter
ſed ita erit aſſignandum, ꝗ pedeſtre aliud eſt fiſſos pedes habens: aliud non fiſſos pedes habens:
progrediendum erit, donec perueniatur ad differentias indiuiſibiles: hoc enim modo tot ſpecies
pedum habebuntur, quot erunt differentiæ: & animalia pedeſtria ſimiliter erunt æqualia differentijs.
Quod ſi hæc ita ſe habent, perſpicuum eſt, ꝗ vltima differentia erit ſubſtantia, & definitio rei. ſiquidem
non conuenit pluries eadem repetere in definitionibus: eſt enim ſuperuacaneum id facere. Euenit au-
tem hoc inconcinue factum hunc in modum: vt cum quis ita dixerit, animal pedeſtre bipes: ſic enim
nil aliud dixerit, quàm animal pedes habens, duos pedes habens. Et ſi hoc per propriam etiam diffe-
rentiam diuiſerit, ſæpius, & æqualiter ad numerum differentiarum aſſignatarum idem dixerit, atque re-
petent. Si igitur differentiæ differentia fiat, quæ ſit eſſentialis differentia, vt perueniatur ad extremã,
vltima differentia erit ſpecies & ſubſtantia rei. Si autem ſecundum accidens fiant diuiſiones per
accidentia: vt ſiquis diuidat pedeſtre, ꝗ aliud ſit album, aliud nigrum: ſic contingit fieri tot non ſubal-
ternatas differentias, quot fuerint ſectiones. Quare ex his manifeſtum, quòd definitio eſt oratio, quæ
ex differentijs, & ex harum vltima conſtituitur, ſi rectus ordo ſeruetur. Et ꝗ ſufficiat vltima differen-
tia pro definitione rei, patebit, ſiquis tranſponat huiuſmodi definitiones ex pluribus differentijs conſti-
tutas. Veluti in definitione hominis dicendo, homo eſt animal bipes pedeſtre: ſuperuacaneũ eſt enim
pedeſtre; cum iam dictum ſit bipes, in quo concluditur pedeſtre. Neque vero cenſendum eſt hanc ſu-
perfluitatem hic eueniſſe, eo ꝗ non ſit ordo ſeruatus in proponendo differentias: quando non eſt ne-
ceſſe ordo in ſubſtantia; quæ cum ſit vna, qui poteſt cogitari, quid nam ſit prius, quidue poſterius in
ea. De definitionibus igitur ſecundum diuiſiones, quales nam ſint, hæc primo ſint dicta.

T E X T V S.

NVNC autem primo dicamus [a] quatenus in Analyticis de definitione non eſt dictum. dubitatio
namque, quæ in illis dicta eſt, proderit ſermonibus de ſubſtantia. Dico autem hanc dubitationem,
quare vnum eſt definitum, cuius rationem definitionem eſſe dicimus, vt hominis animal bipes
(ſit namque eius ratio) cur igitur hoc vnum eſt, non autem multa, animal & bipes? Homo enim
& album multa quidem ſunt, cum non inſit alterum alteri, vnum vero cum inſit, & ſubiectum, vt homo,
aliquid paſſum fuerit, tunc enim albus homo vnum fit, & eſt, hic vero non eſt alterum alterius particeps.
Genus etenim non videtur particeps eſſe differentiarum, [b] ſimul namque contrariorum idem participa-
ret, differentiæ namque contrariæ, quibus genus differt. Quòd ſi etiam participat, eadem ratio eſt, ſi diffe-
rentiæ quidem plures ſunt: vt pedeſtre, bipes, implume. Cur enim vnum ſed non multa ſunt hæc? non enim,
quia inſunt: [c] ſic enim ex omnibus erit vnum, oportet autem vnum eſſe, quæcunque in definitione ſunt, de-
finitio namque ratio quædam vna, & ſubſtantia eſt: quare vnius cuiuſpiam oportet ipſam eſſe rationem,
etenim ſubſtantiam vnum quiddam & quod quid, vt dicimus, ſignificat. [d] Oportet autem primo conſidera-
re de his, quę ſecundum diuiſiones ſunt, definitionibus. Nihil enim aliud in definitione eſt, niſi quod primum
dicitur, genus, & differentię, cætera vero genera ſunt, & ipſum primum, & poſt hoc, quæ comprehendun-
tur differentiæ, vtputa ipſum primum, eſt animal: conſequens vero, animal bipes, & rurſus animal bipes
implume. Similiter etiam ſi per plura dicatur, [e] & omnino nihil differt per multa, an per pauca dica-
tur, neque vtique per pauciora quàm duo, duorum vero hoc quidem genus, hoc vero differentia. vtputa hu-
ius animal bipes, animal quidem genus, differentia vero alterum. Si igitur genus ſimpliciter non eſt præter
eas, quę vt generis ſpecies ſunt, aut ſi eſt quidem, ſed tanquam materia eſt (vox namque genus & materia,
differentię

differentiæ autem species, & elementa quoque ex hac faciunt) manifestum est quòd definitio est ex differentijs ratio. At vero oportet etiam diuidi differentia differentiam, vtputa animalis differentia est pedes habere, rursus animalis pedes habentis differentiam scire oportet, prout pedes habet, quare non est dicendum pedes habentis aliud plumiferum, aliud implume, si bene dicatur (verum quia non potest, faciet hoc) sed si aliud fissos, aliud non fissos pedes habens. hæ enim pedis differentiæ sunt. fissio namque pedum aliqua qualitas est, & sic semper procedi vult, donec ad indifferentia deueniatur. tum autem tot pedis species erunt, quot differentiæ, & pedes habentia animalia æqualia differentijs. Si igitur hæc ita se habeant, f manifestum est quòd vltima differentia rei substantia erit, & definitio, siquidem non oportet crebro eadem in definitionibus dicere: superfluum namque est. Accidit autem hoc. cum enim animal pedes habens, bipes dicat, nihil aliud dixit, nisi animal pedes habens, duos pedes habens, & si hoc propria diuisione diuidat, crebro & æqualiter, ac differentias dicet. Si igitur differentiæ differentia fiat, vna, quæ vltima est, erit species & substantia. Si autem secundum accidens, vt si diuidat habentis pedes, aliud album, aliud nigrum, tot quot sunt sectiones. Quare manifestum est quòd definitio est ratio, quæ ex differentijs est, & ex harum vltima secundum rectum. Patet autem hoc, si quis transponat tales definitiones, vtputa hominis, dicens animal bipes, habens pedes, superfluum enim est habens pedes, dicto bipede, g ordo vero non est in substantia, quo namque modo intelligere oportet, hoc quidem prius, illud vero posterius? De his igitur definitionibus quæ secundum diuisiones fiunt, quales quædam sunt, hactenus dicta sint.

ADNOTATIONES.

QVATENVS a *in Analyt.* Proponit hoc loco velle dissoluere quæstionem motam etiam in Analyt. ibi autem non dissolutam: quomodo definitio vnum contineat, cum tamen plura afferri soleant in definitione. Quæ dubitatio non erat ibi dissoluenda, sed hoc loco, & primo philosopho: cum pro huius rei explicatione requireretur cognitio de materia & forma; quomodo simul vniantur in vna natura: quæ consideratio confert ad notitiam habendam substantiæ: ita enim natura quiditatis magis apparet: nec non cognoscitur, in quonam primo consistat esse rei, & a quo pendeat præcipue eius cognitio: & quomodo multa a generante in vnam fiant naturam. Hinc autem colligitur, & libros Analyticos esse Aristotelis, & vicissim hos alios, qui pertinent ad primam philosophiam. b *Simul namque contrariorum idem participaret.* Hæc dubitatio quoque fuit a Porphyrio in tractatu de Differentia, quomodo genus cōtrarias differentias participet, & dissoluit ibi Porphyrius dicendo, ꝙ differentiæ sunt potentia in genere, & non actu. Quod & Aristoteles intulit hoc loco dicens: ꝙ si genus est præter species, erit vt materia, & ita potentia erit: potentia autem contraria esse in eodem non inconuenit: sicuti negandum est, ꝙ differentiæ, quæ habent rationem contrarietatis, participentur a genere simul actu. c *Sic enim omnibus erit vnum.* His verbis apud Alexandrum, & apud alios interpretes adduntur hæc alia. *non enim quia insunt, unum sunt*: quæ desiderantur in græco Codice: neque Perionius illa habet in sua translatione: quæ tamen videntur subintelligenda esse., & optime quadrare, vt hoc inferatur. si quis velit dicere, ꝙ plures differentiæ sint vnum, quoniam insunt vni, poterit etiam dici, ꝙ omnia erunt vnum: vtputa, omnia prædicamenta vnum, quoniam omnia insunt substantię. Contra quam sententiam disputat Aristoteles lib. 1. Physicorum aduersus Parmenidem & Melissum, qui ponebant vnum principium esse omnia. Auerroes autem inquit: sic mundus fieret vnus essentialiter, quoniam omnia sunt in cœlo. d *Oportet autem primo considerare.* Pro explicanda quæstione proposita, quomodo definitio sit dicens vnum; statuit primo considerari debere, iuxta ordinem diuisionis, quomodo se habeat definitio, vt ex ipsa elucescat (si recte diuisio instituatur) ꝙ vltima differentia complectitur totum esse rei: tam & si alia quoque ad essentiam quiditatis in eo includantur. Dicit autem primo considerandum esse, penes propositam quæstionem, de ordine circa diuisiones obseruando. siquidem & aliqua alia subinferentur: sicuti in lib 8. in calce libri, iuxta modum generantis, explicatius etiam dissoluetur præsens dubitatio. Ita autem hoc loco considerat diuisiones faciendas pro definitionibus, vt explicet, quomodo sit procedendum in sumendis differentijs. e *Et omnino nihil differt per multa, an per pauca uel per duo, duorum uero hoc quidem differentia, illud uero genus.* Sic vertenda quæ in græco Codice habentur hunc in modū, ὅλως δ' οὐδὲν διαφέρει διὰ πολλῶν, ἢ δι' ὀλίγων ἢ διὰ δυοῖν· τοῖν δ' υοῖν δ', τὸ μὲν διαφορὰ τὸ δὲ γένος. Alexāder autē alia adiungit verba, vt habetur apud eius interpretem, qui ita legit: *omnino nihil interest per multa, an per pauca dicatur quare neque etsi per pauca, per pauciora etiam, quàm duo dicatur ubi alterum erit differentia, alterum genus.* Bessario eandem lectionem sequitur: nisi quòd reticet verba illa secundo loco apud interpretem Alexandri repetita: *& si per pauca*: ita enim ipse habet. *& omnino nihil differt per multa, an per pauca dicatur: neque utique per pauciora, quàm duo, duorum uero hoc quidem genus, hoc uero differentia.* Omnino vult hoc Aristoteles, ꝙ sat sit in diuisione accipere tantummodo duo pro definitione astruenda, nempe genus, & differentiam vltimam & indiuiduam. Et cum subiungit, *si igitur genus simpliciter non est, præter eas, quæ ut generis species sunt.* Vult etiam manifestare, ꝙ sola differentia vltima complectitur totam quiditatem rei. Et iuxta hanc considerationem, haberet locum lectio prædicti Alexandri, & aliorum qui ita habent: *neque utique per pauciora etiam, quàm duo*: vt ita innuatur sufficere

... nem, nempe vltimam differentiam. Alexander autem dictum illud, quòd genus non ſit ſimpli- Alexand.
... ter ſpecies ipſius generis, cenſet pertinere ad opinionem ponentium ideas, quæ eſſent præter
... s. Verum videtur poſſe etiam intelligi, quòd non ſit genus præter ſpecies iuxta dictum
... primo de Anima; quod animal vt vniuerſale, aut nihil eſt, aut quid poſterius. Et de hoc Ariſto-
... putat cap. ſequenti. Ita autem videtur procedere ſermo Ariſtotelis, quòd ſi genus ſimpliciter
... præter ſuas ſpecies; vtique hac ratione non eſſet aliquid præter ipſas: ſi autem eſt præter ſpecies;
... dicere ꝙ ſit in illis in potentia, tanquam materia, cum non poſſit eſſe actu ſeorſum a ſpecie-
... & conſequenter ex genere, quod eſt potentia, & ex differentia terminante dictam potentiam, non
... duo, ſed vnum tantum, quod actu in ipſa differentia contentum erit: & ita apparebit,
... modo multa, quæ in definitione accipiantur, ad vnam tantam naturam pertineant ab vltima & in-
... differentia comprehenſam. Inquit autem Alexander, hanc quæſtionem ſolutam eſſe in lib. Alexand.
de Anima: vbi dicitur, non eſſe quærendum, quomodo ex materia & forma fiat vnum. Verum hoc lo-
co explicatius id habetur, & in lib. ſequenti: dum conſideratur quid importet differentia: & quomodo
... ſola ſufficiat. De hac etiam re attigit Porphyrius, dum dixit in tractatu de Genere, quòd omnia Porphyr.
conſtabant ex materia & forma: ſeu ex genere & differentia. Quòd autem dicit Alexander hoc loco, Alexand.
ꝙ Ariſtoteles in lib. de Demonſtratione teſtatus eſt, ꝙ omnes differentiæ vna cum genere habent ratio-
nem materiæ excepta vltima: id quidem falſum eſt, neque hoc inuenitur dictũ in Analyt. Vnde & hoc
proferens Alexander, dixit, ſi recte memini; vt omnino eius error obliuioni ſit tribuendus. Sed potius
in lib. de Enunciatione aliqua huius rei mentio facta eſt: cum dicitur in homine præexiſtere differen-
tias priores, vt non oporteat illas repetere: & hoc in tractatu quod ibi habetur, quæ nam ſit vna oratio.
Circa autem illa verba, *vox namque genus & materia*. laborat D. Thomas, quomodo vox, de qua eſt D. Tho.
ſermo hoc loco, & abſolute quomodo genus poſſit eſſe materia; exiſtimans ipſe non poſſe dici (vt dici
non poteſt) ꝙ homo ſit caro: ſicuti dicitur quòd ſit animal. Verum dicendum eſt, ꝙ genus refert con-
ceptum quendam vnius naturæ, ſecundum quem dicitur de pluribus: non eſt autem materia, vt caro,
aut vt os reſpectu animalis: ſed eſt vt materia intelligibilis, quatenus potentia eſt: vt puta ꝙ animal fiat
homo, aut bos: & ita animal relatum ad hanc differentiam rationale, vel ad aliam, a qua limitetur: dici-
tur eſſe potentia; & ita ſe habet vt materia. Dicit autem genus, vt puta animal, conceptum exiſtentem in
potentia ad actum formæ ſpecificæ, vt pertineat ad ipſum quod quid erat eſſe, dicens quidem ipſum
potentia & non actu. Partes autem materiales non ſunt huiuſmodi, ſed vt vehiculum ipſius formæ exi-
ſtunt non pertinentes ad quiditatem. [f] *Manifeſtum eſt quòd vltima differentia rei ſubſtantia erit, &
definitio*. Habet hoc loco, ꝙ vltima differentia ipſius ſpeciei continet formam, & eſt ſubſtantia rei, &
definitio. Quod iure dictum eſt, cum ſupra oſtenſum ſit, formam præcipuam eſſe ſubſtantiam: vnde,
ſi differentia eſt forma, erit vtique & ſubſtantia rei. Animaduertit autem diuiſionem eſſe faciendam
... per differentias ſecundum rectum: ideſt, ſecundum rectum modum definiendi; vt exponit Ale- Alexand.
xander, & Auerroes. At D. Thomas ita explicat, ꝙ non ſit ſecundum accidens diuiſio, tanquam a latere: Auer.
& ... procedatur ſecundum rectum a communiori ad minus commune. dum autem diuiditur diffe- D.Tho.
rentia per ſua eſſentialia, ſic peruenietur ad vltimam, in qua conuenit perſiſtere, omittendo alias, quæ
... untur in ipſa, ne fiat repetitio eiuſdem: quod dictum habetur etiam (vt adnotatum eſt antea)
... de Enunciatione. Hoc autem incõmodum euitatur, ſi differentiæ eſſentiales rerum accipiantur,
& communiores præponantur; & ita ad eas perueniatur quæ ſint vltimæ, in quibus etiam anteriores in-
... entur: vt ita pateat, ſufficere poſſe vltimam differentiam ad ſubſtantiam rei complectendam, & ef-
... endam. [g] *Ordo vero non eſt in ſubſtantia*. Quoniam tranſpoſuerat differentias dicendo, animal
bipes pedeſtre, ad hoc vt induceret, ꝙ ſat eſt accipere vltimam differentiam; & quia dicere potuiſſet ali-
quis, ita mutari ordinem differẽtiarum, & propterea ſequi ipſarum ſuperfluam repetitionem: ideo huic
... obiectioni reſpondens, inquit: in ſubſtantia non eſſe ordinem, vt aliquid prius, & aliquid poſte-
rius in ipſa ſit. Et ratio huius eſt: quoniam ſubſtantia eſt hoc aliquid vnum: & licet cogitatione intel-
ligamus pedeſtre prius quàm tale pedeſtre: attamen in re ipſa non eſt pedeſtre, niſi limitatum ad aliam
conditionem differentiæ, quæ ſit actu: & ideo magis apparet abſurdum, ſi repetantur quæ includi poſ-
ſunt in vltima differẽtia: ſicuti poſtpoſito pedeſtri ad bipes, id clare perſpicietur; cum pedeſtre ſit pedes
habens; bipes autem continet pedes duos, & cum ipſis pedeſtre. Quæſtio autem, quæ hoc loco agita-
tur, quomodo genus prædicabitur de ſpecie: quoniam, ſi non eſt niſi vt materia, videbitur quòd tan-
quam pars de tota ſpecie dicatur: facile diſſoluitur, dicendo, ꝙ animal ſecundum conceptum commu-
nem, qui conuenit omnibus eius ſpeciebus, prædicatur de homine: neque refert, quòd homo non ſit id
ſolum, quod eſt genus, nempe animal: ſed & quid aliud, quia eſt tale animal, tali differentia affectum. ſi-
mul etiam genus eſt pars eſſentiæ ipſius hominis, pars nempe, veluti materialis pertinens ad integrita-
tem hominis, cuius natura in genere non diſtincte tamen continetur. Etenim & differentia dicitur de
ſpecie ſecundum partem vltimam eſſentiæ ipſius ſpeciei, vt non ſit & ipſa totum eſſe hominis, quate-
nus diſtinguitur a genere, vt actus a potentia diſtinguitur. Aduertendum autem, quòd genus vt puta
animal, eſt quid compoſitum ex materia & forma, vt ſit ſubſtãtia, vti etiam indiuiduum, ſed modo vni-
uerſali ſe habens: quemadmodum dixit Ariſtoteles in cap. præcedenti, quòd homo, & animal ſunt vt
ſphæra ænea in vniuerſali ſumpta: & ob hanc rationem, quoniam ſpecies & genera pertinent ad eſſen-
tiam indiuiduarum primarum ſubſtantiarum, ponuntur & ipſa in prædicamento ſubſtantiæ, vti ſecun-
dæ ſub-

dæ substantiæ. Nunquam autem genus ita est pars speciei, neque differentia, vt dicant materiam inesse debeat forma:sed concernunt essentiam;genus quidem, vt pars potentia existens essen... rentia autem, vt pars in actu consistens eadem essentia: in qua deinde includitur id, quod po... genere reperitur: sicuti in ipso rationali, seu in hac differentia, capax scientiæ, continetur qu... mal:non tamen actu, nisi quatenus est eiusmodi, vt sit scientiæ capax, aut alio modo determin... bens:licet conceptiones generis distinguantur a conceptionibus differentiarum in mente: qu... est in re. Vnde dixit Aristoteles, genus simpliciter non esse præter eius species: aut si est, esse... tentia, & tanquam materia.

Vniuersale sumptum tum specie, tum genere substantiam esse non posse. Cap. XV.

PARAPHRASIS.

QVONIAM autem perscrutatio est de substantia, rursus redeamus, tanquam a capite ... dientes. Dicitur autem substantia, tum vt subiectum, tum quod quid erat esse, tum ... stans ex vtrisque, tum ipsum vniuersale. Et de duobus quidem iam actum est; nempe de ... so quod quid erat esse, & de subiecto: de quo dictum est, quòd duobus modis subijci... vt hoc aliquid existens, vt animal subiectum est passionibus: vel vt materia, quæ supponitur ipsi ... chiæ, & actui, seu formæ. Nunc modo agendum est de vniuersali: quod (vt sentiunt nonnulli ... me videtur causa & principium esse. Sed ex aduerso videtur impossibile, vt quidpiam eorum, quæ ... uersaliter dicuntur, sit substantia. siquidem prima substantia dicta hoc aliquid, est ea, quæ est cuius... & non inest alio: vniuersale autem commune est: hoc enim dicitur vniuersale, quod pluribus inesse ... tum est. Quærendum igitur, cuiusnam substantia erit hoc commune. Nam aut omnium, aut ... eorum de quibus dicitur, erit substantia. Atqui omnium esse non potest, cum substantia sit al... determinati. Et si dicitur, quòd sit vnius eorum, de quibus dicitur substantia: sic reliqua, quibus ... petit vniuersale, erunt hæc ipsa substantia, ad quam limitatum est vniuersale. siquidem per ante d... cta, quorum est vna substantia, & vnum quod quid erat esse, hæc sunt vnum; cum quod quid e... sit idem cum eo cuius est. Amplius substantia ita dicitur, vt non dicatur de subiecto: at vniue... citur de aliquo subiecto: vnde sequitur, quòd vniuersale non possit esse substantia prima, hoc ... existens. siquidem dici de subiecto, & non dici de subiecto simul non consistunt, cum sint op... Nunquid vero, si non contingit vniuersale esse quod quid erat esse, saltem inerit in ipso quod q... esse? sicuti animal est in homine, & equo? atqui hoc supposito, sequetur quòd ipsius vniuersalis ... qua oratio definitiua. Et non obstet in hoc, quòd non omnium eorum, quæ sint in substantia, ... tio definitiua; vt puta non supremi generis: nam omnino, & quod est huiusmodi erit substanti... ius: sicuti homo est substantia hominis, in quo inest. quare sequetur rursus iam deductum incon... erit enim ipsum vniuersale substantia eius, cuius est substantia: veluti animal, in qua specie ine... ei, vt propria eius substantia, ita vt alijs contentis sub vniuersali animali non possit esse commu... plius impossibile, & simul absurdum est, ipsum hoc aliquid, & substantiam, si constat ex quibus... stitui non ex substantijs, neque ex ipso quod est hoc aliquid: sed ex quali: vnde fiet, vt quod non e... stantia, ipsum scilicet quale, sit prius quàm substantia: & quàm ipsum hoc aliquid: quod est imposs... siquidem non est possibile, vt passiones substantiæ antecedant substantiam, vel definitione, vel te... re, vel generatione: ita enim essent separabiles, & per se subsistentes; quod esse nequit, vt patet ex di... antea. Amplius Socrati existenti substantiæ inerit substantia, & ita Socrates erit duabus substantijs ... stantia. Omnino autem & vniuersaliter, si homo est substantia, & quæcunque hunc in modum ... uersaliter dicuntur, continget nil eorum, quæ sunt in definitione alicuius, esse substantiam, nec ... aliquod subsistere seorsum, neque in alio esse. Quod est dicere, quòd non sit aliquod animal præter ... ticularia animalia: neque vllum aliud eorum, quæ in definitionibus assumuntur. Ex his itaque c... derando manifestum, quòd nullum eorum, quæ vniuersalia sunt, est substantia: & quòd nullum eo... quæ in communi prædicantur, significant hoc aliquid; sed tale. Quòd si id aliquis inficiari velit, & ... multa incommoda sequentur, & præter hæc, hoc ipsum; quòd detur tertius homo. Nam si vniuersa... lis homo est substantia: item Socrates, & Plato est substantia, sic quod commune est homini, & S... & Platoni, erit homo, in quo conuenient & vniuersalis homo, & singulares homines: vnde tertius ... mo constituitur. Amplius & idem hunc in modum manifestatur. siquidem impossibile est su... tiam constare ex substantijs inexistentibus, quæ sunt actu; nunquam enim quæ sint ita duo actu, ... vnum actu. quemadmodum, si duo erunt potentia, fiet vnum actu: veluti duplum actu constituitur v... ex duobus dimidijs potentia existentibus: actus enim in alijs, quæ non sint potentia, ad inuicem sepa... rat res, vt sit impossibile vnum actu existens simul componi cum alio actu existente. siquidem quod est ... actu, ab actu limitatur ut sit unum: unde implicat contradicentem sermonem dicere, quòd duo ... neant actu, & ex ipsis fiat unum actu: ex duobus autem potentia existentibus fieri vnum actu op... conuenit.

…e. Quare, si substantia est vnum actu, non construetur ex substantijs actu inexistẽtibus, & id qui… …e se habe. secundum modum dicendi Democriti, ipse enim ait, impossibile esse ex duobus …o …itur, vel ex vno fieri duo. siquidem ponit magnitudines indiuisibiles esse substantias. vnde manifestum est, ꝙ eodem modo res se habebit circa numerum, cum numerus sit quædam com… vnitatum: vt dicitur a nonnullis: vt propterea dicendum sit; ꝙ vel dualitas non est vnum: vel vni… u non est in dualitate. Verum ex his ita determinatis exurgit hæc dubitatio. Nam si neque possi… ex vniuersalibus vllam consistere substantiam: quoniam per vniuersalia significetur quale, & nõ … quid; neque etiam contingit vllam substantiam compositam esse ex substantijs, quæ sint actu, iá …mposita relinquetur omnis substantia: consequenter nullius erit substantiæ oratio definitiua. Atqui …idetur etiam alijs, & antea deductum est) aut solius substantiæ; aut saltem ipsius maxime est defi… …ed per ea, quæ in præsenti disputatione deducta sunt, videtur quòd neque substantiæ sit defini… non… nullius erit definitio; si non est substantiæ, cuius maxime esse videbatur. An dicendum, quòd al…uo modo erit definitio substantiæ? & alio quodam modo non erit? quod quomodo sit accipien… dum, ex sequentibus magis erit manifestum.

T E X T V S.

C…M autem de substantia consideratio sit, [a] rursus redeamus. Dicitur autem, sicuti subiectum substantia est, & quod quid erat esse, & quod ex his, & vniuersale. De duobus itaque dictum …it, etenim de ipso quid erat esse, & de subiecto, ꝙ dupliciter subijcitur, aut quod quid existens, vt animal passionibus: aut, vt materia actui. Videtur autem etiam vniuersale causa quibusdam esse maxime, ac esse principium ipsum vniuersale, quare de hoc etiam tractemus. Videtur namque impossibile substantiam esse quodcunque eorum, quæ vniuersaliter dicuntur. [b] Prima namque substantia vniuscuiusq;, quæ propria cuiusq; est, quæ alij non inest, vniuersale vero commune. hoc enim dicitur vniuersale, quod plu… …us natura aptum est inesse. Cuius igitur hoc erit substantia? aut enim omnium, aut nullius, omnium vero non est possibile; vnius autem si erit, cætera quoque hoc erunt, quorum enim substãtia vna & quod quid erat e… vnum, ipsa quoque vnum sunt. Item substantia dicitur, quod non de subiecto, [c] vniuersale vero de sub… …o aliquo dicitur semper. Sed vtrum ita quidem non contingit, vt quod quid erat esse? in ipso autem inest, …puta animal in homine, & equo. patet igitur ꝙ erit aliqua eius ratio, [d] differt autem nihil, si non omnium ratio est eorum, quæ in substantia sunt, etenim nihil minus hoc erit substantia alicuius, vt homo hominis, in q… existit. quare iterum idem accidit, erit enim substantia illius substantia, vt animal speciei, in qua vt pro… …um existit. [e] Item impossibile, ac inconueniens est ipsum quid & substantiã esse, si ex aliquibus non ex s…antijs, nec ex ipso quid est, sed ex quali. Prius namq; non substantia, & quale erit, quàm substantia, & … quid: quod impossibile est. nec ratione enim, nec tempore, nec generatione possibile est passiones priores … esse, essent namque separabiles. Item Socrati substantiæ inerit substantia: quare duobus erit sub… et omnino, si homo, & quæcunque ita dicuntur, substantia est, accidit nihil eorum, quæ in ratione …us substantiam esse, nec sine ipsis existere, nec in alio, dico autem vtputa non esse aliquid animal p…qua, nec vllum aliud eorum quæ in ratione sunt. Ex his itaque considerantibus patet nihil eorum, … vniuersaliter existunt, substantiam esse: nihilque eorum, quæ communiter prædicantur, quod quid, sed …significare. Quòd si non, & alia multa accidunt, [g] ac tertius homo. Item sic quoque patet. Impossibile …ub…tantiam ex substantijs esse, quæ sic insunt, vt est actu, quæ enim duo sic actu sunt, nunquam vnum …sunt, sed si potentia duo sunt, erunt vnum: vt duplum ex duobus dimidijs potentia, actus namque se… …at. Quare, si substantia vnum, non erit ex substantijs inexistentibus, & secundum hunc modum, [h] quem … Democritus dicit, impossibile enim ait esse ex duobus vnum, aut ex vno duo fieri, magnitudines nam… …e indiuisibiles substantias facit. Patet igitur ꝙ similiter & de numero se habebit, si numerus quidem com… …io vnitatum est, vt a quibusdam dicitur, aut enim non est vnum dualitas, aut non inest in ea vnitas …ctu. Habet autem quod accidit dubitationem. Si enim nec ex vniuersalibus possibile est vllam substantiam e… propterea quòd tale, & non quod quid significant, nec ex substantijs actu contingit vllam substantiam c… cõpositam, quicquam incompositum erit profecto omnis substantia: quare neque ratio vllius substantiæ erit. At cunctis videtur, & iam dictum est, aut solius substantiæ, aut maxime definitionem esse: nunc vero nec huius: nullius igitur definitio erit. [i] An quodammodo quidem erit, quodammodo vero non, manifestum a…tem quod dicitur magis erit ex posterioribus.

A D N O T A T I O N E S.

RVRSVM [a] *redeamus*. Supra cap. 3. varia adducta fuerunt significata substantiæ: inter quæ erat quoque genus, & ipsum vniuersale pro specie specialissima acceptum. Cum autem actum sit de alijs significatis: vt puta de materia, & de ipso quod quid erat esse, quod pertinet ad formam, nec non de substantia quoque composita: nunc de ipso vniuersali pertractat Aristoteles, num sit substantia complectens in ipso & speciem, & genus. Et primo quidem consideratur vniuersale secundum modum logicum, vt est quid commune, quod prædicatur de pluribus. In cap. vero sequenti agitur de vniuersali secundum modum ideæ. Quòd

D.Tho. vero dicat hoc loco D. Thomas, quòd de substantia, vt est quid compositum ex materia & forma tractatur in lib. sequenti; id non videtur consentaneum, cum de ipsa substantia composita actum supra cap. 3. & dimissa sit vti res manifesta. Quòd vero nonnulli moueant quæstionem, num tertia entitas distincta a partibus componentibus ex hac occasione, quoniam quærat Aristoteles loco, num vniuersale sit substantia, quod prædicatur de prima substantia composita; rationi huiusmodi quæstionem agitarent in eo loco, vbi actum est, num totum sit aliud a partibus componentibus ipsum: de quo etiam habetur mentio in lib. 1. Physic. [b] *Prima namque substantia vnicuiusque, quæ propria cuiusque est, quæ alij non inest*. Adnotandum verba hæc: *quæ propria cuiusque est* (quæ habentur apud Alexandrum & omnes afferunt interpretes excepto Perionio, qui ea ticuit) desiderari in cod. græco: sine quibus potest sensus subsistere hic intentus ab Aristotele. Nam sat est dicere, quòd substantia est cuiusque rei determinatæ, & quæ alij non inest, ad inferendum quòd huiusmodi substantia est cuiusque propria, ita vt non possit esse alterius; & hæc communiter intelligitur substantia composita singularis. Verum nil refert id etiam intelligere de forma cuiusque, quam sæpius in hoc libro Aristoteles primam substantiam appellauit: sed vtcunque accipiatur, manifeste verum est, quòd vniuersale non potest esse huiusmodi substantia determinata, cum sit commune aptum prædicari de pluribus: ita dictum (secundum D.Thomam) quòd sit aptum prædicari de pluribus, propter species illas, quæ in vnico indiuiduo consistunt, vt Sol, & Luna: de quibus nullum vniuersale dicitur. Sed nil prohibet etiam intelligere, ita dictum esse ex communi vsu loquendi, quòd sit aptum vniuersale; idest, possit prædicari de pluribus. Quod autem vniuersale, est commune multis, non possit esse substantia indiuidua, aut forma particularis cuiusque, manifestum est. siquidem sequeretur quòd in vnoquoque eorum, de quibus dicitur, esset propria substantia: ita quodque singulare esset aliud singulare, quod est contra suppositum iam factum, quòd prima substantia est alicuius determinati, & non potest alij inesse; sed vniuscuiusque est propria. [c] *Vniuersale vero de subiecto*. Impossibile est idem esse quod dicitur de subiecto, & quod non dicitur de subiecto; sed vniuersale dicitur de subiecto, substantia autem non dicitur de subiecto; vnde deducitur

D.Tho. quòd vniuersale non est substantia. Sed dubitat D. Thomas: quoniam in prædicamentis non ablatum est a substantia, quin diceretur de subiecto. Et respondet huic dubitationi inquiens, ibi secundum logicam considerationem loquutus est Aristoteles: & considerauit secundum quòd in ratione, vt secundum acceptionem intellectus subsunt intentioni vniuersalitatis: & ideo secundum actum rationis dicitur, quòd prædicantur de subiecto: idest de substantia subsistente extra animam. At primus Philosophus considerat de rebus, vt sunt entia; & ideo apud eius considerationem differt esse in subiecto, & dici de subiecto; accipitur enim hic dici de subiecto, quòd est in se res, & inest alicuius subiecto existente in actu; & hoc impossibile est esse substantiam, quia sic haberet esse in subiecto. hæc D. Thomas. At diceret aliquis, ergo accidentia erunt substantiæ vniuersales; vt quæ insint subiecto, sicuti & vniuersale. Dicendum hæc haberi gratia disputationis: verum esse, quòd vniuersale non est prima substantia cuiusque; & tamen non tolli, qui sit etiam substantia secundum rationem vniuersalem, quæ a singulari limitatur substantia, in qua actus determinatus essendi reperitur. de qua re infra in fine lib. 13. apud nos. 11. determinabitur. [d] *Differt autem nihil, si non omnium ratio est eorum, quæ in substantia sunt*. His verbis remouet tacitam occurrentem obiectionem; quoniam scilicet omnium vniuersalium non sit definitio, quum suprema genera queant definiri, cum horum non sit genus: a quibus tamen ait non tolli, quin si insint in ipso quod quid erat esse rei, referant, & importent substantiam: licet non sint ipsa quod quid erat esse. Vnde prior dubitatio, quòd vniuersale quomodocunque acceptum pertinens ad substantiam rei, erit idem singulis indiuiduis: & consequenter, singulum indiuiduum habens in se naturam vniuersalis, erit quodque aliud indiuiduum: quod est maximum absurdum. [e] *Item impossibile, ac inconueniens est, ipsum quid, & substantiam esse, si ex aliquibus non ex substantijs, nec ex eo quod quid est, sed ex quali*. Hoc etiam est aliud inconueniens, quod deducitur ad hanc positionem, quòd vniuersale sit substantia. Nam quum vniuersale non significat hoc aliquid, sed quale: sequitur ꝙ ex non substantia, vt est ipsum quale, constituatur substantia. & ꝙ accidens erit prius substantia, cum ex ipso vniuersali quale significante constituatur: & illud, ex quo aliquid constituitur, prius sit eo, quod ex alio fit: & tamen oppositum est verum, ꝙ substantia est prior accidenti: *& cognitione, & tempore, & generatione*. quorum duo postrema D. Thomas pro eodem accipit, licet forte illud, *generatione*, possit referri ad id, quod dicitur prius natura: sicuti supra cap. 2. dicebatur, substantiam esse priorem accidentibus & cognitione, & tempore & natura. [f] *Et omnino si homo*. Græce habetur ἔλι..., ad *innuendum* quòd hoc loco colligit omnia, quæ iam deducta sunt ad improbandum, ꝙ, non detur substantia vniuersalis. Primo hoc: ꝙ nihil erit eorum, quæ ponuntur in definitione substantiæ alicuius: & hoc quoniam, vt deductum est, plura contenta sub vniuersali essent hæc talis substantia, adeo quòd singulum indiuiduum esset quodque aliud indiuiduum. Item non possunt esse seorsum ea, quæ significant quale, quoniam sic separata manerent a substantia, a qua tamen seorsum esse non possunt. Item neque in alio possunt esse: quod ita intelligendum est: non esse scilicet aliquod animal præter talia animalia: quoniam non potest actu substantia inesse Socrati actu substantia existenti: quoniam sic plures actu substantiæ in vna substantia essent. Aduer-

Alexand. tendum autem hoc loco ab Alexandro, hanc dictionem, *homo*, accipi pro indiuiduo: cuius expositioni

... repugnat, tum ipſa vox *homo*, tum quæ ſubiunguntur verba: *quod nil eorum, quæ in de ... , nullius erit ſubſtantia, neque ſeorſum vllum eſt:* hæc enim de indiuiduo nequaquam ... intelligi,ſed de ipſo vniuerſali. Illud vero *nec in alio*, interpretatur,ideſt in idea: quæ extorta ... eſt interpretatio. Nam proprie Ariſtoteles dubitat de his,quæ in definitione veniunt,quòd ... poſſunt dici vniuerſalia, & ſubſiſtant vt vniuerſalia. [g] *Ac tertius homo*. Si vniuerſale eſt ſubſtan... tertius homo præter Socratem & præter Platonem, & alios ſingulares homines, cumque ſimul hi ... conueniant in natura hominis, & homo quoque vniuerſalis ſit homo, hinc ſane videbitur conſtitui ... homo, qui erit communis tum ſingularibus hominibus, tum ipſi homini vniuerſali. Sed & ... quartus homo, & quintus hac ratione quoq; deduceretur; de quo abſurdo quoque in lib. I. dictum eſt ... contra aſſertores idearum. [h] *Et ſecundum hunc modum: quem recte Democritus dicit*. Inducit Democriti ſententiam quo ad hoc recte ſtatuentis: quòd impoſſibile ſit ex duobus actu fieri vnum: ſicut neque ex vno, quod ſit actu, fiunt duo: vnde ipſe conſtituebat magnitudines indiuiſibiles? & hoc (vt notauit Auerroes) quoniam intendebat tollere naturam continui, ex eo quòd ex duobus atomis non fieret vnum: neque ex vno plura: vnde non dari continuum deducebat. & quo ad hoc laudat Ariſtoteles dictum Democriti circa probationem deductam, quòd ex duobus actu non fieret vnum: neque ex vno, quod eſſet actu, poſſent duo eſſe ſimul actu. [i] *An quodã modo quidem erit, quodam modo vero non?* Ex eo quòd non poſſit conſtitui ſubſtantia ex actu ſubſtantijs, neque ex vniuerſali, quatenus per ipſum vniuerſale; ſignificatur quale, & non ſubſtantia hinc videtur deduci, relinqui ipſam ſubſtantiam tanquam quid incompoſitum: ex quo deinde ſequitur, quòd non erit ſubſtantiæ definitio, & conſequenter ſi ſubſtantiæ non eſt definitio, quòd omnino nullius erit definitio; cum iam in ſuperioribus ſtatutum ſit, aut ſolius ſubſtantiæ, aut maxime ipſius eſſe definitionem. Huic igitur magnæ dubitationi Ariſtoteles reſpondet percontando, num erit quodam modo, & quodam modo non erit? quod manifeſtandum, & dilucidandũ (inquit) erit ex poſterioribus ſermonibus. Circa quę inquit Alenſis: quòd patebit, quòd quodam modo ſubſtantia componitur ex ſubſtantijs, & quodam modo non componitur: quoniam non ex actu, ſed ex ſubſtantia in potentia componitur: vbi autem hoc fiat, non aperit. Alexander vero inquit: quòd erit quodam modo definitio, & quodam modo non erit. & de hoc inquit partim in hoc lib. partim in ſequenti agetur. At quomodo hęc tractentur, neq; ipſe explicat. D. Thomas ait, quòd erit manifeſtum in hoc capite & in lib. ſequenti, quòd quodam modo ſubſtantia eſt ex ſubſtantijs, quodam modo non: quoniam ſit ex ſubſtantijs in potentia, ſed non in actu. Sed proprius locus diſſolutionis huius quæſtionis videtur mihi eſſe in calce lib. 13. apud nos 11. vbi explicatur, quomodo poſſit eſſe ſcientia per ipſa vniuerſalia, licet potentia ſint in ſingularibus, & non actu: cum quo ſtabit, quòd ſubſtantia conſtituatur ex ſubſtantijs, non tamen actu ſubſtantijs exiſtentibus. Nam & ad hoc pertinent verba Ariſtotelis, quòd quodam modo erit definitio, & quodam modo non erit: quia erit ſecundum potentiam definitio, & non ſecundum quòd ſunt res in actu, de quibus ... una ſingularis & exacta, ſenſu, & ita per energiam quandam eſt percipienda.

Auer. Alenſis. Alexand. D.Tho.

... conſequentia ijs, qui ponunt ideas ſubſtantias ſeparatas, eaſdemque conſtituunt ex genere & differentijs. Cap. XVI.

PARAPHRASIS.



EX his autem quæ adducta ſunt circa vniuerſale, quod eſt quid commune quod prædicatur de multis; perſpicuum eſſe poteſt, quæ nam abſurda his etiam conſequantur, qui aſſerentes ideas eſſe, eas & dicunt ſubſtantias ſeparatas; & ſimul eaſdem conſtituunt ex genere & differentijs. Etenim ſuppoſito quòd ſint ideæ, & quòd animal inſit homini & equo: iam quęrendum eſt ab his, num vnum & idem numero erit animal in homine & in equo, an diuerſum? Nam quòd ratione ſit idem in vtroque, haud dubium eſt; quando in vtriuſque definitione animal aſſignatur. Atqui ſi datur homo, ipſum ſecundum ſe hoc aliquid & ſeparatum, neceſſe eſt & ea ex quibus conſtat, eſſe huiuſmodi: vt puta animal, & bipes hoc aliquid eſſe, & ſubſtantias, & per ſe ſeparatas: ſiquidem ſubſtantia non conſtituitur ex non ſubſtantijs; neque ſeparatum non niſi ex ſeparatis: tale igitur animal ad hominis conſtitutionem conueniet. De quo ſi dicatur, ꝙ vt in homine ſit idem & in equo, ita inexiſtens equo, vt tu tibi ipſi ines; iam quomodo poterit eſſe idem in his, quæ ſeorſum ſunt, & diſtincta inter ſe? quemadmodum eſt homo, & equus. & quomodo effugerint, quin ex hac ſuppoſitione concedãt, ꝙ idẽ etiam animal in illis diuerſis idem exiſtẽs, ſit & ſeorſum, & diuerſum a ſe ipſo: quatenus in diuerſis exiſtens & ſeiunctis, vt ſit a ſe ipſo quoque ſeiunctum, atque diuerſum, neceſſe ſit. Amplius ſi hoc idem animal particeps eſt bipedis & multipedis: aliquod etiã impoſſibile cõtingit, ꝙ eidẽ vni, & hoc quid exiſtenti inerunt contraria. Quòd ſi non eſt horũ contrariorũ particeps, iã erit aſſignãdus modus, quo quiſpiã dixerit, & ſimul hęc cõiunxerit, animal bipes, ambulãs. Nũ forte ſimul cõponuntur? aut tãguntur? aut ſunt ſimul permiſta? quæ omnia ſi aſſerantur, abſurda ſunt. Verum vt ab his abſurdis ſe vendicet aſſertor idearũ, inquiet fortaſſe; ꝙ animal erit aliud & diuerſum in vnoquoq;: aliud in homine; aliud in equo: & ſic de ſingulis alijs ideis, quarũ ſit genus. At tunc ſequetur ad hanc ſuppoſitionẽ infinita propemodũ

 eſſe ea,

esse ea, species scilicet innumeras, quorũ animal sit substantia, cũ in omnibus sit speciebus vt su[...] quandoquĩdem homo non constat ex animali secundum accidens. At quomodo mens id c[...] test, quòd eadem substantia sit infinitarum prope rerum diuersarum? Amplius & hoc seq[...] dum: quòd idem ipsum animal erit multa. Siquidem in vnoquoque animal est substãtia. no[...] mal de alio dicitur, per quod sit substantia. Alioquin, si dicatur quòd animal per aliud sit substa[...] hoc ipso alio constabit homo, & hoc erit hominis genus. Et adhuc ea omnia, ex quibus con[...] mo, sunt ideæ: quare non erit alterius quidem idea, alterius vero substantia, cum ideæ substantiæ [...] nantur: vt puta, quod idea sit animalis, non sit autem animalis substantia, sed alterius: hoc enim [...] possibile ad suppositionem factam ab assertoribus idearum: vnde relinquitur absurdum prius de[...] ctum; quòd animal idem ipsum erit vnumquodque eorum animalium, quæ insunt animalibus. A[...] plius, ex quonam ipsius animalis ipse homo constituetur? vt, cum sit animal quodque in diuersis ide[...] & ita diuersum, docendum sit, ex quo nam ipsius constituatur ipse homo? & quomodo ex ips[...] an[...] li constituatur? quis modus constitutionis? aut quomodo possibile est, quòd animal, quod est substa[...] hoc ipsum, sit præter ipsum animal? vti contingit, dum ponitur idem animal esse in diuersis ideis: [...] sequitur, vt & diuersum sit a se ipso: sicuti & prius deductum est. Amplius vero hæc absurda, & lo[...] ge ijs absurdiora sequuntur, si quis hanc disputationem instituat penes sensibilia. Vnde si impossi[...] est hæc ita se habere, vt deductum est sequi ad positionem idearum, concludendum igitur, non esse [...] sorum sensibilium ideam secundum modum, secundum quem nonnulli asserunt ideam.

T E X T V S.

EX [a] *his autem ipsis id etiam patet, quod accidit illis, qui ideas pariter substantias, & sepa[...] esse dicunt: & pariter ex genere & differentijs faciunt formam. Si enim forma & animal in [...] mine sunt, & equo, aut vnum & idem numero sunt, aut alterum. ratione namque patet ꝙ vnu[...] eandem enim exhibebit rationem, qui dicit in vtroque. Si itaque aliquis homo est ipsum p[...] quod quid, & separatum, necesse est, vt etiam illa, ex quibus (sicuti animal, & bipes) quòd quid signifi[...] & separata, ac substantiæ sint: quare & ipsum animal.* [b] *Si idem igitur, & vnum quiddam etiam in [...] sicuti tu tibi ipsi, quomodo in separatim existentibus vnum erit? & cur non etiam absque seipso erit [...] mal hoc? Deinde, si participabit quidem bipede & multipede, impossibile quiddam accidit. contrari[...] que simul inerunt ipsi vni, & huic quidem enti, sin minus, quis modus est, cum aliquis dicat animal [...] pes, aut pedestre esse? Sed fortassis componuntur, & tangunt, aut miscentur. At cuncta inconue[...] sunt. Sed diuersum in vnoquoque est. Infinita igitur, vt ita dicam, erunt, quorum substantia ani[...] non enim secundum accidens ex animali homo est. Item multa erit ipsum animal. nam & substan[...] mal est, quod in vnoquoque est.* [c] *non enim secundum aliud dicitur. Quòd si non ex illo erit homo, [...] nus eius illud. Ac item omnia, ex quibus homo, ideæ. non igitur alterius quidem idea erit, alteri[...] substantia, impossibile namque est, ipsum ergo animal erit vnumquodque eorum, quæ in animalibus [...] Item ex aliquo hoc ipso erit: & quomodo est ex ipso animali? aut quomodo est possibile esse animal [...] hoc ipsum substantia est, præter ipsum animal?* [d] *Item in sensibilibus & hæc accidunt, & his absur[...] Quòd si impossibile est ita se habere, patet quòd non est eorum idea ita, vt quidam aiunt.*

A D N O T A T I O N E S.

EX [a] *in his autem ipsis id etiam patet, quod accidit illis, qui ideas pariter substãtias & sepa[...] esse dicunt.* Hinc aperte colligitur, in cap. præcedenti non actum esse de ideis, vt aliqu[...] seruerunt: sed solum disputationem habitam circa vniuersale, quatenus est commune præ- dicatum iuxta modum logicũ. Ex qua disputatione, quoniam eadem de ideis & de vniu[...] sali dicere licet, ideo Aristoteles nunc infert, quæ consequuntur aduersus eos, qui ponebunt ide[...] stantias per se sensibilium, sed a sensibilibus separatas. Est autem hoc discrimen circa vniuersale, [...] ideas quo ad placita Aristotelis, vt ideas modo prædicto suppositas tollat: vniuersale autem conced[...] adhoc, vt per ipsum habeatur scientia rerum compositarum. Quomodo autem in singularibus [...] stat vniuersale potentia, in calce lib. 13. apud nos. 11. manifestabitur. [b] *Si idem igitur & vnum quid- dam etiam in equo, sicuti tu tibi ipsi.* Non mirum esse debet, cum poneretur idea ab assertoribus idea- rum, tanquam vnum quid existens singulare, quòd inferatur (quando animal competeret & equo, & boui, & homini, & alijs vt ideæ sunt) quòd idea animalis singularis eadem foret in his omnibus ideis: quod est maximum absurdum: ita enim sequeretur, ꝙ idem esset idea hominis, & idea equi, & aliorũ. [c] *Non enim secundum aliud dicitur.* Ait de animali, ꝙ vt idea est, & commune pluribus, non est substã- tia secundũ accidẽs. quod explicat per hęc verba: ꝙ non secũdũ aliud dicitur: quod est dictũ, ꝙ per aliud sit substantia, aut alteri inhęreat, quod sit substantia. Sicuti albũ dicitur substãtia, quoniã lignũ sit album nõ autẽ albedo est substãtia; sed lignũ: at animal per se substantia est, & nõ per aliud: & ita etiã interpre-
Alexand. tatur Alexander. [d] *Item in sensibilibus.* Ait hoc loco, ꝙ absurda deducta circa ideas, consistẽdo in ideis,
D.Tho. eadẽ etiã sequerẽtur, immo etiã absurdiora, si cõsiderarẽtur ideæ in ipsis sensibilibus, & relatę ad sensi-
Alensis. bilia. Et hoc (inquiũt D.Thomas & Alensis) quoniã ideę sunt entia magis remota: sensibilia autẽ habẽt

quid

... inus ſenſ..ati:quaſi hinc inferant,magis apparere poſſe abſurda circa ſenſibilia. Sed & dici po-... q... in ſenſibilibus contingeret in infinitis indiuiduis reperiri idem ſecundum eandem ſubſtan-... in omnibus:quaſi indiuiduum vnum eſſet idem,quod & aliud,abſolute ſecundum participationẽ ... & ita infinita eſſent idem,perinde ac vnum eſſent:cum tamen ſint diſtincta inter ſe indiuidua. ...terea eſſet oſtendendum,quomodo componantur ſenſibilia ſecundum genera,& ſecundum ſpecies ...rum.& huiuſmodi alia abſurda deduci poſſent,quæ maxime apparerent in ſenſibilibus:vti illis re-...bus,quorum habemus notitiam:quod non ita non contingit de ideis.

Corruptibilium, vt ſunt ſingularia, non haberi definitionem vere ſcientificam, ſed neque ſubſtantiæ ſingularis æternæ, & conſequenter neque idearum.
Cap. XVII.

PARAPHRASIS.

QVONIAM autem alia eſt ſubſtantia totum ipſum compoſitum;& alia eſt ratio quæ eſt definitio rei (ſiquidem totum eſt ſubſtantia huiuſmodi,vt in ipſa cum materia ſit ſimul ſumpta ratio,alia vero eſt abſolute ipſa ſola ratio,definitio non habens adiũctam materiam) idcirco animaduertendum,ꝙ ſubſtantiæ compoſitæ ſunt corruptioni obnoxiæ;ſicuti & generationi ſubijciuntur.ratio autem ipſa pertinens ad quid erat eſſe non eſt talis ſubſtantia,vt corrumpantur, cum huius quoque non ſit generatio;non enim fit ipſum eſſe domui:ſed huic particulari domui, quæ conſtituitur ex forma coniuncta cum materia:ipſum autem eſſe ſimpliciter non fit: ſed huiuſmodi & ſunt, & non ſunt abſque generatione & corruptione.oſtenſum enim eſt antea, quòd nullus huiuſmodi ſubſtantias generat,aut facit artifex. Propterea harum ſubſtantiarum ſenſibilium,quæ ſunt ſingulares,dicimus quòd neque eſt definitio,neque demonſtratio, & quòd habent materiam eius naturæ,quæ contingit & eſſe & non eſſe:vnde corruptilia ſunt omnia huiuſmodi ſingularia. Vnde,ſi tum demonſtratio,tum definitio faciens ſcire,ſunt rerum neceſſariarũ;& quemadmodum non cõtingit ſcientiam modo eſſe ſcientiam, modo ignorantiam (quoniam quod huiuſmodi eſt opinio eſt, & non ſcientia) ita etiam non contingit demonſtrationem & definitionem eſſe eorum,quæ aliter ſe habere poſſunt; propterea quòd horum,quæ contingit aliter ſe habere,eſt opinio,non demonſtratio, non definitio: ideo ſequitur,quòd corruptibilium non erit demonſtratio,neque definitio. Quòd patet ex hoc, quoniam corruptibilia non ſunt manifeſta his, qui ſcientiam habent de illis, cum primum ab eorum ſenſu abſcedunt:cum tamen ea,quorum eſt ſcientia,habenti ſcientiam ſint manifeſta. ſiquidem per ſcientiam ſcimus quòd ita ſe res habeat,cuius ſcientiam habemus. Sed accidit & hoc abſurdum (de quo etiam ... in Analyt.) ſiquis velit corruptibilium eſſe definitionem, quòd ſaluis in anima rationibus & definitionibus, quæ de ipſis habeantur ſingularibus corruptibilibus; non erit tamen amplius eorum demonſtratio, aut definitio; quoniam,cum abſceſſerit ſciens a ſenſu eorum,vltra non ſciet illa: & hæc corrumpi cum poſſint,corrupta cum fuerint,non amplius erunt entia comprehenſibilia,& conſequenter neque ſcibilia. Idcirco cautus eſſe debet circa definitionem, qui aliquid huiuſmodi ſingulare corruptibile definiat, vt non ignoret, huiuſmodi definitionem ſemper auferri:& deficere poſſe: vti & res, cuius ſit definitio,per corruptionem poteſt non eſſe. Neque enim contingit, vera & abſoluta definitione hæc talia definire, ſi definitio,quæ ſit faciens ſcire ſupponatur: quæ eſt eorum, quæ ſemper ita ſe habent,& non poſſunt aliter ſe habere: vti etiam dicitur de ijs,quæ ſciuntur per demonſtrationem:cum ſint eiuſdem habitus ſcientiæ,tũ definitio,tum demonſtratio. Ex his deducitur, ꝙ neq; idea poteſt definiri:ſiquidem & ipſa vt dicunt aſſertores idearum,eſt res ſingularis,& ſeparata. Quòd ſi quis contendat ex aduerſo; volens eam poſſe definiri, iam conſtituendum neceſſario erit,ex nominibus fore definitionem:neque vero nomina eſſe fingenda ad placitum definientis:ſiquidem huiuſmodi erunt ignota: cum tamen definitio pro re dilucidanda aſſignetur. Quòd ſi vt decet, nomina accipiantur conſueta, & iam recepta:hæc vtique erunt communia omnibus,quibus ſunt impoſita:quare oportebit, vt eadem nomina & multis alijs inſint, & non ſoli ideæ, quæ definiatur. Veluti, ſiquis te definiat eſſe animal gracile,aut album,aut aliud quid, quod & alij inerit. Quòd ſiquis dixerit, nil prohibere, quin omnia ſeorſum ſint communia,at ſimul ſumpta ſoli tali rei conuenire, iam ex aduerſo hæc dicemus. Primo quidem, quòd vtrique ex ſimul ſumptis conuenient, & non ſolum ipſi coniuncto: nempe animal bipes,tum animali,tum bipedi:animal animali;bipes bipedi inerit: & hoc præſertim in æternis. Et neceſſe quidem illa eſſe,nempe animal & bipes,cum ſint prima,& partes compoſiti:ſicuti & eadem etiam oportet eſſe ſeparabilia,cum & homo ſit ſeparabilis,qui ex illis eſt conſtitutus. Aut enim nihil,aut vtrũque oportet eſſe ſeparabile,tum animal,tum bipes:ꝙ ſi nihil horum ſit ſeparabile, iam non erit genus præter ſpecies,vt ſupponunt. At ſi ſit genus ſeparabile,etiã differẽtia erit. Itẽ genus & differentia,animal & bipes,erunt ſeparata,ſi eſt etiã ſeparatus homo.nam ipſo ſunt priora, vt quæ compoſitionem eius ingrediantur ita quidem, vt alijs ſublatis,non auferantur; quare & ſeparata erunt. Deinde etiam, ſi ex

ideis ideæ constituuntur; oportet eas, ex quibus aliæ sint, separabiles esse, vt quæ sint minus compositæ. Amplius vero (vt appareat definitionem dari non posse idearum, quin nomina conueniant etiam aliis, & non soli ideæ quæ definiatur) ex hoc deducitur: quoniam oportebit & illa, ex quibus constant ideæ, de pluribus prædicari: vt puta animal, & bipes. Quod si negetur, iam quomodo manifestabitur idea? enim erit aliqua idea, quæ non possit prædicari de pluribus quàm de vno. At hoc non videtur secundum ipsorum sententiam, cum omnis idea secundum ipsos sit participabilis. Latet igitur & ignorantes (vt patet per ea quæ dicta sunt) impossibile esse dari definitionem in sempiternis, in illis maxime, quæ sunt vnica, vt est Sol, & Luna. De quibus tentantes nonnulli tradere definitionem, peccant: non solum quia afferunt ea pro definitione, verbi gratia Solis, quibus ablatis adhuc Sol erit (veluti dicendo quòd ambiat terram, quòd nocte celetur) nam si steterit, vt non ambiat terram; vel si noctu apparuerit, iam non erit amplius Sol; quod absurdum est dicere; quippe Sol substantiam quandam significat: occultari autem noctu, accidens est: vnde per accidens non est definiendus. Verum etiam quoniam ea proferunt in definitione Solis, quæ & alij contingerent: vt siquis alius talis fieret, qui circumferatur, aut celetur, hic enim esset Sol: & ita communis vtrique definitio: & tamen suppositum est, quòd sit vnus & singularis Sol: sicuti Cleon, sicuti Socrates: vnde eius definitio afferri non potest. Sed cur nemo definitionem affert ideę? certe hoc est indicium, quòd ipsa nequit definiri. Quod si id aggrederentur facere, magis etiam appareret verum esse, quod nos asserimus: nempe, definitionem singularium & æternorum assignari non posse.

TEXTVS.

CVM autem substantia altera sit, ipsum scilicet totum, & ratio. dico autem quòd illa quidem substantia est cum materia simul accepta ratio, hæc vero ratio simpliciter. Quæcunque igitur illo modo dicuntur, eorum quidem est corruptio: nam & generatio. rationis autem non est ita corrumpatur. nec enim generatio est (non enim fit domui esse, sed huic domui) sed absque generatione, & corruptione sunt, & non sunt. ostensum est enim quòd nullus hæc generat, neque facit. [a] *Propterea etiam substantiarum sensibilium singularium neque definitio, neque demonstratio est, eo quòd habent materiam, cuius natura talis est, vt esse & non esse contingat. quare corruptibilia sunt omnia singularia earum. Si igitur demonstratio, & definitio scientifica necessariorum est, & non contingit, sicuti neque scientiam, quandoque scientiam, quandoque ignorantiam esse, sed quod tale est opinio est, ita neque demonstrationem, neque definitionem, sed opinio est eius, quod contingit & aliter se habere, patet quòd neque demonstratio, neque definitio eorum est. corruptibilia namque non sunt manifesta his, qui scientiam habent, cum sensu abscesserint. & rationibus eisdem in animo seruatis non erit amplius neque definitio, neque demonstratio. Quare cum quis eorum, quæ ad* [b] *definitionem quicquam singularium definiat, oportet non ignorare quòd semper perimendum est. non enim contingit definire.* [c] *Nec vllam ideam est definire. singularis enim, vt aiunt, idea est, & separata. Necessarium autem ex nominibus rationem esse. nomen vero non faciet, qui definit. ignotum enim erit. quæ vero posita sunt, omnibus communia sunt. necesse est igitur & talia inesse. Et si quis te definiat, animal dicet gracile, aut album, aut aliquid aliud, quod & in alio. Quod si quis dicat nihil prohibere separatim quidem omnia multis, simul vero huic soli inesse, primum quidem, quòd etiam ambobus, vt animal bipes animali & bipedi. & hoc in sempiternis quidem etiam necesse est esse, cum priores existant, & partes compositi. at vero etiam separabilia, si hoc quidem, quod homo, separabile. nam aut nullum, aut ambo. Si igitur nullum, non erit genus præter species. quòd si erit, erit et differentia. deinde, quoniam priora ipso esse, hæc sane non vicissim perimuntur. Deinde, si ex ideis ideæ, minus profecto composita sunt, ex quibus. Item de multis oportebit etiam illa prædicari, ex quibus idea, vt animal & bipes. Quòd si non, quomodo scietur? erit namque aliqua idea, quam impossibile est de pluribus prædicari quàm de vno. non videtur autem, sed omnis idea videtur esse participabilis.* [d] *Quemadmodum igitur dictum est, latet quòd impossibile est in perpetuis definire, maxime vero quæcunque vnica sunt, vt Sol, aut Luna. Non solum enim in hoc peccant, quòd talia addunt, quibus ablatis, adhuc erit Sol, vt puta quod circuit terram, aut quod nocte absconditur (si enim steterit, aut apparuerit, non erit amplius Sol. at inconueniens est, si non. Sol enim substantiam quandam significat. Item quæcunque in alio contingunt, veluti* [e] *si alter fiat talis, patet quòd erit Sol. communis ergo ratio. at Sol singularium erat, sicut Cleon, aut Socrates. Cæterum cur nemo eorum definitionem profert ideæ? fiet enim profecto manifestum tentantibus, verum esse quod nunc dictum est.*

ADNOTATIONES.

PROPTEREA [a] *etiam substantiarum sensibilium singularium neque definitio.* Remouet hoc loco sensibiles substantias a definitione, quatenus sunt singulares. nam in vniuersali secundum formam, quæ inest singulari substantiæ cum additione etiam materiæ vniuersaliter acceptæ, quæ (vt talis) eadem semper esse supponitur, statutum est antea definitionem esse sensibilium: quod non potest dici de singularibus indiuiduis; quoniam horum materia est eiusmodi, vt possint deficere; & ideo non erit horum definitio: quod quidem ostenditur ab Aristotele per deductionem

... ad impoſſibile ex ſuppoſitionibus traditis in Analyt. Veluti ex hoc primum, quòd demonſtratio & definitio ſunt neceſſariorum ita quidem, vt quæ demonſtrantur & definiuntur, non poſſint aliter habere. ex quo deducitur, quòd, ſicuti eſt impoſſibile quòd ſcientia ſit ſimul & ſcientia, & ignorantia, ſic impoſſibile eſt demonſtrationem & definitionem eſſe, & quòd non ſint ea, quorum ſit definitio & demonſtratio; huiuſmodi autem ſunt ſingularia ſenſibilia, quæ deficiunt: quare horum non ... definitio. Siquidem implicat contrarietatem ſermonis, dicere quòd ſit definitio, & quòd ſint corruptibilia ea, quorum ſit definitio: nam definitio proprie accepta concernit ſcientiam immutabilem; ... autem ſingularium cognitio eſt mutabilis, & corruptioni obnoxia, cũ deficere poſſint ſingularia ita quidem, vt cum ab eorum ſenſu diſceſſerimus, non ſint vltra futura nobis manifeſta, quandoquidem non poſſit eſſe eorum, quæ ſint corrupta; & ſingularia non niſi per ſenſum cognoſcuntur. Adde quòd non poſſit ſingularium corruptibilium eſſe definitio, patefit ex hoc etiam, quod deductum eſt in Analyt. ſequeretur enim ꝙ ſaluis in mente rationibus, ſeu definitionibus ſingularium, attamen ... eſſet amplius ipſorum definitio; quando (vti corruptibilia) iam defeciſſent. Non erit igitur ſingularium corruptibilium definitio ſcientifica: ita appellata ab Ariſtotele, vt quæ conueniat cum demõſtratione, quæ ſimpliciter facit ſcire: quemadmodum & vtraque eſt neceſſariorum, & eorum, quæ non poſſunt aliter ſe habere: alioquin eſſet opinio, & non ſcientia circa ea, quæ poſſent aliter ſe habere. [b] *Quare cum quis eorum, quæ ad definitionem quicquam ſingularium definiat*. Dicet aliquis, non vult Ariſtoteles eſſe definitionem ſingularium corruptibilium: at quomodo dicit: *cum quis definiat quicquã ſingulare?* ita enim videtur ſupponere, ꝙ ſingularium ſit definitio. Ideo dicendum, huiuſmodi definitionem non fore ſcientificam: vnde ſubiungit: quòd oportet non ignorare, poſſe tolli huiuſmodi definitionem de ſingulari aſſignatam: & ꝙ non poteſt definiri; nempe ſecundum definitionem ſcientificam: qua ſtatuitur talis eſſe natura rei quæ definitur, vt immutabiliter ſe habeat. Sed rurſus quiſpiam dubitabit: ſi definitur ſingulare, ergo eius cognitio percepta erit ab intellectu, ad quem pertinet hoc munus definiendi. Ad hoc dicendum, ꝙ huiuſmodi definitio, & ſi ſit de re ſingulari; attamen traditur per vniuerſalia, vt puta dicendo ꝙ Socrates eſt animal album, & gracile; quarum rerum, quatenus ſunt in Socrate, ſenſu cognitio habetur: in vniuerſali autem explicantur, quatenus ſunt communia pluribus. Sed & dicendum, ꝙ non proprie erit hæc cognitio intellectiua, quando, ſalua in mente huiuſmodi definitione habita de Socrate, iuxta dicta antea, non habebitur amplius rei cognitio quæ deficere poteſt. Vel dicamus quòd intellectus in definitione ſingularis ſubſtantiæ, vt eſt Socrates, ipſum percipiet ſub vniuerſali ratione indiuidui, vt eſt ſubſtantia per ſe ſubſiſtens; & prædicata ſimiliter de ipſo comprehẽdet ... ratione vniuerſali: ſenſus autem hæc eadem in actu percipiet: & vtraque operatio fit ab homine ijs medijs potentijs. In illis autem indiuiduis, quæ in vnico ſingulari conſeruantur ſecundum ſpeciem, vt fertur de fœnice: poteſt aſſignari definitio ſecundum communem illam naturam, quæ ſingulo ... conuenit, & ita erit ſecundum modum vniuerſalem de huiuſmodi definitio. Quemadmodum ... 1 lib. poſt. Analyt. dicebat Ariſtoteles, ꝙ & ſi eſſet vnus ſolus triangulus æquilaterus: de ipſo, quatenus eſt triangulus, habenda eſſet demonſtratio ſecundum modum vniuerſalem. [c] *Nec vllam ... definire*. Prædicta de ſingularibus corruptibilibus transfert Ariſtoteles ad probandum, quòd nulla idea poteſt definiri. & huc probatio tendit: quoniam ſcilicet, ſi definiretur idea, per ea quæ alijs competunt, definiretur: conſequenter talis idea non eſſet propria cuiuſque, vt ſupponũt aſſertores idearum: quoniam eadem pluribus conueniret vt communis pluribus. Quòd autem conueniret idea alijs ... ſi definiretur, ita manifeſtatur. ſit enim ideæ hominis hæc definitio: animal bipes: proinde hæc conueniet cum ideæ ipſius hominis, tum etiam ideę animalis, & bipedis: ſiquidem, vt ſunt ideæ animal & bipes, ſunt ſeparata ab alijs, & per ſe ſubſiſtũt: vnde ſi eſt & animal, & bipes ſeorſum vtrumque idea, & ipſi homini conuenit animal bipes: ſic idem pluribus commune erit: nempe & homini, vt eſt idea, & animali, & bipedi, vt ſunt ideæ ſeparatæ. Sed & ꝙ animal & bipes ſint ſeparata ab idea hominis, patet: quoniam ſunt priora quàm idea hominis, quæ ex illis componitur: & ideo ſunt ſeparabilia ab hominis idea. alioquin, non erit præter ſpecies genus: & ita non definiretur idea, quæ non haberet genus. Si autem genus eſt ſeparabile, ergo & differentia. Idem etiam hunc in modum probatur. Nam ſupponunt ex ideis ideas componi. ex quo ſequitur, vt minus compoſita ſint ea, ex quibus aliæ componuntur ideæ: ergo ea, ex quibus componuntur, erunt ſeparabilia, tanquam ea, quæ non tollantur alijs ablatis. Conſequenter deductum eſt, ꝙ idem competet pluribus, eadem ſcilicet idea, quod eſt contra ſuppoſitionem ipſorum. Sed & quòd neceſſe ſit ideam de pluribus dici, ſi accipitur in definitione ideæ patet; quoniam ſi definitio aſſignetur, oportet vt notis nominibus explicetur. huiuſmodi autem non niſi cõmunia afferri poſſunt: vnde patet ſuppoſitum. Ideo manet hoc confirmatum: ꝙ ſi eſt definitio ideæ, eadem erit participata a pluribus; & cum ſit ſingularis quæque idea; ita fiet (vt dictum eſt etiam de ſingularibus corruptibilibus) ꝙ vnaquæque idea participans ideam ſit eadem, & ſingularis cum alia participante eandem ideam, quod eſt contra ſuppoſitionem idearum, quæ ſingulæ dicuntur eſſe ſeparatæ. Aduertendum autem ſupra cap. 6. deductum fuiſſe tanquam abſurdum, quòd ideæ participarentur. At hoc loco ſupponitur ideas participari, ſi definiuntur, quod videtur oppoſitum alio dicto. Sed dicendum ibi cap. 6. deductum, ꝙ non poſſunt participare ideæ naturam ſenſibilium: hic autem eſt ſermo de ideis, ꝙ ſi definirentur, per ideas definirentur: & conſequenter neceſſario ideæ participarent ideas, per quas definirentur, cum omne participet illud, quod ingreditur eius definitionem. [d] *Quemadmodum igitur*

igitur dictum est. Ex deductis, quibus probatum est non posse definiri ideas; concludit l... dicant definiri posse ideas; latere inquam illos, q; est impossibile definiri æterna: præte... tim. Et ratio huius est: quoniam (vt sunt singularia) non habent naturam communem pluri... tem non potest haberi sine genere, quod est commune pluribus: vnde natura singula... æterna, sola simplici apprehensione est concipienda, & non definitione, quæ suppon... plicantem. Et ideo docet Aristoteles infra lib. 9. q; simplicium cognitio, alia via, quàm... nem est habenda. Hinc neque cœlum definitur, nisi q; dicitur, q; non est aut naturæ grau... vel q; sit ingenerabile, inalterabile, quod pluribus motibus cieatur; non autem proprie defi... consona sunt hæc his, quæ habentur infra lib. 14. apud nos 12. cap. 1. q; ipsius substanti... æter... sunt elementa, ex quibus inexistentibus constent. Et ideo quoque in lib. 12. apud nos postre... traduntur principia & elementa huius vniuersi, non traduntur vlla intrinseca principia, ex q... stituatur cœlum; sed solum ex quibus constituantur sensibilia corruptibilia. Quo autem ad... causa mouens sub ratione causæ finalis etiam de ipso traditur vna cum substantijs abstractis pr... tibus cœlorum & astrorum lationibus. Si autem eodem libro affertur definitio Dei, qui est... & purus actus simplicissimus; dicendum per ea quæ nobis sunt manifesta, ex his nostrat... libus construi quandam de Deo explicationem, cum tamen eius natura sit inexplicabilis, vt... est incomprehensibilis. [e] *Si aliter fiat talis*. Est sermo de sole, quod non possit definiri, ne... finiatur, dicendo q; sit ambiens terram, quoniam si fieret alter talis, idem ipsi competeret. quo...

D.Tho. cat D. Thomas dicens: si fieret corpus habens talem formam, & speciem; palam quòd erit So...

Alexand xander ita: si essent plures mundi iuxta opinionem Democriti, etiam in illis Sol ambiret ter... facilius hunc in modum vniuersaliter explicando: si quis fieret talis, vt ambiret terram, hic iu... descriptionem datam de Sole, esset pariter Sol: & tamen supponitur q; est singularis: vnde ap... posse definiri singularia æterna; sed neque corruptibilia, vt talia sunt: sed tantum secundu... ipsorum vniuersalem.

Plurimas ex substantijs esse potentia, & non actu: & de vno & ente, quòd non sint substantiæ. Cap. XVIII.

PARAPHRASIS.



MANIFESTVM est etiam, q; eorum quæ videntur esse substantiæ, plurimæ sun... tes, atque potentiæ, non actu subsistentes; inter quas sunt & partes animalium: qu... nulla est separata: sed in toto animali consistunt: & quando sint separatæ, tunc quoq... nes sunt vt materia, & terra, & ignis, & aqua, & aer: nullum enim enim horum ele... in dictis partibus separatis inexistentium est quid vnum; sed sunt veluti cumulus rerum, priusq... uicem digerantur, & fiat ex ipsis vnum. Maxime autem quis existimaret partes animatorum... animæ prope fieri vtrumque genus, vt sint & potentia, & actu: ex eo q; habeant principia... aliquo in ipsis iuncturis: vnde & dissecta viuunt nonnulla animalia. Verumtamen omnia erunt... tia, quando fuerit vnum & continuum natura: sed non vi, vt in fractis cruribus contingit, aut co... ne, vt in digitis adnatis: huiusmodi enim erit læsio quædam: & ideo harum partium ratio erit d... partibus secundum naturam in vna continuatione coniunctis.

Quoniam autem vnum dicitur sicut & ens; & substantia quæ est vnius, est vna: & quorum est v... stantia numero, id vnum est numero; manifestum q; neque vnum, neque ens contingit esse su... rerum: quemadmodum neque elementum neque principium: sed ad hæc nomina semper... quirimus, quidnam sit hoc nomen, principium, vt ad aliquid notius deueniamus. Verumtame... magis accedit ad naturam substantiæ vnum & ens, quàm elementum, aut principium, aut causa... quam neque hæc, neque vllum aliud commune sit substantia. siquidem substantia nulli alij ine... sibi, & habenti substantiam: at quod commune est, pluribus inest. Amplius, quod vnum numero simul esse nequit in pluribus locis: at quod commune est, pluribus in locis esse potest. vnde pate... nullum vniuersale præter ipsa singularia subsistit ab ipsis separatum. Qui vero aiunt ideas esse, ... rectè dicunt, q; constituunt ideas separatas: siquidem sunt substantiæ; vnde & separabiles esse d... Non autem in hoc rectè dicunt, q; ponunt vnam ideam in pluribus existentem, cum tamen vna substantia separata, non possit esse nisi vna, & in vno. in causa autem est, quoniam non habent qu... dò explicent, quænam sint hæ substantiæ incorruptibiles, nisi pro harum explicatione afferant, ... substantias has sensibiles singulares, has enim nouimus: vnde eiusdem speciei cum his corruptib... faciunt ideas, ipsum hominem, ipsum equum, addentes his sensibilibus hanc dictionem, ipsum... tamen etsi astra non vidissemus, nihil minus censendum est, q; essent substátiæ æternæ præter illas, ... sciremus. Quare & nunc, etsi non tenemus quænam sint, attamen forte necessarium est quasdam æternas substantias a sensibilibus omnino seiunctas. Quòd quidem igitur nullum dictum vniuersale substantia; & q; ex substantijs actu existentibus nulla substantia constituatur, manifestum est.

TEXTVS.

MANIFESTVM [a] autem eſt quòd etiam eorum quæ videntur eſſe ſubſtantiæ, plures potentiæ & partes animalium ſunt. nihil enim eorum ſeparatum eſt. cum autem ſepararentur, tum etiam vt materia omnia, terra, ignis, & aer. nihil enim eorum vnum eſt, ſed quaſi cumulus, antequam concoquantur, & ex eis vnum fiat. [b] Maxime autem aliquis animatorum partes putauerit & animæ propinquas ambas fieri, vt ſint & actu, & potentia, eo quòd principia motus ab aliquo habent: quare quædam animalia diuiſa viuunt. ſed tamen potentia omnia erunt, cum vnum & continuum fuerit natura, ſed non vi, aut copulatione. tale namque læſio eſt. Cum autem vnum dicatur, sicut ens, & ſubſtantia vnius vna, & quorum vna numero vnum numero, [c] manifeſtum quòd neque vnum neque ens contingit ſubſtantiam eſſe rerum, ſicuti neque elemento eſſe, aut principio. ſed quærimus quid principium, vt ad notiora referamus. Magis igitur his ſubſtantia eſt ens & vnum, quàm principium & elementum, & cauſa. ſed necdum iſta, ſi nec aliud quidem commune vllum ſubſtantia eſt. nulli enim ſubſtantia niſi ſibi ipſi, & habenti eam, cuius ſubſtantia eſt. Item ipſum vnum in pluribus non erit ſimul: commune vero ſimul in pluribus eſt. Quare patet quòd nihil vniuerſalium ſeparatim præter singularia eſt. Sed qui formas dicunt, partim recte dicunt ſeparantes eas, ſi ſubſtantiæ quidem ſunt: partim non recte, quoniam vnam in multis formam dicunt. Cauſa vero eſt, quòd non habent reddere quænam ſint incorruptæ ſubſtantiæ, præter ſingulares & ſenſibiles, ſint. Faciunt igitur eaſdem ſpecie his, quæ ſunt corruptibiles (has enim cognoſcimus) ipſum hominem & ipſum equum, addentes vocabulum, ipſum, ſenſibilibus. [?] tamen etiam ſi non videremus aſtra, nihil minus, vt puto, eſſent ſubſtantiæ perpetuæ præter quas nos ſciremus. Quare nunc quoque, ſi non habeamus quænam ſint, neceſſe tamen fortaſſis [?] aliquas eſſe. [d] Quòd igitur nec eorum quicquam, quæ vniuerſalia dicuntur, ſubſtantia ſit, nec [?] ſit ſubſtantia ex ſubſtantijs, patet.

ADNOTATIONES.

MANIFESTVM [a] *autem eſt quòd etiam eorum quæ videntur eſſe ſubſtantiæ.* Quòd Ariſtoteles hoc loco velit aſtruere, quòd plurima, quæ videntur eſſe ſubſtantiæ, non ſint ſubſtantiæ, ſed potentiæ quædam & facultates, ſupponit Alexander: quorſum autem hoc, ipſe non explicat. Auerroes autem ait afferri hæc aduerſus Platonem: quoniam dicere exemplaria, eſt prope dicere, quòd formæ ſenſibilium ſint ſeparatæ: & ideo ait velle Ariſtotelem palam facere, ꝙ [?] quæ videntur maxime ſubſtantiæ, plurimæ non ſunt a materijs ſeparatæ. Sueſſanus ait ſolui [?] ſuperius propoſitam, quòd ſubſtantia non componatur ex ſubſtantijs actu, neque ex paſ[?] ideo hic explicari, quomodo ſubſtantia componatur ex ſubſtantijs. Nos autem cenſemus [?] loco tacitæ obiectioni. Quoniam enim contra ſuppoſitam doctrinam (quòd ſubſtantia [?]ijs non conſtituatur) dubitari poterat, ex eo quòd plura ex ſubſtantijs actu conſtitui vi[?] omnia miſta ex elementis, igni, terra, aere, & aqua, quæ ſubſtantię ſunt cenſendæ: ſed præ[?] partes animalium videntur eſſe ſubſtantiæ conſtituentes ſubſtantiam huius vel illius animalis: Ariſtoteles huic dubitationi ſatisfacere volens, negat partes vere eſſe ſubſtantias; quando nulla [?] a toto ſeparata; ſed in ipſo tantum ſubſiſtunt: & quando fuerint a toto ſeparatæ; tunc in[?]nia eſſe vt materiam: terram, & ignem, & aerem, & aquam, ipſa nempe elementa: ex quibus mi[?]a, & partes animalium ſunt conſtitutæ: in quibus tamen partibus ita ſeparatis, ait dicta elemen[?]tere, vt cumulum quendam, & aceruum rerum, ita vt ex ijs nihil vnum ſit prius quàm digeran[?] ex ipſis vnum aliquid conſtituatur. Ex quo patet, quòd partes ſubſtantiæ non ſunt ſubſtantiæ [?]entes; ſed quædam facultates, quæ in vno toto, ſubſtantia vna exiſtente, conſiſtunt. Et hanc [?]em cenſemus eſſe germanam huius loci ſatis obſcuri interpretationem. In qua ſuppoſuimus par[?]tas ab vnione totius (ſiue ſit miſtum inanimatum, ſiue animatum) eſſe vt materiam, & eſſe [?]em, aquam, terram, & aerem, ipſa elementa, quæ hunc in modum ſe habent, vt quidam aceruus & [?]us rerum incompoſitarum: adeo vt ex ijs ita indigeſtis ſimul poſitis non quid vnum exiſtat, niſi [?]erantur, & in aliquam vnam ſubſtantiam conſtituantur. Communis autem interpretatio eſt, quòd [?]tes ſeparatæ ſunt vt materia: ſicuti & ignis, & terra, & aqua, & aer reſpectu miſti: cum tamen in contextu non adſit hæc dictio *ſicuti*; ſed ita legatur in Cod. græco: καὶ τὰ τοιαῦτα ὡς ὕλη πάντα, καὶ γῆ, καὶ πῦρ καὶ [?]. Deteruit autem hæc determinatio ad manifeſtandum, quòd ſubſtantia, licet ex pluribus partibus [?] conſtituta, obtinet tamen actum non ſecundum partes, ſed ſecundum totius eſſentiam, cuius vltima [?]erentia actum illi præbet ſecundum totius eſſentiam, cuius vltima differentia actum illi præbet, ſe[?]um quam proprie res definitur. Non autem hoc loco diſſoluitur quæſtio in cap. præcedenti mo[?], quomodo ſit & non ſit definitio reſpectu vniuerſalium, quæ aſſumuntur in definitione; neque ta[?]en ſunt ſubſtantiæ: quæ explicabitur infra lib. 13. apud nos 11. in calce libri. [b] *Maxime autem partes animantium, atque animæ prope accedere quiſpiam arbitrabitur, vt actus ſint & potentia.* Ita legit interpres Alexandri. At Beſſario hunc in modum: *maxime autem aliquis animatorum partes putauerit, & animæ propinquas ambas fieri, vt ſint actu, & potentia:* varians ab alia lectione Sepuluedæ: vt qui reticuerit

Alexand.
Auer.
Sueſſ.

reticuerit græcam dictionem, ἄμφω, quam Bessatio vertit, *ambas*, per has intelligens, & partes ani- rum, & partes animæ esse propinquas, vt sint & potentia, & actu. quem sensum insinuasse etia Perionius in sua interpretatione: excepto quòd dictionem ἄμφω, vertit *vtrumque*, referen duo quòd sint & actu, & potentia: quod etiam innuit idem Alexandri interpres, dum ait, qu actu & potentia, supponens hæc duo, quibus respondeat dictio ἄμφω. & in horum omniu tione particula illa græce, παρεγγὺς, accipitur; sicuti est dicere latine, prope: seu fere: a qua int penitus dissonat antiqua translatio, quæ ita habet: *maxime autem vtique aliquis animatorum p spicabitur, & eas quæ animæ propinquæ, ambas fieri entes, & actu fieri & potentia*: adeo vt part παρεγγὺς, trásferat ad partes, quæ sint propinquæ animæ. Quæ interpretatio manifeste dissonat tu græco; in quo apponuntur, vt duo distincta inter se, tum partes animatorũ, tũ partes animæ: sic e græce legitur: μάλιστα δ' ἄν τις τὰ τῶν ἐμψύχων ὑπολάβοι μόρια, καὶ τὰ τῆς ψυχῆς παρεγγὺς ἄμφω γίνεσθαι, & aliquis maxime existimaret & partes animatorum, & ipsius animæ prope esse, vt fiant entia & ac potentia. Ex quo apparet neque consoná esse explicationem Suessani dicentis, ꝙ partes quæ sun pinquæ animæ, id habent vt sint & potentia, & actu. siquidem sermo Aristotelis est generalis co ctens partes omnes animatorum: qui quidem non asserit absolute, quòd sint & actu & poten concludat, quòd si fuerit vnum & continuum, omnes partes sunt potentia: prope autem accede tes animatorum vt sint & potentia & actu entia, eo modo vt ipse explicat. Idcirco huius conte nobis videtur, hæc erit interpretatio. Cum prius in genere dixerit de partibus siue mistorum in torum, siue animatorum, quæ videntur esse substantia; quas tamen concludit non esse nisi pote que facultates, siue dum subsistunt in toto, siue cum fuerint separatæ: hic modo subiungit maxi stimari posse, quòd partes animatorum, & partes animæ prope fiant vtrumque; nempe vt sint potentia & actu. & quidem quòd sint potentia in toto, perspicuum est ex prius dictis; & etiam ex clusione, quam huiusmodi infert: quòd licet videantur actu esse; attamen si fuerit vnum & conti non sunt nisi potentia. Quòd autem prope accedant vt sint & actu, ex hoc insinuat, quonia animalium habeant principium motus ab aliquo in iuncturis: vnde videntur hac ratione esse actu, earum principium penes motum sit in iuncturis: sic enim actu apparent esse. Et huius dicti affe tionem, quoniam nonnulla animalia dissecta viuunt, tanquam secundum partes existentes in to uicem actu distinctas: quod contingit in perfectis animalibus anulosis, vt sunt serpentes. quod p

D.Tho nit in eiusmodi, propterea quòd (vt aduertit D.Thomas) anima in ijs est imperfectæ virtutis, n lens diuersa operari, ad quæ sit necessaria organorum multitudo, vt requiritur in animalibus per ribus, quæ maxime vnum euadunt ob maximam partium mutuam connexionem. Vt autem in quisque surculus resecatus ab arbore, & plantatus germinat & viuit; ita propemodum accedunt a tarum naturam animalia imperfecta, vt earum partes dissectæ viuant, & sentiant, & moueantur; n nutriantur, cum careant oris instrumento ad capiendum cibum. Verum & in ijs animalibus, & in si abscindantur, & partes inuicem dissecentur, in quibus viget tanquam in fonte animæ vis, sicut tis interior medulla, in imperfectis autem animalibus nexus partium ad spinalem medullam atti tium; statim penitus intereunt, atque deficiunt. Cum autẽ fit mentio de huiusmodi partibus, quæ sæ viuunt, & in iuncturis habẽt principium motus ab aliquo, vnde actu subsistere videntur, sim l e innuitur partium animæ distinctio: quandoquidem initium motus animalis non nisi ab anima dep det. Intelliguntur autem hoc loco partes animæ secundum speciem cuiusque animæ, vel sensitiu vel motiuæ, quæ insunt partibus corporeis animatis, quæ & mouentur & sentiunt seiunctę; vnde & a mæ totius partes sic actu videbuntur esse. Quomodo autem partes animæ in genere acceptæ se beant, vt sint ex his aliquæ potentia, aliquæ actu; veluti in brutis anima sentiens obtinet dominium a ctus, adeo vt in ipsa aliæ, vt nutritiua, & motiua sint in potentia, tanquam trigonum in tetragono, n est hic mentio; sed in lib. de Anima: vbi maxime viget difficultas penes animam intellectiuam, actu tanquam nauta in naui: aut alio modo se habeat. Verum non obstantibus ijs, quæ adducta sunt de partibus, quæ videntur fieri & actu & potentia, Aristoteles concludit, quòd si fuerit vnum, & cõti natura, erunt omnia, idest & partes animatorum, & partes animæ potentia. limitat autem hanc sen

D.Tho. tiam ad hoc, vt sit vnum & continuum: *non vi, aut copulatione*. Quæ verba ita explicat D.Thomas, intelligat illud *vi*, sicuti essent partes vnius animalis alligatæ partibus alterius animalis. Illud vero *pulatione*, vt in plantis est surculus actu, antequam vniatur plantæ: postea vero est in potentia per com plantationem. Sed cum dicat Aristoteles, quòd illud quod vi, aut copulatione est vnum & cõtinuum, est læsio quædam: hinc clare insinuat se loqui de læsione, quæ contingit circa animata. Idcirco dicemus, vi inesse in toto continuo partes animatorum fractas; veluti crus, quod fractum si fit, coniung quadam violentia cum toto animali, saltem quo ad motum: vnde huiusmodi pars non erit potentia in toto nisi vi: non autem natura. Similiter adnascentia, vt digitus aliquis adnatus super alium digi um, non habens motum proprium, non est ita potentia in toto, vt fieri possit actu, & eius motus adesse po sit per aliquam iuncturam: sed semper ad motum totius mouebitur: & ita quæ sunt huiusmodi, no prope vt fiant & actu & potentia. At propterea Aristoteles adhibuit hoc verbum *fieri*, græce γίνεσθαι loquens de his partibus animatis; quoniam tum actu vno modo fiant, tum potentia in toto vno continuo natura existentes. [c] *Manifestum quòd neque vnum, neque ens contingit substantiam esse*. Deducit hoc loco ipsum vnum, & ens non esse proprie substantiam alicuius rei: sed se habere vt elementum, & prin-

cipium,

[illegible] & cauſ[illegible] quæ ſunt communia nomina, quibus tamen non acquieſcimus; ſed volumus ſcire vlte-[illegible] [illegible]n ſit principium, quidnam ſit elementum, & quid cauſa: quod ſimiliter dicendum de vno [illegible] quæ tamen (inquit Ariſtoteles) prope magis accedunt ad ſubſtantiam, quàm aut princi-[illegible] aut elementum. Cuius dicti reddit rationem Alexander. Primo quidem quoniam vnum & Alexand. [illegible] omnibus rebus & ſenſibilibus & intelligibilibus reperiuntur: at elementum, & principium, neque [illegible]mnibus ſenſibilibus inſunt. Deinde quoniam elementum, & alia prædicta ſunt ad aliquid: at vnum & ens ſunt eorum quæ per ſe: quæ autem per ſe dicuntur, hæc magis ſignificant ſubſtantiam, & proprius [illegible]nt ad ſubſtantiam, quàm quæ ad aliquid ſunt. D. Thomas ait, quòd elementum & principium D.Tho [illegible]cunt tantum habitudinem rei ad rem aliquam; at ens & vnum ſignificant id, quod conuenit rei ratio-[illegible] ſubſtantiæ. Verum, quoniam ens & vnum non proprie ſignificant aliquid ſeparatum vt dictum [illegible]pius: ideo dicendum videtur, quòd ens & vnum ſaltem ita conueniunt vnicuique rei, vt quæque res ſit vnum & ens, & ita dicantur: vnde magis accedere dicemus ad ſubſtantiam, quoniam magis pro-pinqua ſunt vt per ipſa manifeſtetur rerum ſubſtantia, quàm per nomen principij aut cauſæ: cum hæc nomina a ſignificando res ſint remotiora: propterea quod, ut dixit D.Thomas, ſignificēt habitudinē ſo-lam. Vel etiam dicamus, quòd ens in confuſo ſaltem dicit exiſtentiam: & vnum dicit quandam vnitatem naturæ: non ita elementum aut cauſa. Hoc autem deduxit Ariſtoteles præcipue contra opinionem ponentium vnum eſſe ſubſtantiam ſeparatam, contra quod, ex propoſito, ſuo loco diſputabitur. [d] *Quòd [illegible]tur nec eorum quicquam quæ vniuerſalia dicuntur ſubſtantia ſit, nec vlla ſit ſubſtantia ex ſubſtantijs pa-*[illegible] Philoponus habet, ex ſubſtantijs actu non componi ſubſtantiam. Quod videtur conſentaneum Philop. antea deductis, quòd ſint in animalibus partes non ſubſtantiæ niſi potentia. D. Thomas & Alenſis, D.Tho. aiunt legi *ex non ſubſtantijs*, negatiue & ita interpretantur. quòd nulla ſubſtantia componitur ex nō Alenſis. ſubſtantijs. at Codices græci affirmatiue legunt, & alij interpretes ſimili modo communiter omnes.

Quomodo ſubſtantia, ipſa forma pertinens ad quod quid erat eſſe, ſit rerum cauſa, quæ neque elementum eſt, neque conſtituitur ex elementis. *Cap. XIX.*

P A R A P H R A S I S.

QVID vero aut quale quid oportet dicere ꝙ ſit ſubſtantia, rurſus aliud principium exordientes dicamus. Forte enim ex his erit manifeſtum & de illa ſubſtantia, quæ eſt ſeparata a ſubſtantijs ſenſibilibus. Cum igitur (vti ſuppoſitum eſt antea) ſubſtantia ſit principium & cauſa quædam: idcirco ab hac ſuppoſitione vltra procedendum eſt: & dicendum, quæri ſemper propter quid hunc in modum: nempe, quare aliquid alij ineſt. Nam quærere propter quid muſicus homo [illegible] homo muſicus, vel eſt quærere idem, quod dictum eſt, nempe propter quid homo muſicus eſt, [illegible]dpiam aliud quærere. Igitur quærere propter quid ipſum ſit ipſum, id ſane eſt nihil quærere: oportet enim & aliquid quod ſit ens, & id ipſum ineſſe alteri, manifeſta eſſe quòd ſint: veluti ꝙ Luna lumin[illegible] defectum patitur, quem quoddam ens eſſe, & ineſſe Lunæ manifeſtum eſt. Ad quæſitum autem propter quod ipſum ſit, reſpondere quia ipſum eſt, vt quare muſicus, quia muſicus; eſt rationem, & [illegible]lam reddere, quæ de omnibus, pariter poteſt aſſignari. Vel etiam ſi quis ad quæſitum, quare quodq; ſit quodque, reſpondens dixerit quoniam quodque eſt indiuiſibile ad ſe ipſum (quod quidem eſt afferre quid ſit eſſe vnum, vt explicatum eſt in lib. 5.) neque hunc in modum quæſito ſatisfaciet; quoniam & hæc aſſignatio ad quęcunque poteſt afferri, & breue, atque compedioſum eſt huiuſmodi reſponſum, non adeo explicatiuum, cui mens poſſit acquieſcere. Quæret autem aliquis, propter quid homo eſt animal tale? Et ſane in hoc quæſito manifeſtum eſt, non quæri propter quid qui eſt homo, eſt homo: ſed quæri quare quidpiam inſit alicui. & iſtud quoque, quod inexiſtat, oportet vt ſit manifeſtum. alioquin, niſi ita ſupponatur, nihil quæreret qui ita quæreret. Veluti quare tonat? propter quid fit ſonus in nubibus: ſic enim aliud de alio eſt quod quæritur. Similiter propter quid hæc? nempe latera & lapides ſunt domus? vnde manifeſtum quòd quęrit cauſam ita quærens: hoc autem eſt quod quid erat eſſe, vt logice loquamur. Quod quidem in aliquibus eſt cuius gratia, ſeu cauſa finalis: veluti fortaſſe circa domum & lecticam. In aliquibus autem eſt ipſum primum mouens, cauſa ſcilicet efficiens; nam & hoc cauſa eſt. Verum eſt hoc diſcrimen, quòd efficiens quæritur penes ipſum fieri, aut corrumpi res: finalis autem cauſa etiam circa ipſum eſſe aſſignatur. Latet autem maxime quæſitum in his quæ proponuntur, vbi aliud de alio non dicitur. Veluti, ſi quæratur quid eſt homo: quoniam ſimpliciter enunciatur, & non dearticulate proponitur quòd ſit hoc, vel hoc. Verum oportet diſtinguentes nos quærere, quid inſit homini, ut aſſignetur propter quid inſit: alioquin fieret, vt ita quærere ſit nihil quærere. Quoniam autem oportet & habere & inexiſtere ipſum eſſe rei, manifeſtum eſt igitur, quòd qui quærit propter quid homo ſit, quærit materiā propter quid fit quidpiam: ut puta propter quid lapides & talia ſunt domus? & reſpondetur, quoniam talia inſunt, quibus continetur eſſe ipſi domui. Et cur hoc ſit homo, uel corpus ita ſe habens? quoniam ſcilicet hoc ineſt illi. Vnde patet, quæri cauſam materiæ, & hoc eſt ſpecies, quæ alicui eſt ipſum quid: hoc autem eſt ſubſtantia. Hinc manifeſtum eſt, quòd in ſimplicibus

plicibus non est quæstio, neque doctrina, sed alius modus inquisitionis in huiusmodi.

Quoniam autem compositum ex aliquo ita se habet, vt totum aggregatum sit vnum; sed aceruus quidam lapidum, sed vt syllaba: syllaba autem non est elementa, ex quibus componitu, syllaba B E, non est idem quod B & E: sicuti etiam caro non est idem quod ignis, & terra. Q tet, quoniam dissolutis ipsis compositis, non amplius sunt huiusmodi elementa B, & E, vt s B E: neque ignis, & terra, talia sunt, vt sint amplius caro; sed remanent quidem elementa ignis, & vti & elementa B. & E; caro autem non est amplius, neque syllaba BE vltra est. Hinc igitur dedu quod syllaba BE est aliquid, ita vt sit non solum elementa B. & E. verum etiam quid aliud. Sim caro est non solum hæc elementa, ignis, & terra, seu calidum, & frigidum: sed etiam quid aliud d sum. Hoc ipsum autem aliud, quod dicimus esse rem compositam, præter eius elementa, non est di cendum necesse esse vt sit & ipsum, vel elementum, vel constet ex elementis. Nam si ponatur quod elementum; rursus eadem redibit oratio iam adducta: ex hoc enim elemento, & ex terra, & aqu co stituetur caro, & ex alio altero; sicuti suppositum est omne compositum præter elementa esse qu aliud. De quo rursus, cum sit elementum, dicendum erit, quòd & ex hoc, & alio & ex alijs eleme constituetur caro: & ita abitio erit ad infinita. Si autem dicamus quòd illud, quod dictum est esse positum præter elementa, sit etiam compositum ex elemento: vtique non dicendum, quòd ex vno tum elemento constituatur, sed ex pluribus: alioquin esset solum hoc ipsum vnum elementum: ex pluribus elementis constituetur: at tūc eadem oratio iam inducta de carne, & de syllaba redib enim compositum ex elementis erit, præter elementa, etiam quid aliud: de quo rursus quær num sit elementum, aut constet ex elementis: quòd si non est elementum, neque constans ex ele tis, habebitur intentum. si autem aliter dicatur, erit (vt inductum est antea) abitio in infinitum. V bitur igitur hoc ipsum quod dicimus in omni composito cōcurrere præter elementa, ex quibus co tuitur aut syllaba, aut caro; esse aliquid, non quidem elementum: sed causa quidem ipsius esse: hoc nis esse: illud, syllabæ esse, & sic in alijs: & hoc quidem est substantia cuiusque: siquidem hoc est pri causa ipsius esse. Quoniam autem rerum quædam non sunt substantiæ, sed accidentia: quæcunque a substantiæ secundum naturam sunt, natura constant; aliquibus videretur etiam ipsa natura esse sub tia: hæc nempe, quæ non est elementum, sed principium. Elementum autem est illud, in quod uiditur insitum, vt in materiam; veluti ipsius syllabæ, B E, sunt elementa B. & E.

TEXTVS.

QVID vero, & quale quid [a] substantiam dicere oporteat, rursus aliud quasi principium c cerimus, dicamus. fortassis enim [b] ex his erit manifestum de illa quoque substantia, quæ est rata a sensibilibus substantijs. [c] Cum igitur substantia principium, & causa quædam sit, h procedendum. Quæritur vero ipsum propter quid semper sic. propter quid aliud alij alicu quærere namque propter quid musicus homo est, certe quærere est quod dictum est, propter quid homo sicus est, aut aliud. Quærere igitur propter quid ipsum est ipsum, nihil est quærere. oportet [d] enim quod, & ipsum esse existere manifesta entia. dico autem, vtputa quòd Luna patitur eclipsim. ipsius quod id ipsum, non nisi vna ratio, vnaque causa in omnibus (propter quid homo est homo, aut m sicus) nisi quis dicat quòd vnumquodque ad seipsum indiuisibile est. hoc autem erat vnum esse. sed ho commune de omnibus, & breue est. Quærat autem aliquis, propter quid homo animal tale quodd hoc igitur manifestum est quòd non quærit propter quid, is qui est homo, homo est. aliquid ergo de a quærit, propter quid inest. quod autem inest oportet manifestum esse. si enim non ita, nihil quærit. vt propter quid tonat? quia sonus in nubibus fit. ita namque aliud de alio est, quod quæritur. & propte hæc, vtputa lateres & lapides domus sunt? Manifestum itaque est quòd causam quærit. hæc autem est a quid erat esse, [e] vt logice dicam: quæ in quibusdam quidem est cuius gratia, [f] vtputa fortassis in d lecto: in quibusdam vero quod primum mouit. causa namque etiam hoc. sed talis quidem causa quær dum quippiam fit, vel corrumpitur: altera vero etiā, dum est. [g] Latet autē præcipue, quod quæritur quæ non de alijs dicuntur, vtputa quæritur homo quid est: eo quòd simpliciter dicitur, neque determinat quòd hæc vel hoc. Oportet igitur recte disponentes quærere. quòd si non, commune fit eius, quod nih quærere, & eius, quod aliquid quærere. [h] Cum autem & habere, & existere ipsum esse oporteat, m stum est quòd propter quid est ipsam materiam quærit. vtputa hæc sunt domus. propter quid? quia h stunt, quod erat domui esse. & homo hoc, aut corpus hoc tale habens quare? causa materiæ quæritur. h autem est forma, qua aliquid est. hæc autem est substantia. Patet itaque quòd [i] de simplicibus non est a qua quæstio, neque doctrina, sed alius tantum quæstionis modus. Cum vero [k] quod ex aliquo comp osit ita vt vnum totum sit, non est ut cumulus, sed vt syllaba. syllaba uero non est ipsa elementa, nec idem, qu B. & A. nec caro ignis, & terra. dissolutis namque, hæc quidem amplius non sunt, vt caro & syllaba: el menta vero ignis, & terra sunt. est ergo syllaba aliquid, non solum elementa, vocalis & muta, sed etiam a quid aliud. & caro, non solum ignis & terra, aut calidum & frigidum, sed etiam aliquid aliud. Si igitur ne cesse est illud quoque aut elementum, aut ex elementis esse: si elementum quidem, rursus eadem ratio erit. hoc enim & igne & terra erit caro, & item alio: quare in infinitum progredietur. si vero ex elemento, pa tet quòd non ex uno, sed ex pluribus quàm idipsum erit, quare iterum de hoc eandem rationem dicemu

qua

... carne, aut ſyllaba. Videbitur autem eſſe aliquid tale, & non elementum, ac cauſam, ſed hoc carnem, ... ro, ſyllabam eſſe. ſimiliter & de cæteris. ſubſtantia vero cuiuſque quidem hoc. hoc namque prima ip... cauſa eſt. Cum autem quædam [l] rerum non ſubſtantię ſint, ſed quęcunque ſubſtantiæ ſecundum ... rum, & natura conſtitutæ ſint, videri poſſit profecto aliquibus hæc quoque natura ſubſtantia eſſe, ... non elementum, ſed principium eſt. Elementum autem eſt, in quod exiſtens diuiditur, vt materiam, ... ſyllabę ipſum A. & B.

ADNOTATIONES.

QVID [a] *vero & quale quid ſubſtantiam dicere oporteat, rurſus aliud quaſi principium facientes.* Hactenus de ſubſtantia ſenſibili ſecundum modum logicum actum eſt ab Ariſtotele; partim, dum conſiderauit ipſum quod quid erat eſſe, quomodo ſe habeat in oratione, & quarum rerum ſit proprie vt ſubſtantiæ, & quarum non proprie, vt accidentium; & quomodo idem ſit quiditas cum eo cuius eſt quiditas; partim etiam ſecundum generationem rerum quo ad ... em conſtitutionis ipſarum partium: vt hinc pateret, quomodo conſtituerentur in eſſe ſubſtantiæ naturales, tum per materiam, tum etiam per formam: & cui harum præcipue ratio definitionis competeret iuxta variam partium diſtinctionem, hæc omnia tamen ad ipſum quod quid erat eſſe applicando. Nunc de ſubſtantia ſenſibili in vniuerſali acturus, vult explicare, quid & quale quid ipſa ſit: & ideo tanquam aliud principium aggrediens, redire ſe ait ad hanc contemplationem de ſubſtantia: ... perficiet, tum oſtendendo (quod præſtabit in calce huius libri) quid nam ſit principium & prima cauſa ipſius eſſe ſubſtantiæ: tum ad hanc tractationem ſubiungendo hanc aliam, quale quid ſit iſta cauſa, explicando, quòd eſt actus, & quid ſit actus: vt hinc cuius nam generis actus ſit ſubſtantia pertinens ad ſenſibilia dignoſcatur: quæ duobus libris ſequentibus abſoluentur. Atque ita iuxta determinata ſupra cap. 4. progreſſus docendi a notioribus nobis, quæ ſunt ſecundum modum vniuerſalem ipſius quod quid erat eſſe inſtitutus, erit manuducens nos ad notitiam eorum, quæ ſunt notiora naturæ, & pertinent ad ipſam rei naturam, vt ſe habet, conſideratam. [b] *Fortaſſis enim ex his erit manifeſtum de illa quoque ſubſtantia, quæ eſt ſeparata a ſenſibilibus ſubſtantijs.* Alexander hæc verba interpretans inquit; quòd ex his ſubſtantijs ſenſibilibus peruenietur ad cognitionem ſubſtantiæ ſeparatæ. & hunc in modum ipſe inſinuat habendam eſſe cognitionem de Deo: quoniam inquit: dum inquirit Ariſtoteles quid nam ſit illud, quod materiam ad formas recipiendas moueat, quod primam formam eſſe docet, quam ſubſtantiam quoque licet appellare, hinc aperitur via ad Dei cognitionem. Nam ... ma eſt id, quod in ſingulis materiam mouet, ipſamque in ordinem redigit, haud dubie aliqua ... a eſt, quæ moueat, ordinet, ac in eo ſtatu quo ſunt hæc noſtratia, conſtituat: quæ quidem eſt Deus Optimus Max. de quo hæc verba habet Alexander. Quo in loco admirari licet quàm compendiariam viam ingenioſiſſime diuinus hic vir excogitauerit ad primæ ſubſtantiæ cognitionem fœ... ac varie, pulchreue inueſtigandam: illius inquam omni honore digniſſimi & cunctis votis expetendi ac omnium patentis Dei. Hæc habentur commen. 46. quæ an ſapiant doctrinam Alexandri Aphrodiſiei, iudicet qui in eius ſcriptis ſit verſatus, & animaduerterit, quòd nunquam Deo cauſam efficientem ipſe attribuerit. Sed, quòd attinet ad modum, qui inſinuatur per antedicta, vt ex ... tione ſingulæ formæ, quæ moueat materiam, ſit cognoſcendum, quòd Deus eſt forma, quæ ordinat hæc noſtratia; non apparet de huiuſmodi ordine ſermonem eſſe apud Ariſtotelem. Qui id quidem profert in hoc cap. formam eſſe cauſam, cur hoc tale materiatum ſit hoc tale: & nuſpiam habet, quare forma redegerit materiam, & ipſam mouerit: quod non a forma, quæ eſt principium eſſendi rei, prouenit; ſed a cauſa extrinſeca id efficiente. Neque etiam apparet, quòd Ariſtoteles vnquam dixerit, quòd Deus ſit forma mouens, niſi ſub ratione cauſæ finalis: vt docetur infra libro 12. apud nos poſtremo. Diuus Thomas ponderans dictum illud Ariſtotelis in hoc capite: quòd in ſim... bus ſit alius modus inquiſitionis; videlicet (vt inquit ipſe) ab effectibus inueſtigare ſubſtantias ſimplices: inquit, ſubſtantias ſeparatas ita ſe habere in via doctrinæ ad noſtras ſubſtantias: quòd, ſicut quærimus in ſubſtantijs materialibus materiam, formam, finem, & agentem vti cauſas materiæ; ita quærimus ſubſtantias ſimplices, vt cauſas ſubſtantiarum materialium. Nos autem cenſemus hoc velle Ariſtotelem, quòd ex his, quæ tractanda ſunt circa ſubſtantiam ſenſibilem, pro explicatione ipſius primæ ſubſtantiæ, quæ eſt forma: hinc etiam ſumendam eſſe cognitionem de ſubſtantia ſeparata, non quo ad eius manifeſtationem quòd ſit (quod a poſteriori per hæc ſenſibilia oſtenditur) ſed quo ad explicationem ipſius quidnam ſit. ſiquidem ex cognitione ipſius actus, de quo agendum eſt pro cognitione formæ ſenſibilium ſubſtantiarum, deſumetur quoque cognitio de Deo; cum explicabitur, quòd ſit actus purus: & non eiuſmodi, qualis eſt in his inferioribus coniunctus potentiæ, qui motum quendam concernit; ſed talis, vt ſit ſeparatus ab omni potentia, & ab omni motu. [c] *Cum igitur ſubſtantia principium & cauſa quædam ſit.* Hoc ſumptum fuit in libro 5. cap. de ſubſtantia, quòd ſubſtantia, vt forma eſt, cauſa eſt & principium quoddam. ex hoc autem vult manuducere nos in hanc cognitionem, nempe cuiuſnam ſit cauſa ipſa ſubſtantia; & quomodo ſit cauſa. Vnde ad hoc manifeſtandum, præmittit ordinem quæſitorum, ſupponens non eſſe

Alexand.

D.Tho.

quæsita nisi de re composita, vt habeatur, propter quid tali rei compositæ tale quid insit, non debet esse idem illud, de quo quæritur cur insit cum eo, cui insit. Alioquin fieri non p... tum rationabile: vt hinc habeatur, quæsita, quorum sit reddendũ propter quid, proprie exe... se circa res compositas. [d] *Oportet enim ipsum quod, & ipsum esse inesse manifesta existẽtia* Ita ... denda videntur græci contextus, quæ ita se habent: δεῖ γὰρ τὸ ὅτι, καὶ τὸ εἶναι ὑπάρχειν δῆλα ὄντα ...

Alexand. terpretans Alexãder, supponit oportere nota esse, & illud de quo quæritur, & illud quod quærit... se: vt puta & Lunam esse, & ipsi inesse defectum: quoniam de his, quæ non sunt, non quęritur qu... rum etsi supponendũ est, quòd subiectũ, circa quod quæratur aliquid ipsi inexistens, debet esse n... tamen videtur verba Aristotelis ad ipsum subiectũ dirigi: sed solũ ad illud, quod inest. De quo ... debent esse perspicua; tũ, ꝙ sit quoddã ens (nã de non ente non quæritur cur insit) tũ etiã ꝙ insi... adeo ꝙ dũ quæritur, quare eclipsis insit Lunę, oportet vt pręcedat hæc cognitio, tũ ꝙ eclipsis sit q... dam ens, tũ ꝙ insit Lunæ. & hæc esse ex mente Aristotelis, confirmãt subsequentia verba: du ait. ... *ergo de aliquo quærit, propter quid inest: quod autem inest oportet manifestum esse.* & iterũ paulo po... *namque aliud de alio est, quod quæritur:* quæ verba ad illud solum pertinent, quod inesse alicui suppo... tur. Et hæc quidẽ consentiunt doctrinæ eiusdẽ philosophi in lib. 2. post. Analy. cap. 7. vbi ait: ... non potest aliquid demonstrare, seu definire, quin supponatur illud esse. Vnde eorũ quæ non ... cet proprie non posse tradi ipsum quid est: quia sic supponetetur esse id, quod non est. [e] *Hęc ...*

Alexand. *est quod quid erat esse, vt logice dicam.* Alexander censet hæc verba superuacanea esse, & adiecta a...

D.Tho quo extrinsecus: quoniã (inquit) de ipso paulo post disputabit. D. Thomas inquit, ideo dict... se... modum logicũ: quoniã hoc modo quod quid erat esse etiã competit causæ extrinsecæ agenti, seu ... & non secundũ modum philosophi, qui quærit rei inexistentiam. Forte censendum est ita loqu... Aristotelẽ: quoniam explicare substantiam per hunc modum, ꝙ sit quod quid erat esse, est typ... cus: vt patet ex præcedentibus; cum deinde secundum philosophiã sit habenda notitia de substa... sit quid tale determinatũ. [f] *Quę quibusdam quidem est cuius gratia.* Aperit hoc loco, quatenus in... busdam ipsum quod quid erat esse pertinet ad causam finalẽ: vt puta *forte in domo & lectica:* ... sub... bio loquutus; quoniã apud aliquos fuerit dubium, ꝙ in naturalibus esset finis: aut etiã, quonian ... dici causa formalis id, quod exponitur secundũ modum causæ finalis, cum hęc coincidat cũ for... dit etiam in aliquibus assignari pro eo quod quid erat esse, causam efficientem. Verum inquit ha... ferri circa ipsum fieri & corrumpi rerum: non autem & circa ipsum esse: cum causa finalis (vt anim... tit Alexander) assignetur etiã penes ea, quæ fiunt; & non solũ penes illa, quæ sunt: veluti, cũ affer... sa finalis, propter quã aliqua agamus. De causa autẽ materiali nihil hoc loco dicitur: cũ tamen in... quenti & ipsam assignandã esse circa ea quæ habent materiã, manifeste doceat: nec non in lib. 2. Analyt. docetur, causam etiã materialẽ in demonstratione accipi pro medio rei probandę. Verum ... dum est, ꝙ materia non nisi potentia, & ex suppositione concernit ipsum quod quid erat esse rei: ... vero proprie rẽ statuit, & ipsum quod quid erat esse cõtinet vt causa intrinseca: cũ deinde extrinseca ... sa vt efficiens, pertineat ad notitiam habendam, quomodo res, vel vnde sit producta: quę notitia ... monstrationẽ quoque simpliciter dictã spectabit: dũmodo propriã causam & immediatã cõtine... pter quid res sit producta: non autẽ hinc docebitur, quid sit ipsa res producta: quod solũ a causa fo... est obtinendũ. [g] *Latet autem pręcipue, quod quęritur.* Aduertit latere nos, quid sit quod quæratur ...

Alexand. dearticulate quæsitum proponatur. Veluti in hoc exemplo, si quæratur quid est homo: in quo Ale... der aduertit ipsum quid est, acceptum esse pro quare. sed & nihil refert, si vt quid accipiatur. latet ... inquit Aristoteles, quid quæratur, nisi quæsitũ explicetur. Veluti hunc in modũ: propter quid hoc corpus est hoc tale? vt sic appareat quæri quidpiam de aliquo. & hunc in modum aperitur distincti... ter materiam & formam: quarum vtraque in homine ex vtraque composito inuenitur. [h] *Cum autem ... habere, & existere ipsum esse oporteat.* Nonnulli ita interpretantur hæc verba: quòd oportet nos h... re pro manifesto quòd insit aliquid alicui. Verum possunt etiam distincte referri hæc duo, *habere ... existere,* ad diuersa: vt illud, *habere,* pertineat ad hoc, quod compositum habeat esse: per illud ve... *existere,* denotetur forma, quæ insit: vt hinc deducatur quæri de materia, cur sit tale quid: & assign... causa, ipsa species, quæ est esse alicui, & hoc est substantia: adeo quòd substantia præcipue dicta (& ... tinet ad quod quid erat esse) est illa causa, propter quam materia habet esse. Et hoc quidem in vniu... sali ita explicatum est. nam in particulari pertinet ad scientias particulares disserere, & assignare, cur ta... lis materia sit facta hoc aliquid: quomodo autem huius effectus sit certa quædam causa: nempe, fo... dans esse rei; desumitur ex tractatione hoc in loco habita. [i] *De simplicibus non est aliqua quęstio, neque doctrina.* Ait de simplicibus non fieri quæstiones, vt quæratur in ipsis, quare tale quid sit quid tale: co... sequenter neq; doctrina de his affertur huiusmodi, vt assignetur causa, quare hoc sit hoc: aliũ autẽ ...

Alexand. dũ inquit inquisitionis esse circa simplicia. Quod Alexãder interpretatur, innuens tractatũ de substa... separatis, quæ alio modo inquirendę sunt. Verũ potest etiã hoc applicari ad simplices cõceptiones rerũ, de quibus in fine lib. 9. quarũ cognitio forte est accipiẽda inductione, iuxta modũ explicatũ in fine li. 2 post. Analy. [k] *Cum vero quod ex aliquo compositum.* Vult patefacere, ꝙ forma est quid aliud a materia in cõposito; adeo ꝙ cõpositũ non est solũ partes materiales, sed etiã quid aliud: & patet. Nã calidũ & fri... gidũ, ex quibus constituitur caro, separata inuicẽ, non sunt caro: ergo signũ, ꝙ quid aliud adest pro carnis cõstitutione. Istud autem docetur, ꝙ forma non est elementũ inexistẽs, sicuti materia, ex quo cõponatur compositum

...m:neq; etia cõponitur ex elementis. alioquin, ſequeretur requiri aliquid pro forma, ex qua in... ...uti etia ex materia fieret, quicquid fieret: & ita abitio eſſet infinita. Quod etiam deſeruit ad ...dum, q illud, quod eſt aliud a materia, non conſtet aut ex vno, aut ex pluribus elementis. At di... ...us in lib. 12. apud nos poſtremo cap. 4. ponitur etiã forma inter elementa. Ad id dicendũ eſt, ...o remoueri, q forma non eſt elementũ, vt materia, iuxta modũ explicatũ de elemento in calce ...cap. dum dicitur: *elementum autem eſt, in quod exiſtens diuiditur vt materiam*: nam forma non eſt ...n modũ elementũ: ſed alio modo poteſt dici elementũ, quatenus eſt pars cõpoſiti, non præexi... ...men vt materia, ex qua fiat compoſitũ: ſed vt concurrens in cõpoſitione cõpoſiti: dũ virtute agẽ... ...oducitur materia de potentia ad actũ. Deductio autem Ariſtotelis eſt manifeſta: q forma non po... ...eſſe elementum, neq; conſtare ex elemento, ſeu ex elementis: quoniã eſt quid aliud in cõpoſito ſu... ...materiã, vnde includitur materia. ſi ergo forma eſſet elementũ, eſſet huiuſmodi, vt includeret ſecũ materiã quid aliud præter materiã ipſa exiſtens: de quo rurſus quærendũ, ſi eſt elementum, quòd ex alio ...modi ſimul conſtaret, & ita in infinitũ. ideo dicendũ, q eſt aliud a materia ipſa forma: neq; elemẽ... ...exiſtens, neq; conſtans ex elementis. Occurrit autẽ dubitatio, quoniã ſupra cap. 10. dictũ eſt, accipi in definitione ſyllabæ elementa, vt partes ſpeciei, & non vt materiã. hoc autẽ loco ſupponuntur elemẽ... ...ta ſyllabæ, a quibus ſyllaba diſtinguatur, quoniã ſit quid aliud ſyllaba præter elementa: vnde videretur ...on pertinere elementa, vt ſpeciẽ, ad ſyllabã: neq; ad definitionem ſyllabæ. Forte dicendũ ad hanc du... ...rationem non motam ab Interpretibus, elementa cõcurrere pro definitione ſyllabæ, tanquã materiã ...llectualẽ, vti & animal pro materia intellectuali concurrit ad definitionẽ hominis; quoniã potentia ...it quæ terminari poteſt ab ipſa forma, quæ eſt contenta in vltima differentia: vnde elementa non erũt ...vltima ſpecies ſyllabæ: ſed erunt partes ſpeciei genericæ, & ita ad definitionẽ ſyllabæ pertinebunt. ...*ta autẽ quædã non ſubſtantiæ rerũ ſint*. Patefacit hoc loco, concluditq; ſubſtantiã eſſe cenſendã ipſam ...urã acceptã, non vt eſt elementũ, ſed vt eſt principium. ſiquidem ſunt ſubſtantiæ naturales, quæ con... ...it natura, non quidem accidentia. Quare in ipſis ſtatuendum eſt, ſubſtantiam, vti præcipuam, illã eſſe, quæ pertinet ad ipſum quod quid erat eſſe, & eſt principiũ, quo cõſtituitur cõpoſita ſubſtantia naturalis: vt hinc appareat, nõ ſolã materiã pertinere ad ſubſtantiã naturalẽ (cum plurimum ei deferrent antiqui quo ad eſſe ſubſtantiæ) verum etiã & multo magis ipſam formam exiſtentẽ principiũ, & primã cauſam, cur materia ſit hoc aliquid: & conſequenter, cur compoſitum exiſtat, & ſit ſubſtantia.

FINIS LIBRI SEPTIMI.

ARGVMENTVM LIBRI OCTAVI.



OCTAVVS hic primæ philoſophiæ liber abbreuiatio quædam eſt, ſeu collectio, continens capita & cõcluſiones quorumdam theorematũ, quæ tum in lib. 7. tũ in alijs præcedẽtibus tractata fuerũt. Quibus nonnulla etiam alia dogmata adiunguntur, quæ ad magis explicitam quandam tractationem ſubſtantiæ ſenſibilis pertinent: vt hinc nobis poſſit eſſe manifeſtũ, quid nam in genere de ſubſtãtia ſenſibili ſit ſentiendum: quomodo ſe habeant principia, ſeu elementa ipſa materia & forma, quæ ad eius internam conſtitutionem requiruntur, vſque adeo, vt pro definitione ſubſtantiæ ſenſibilis recte riteque aſſignanda, hinc perfecta methodus habeatur: quæ & ad alias res omnes compo... ...t, pro earum definitione aſtruenda atque diiudicanda in quacunque ſcientia. Inter cætera autem hoc in ...nſtituit, ſubſtantiam ex communi hominum conſenſu eſſe ipſam ſenſibilem, vt ſunt elementa, plantæ, ...a, & cœlum, & horum omnium partes. Cui poſitioni hæc alia ſubiungitur: ſubſtantiam partim eſſe materiã, ...mam; & partim compoſitum ex vtraque. Deinde vero, vt diſtinctius doceat Ariſtoteles, quid nam ita in ...cundum formam ſit dicenda ſubſtantia ſenſibilis, opinionem præmittit Democriti cõſtituentis formã pen... ...differentijs quæ contingere poſſunt circa materiam: quem tamen taxat atque reprobat, ut diminute hac de ...tantem, qui tria tantum genera differẽtiarum aſſignauerit, cum & plurima alia eſſe poſſint: vt Ariſtoteles pa... ...plu...bus inductis exemplis: quibus aperit, quomodo forma ſuam obtineat naturam in rebus compoſitis. Ad ...rat, quomodo nomina proprie ad ipſam formam ſint aptanda, vt eam præcipue ſignificent; quamuis & ...tum ipſum denotandum poſſint accommodari. Opinionem ponentium ſeparatas ſubſtantias a materia ...definitione aſtruenda, perpendit, & aperit quomodo horum ſententia reducit poſſit ad id, quod ipſe ſentit de ...ua ſenſibilium. Placitum autem impugnat & demolitur Antiſtheneorum, aſſerentium non licere rem vllam ...one complecti: dum patefacit, quomodo probe, & conuenienter definitio in rebus compoſitis locum habeat. ...m quoque orationem ad rationem quandam numerorum, ob partes quas obtinet indiuiſibiles, reducit: ...m tamen poſitionem, vt abſtractorum a rebus, interim neque admittens, neque penitus impugnans: eum ...gmate ſeorſum in libro 13. & 14. apud nos 11. & 12. ſit diſputaturus. Ad hæc, de materia tradit alia theore... ...vel...quædam documenta breui ſermone comprehenſa. Veluti, quòd eadem materia pluribus rebus ſit com... ...is. Quod eiuſdem rei poſſit eſſe tum propinqua, tum remota materia. Quòd ex eadem materia plura & di... ...ru poſſunt; ſicuti ex ligno tum arca, tum lectica ob diuerſam agẽtis operam & induſtriam. Quemadmo... ...n niſi in certa, limitataq; materia cõponi queunt nonnulla opera: ſicuti ſerra non niſi ex ferro conſtitue... ...Et hæc quidem dogmata ita in genere proponuntur, quatenus & rerum naturalium generationi, & arte... ...m confectioni conueniunt: vt hinc, pro rerum cognitione, de vniuerſa cuiuſque materia ratio congrua habe... ...denam paucis percurritur documentum: cum ſint quattuor genera cauſarũ, quæ rerum compoſitarũ con... ...poſſunt conuenire; pro vniuerſa rerũ cognitione, vbi adſint, omnia afferri debere: ſed præcipue cauſas illas, ...um propinquiſſimæ. Quæ ratio docendi ſupponitur obſeruanda circa ſubſtãtias ſenſibiles, & corrupti... ...uoniam circa ſenſibiles & æternas, cum materia careant, quæ ſit obnoxia generationi, alia ſit inſtituenda ra... ...tio. Circa autem ſenſibilia, quæ inhærent ſubſtantijs, & non ſunt ſubſtantiæ, ſed paſſiones ſubſtantiarum: docet non

subesse his ipsis materiam, sed compositum, & patefacit, quomodo causas obtineant; ob quas sententia d... possit haberi. Similiter ijs, quę sunt & non sunt citra generationem & corruptionem, sicuti puncta, & om... docet non inesse materiam, Et quomodo in ijs, quæ materiam participant, adsit potentia, tum ad forma... priuationem oppositam suscipiendam: & quomodo in ijs inuicem oppositis, possit esse vicissim ex ... mutatio. Quæ singula proponuntur, & determinantur ad hoc, vt dogmata prius tradita circa rerum ge... stabiliantur ab omnibus scrupulis erepta: & ita regulæ propositæ dilucidiores reddantur. Postremo du... eam dissoluit, quomodo plures partes in definitione rerum existentes ita in vnum coeant (sicuti, & ad vn... nent quod definitur) vt ex ipsis vna quiditas euadat: tam & si ex multis sit congesta partibus. Et quem... mul manifestat: reijciens penes hanc perscrutationem opiniones antiquorum: vt qui suis in positionibu... secesserint ab hac dubitatione dissoluenda. Simul etiam illud discrimen affert, quod intercedit inter re... ex ma... positas, & alias quæ caret materia: quorum esse, & esse vnum, in simplici ipsorum suppositione subsistit: ade... de ijs, quomodo sint vnum, non sit perquirendum; cum careant materia: sed statim id illis competat vt fuer... cum primum aut supponuntur, aut mente concipiuntur. vnde de ijs non erit inquirenda definitio: sed alia via ... iusmodi est instituenda, de qua in lib. sequenti in fine sermo erit.

IN LIBRVM OCTAVVM PRIMAE PHILOSOPHIAE ARISTOTELIS PARAPHRASIS.

Nonnulla theoremata ex libris pręcedentibus colliguntur, ad definitionem substantię sensi... attinentia. Cap. I.



EX dictis autem oportet deducere conclusiones, & colligere redigendo ... pita, quæ antea tractata fuerũt circa substãtias sensibiles; vt huic pericu... finis imponatur. Illud igitur fuit suppositũ, quęri in hac scientia causas, & ... cipia, & elementa substantiarum, vti potissimi illius entis, a quo alia om... tia dependent, item substantias quasdã esse ab omnibus concessas: qu... ro alias priuatim a nonnullis positas. Substantiæ autem ex communi ... consensu receptæ, sunt ipsæ naturales: veluti ignis, terra, aqua, & alia ... corpora: item plantæ, & animalia, & horum partes, & tandem cœlum ... suis partibus: de quibus omnibus minime dubitandum est, quin sint ... Quæ vero priuatim ex singulari quorumdam opinione constituuntur substantiæ: sunt ideę, & ... thematica. Ex habitis quoque sermonibus illud colligitur, alias esse substantias pręter dictas: népe ... sum quod quid erat esse; & subiectum, quod materia dicitur. Præterea & iuxta quandam conside... rationem ostẽsum est genus magis esse substantiam quàm species: & vniuersale magis quàm ind... ipsi autẽ vniuersali & generi coaptantur ideę: vtpote, quæ secundũ eandã rationẽ videantur esse ... tiæ, qua & censeri possunt genus, & vniuersale. Et quoniã quod quid erat esse est substãtia, hu... tio est definitio, de ideo definitione, & de eo quod est secundũ se, actũ est. Et cũ definitio sit ora... ratio partes habeat: hinc etiã fuit necessariũ considerare circa has partes, quænã harũ pertineat ad ... stantiã sumptã pro eo quod quid erat esse: & quæ non sint eius partes; sed materiã concernunt, & ... eędẽ sint partes huius dictæ substantiæ, & illæ, quæ in definitione eã explicãte sunt: vt mutuo sibi ... deant partes in definitione positæ, & quæ ad ipsum quod quid est pertinẽt. Amplius etiã deductu e... neq; vniuersale, neq; genus est substantia. De ideis autẽ, & de mathematicis rebus num sint substan... posterius erit discutiendũ; hæc enim circa sensibiles substantias nonnulli esse dicũt. Nũc vero redeam... ad eas substantias, quę ex cõmuni omniũ cõsensu sunt receptę: in harumq; perscrutatione pers... constituamus quæ huic conueniant tractationi. Hæ igitur ab omnibus cõcessæ substãtiæ, sunt ... sibiles: & hæ omnes habeant materiã. Alio vero modo, in his ipsis suppositis substantijs, materia e... stãtia, & alio modo forma. Intelligitur autẽ materia, quæ nõ existẽs aliquid actu, est potẽtia hoc al... aliter autẽ se habet forma: quæ, cũ sit hoc aliquid, ratione est separabilis a subiecto. tertium vero ... quod ex materia & forma cõstitutũ est, cuius solius est generatio atq; corruptio: ipsumq; simpliciter ... separabile: vti substantia, quæ per se subsistit, & alteri non inhæret. Nã substantiarũ secundũ ration... formã sumptarum, aliæ quidẽ sunt simpliciter separabiles: aliæ vero non separabiles a materia. Quod ... tem materia sit substantia, hinc est manifestũ. In omnibus enim transmutationibus oppositis est ... subiectũ ipsis mutationibus, existens substantia. sicuti in mutatione secundũ locũ, quod nunc est in ... loco, rursus erit in alio: & quod modo est tantum, rursus per motum augumenti & decremen... ius, vel minus: & secundũ alterationẽ, quod modo est sanũ, rursus erit ægrotũ. Et similiter secundũ ... stantiam, quod nunc est in generatione, rursus erit in corruptione: & quod nunc est subiectũ vt hoc ... quid, rursus erit subiectum adnexam habẽs priuationem, quod est materia. Huic autem mutationi, quæ ... est secundum substantiam, aliæ omnes consequuntur: vt vbi sit transmutatio secundum generatione ... & corruptionem, ibi quoque possit esse transmutatio secundum augmentum & decrementum, ... secun...

... relationem, & secundum locum: ipsa vero generatio alijs transmutationibus non conse- ... quibus sunt aliæ, præsto sit & ipsa: nisi forte vni, aut etiam alteri. Non enim vbi est mutatio ... locum, adest etiam mutatio secundum generationem & corruptionem: vt necesse sit, quòd ... quod mutatur secundum locum per potentiam materiæ mobilis ad locum, idem etiam habeat ... generabilem & corruptibilem: siquidem cœlum habet materiam, vt moueri possit secundum ... non autem habet materiam, vt possit generari aut corrũpi: aut augmẽtum, vel decrementũ pa- ... autẽ sit discrimen inter simpliciter generari, & nõ simpliciter generari, in physicis explicatũ est.

TEXTVS.

EX his igitur, quæ dicta sunt, [a] *colligere oportet, ac congregando summatim finem imponere. Dictum autem est,* [b] *quòd substantiarum causę, principia, & elementa quæruntur. Substantiæ vero, quædam ab omnibus concessæ sunt, de quibusdam autem separatim enunciauerunt quidam. Concessæ quidem, quæ naturales sunt. vt ignis, terra, aqua, & cætera simplicia corpora: deinde ..., & partes earum, animalia, & partes eorum:* [c] *& tandem cœlum, & partes cœli. Separatim autem ... quidam esse dicunt formas, & mathematica. Alias vero accidit ex rationibus substantias esse, ... quod erat esse, & subiectum.* [d] *Item aliter genus magis quàm species & vniuersale quàm singularia. ... ersali vero & generi ideæ quoque copulantur. eadem namque ratione substantiæ videntur esse. Cum ... quod quid erat esse substantia, huius autem ratio definitio: ideo de definitione, & de ipso per se deter- ... tum est. Quoniam vero definitio ratio, ratio autem partes habet, necesse quoque de parte erat videre ... substantiæ partes, & quæ non, & si has definitionis quoque esse oportet. Item etiam nec vniuersale ... ntia est, neque genus.* [f] *De Ideis vero, & Mathematicis posterius considerandum est, etenim præter ... substantias, has quidam esse dicunt. Nunc vero de concessis substantijs tractemus. hæ autem sunt ... ensibiles sunt. Sensibiles vero cunctæ substantiæ materiam habent.* [g] *Est autem substantia idipsum, quod ... citur, aliter quidem materia, & aliter ratio, materiam autem dico, quæ, cum non quod quid actu sit, po- ... st quod quid. Aliter autem ratio & forma, quod cum sit quod quid* [h] *ratione separabile est. Tertium ... quod ex his est, cuius generatio solius, & corruptio est, & separabile simpliciter. earum enim substan- ... rum, quæ secundum rationem, quædam sunt separabiles, quædam vero non.* [i] *Quòd autem materia quo- ... substantia est, patet. In cunctis namque oppositis transmutationibus est aliquod transmutationis subie- ... puta secundum locum, quod nunc hic, rursus alibi. & secundum augmentationem, quod nunc tan- ... rursus minus aut maius. & secundum alterationem, quod nunc sanum, rursus ægrum, similiter autem ... undum substantiam, quod nunc in generatione, rursus in corruptione. & nunc quidem subiectum, vt ... quid, rursus autem subiectum, vt secundum priuationem. Et sequuntur hanc etiam aliæ transmutatio- ... cæterarum vero* [k] *aut vnam, aut duas hæc non sequitur. non enim est necesse, si quid materiam habet ... n, hoc generabilem etiam & corruptibilem habere. Verum quæ* [l] *inter simpliciter fieri, & non sim- ... fferentia sit, in Physicis dictum est.*

ADNOTATIONES.

COLLIGERE [a] *oportet, ac congregando summatim finem imponere.* Dictio illa, colligere, græce habetur συλλογίζεσθαι, quòd importat non solum ratiocinari secundum ordinem syllogisticum; verum etiam accipitur pro eo, quod est concludere, & colligere, vt vertit Bessario: & in hoc sensu sumitur hoc loco ab Aristotele: ac si ita diceret. Colligamus ex dictis in capi- ... hactenus sunt tractata. Ex quibus tamen præstringit ea solum, quæ pertinent ad contemplatio- ... substantiæ, de qua cognitio sumenda est, vti potissimo illo ente, ad quod omnia alia genera entiũ ... cantur. sicuti interim perscrutationem dirigit ad ipsam substantiam sensibilem, quam compositam ... supponit: vt ita sermonum præhabitorum compendium faciat, & magis determinentur, quæ longa ... ione antea sunt explicata. Et cum ait: *& finem imponamus:* intelligendum est quo ad hanc me- ... m de substantijs sensibilibus: vt etiam Alensis explicat. Alexander autem hanc tractationem ita Alensis. Alexand. ... minari: vt postea initium sumatur eius speculationis, quæ pertinet ad actum & potentiam. quam ... men dicimus pertinere etiam ad explicatiorem cognitionem materiæ, & formæ: & ita substantiarum ... bilium: licet vniuersalis magis sit, & ad alia quoque deseruiat hæc de actu & potentia contempla- ... apparebit ex libro sequenti. [b] *Dictum autem est, quòd substantiarum causæ principia & elementa ... untur.* Et de hoc præcipue dictum est supra in lib. 4. cap. 2. & in initio lib. 6. & alibi quoque hoc ... tatus est Aristoteles: sed præcipue in initio lib. 12. apud nos postremi. Dum autem nominantur cau- ... principia, & elementa, Alexander animaduertit, per causas, connotari formas, & per principia, effi- Alexand. Auerr. ... & finem: & per elementa, materiam. Auerroes autem dicit, principium dici de existente in re, & de extra rem existente: causam vero maxime de agente & de fine, & quandoque de quattuor causis. elementa vero non nisi de existentibus in re. Sed quomodo hæ voces singulæ accipiantur, latius ... rum est a nobis in lib. 5. Vt autem animaduertimus in initio lib. 6. videtur Aristoteles fere sem- per indifferenter hæc pronunciare. ac si diceret: dicantur quomodocunque, aut principia, aut causæ, aut elementa, ea, ex quibus sit accipienda notitia de substantia. Antiqui enim impromiscue hæc afferebant; quibus tamen in libro 14. apud nos 12. cap. 4. opponitur ab Aristotele, quòd omnia principia nuncuparent elementa: vbi patefacit de prima omnium causa id dici non posse. Et in

lib. 12. apud nos postremo, cap. 4. docetur, principijs, quæ sint causæ extrinsecæ, minime
Suess. nire vt dicantur elementa. Dubitat autem hoc loco Suessanus: quoniam etiam in lib. 12.
postremo, agitur de principijs naturalibus: & ait proœmialiter ibi agi, vt per eas substantias
transeamus ad alias substantias. At dicimus nos de principijs vniuersis quo ad substan
tam naturalem, sub ratione huius vniuersi, tractari solum in dicto lib. 12. & non esse hic abs
tractationem principiorum: licet in lib. superiori, & in hoc alio, in genere de materia & de for
modo se habeant pro constitutione substantiæ naturalis, explicetur: nondum enim propre ea
cognitio, quod nam sit primum principium commune omnis substantiæ compositæ secund
riam: & quale sit principium commune secundum formam: & de alijs principijs extrinsecis
pendet ordo huius vniuersi) nequaquam hic, sed ibi absoluta tractatione determinatur, vt de hoc
Alexand. bro illo vberius dicetur. c *Et tandem cœlum, & eius partes*. Alexander ait, per cœlum intel
mundum ipsum vniuersum: aut etiam corpora cœlestia tantum: & hunc quidem in modum
cipi hoc loco; vt etiam patet ex dictis supra lib. 7. cap. 3. vbi enumerantur partes cœli, Sol, L
d *Item aliter magis genus*. Hoc loco commemorat disputationem habitam in lib. 3. cap. 4. vbi
tatum est, quòd genus videbatur magis substantia, quàm species: & vniuersale, quàm indiuidua.
de vero in lib. præcedenti deductum est in oppositum, quòd nullum vniuersale sit substantia. quo
do repetit; quoniam non dum est plane determinatum, quomodo scientia possit haberi de sub
si genus, & vniuersale ex quibus habenda esset scientia, non sunt substantia, neque indiuidua po
rit: de qua re in calce lib. 13. apud nos 11. tractatur, & determinatur. e *Huius autem ratio*
λόγος, quam vocem vertunt *rationem*; sed commodius orationem dicerent: quandoquidem potest
esse oratio, quæ non sit definitio: non est autem obscurum, quòd forma est ea, a qua depende
explicatio, vt ideo etiam eadem appelletur λόγος, ipse sermo. f *De ideis vero*. Ait postea se
raturum de ideis, & de mathematicis. Et id quidem; quoniam ponuntur a nonnullis inter subst
præter ipsas sensibiles: vt hinc colligatur, tractationem de his esse postea futuram iuxta hanc spe
tionem, num sint substantiæ, & vtrum principia sint pariter substantiæ: & ideo esse aliam contem
nem ab ea, quæ habetur in 1. lib. circa opinionem idearum. Ibi enim non considerantur eo prop
num huiusmodi sint substantiæ: sed in vniuersali exponitur, & aliquo modo impugnatur hæc po
tum vt colligatur veram esse determinationem habitam in physicis circa quattuor genera caus
tum etiam vt inde dignoscatur, viam philosophandi rectam non fuisse institutam ab assertorib
rum, & ab alijs huiusmodi philosophiæ inuentoribus. Et ideo aliam rationem philosophandi
dam longe ab ijs alienam: vnde scientia hæc ab Aristotele est constituta. Proposita autem co
tio de ideis, & mathematicis absoluitur infra lib. 13. & 14. apud nos 11. & 12. Cum autem dici
præter sensibiles substantias has quidem esse dicunt: Adnotandum in cod. græco haberi loco illi
præter περὶ idest, *circa*, quam lectionem secutus est Perionius, licet Bessario & interpres Alexa
terint *præter*: ac si haberetur, παρὰ: nec dubium quidem est, quòd nonnulli præter substantias sen
ponunt ideas, & mathematica entia esse substantias. Sed & lectio quæ habetur in exemplar
cis impressis iuxta hanc vocem περὶ, retineri posset, & dici: quòd circa substantias sensibiles
constituunt alias substantias; illi præsertim, qui ponunt mathematica, & numeros esse principia
lium, cum referant hæc ad sensibilia, tanquam ipsorum causas atque substantiam. Aut quonia
dum nonnullos, sunt entia mathematica, & numeri in ipsis sensibilibus, & ita circa sensibilia e
licet diuersæ naturæ supponantur esse a sensibilibus. g *Est autem substantia id ipsum quod*
Ita Bessario vertit, & simili modo interpres Alexandri, & alij verba hæc, quæ græce ita habent:
σία, τὰ ὑποκείμενα: ex quibus apparet in plurium numero poni subiecta, & non subiectum in sing
de possemus interpretari, quòd subiecta & supposita (vt sunt substantiæ) in ijs aliter materia est
tia, & aliter forma. Quam lectionem innuit etiam Suessanus: sed nihilominus idem sensus quoque
ad rem ipsam excerpitur ex vulgata editione. h *Ratione separabile est*. Dicit quòd substanti
appellatur & λόγος, & μορφὴ, ipsa forma, est separabilis *ratione*. græce τῷ λόγῳ: & propterea adiunct
alia dictio μορφὴ, ne æquiuocatio haberetur in sermone, cum forma, expressa hac voce λόγος, sit
cta τῷ λόγῳ separabilis. Vnde etiam intelligeretur conuenientius dicendo, quòd forma est se
ratione; nempe intellectione, & definitione; quod non potest dici de materia, quę non potest
intellectione, aut definitione a subiecto, nisi sub ratione formæ; sicuti de hoc infra erit occasio
explicandi. Ipsa autem forma circa res naturales est separabilis, saltem ratione, & intellectione, vt
sit necesse pro ipso quod quid erat esse, adiungere materiam: cum per formam totum quod quid e
esse rei expleatur. Nec refert, quòd substantia naturalis non debeat definiri, fere in omnibus,
ria adiuncta: vti antea sępius animaduertimus. Nam materia, non pro explicando quod quid e
adiungitur in definitione: sed pro vehiculo formę, quæ in rebus naturalibus non potest absolute d
gni, quin includatur materia, vt vberius dictum est in lib. præcedenti. Cum vero subiungitur
stotele subdiuisio ipsius formę hunc in modum: quòd earum substantiarum, quæ sunt secundum r
nem, quædam sunt separabiles, quædam vero non: id innuit, quòd formæ omnes non sunt separa
Alexand. simpliciter per se subsistentes: sed aliquæ tantum sunt huiusmodi: sicuti Deus Opt. Max. Alexander
men refert hoc dictum ad animas: dicens quòd quæ sit cuiusque anima, hæc non sine materia: sed
ticeps rationis separabilis est, subiungens alias dici ab Aristotele mortales. Quod aduertendum

vnum est prius quàm multitudo, sic alia ratione assumitur vnum in explicatione multitu... set dici, quòd multitudo est aggregatio multarum vnitatum, & non vnius: & ita non per... sed per multa vna explicaretur multitudo. At dictum est cap. 2. quòd esse vni in hoc max... vt sit prima mensura cuiusque generis: non igitur hæc alia est sua definitio, quòd sit... potest, quòd illa definitio, quòd vnum sit prima mensura cuiusque generis, pertinet ad fo... hæc vero alia, quòd sit indiuisibile, pertinet ad materiam: & ideo maxime illi alia compe... quæ etiam est notior: hæc autem alia per multitudinem manifestatur: idest per diuisione... nit multitudini, cuius hæc est definitio, quòd sit quantitas in plures partes diuisibilis, seu d... ratione contrarietatis per multitudinem explicatur ipsum indiuisibile, quod competit v... relatiue opponitur vnum multitudini, sed priuatiue: nam conceptus quidem mensuræ... vnum est mensura, refertur ad mensurata in genere. Et ita ratione generis potest dici, quod... cerni: mensuram, relatiue se habeat ad mensurata: sicuti grammatica dicitur ad aliquid rati... neris, nempe scientiæ, quæ ad aliquid dicitur: vt explicabat Aristoteles in lib. 5. in tractatu...

D.Tho. Alensis. [c] *Quemadmodum & in diuisione contrariorum descripsimus*. D.Thomas & Alensis, aiunt id... se in lib. 5. in explicatione contrariorum: quod tamen non apparet. Verum ijs verbis insinu... psisse diuisionem quandam contrariorum: qua ostenditur ad vnum & multa, tanquam ad p... Alexand positionem, reduci omnia contraria: quod etiam insinuauit in lib. 4. cap. 3. Et Alexander ibi... actum esse in 2. lib. de Bono: vnde hæc descriptio contrariorum in hoc opere non inuenitu... bi facta supponitur. [d] *Cum autem idem multipliciter dicatur*. Aduertendum hanc dictio... græce modo proponi per hanc particulam αὐτό: modo hac alia, ταὐτό: quemadmodum... alia dictio, *diuersum*, modo ἄλλο, modo ἕτερον appellatur: quod obseruandum visum est, ne e... Alexand. gat circa verborum intelligentiam, tametsi Alexander distinguere videatur ipsum aliud a diue... tenus, inquit, per idem & diuersum nō habetur contradictio: sed per idem & aliud etia... tia: quod tamen non apparet apud Aristotelem. [e] *Vno quidem modo secundum numerum*... loco vnum significatum huius nominis, *idem*: quod dicit esse secundum numerum, & inn... diuiduum, cui insint diuersa: sicuti album & musicum insunt Socrati: & ideo idem dicuntur... eidem subiecto Socrati insunt: & est significatum pertinens ad ipsum idem acceptum secun... dens. Huic subiungitur alius modus pariter secundum numerum: vbi accipitur idem secu... dem materiam & formam: sicuti tu tibi ipsi es idem: adeo quòd indiuiduum compositum e... sua materia & forma. Cum vero subiungitur: *item si primę substantię ratio vna sit*: innuitur ali... vt idem dicantur, quorum ratio & definitio est eadem pertinēs ad primam substantiam, quæ... & in hoc significato non vnum numero, sed plura comprehenduntur: veluti sunt (sicuti a... plum Aristoteles) lineæ rectę æquales, quæ dicuntur esse idem, & si sint plures numero: quo... sis est eadem definitio. Et ad hoc tertium significatum reducuntur ea, quæ dicuntur esse ide... cie, vel genere: in his enim omnibus communis quædam reperitur & eadem definitio, in q... niunt. Adnotandum autem, non doceri seorsum de ipso æquali: quoniam æqualitas ad idem... ducitur. [f] *Similia vero, si cum non sint eadem simpliciter, nec secundum substantiam subiect... rentia, secundum speciem eadem sint*. Assignat primum significatum huius nominis, *simile*... quòd licet non differant nonnulla in materia, & secundum formam eadem sint, attamen qu... eadem simpliciter, dicentur similia. Veluti est maius quadratum, & minus quadratum: de qu... mus dicere, quòd sint eadem secundum definitionem, quæ deinde dicuntur similia, quatenus... maius, & aliud est minus ex ipsis, vt ita non sint idem absolute: & propterea similia dicuntur... *que & idem opposite*. Hæc dictio, *aliud*, sonat id, quod diuersum, licet distinguat Alexander... uerso, vt dictum est antea. Et tria videntur assignari significata huius nominis, *aliud*, opposito... habentia ad significata ante tradita circa ipsum idem: quorum vnum pertinet ad ipsum indiui... quod variari potest secundum accidentia. Vnde, sicuti primum significatum huius vocis *idem* era... musicum & album essent idem propter subiectum vnum & idem numero, cui insunt: sic erit ali... iectū, & non idem vt prius, si desierint in ipso quæ prius ipsi inerant: sicuti Socrates sedens e... ipso non sedente. Aliud vero significatū ipsius *aliud*, est, si eadem materia & forma non fuerit v... admodum tu es diuersus a tuo proximo. Tertium vero significatum est: sicuti in mathemati... tur, quòd idem erant plures lineæ rectæ æquales secundum definitionē: ita opposito modo eru... quæ non habent eandem definitionem. Vult autem Aristoteles de omni, quod sit ens vel vnu... dici, quòd aut idem, aut diuersum, siue aliud est. Et hoc quidem, quoniam per diuersum non fit... sitio secundum contradictionem ad idem; adeo quòd & in his quæ sunt, & in his quæ non sun... sitio locum habeat: sicuti se habet in vera contradictione. Quemadmodum etiam vnum & mul... tradictorie non opponuntur: ad quę tanquam ad primam oppositionem, hęc alia opposita red... vt dictum est antea. Ita igitur opponitur aliud, seu diuersum ad ipsum idem, vt solum de eo,... sit ens & vnum, habeat veritatem huiusmodi oppositio, quæ est inter idem & diuersum. Poss... tem dicere, quòd illud, quod est vnum, potest non esse vnum, & tamen erit ens: veluti, si non sit vn... sed multa: & ita non opponitur aliud ad idem contradictorie: sed negatio eiusdem, id est non ide... opponitur ad idem secundum contradictionem, ita vt & quæ sunt, & ea quæ non sunt complect... hæc oppositio. [h] *Differentia vero & diuersitas aliud est*. Statuit aliud esse differentiam, & aliud diuer...

qui pe diſcrimine: quoniam quod eſt diuerſum,& ſi ab alio ſit diuerſum, non tamẽ neceſ- t d uerſum. Dicit autem non neceſſe eſſe, vt aliquo ſit diuerſum: quoniam diuerſum dici diuerſum ab alia re in aliquo, in quo ſit diuerſum ab ea. Verum ſimpliciter aliud eſt di- o differenre. ſicuti prædicamenta, ipſa ſuprema genera, dicuntur inter ſe diuerſa, at nõ dif- em differens & differentia ad hoc limitantur, vt aliquid ſupponant, quo differant, quæ le differentia ſiue in eodem genere differãt, ſicuti album differt a nigro in genere colo- in diuerſis generibus, in quibus continentur: ſicuti ſcientia differt ab homine in genere homo non ſit qualitas, ſed ſubſtantia, qua differt a ſcientia. Vnde ait, quæ differunt ge- orum non eſt communis materia, neque mutua generatio; ſicuti eſſet inter album & ni- quorum eſt alia prædicationis figura: vt ſunt quæ in diuerſis prædicamentis continentur. *vero differentia, & contrarietas quædam differentia eſt*. Supponit quòd contraria, & contra- quædam differentia, ita dicens quòd ſit quædam differentia: quoniam limitatur differentia ad rietatem, quæ eſt maxima, vt docetur cap. ſequenti. Cum vero ſubiungit. *quòd autem recte ex inductione patet*. Alexander refert hæc ad hoc ipſum, quod quæ differunt, in aliquo Alexand. t, & quòd recte ſit ita ſuppoſitum, patere poſſe ex inductione. Vnde, iuxta hanc intelligentiã, d illa verba: *cuncta enim differentia*, adiunxerunt hanc dictionem, *eadem*, ita legentes: *cuncta ntia videntur eadem, & non ſolum diuerſa eſſe*: quæ tamen lectio in græco codice deſidera- Beſſario, neque Perionius illam afferunt. Sed contra expoſitionem Alexandri illud facit, ꝙ t diuerſa genere, & differunt genere, in quibus nulla eſt conuenientia: ſicuti illa quæ habent guram prædicamenti. Et ideo dicendum eſt, aliud eſſe differre in genere, & aliud differre dem differunt in genere coloris album & nigrum: differunt autem genere homo, & ſcien- erea præſtat interpretari, quòd ex inductione pateat hoc ſuppoſitum: nempe contrarietatem m differentiam, vt non ſolum contraria ſint diuerſa, ſed etiam differentia: hinc denotando, quod eſt differens, eſt etiam diuerſum. Sed non e contra, vt etiam antea animaduertimus. o ſubiungitur: *quare & quæ eadem ſpecie in eodem genere ſunt*: aduertendum vocem illam græco, ταῦτὰ accipi pro eo quod eſt, *hæc*: & eſt dicere, quòd quæ ſunt differentia, hæc ſunt ſpecie genere ipſo, non abſolute ſunt eadem ſpecie, ſed in natura generis ſunt eadem iuxta deducta od genus eſt illud, quo, quæ differunt, vtraque ſunt idem ſecundum ſubſtantiam: cui voci re- t hæc alia græce, ταὐτὸ εἶναι, vt pro hac dictione, *eſſe eadem ſpecie*, intelligendum ſit, eſſe eadem ſpe- i ſubſtantia in eodem genere, in quo conueniunt. Aduertendum autem quòd interpres Alexã- *quare in eodem genere ſunt, & genere eadem ſunt*. Perionius autem ſic: *in eodem genere ſunt* , & aliter Beſſario. Aduertẽdum autem quòd hi termini, idem, diuerſum, differens, & hu- quòd a mente ſint confecti, & non ſint per ſe rem vllam ſignificantes: non tamẽ abſunt ificatione denotante ſaltem quandam habitudinem in rebus: ſicuti dixerimus, ſignificari , & per differens varias habitudines in rebus: ſiquidem ſi ſit diuerſum aliquid ab alio, non rebus ſit aliquid, quo ſint diuerſæ: ſicuti oportet quòd differentes res inter ſe aliquo dif- a differentes naturæ rerum ſignificentur. Vnde quæ in lib. 4. cap. 3. propoſuerat agenda & Ariſtoteles circa ſpecies & proprietates ipſius vnius, abſoluit in hoc lib. cum prius tamen va- gnificata attulerit in lib. 5. quæ hic manifeſtat: quomodo omnia conſequantur ad vnum & ad t in ipſis aut vnius, aut multitudinis eſſentia inuenitur.

D. differentia, quomodo ad contrarietatem pertineat: & de varijs modis, & definitionibus contrariorum. Cap. VI.

P A R A P H R A S I S.

QVONIAM autem contingit vt ea quæ differunt, inuicem differant plus & minus; hinc fit, vt ſit quædam maxima differentia, & hæc contrarietas dicitur. Quòd autem contrarietas ſit maxima differentia, manifeſtum ex inductione. Nam quæ differunt genere, hæc non habent viam & tranſitum in inuicem, ſed plus diſtant, & ſunt inuicem incombinabilia: vnde in his eſt conſtituenda hęc maxima differentia ſecundum contrarietatem. In differentibus autem ſpecie, erationes ſunt ex contrarijs, tanquam extremis, vt patet in ordine generationis. Atqui extremum maxima diſtantia: quare & extremum quod conſiſtit in contrarijs, erit maxima diſtantia. Sed maxi- m in quoque genere eſt perfectum (ſiquidem maximum eſt illud, cuius non eſt exceſſus, & perfe- ſimiliter eſt illud, cuius non eſt poſſibile extra aliquid perfectum accipere) quare & contrarie- tas erit differentia perfecta: finem enim habet perfecta differentia: ſicuti & alia dicuntur perfecta, ex eo quod finem habeant: ipſius autem finis nihil eſt extra: eſt enim vltimum in omni re, & continet, & con- cludit in ſe alia: ac propterea nihil eſt extra finem, neque perfectum vlla re indiget. Quòd quidem igi- tur contrarietas ſit perfecta differentia, ex his manifeſtum eſt. Cum autem multis modis dicantur con- traria; non enim ſolum quæ ſimpliciter & formaliter dicuntur contraria vt album & nigrum: verum etiam

etiam habentia contraria, vel effectiua contrariorum dicuntur contraria, & similiter [...] ctiones contrariorum, & huiusmodi alia: in his omnibus erit hic ordo, quod in omn[...] tit ipsis ratio contrarietatis, ita pariter inerit ratio perfectionis. Patet etiam sequi ex d[...] contingit esse plura contraria. nam neque extremo aliquid magis erit extremum: vnde [...] parte extrema esse non possunt: neque vnius interualli, seu distantiæ plura extrema [...] no autem (vt concludatur totum id quod modo est propositum) si contrarietas, vt e[...] differentia, & differentia est duorum, vtique & perfecta differentia duorum erit: nõ igitur sunt esse contraria. Necesse autem & alias definitiones allatas de contrarijs in lib. 5. esse [...] quæ hic sunt determinata. Veluti quòd contraria sint, quæ maxime distant, quod conuenit loco sunt explicata. Nam maxima differentia maxime differt: siquidem eorum, quæ diffe[...] nihil est extra accipere: differentium vero specie ostensum est quòd ad ea quæ sunt extra g[...] differentia, sed est intra genus: horum autem differentia est maxima: quare recte dictum e[...] traria sunt, quæ maxime distant. Item illa definitio, quòd quæ in eodem genere plurimum [...] contraria, hinc patet quòd vera est: cum horum differentia perfecta sit maxima. Item illa, [...] ria sint, quæ in eodem susceptibili plurimum differunt. etenim materia eadem supponi[...] vnde in ipsa maxime possunt distare. Item ea definitio vera est, quòd contraria sint, quæ f[...] cultate plurimum differunt: siquidem & scientia vna versatur circa vnum genus eorum, in [...] fecta differentia est maxima: hanc autem esse contrariorum iam dictum est.

TEXTVS.

CVM [a] autem contingat inuicem differre, quę differunt, & plus & minus, est etiam [...] xima differentia, & hanc dico contrarietatem. Quòd autem maxima differentia est, [...] est ex inductione. Quę enim genere differunt, non habent ad se mutuo viam, sed p[...] non conueniunt. illis vero, quę specie differunt, generationes ex contrarijs tanqua[...] sunt. distantia vero vltimorum maxima est, quæ etiam contrariorum. Atqui quod maximum e[...] genere, perfectum est. etenim Maximum est, cuius non est excessus. Perfectum vero, extra quod [...] sibile aliquid habere. finem namque habet perfecta differentia: quemadmodum cętera perfecta di[...] quod habeant finem. extra finem autem nihil est. vltimum enim in re omni est, & continet. qua[...] tra finem est, nec indiget aliquo, quod perfectum est. Quòd igitur contrarietas est differentia per[...] patet. [b] Cum autem multipliciter dicantur contraria, ita perfectum sequitur, sicuti eis inest esse [...] His autem existentibus, [c] patet quòd non contingit vni plura contraria esse. nec enim vltimo [...] quid erit, nec vnius distantię plura, quàm duo vltima. & omnino si contrarietas differentia est, [...] vero duorum est, ergo & ipsa perfecta. Necesse autem alias contrariorum definitiones veras [...] plurimum differt perfecta differentia. Namque non est aliquid sumendum extra ea, quę & gene[...] & specie. ostensum est enim quòd ad ea, quę extra genus sunt, non est differentia. horum autem [...] est. Et quę in eodem genere plurimum differũt, contraria sunt. maxima enim horum differenti[...] fecta est. Et quę in eodem susceptiuo plurimum differunt, contraria sunt. materia enim eadem co[...] quę sub eadem potentia plurimum differunt. etenim scientia circa vnum eorum genus vna, in qu[...] fecta differentia maxima est.

ADNOTATIONES.

CVM [a] autem contingat inuicem differre. Vult palam facere id, quod suppositum est, quo[...] trarietas sit quædam differentia, nempe differentia maxima atque perfecta: quod [...] tur. Primo supponitur, dari differentiam maximam. & id debet patere, quando man[...]

D.Tho est, differre res & magis & minus, vnde & maximum debet dari: alioquin (vt inquit D. Tho[...] mas) esset processus infinitus. Quòd autem contrarietas sit huiusmodi differentia maxima, q[...] perfecta dicitur, probatur inductione. Nam quæ differunt, aut differunt genere, aut specie: quod [...] re differant, hæc distant inter se plus quàm contraria, vt quæ sint inuicem incombinabilia, v[...] prema genera. quæ vero differunt specie, horum generationes fiunt ex contrarijs, vti extrem[...] tere potest in generatione omnium contrariorum: quæ sunt huiusmodi, vt sub eodem genere co[...] tur, & mutua in ipsis est generatio: ita tamen, vt sint extrema distantia inuicem in genere, quo co[...] tur. Hinc habetur contraria esse quædam extrema. consequenter cum extremum interuallum [...] mum, sequitur vt sit etiam perfectum. Et cum differentia maxima sit etiam perfecta, vt quæ fine[...] tineat: ideo concluditur, quòd contrarietas est maxima, & perfecta differentia, adeo vt hæc sit p[...] contrarietatis definitio. In hac autem probatione vsus est Aristoteles quibusdam suppositioni[...] tissimis, quæ sunt veluti dignitates ab omnibus admittendæ: veluti est illa, quòd maximum sit [...] que genere perfectum. Item illa, quòd habens finem sit perfectum. adhæc illa, quòd finis est, cuius e[...] nil est accipere. Et quoniam suppositum est, generationem in differentibus specie fieri ex contra[...] extremis: ideo aduertendum, quòd si fiat mutatio circa ea, quæ sunt media inter extrema, veluti ex [...] co in ceruleum, hæc etiam erit mutatio sub ratione extremorum: nempe secundum album & [...]

... cum multipliciter dicantur contraria. Ijs innuit ſignificationem diuerſam contra-... Nam primo contraria intelliguntur ea eſſe, quæ formaliter ſunt contraria: ſicuti album & ni-... uicer contraria. Deinde vero non ita primo, ſed ratione primorum dicũtur alia contraria ... quidem ita, quòd non ſecundum accidens, ſed non primo ſunt contraria: veluti quæ ha-... contraria, dicuntur etiam contraria ſecundum ſe quidem, non tamen primo, ſed in quantum ... Similiter ſuſceptiua contrariorum, & effectiua contrariorum dicuntur contraria ſecũ-... primo, ſicuti expoſitum eſt in lib. 5. His igitur hunc in modum dictis contrarijs conue-... perfectum, non quidem primo, ſed ratione primi ſignificati, quod concernit formali-... ipſamet contraria. [e] *Patet quod non contingit vni plura eſſe contraria.* Hoc fuit ... poſitum in lib. 5. in tractatu de Contrarijs: & id quidem ita ſe habere fit perſpicuum per has ...es. Primo, quoniam extremum non poteſt eſſe magis extremum, cum non detur maximum ...mum: hæc enim ſibi inuicem aduerſantur. Deinde, quoniam vnius interualli non poſſunt eſ-... duo extrema: alioquin non vnum tantum eſſet interuallum. Denique, quoniam diffe-... duorum: ergo & contrarietas quæ eſt perfecta differentia, erit duorum: vnde cõcluditur, quòd ... vnum eſt contrarium. At inquit aliquis: virtuti, vt puta liberalitati, duo vitia contraria op-... prodigalitas ſcilicet & auaritia. Ad hoc dicendum eſt primo, quòd vitia ſunt ea, quæ ſecun-... & defectum inter ſe opponuntur, licet conueniant in genere vitij: quæ deinde opponũ-... virtuti (vti medio poſito inter ipſa vitia quæ ſunt extrema) in latitudine interualli: & ideo ſe-... hanc conſiderationem, virtus & vitium non opponuntur ſecundum perfectam differentiam: ...nuntur etiam album & nigrum fuſco: at non vt extremo. Sed forte dici poteſt, fuſcum op-... extremum ratione qualitatis ipſius nigredinis ab ipſo participatæ: virtus autem non habet ... qualitatem virij ſibi contrarij: niſi dicatur, quòd circa obiectum eſt etiam participatio in ... cum extremis vitijs: in quantum virtus circa idem obiectum medio modo ſe habet: vitia autem ... modo circa idem obiectum verſantur. Si autem poſtea conſideretur virtus, vt eſt habitus re-... ratione exiſtens, ſic opponitur ſimpliciter vitio vtrique, tanquam vni extremo: cum in hoc cõ-... duo vitia, quòd ſint habitus non cum recta ratione ſe habentes. Et ſi contingat, quòd virtus ma-... vitiorum opponatur, veluti liberalitas magis dicitur opponi auaritię, quàm prodigalitati, hac ... non erit ſecundum maximam diſtantiam vtrique vitio oppoſita virtus, cum magis vni, quàm al-... opponatur. Verumtamen ſemper vnum vni opponitur: vel vt medium extremo, ſicuti virtus vitio: ... extremum extremo, ſicuti vitium exceſſum continens opponitur vitio conſiſtenti a parte defe-... [d] *Neceſſe autem alias contrariorum definitiones veras eſſe.* Allata eſt definitio vera & germana ... contrarietatis: quòd eſt maxima & perfecta differentia. Sunt autem & aliæ definitiones contra-... quibus in lib. 5. Veluti, quòd contraria ſint quæ plurimum diſtant. Item, quæ in eodem ge-... diſtant. Item, quæ in eodem ſuſceptiuo plurimum diſtãt. Item, quæ ſub eadem facult-... ſtant: de quibus, ait Ariſtoteles, ꝙ omnes ſunt veræ, & poſſunt manifeſtari ex definitione ... ſignata ipſius cõtrarietatis. ſiquidẽ, ſi contrarietas eſt perfecta differentia, includit etiam ma-... in his, quæ ſecundum genus differunt. Nam in his, quæ genere differunt aut ſpecie, ... nihil poſſe extra accipi: quinimmo ad ea, quæ extra genus ſunt, non eſt differentia. Eorum ... differunt ſpecie, differentia eſt maxima: unde omnes prædictæ definitiones contrarietatis ... veræ, & manifeſtantur per definitionem propriam aſſignatam de contrarietate. Vna autem, ... propria, eſt definitio contrarietatis: quando in ea omnes aliæ includuntur tãquam illam inſinuan-... eidemque annexæ: cum in omnibus ſupponatur maxima diſtantia iuxta maximam differentiam: ... non mirum plures inductas eſſe contrariorum definitiones diuerſis ſubiectis applicitas.

Quomodo oppoſitio contrariorum reuocetur ad habitum, & priuationem, cuius poteſt eſſe medium, non autem contradictionis. Cap. VII.

PARAPHRASIS.

PRIMA autem contrarietas, quæ in contrariorum ſignificationibus eſt prima, eſt habitus & priuatio: ſed non omnis priuatio (multis enim modis dicitur priuatio, ut explicatum eſt in lib. 5.) ſed illa priuatio, quæ fuerit perfecta, ut ſit ſimpliciter, & non ſecundum quid priuatio, ſed in toto. Reliqua uero contraria ſecundum hanc dicuntur: aliqua quidem, quoniam ... ocent: alia eo quòd faciant, aut effectiua ſint contrariorum; alia, quoniam ſint aſſumptiones, uel abie-... nes horum, uel aliorum contrariorum: idest, uel habitus, uel oppoſitæ priuationis. Si igitur oppo-... ntur ad inuicem tum contradictio, tum priuatio, tum contrarietas, tum ea quæ ſunt ad aliquid; horũ ... em prima eſt contradictio, & contradictionis non eſt medium, contrarietatis autem contingit eſſe medium, hinc manifeſtum eſt, quòd contradictio & contraria non ſunt idem: ſicuti non eſt idem habere medium, & non habere medium. Priuatio autem eſt quędam contradictio. Nam priuari dicitur, tũ ſi ſit impoſſibile aliquid habere abſolute, ut lapidi uiſum: tum ſi quid nõ habeat id, quod eſt aptũ habere:

bere:siue in toto,vt orbati vtroque oculo,vel in parte, si altero tantum. Q[illegible] contradictio:nempe vel impotentia determinata sumpta, prout in lapide ad [illegible] hensa cum susceptiuo,prout homo non videns oculis.Vnde,cũ ita limitetur priua[illegible] tradictio;ideo differt a contradictione,cuius nullum vllo tempore medium esse pot[illegible] tem alicuius est medium,quod patet.Nam omne quidem dicitur aut æquale, [illegible] contradictionem:non autem de omni dicitur, quòd sit æquale, aut inæquale secund[illegible] & habitum:nisi in eo, quod sit susceptiuum æqualitatis:in quo necessariũ erit dicere [illegible] le:aut inæquale.In alijs autem rebus erit medium ita vt sit aliquid,quod neque æ[illegible] le dicatur.quare non omnis priuatio erit contradictio, nisi limitata eo modo [illegible] generationes in materia sint ex contrarijs, fiunt autem vel ex specie ipsius habitus & form[illegible] natione speciei & formæ, manifestum quòd omnis contrarietas erit quædam priua[illegible] tasse omnis priuatio erit contrarietas. Huiusque discriminis est hæc causa,quod multis [illegible] priuari quod priuatum est, vt non omnis priuatio sit simpliciter,sed etiam aliqua secund[illegible] rio;quæ ad extremum non pertingit, in quo consistit contrarietas. Nam,quoniam ex qu[illegible] fiunt mutationes,hæc sunt contraria;ideo nisi fuerit priuatio extrema,non erit co[illegible] nationem alterius contrarij;licet non similiter in omnibus se res habeat. Nam [illegible] æqualitatis:dissimilitudo similitudinis:vitium virtutis:qui modi omnes sunt [illegible] tem (vt dictum est antea) quoniam aliquid dici potest priuatum simpli[illegible] lapis visu:aliud,quoniam aliquo sit priuatum in tempore,quo aptum esset habere & hoc [illegible] altero oculo:aut in toto, vt vtroque oculo:aut parte principali:vt si dextera (quæ est [illegible] malis) homo sit priuatus.Atque ideo fit,vt quorumdam sit medium,quorumdam vero [illegible] vt puta potest esse homo,qui neque sit bonus,neque malus:& ita medius inter vi[illegible] niam scilicet neque secundum perfectam iustitiam sit iustus, neque secundum extrem[illegible] sit iniustus:& ita priuatio non erit perfecta contrarietas. Par autem aut impar omnis est numer[illegible] sit medium in hac oppositione. Præterea aliquæ harum oppositionum habent subiectum de[illegible] tum,vt par & impar habent numerum:virtus & vitium animam.aliæ vero non habent, vt [illegible] dissimilitudo,æqualitas & inæqualitas. Manifestum igitur ex dictis, quod alterum contrario[illegible] per dicitur secundum priuationem.ad quod confirmandum sat est etiam dicere, quod hu[illegible] ea,quæ sunt prima genera contrariorum:nempe vnum & multa, quorum alterum habet [illegible] nationis:ad hæc enim omnia alia contraria reducuntur.quare in omnibus alterum contrari[illegible] bit rationem priuationis.

TEXTVS.



RIMA [a] *vero contrarietas habitus & priuatio est: non tamen omnis priuatio* ([illegible] *enim priuatio dicitur)* [b] *sed quæcunque perfecta sit. Cętera vero contraria secundum* [illegible] *tur,quędam, eo quòd habeant:quędam, eo quòd faciant, aut factiua sint: quędam,* [illegible] *piant, abijciant hęc, aut alia contraria. Si opponuntur itaque contradictio, priuatio, con*[illegible] *& ad aliquid:* [c] *horum autem primum contradictio: contradictionis vero nihil medium est.* [illegible] *autem contingit: patet quòd non idem est contradictio & contraria. Priuatio vero quędam con*[illegible] *aut enim quod omnino impossibile est habere, aut quod, cum natura aptum habere sit, non hab*[illegible] *est, aut totaliter, aut modo quodam determinatum. multipliciter enim hoc, vt in aliis diuisi*[illegible] *cimus. quare priuatio quędam contradictio est,* [d] *aut impossibilitas determinata, siue simul ac*[illegible] *susceptiuo. Ideo contradictionis quidem non est medium, sed priuationis alicuius est. omne en*[illegible] *aut non ęquale. æquale vero, aut inęquale non omne, nisi solum in susceptiuo ęqualitatis.* [e] *Si*[illegible] *tiones ipsi materię ex contrarijs (fiunt autem aut ex forma, & habitu formę, aut ex aliqua* [illegible] *ne speciei & formę) patet quòd omnis quidem contrarietas priuatio est, priuatio vero non* [illegible] *tasse contrarietas est. Causa vero est, quia multipliciter priuari contingit quod priuatum est, a qu*[illegible] *vltimis transmutationes, hęc contraria sunt. Hoc autem & per inductionem manifestum est. omni*[illegible] *contrarietas habet alterius contrariorum priuationem: verum non omnia similiter. inęqualitas* [illegible] *litatis, dissimilitudo vero similitudinis, vitium autem virtutis. Differt autem, vt dictum est.* [illegible] *dem, si solum priuatum sit. hoc vero, si sit, aut quando, aut in aliquo, vt puta in aliqua ętate, aut in pri*[illegible] *li, aut omnino. Ideo horum quidem est aliquid medium, & est nec bonus homo, nec malus:* [illegible] *est, sed necesse est esse parem. vel imparem. Pręterea, quędam habent subiectum determinatum* [illegible] *Quare manifestum est, quòd semper alterum contrariorum secundum priuationem dicitur.* [illegible] *etiam si prima & genera contrariorum, vtputa vnum & multa. cætera enim ad hęc reducuntur.*

ADNOTATIONES.



RIMA [a] *vero contrarietas.* Nuncupat primam contrarietatem, eam, vt dictum est etia[illegible] antea,quæ formaliter concernit ipsa contraria:hoc enim est primum significatum, sicut [illegible] bum & nigrum in hoc sensu sunt contraria. Ea vero,quæ dicuntur habere contraria in [illegible] sis,aut esse effectiua, aut susceptiua contrariorum, hæc non dicuntur prima contrarietas, [illegible]

modo dicuntur contraria: vel, quoniam habeant contraria: vel quoniam efficiant contraria, & … quęcunque perfecta ſit. Vult quòd contrarietas ſecundum primum ſignificatum ac… vt priuatio & habitus. non vult autem ꝙ omnis priuatio ſit etiam contrarietas: ſed ſolū … ecta: intelligens eam, quæ pertingit ad extremum, & totam priuationis definitionem cō… (vt dicitur in lib. 11. apud nos 13. cap. 3.) puer non dicitur abſolute priuatus iuſtitia ſe… itum perfectum iuſtitiæ, etiam quòd non operetur opera iuſtitiæ: propterea quòd nondum … ſuſcipiendum iuſtitiæ. priuatus quidem erit, vt non ſit iuſtus, ſed non ſimpliciter … neque iniuſtus ſimpliciter dicendus eſſet, qui defecerit in aliquo ex mandatis a lege pro… in omnibus. Huiuſmodi igitur priuatio non pertinet ad contrarietatem, quæ continetur … extremorum. [c] *Horum autem primum contradictio*. Inter omnes oppoſitiones con… locum illi, quæ eſt ſecundum contradictionem: & id quidem, quoniam hæc ſummam … oppoſitionem: ita vt quod ponitur ab vna parte contradictionis, ab alia in toto tollatur, tam … quàm circa non entia. quod non contingit in alijs oppoſitionibus: atque ideo aliæ oppoſi… manifeſtantur per contradictionem, vt ideo dicatur contrarium eſſe nigrum albo, quoniam non … [d] *Quare priuatio quędam contradictio eſt, aut impoſſibilitas determinata, ſiue ſimul accepta … priuo*. Conſtituit priuationem eſſe quādam contradictionem: at non abſolute contradictionē, … ad quandam impotentiam: quæ erit vel determinata in genere ſolum abſq; ſubiecti ido… neitate, vti eſt cęcitas oppoſita viſui non applicata ſubiecto idoneo ad videndum, ſicuti lapis … ad videndum. aut erit impoſſibilitas & priuatio limitata ad ſubiectum aptum ſuſcipere … ſicuti homo eſt aptus natus ad videndum. Conſiderando igitur priuationem circa ipſam im… … modo acceptam, erit verum dicere, ita limitatam eſſe quandam contradictionem, vt … cæca, aut videns: tanquam contradictione in hoc ſermone exiſtente: quæ tamen non erit … abſoluta: niſi in quantum eſt limitata ad impotentiam altero dictorum duorum modorū. … erit verum dicere, quòd omne ſit aut cœcum, aut videns: quoniam dabitur etiam aliquid, … neque cœcum, neque videns dici poteſt, ſicuti lapis. & ita in oratione prolata ſecundum oppoſi… habitus & priuationis, dabitur aliquod medium: quod non contingit in ipſa oppoſitione con… …, quæ ad omnia tam entia quàm non entia ſemper ita ſe habet, vt eius pars ſit ſemper vera, & … [e] *Si itaque generationes ipſi materię ex contrarijs*. Quęreret aliquis, quorſum dicat hoc … toteles, ſi fiunt generationes in materia: quaſi reuocet in dubium id, quod eſt manifeſtum: nē… omnes generationes fiunt in materia. Forte dicere poſſumus, ita loquutum eſſe propter animā … quæ quando fit aliquid, non fit ex materia, niſi quatenus in materia, nempe in ſubiecto … virtutis fit mutatio. Aut accipiendum illud: *itaque ſi generationes*: ideſt ſi pro quia ita ſe res … generationes fiunt in materia. Vult autem Ariſtoteles, quòd omnis generatio fiat vel ex ha… … ex priuatione formæ. Vnde huc trahi poſſunt differentiæ, quæ cadunt inter ſpecies ſub… inter hominem & brutum. Nam dicere poſſumus, quòd ex potentia non rationali fiat ani… … rationis: adeo quòd irrationalitas erit differentia in bruto ſecundum priuationem & con… … homine autem rationalitas erit differentia ſecundum habitum. Non tamen inter hæc … ſicuti inter calidum & frigidum: ſed ſat eſt hoc colligere, quòd omnes differentiæ redu… … contrarietatem, cuius vna pars habet rationem priuationis, alia vero habitus. [f] *Pri… … non omnis fortaſſe contrarietas eſt*. Supponit omnem contrarietatem eſſe priuationem: … quòd omnis priuatio ſit contrarietas. Dicit autem, *fortaſſe*: tanquam quòd nondum … ſtatuiſſet. Cauſam autem aſſignat, cur non omnis priuatio ſit contrarietas: nempe, quo… … dicitur multis modis: at contrarietas reſpicit ſolum tranſmutationes factas ſecundum … . Ideo, vbi erit priuatio oppoſita habitui ſecundum extrema, hæc dici poterit contrarie… … autem non peruenitur ad extrema in priuatione, in his quidem erit priuatio, non autem … contrarietas, quæ extrema ſola concernit. Quòd autem omnis contrarietas ſit priuatio, … inductione cognoſci poſſe: ſicuti apparet in his contrarijs, quæ ſunt ſimilitudo & diſſimilitudo, … … & inæqualitas, vitium, & virtus: in omnibus enim his, & in alijs contrarijs ſemper aderit … contrariorum pro priuatione: licet varijs his modis dicantur contraria. Vnde erit regula, … in plus ſe habebit oppoſitio ſecundum habitum & priuationem quàm illa, quæ eſt ſecun… contrarietatem: ſicuti & priuatio habitui oppoſita non ita late patet, vt oppoſitio contra… dictionis: quando in ipſa priuatione dari poteſt medium, quod in ipſa contradictione non da… Aduertendum autem non immerito dixiſſe Ariſtotelem, quòd in contrarietate alterum con… … rariorum habet rationem priuationis: licet non ſimiliter idem ſit in omnibus. Nam in hac contra… … tione, quæ eſt inter ſimilitudinem & diſſimilitudinem, eſt ſatis lata conditio rerum earum, de qui… … dici poteſt, quòd aut ſint ſimilia, aut diſſimilia. Non ita autem late patet oppoſitio, quæ eſt in… ter æquale & inæquale, quoniam hæc ſolum ea reſpicit, quæ habent rationem quanti, vel di… … , vel continui. Sed oppoſitio inter virtutem & vitium magis adhuc arctatur ad ea ſo… … entia, quæ ſunt capacia virtutis & vitij, ſi proprie conſideretur. Et in hoc genere eſt magna varietas, tum propter aptitudinem ſubiecti, tum propter tempus & locum, tum propter partes & … torum. Subiectum autem determinatum ad virtutem & vitium eſt ipſa anima: vnde in hoc gene-

 re oppo-

re oppositionis multa cadit varietas. In oppositione autem, quæ est inter æquale & inæquale, … minatum subiectum ipsum quantum, aut discretum, aut continuum. In illa autem opposi… inter similitudinem & dissimilitudinem, non est determinatum subiectū: sed ad ea tamen … est limitatum. At contradictionis oppositio & ad entia, & ad non entia spectat.

Dissoluuntur difficultates, quomodo in nonnullis aliquid se habeat ut oppositum ad plu… æquale ipsi maiori, & minori, & omnino opponitur medium utrique extremo. Cap. VIII.

PARAPHRASIS.

QVONIAM autem vnum vni est cōtrarium, pro ut antea explicatum est; ideo perq… quo nam pacto vnum & multa inuicem opponantur, cum præsertim ad hæc, tanquam contraria, reducantur omnia alia. Similiter quomodo æquale tum magno, tum paruo … positum, siquidem ipsum, vtrum, in oppositione semper adhibetur. Veluti, dum … aliquid eſt album, aut nigrum? vtrum album aut non album? Vtrum autem homo an al…, non … sueuimus dicere, nisi ex suppositione: veluti quęrentes num Cleon accesserit, vel Socrates, sup… horum alterum tantum accessisse: alioquin in nullo huiusmodi interrogationum genere nec… altera pars alteri parti opponatur. sed & in dicto exemplo, vt ita quæratur, vtrum hic an ille ac… inde profectum est, quoniam opposita sola non contingit simul esse; sicuti & hæc opposita sup… tur, dum ita quæritur, vter venerit: supponendo quòd ex duobus alter solū accesserit, & non e… nam si simul contingeret vtrumque accessisse, ridicula omnino foret eiusmodi percontatio. V… etsi vterque accedere potuisset, adhuc etiam caderet percontatio secūdum oppositionem vn… ta hunc tamen in modum percontando: num vterque eorum, an alter tantum accessit: Vnde … positis semper cadit inquisitio ipsius vtrum, & dici solet vtrum quidpiam maius, vel æquale, … sit: idcirco discutiendum est, quæ nam erit ipsius æqualis ad hæc duo, nempe ad maius & a… positio. Nam neque vtrique videtur opponi debere, cum vnum vni opponatur, neque hor… tum. cur enim potius maiori, quàm minori æquale oppositum erit? Amplius æquale est con… æquali: id autem significat simul & maius & minus, & ita duo: vnde redit eadem difficultas, … ipsum nempe æquale sit oppositum duobus, ipsi maiori & minori, seu inæquali: quo signific… ius, & minus. Et hæc quidem inducta dubitatio fauet eorum opinioni, qui dicunt inæq… dualitatem. sed eorumdem postea sententiæ obstat: quoniam ita contingit, quòd vnum e… duobus, quod est impossibile. Præterea & de hoc dubitandum est, quòd æquale videtur e… inter magnum & paruum: nulla autem contrarietas apparet esse media: neque secundum al… trarietatis definitionem potest esse. Non enim esset perfecta contrarietas, si alicuius e… sed eius quidem magis aliquod medium erit: sicuti albi, quod est contrarium nigro, me… fcum. Ideo, cum æquale non possit esse contrarium inæquali, seu magno & paruo, restat vt … tur, aut vt negatio, aut vt priuatio. Alterius igitur tantum non contingit æquale esse, aut nega… priuationem. Nam cur magis parui quàm magni, aut magni quàm parui potius erit negatio, … tio ipsum ęquale? Itaque relinquitur, vt vtriusque, nempe tum magni, tum parui ęquale sit pri… gatio: atque ideo vtrum ad vtrumque ipsorum dicitur, & non ad vnum tantum. Non enim d… æquale, an maius? neque vtrum æquale an minus? sed semper tria afferuntur in quæstione hunc … dum: vtrum æquale, an maius, vel minus est? priuatio autem hæc, quæ dicta est inferri ab æqu… gnum & paruum, non est ex necessitate, vt illa, quæ est secundum contradictionem. Siquidem n… ne aut æquale est, aut maius, aut minus: sicuti de omni dicitur, quòd est aut æquale aut non e… sed in his tantum erit necessaria, quæ nata sunt esse & magna, & parua, & æqualia: vt sunt vel … dines discretæ, ipsi scilicet numeri: vel continuæ, secundum longum, latum, & profundum. I… mus, quòd æquale est illud, quod neque magnum, neque paruum est, aptum tamen esse tum ma… tum paruum: & quòd vtrique horum opponitur ęquale, vt negatio priuatiua: & ideo etiam in me… sorum stat æquale: quemadmodum etiam quod neque bonum neque malum est, vtrique horum … scilicet & malo opponitur, vt negatio priuatiua. Verum hoc medium est innominatum: & id q… quoniam bonum & malum multis modis dicuntur, quorum susceptiuum secundum varia signi… nō est vnum: vnde neque medium huius negationis priuatiuæ est nominatum: sicuti etiam non d… vnum medium inter album & nigrum: sed tamen in his magis est determinatum medium: … hoc vnum sit solum. sed tamen determinati sunt quodam modo illi colores, quibus priuatiua … negatio accommodatur. Siquidem necesse est, aut fuscum, aut pallidum, aut aliquem huiusmodi … lorem esse medium. Ex his colligitur, non rectè illos incusare hunc modum dicendi: vt qui existime… & …

quòd ſicuti de bono & malo dictum eſt dari medium, quod neque bonum neque malum omnibus dici poſſet: veluti quòd inter manum & calceum detur medium, quod neque ſit manus neque calceus: ſed hallucinantur. Non enim neceſſe eſt ita ſequi, vt ipſi inferunt. Nam oppoſitorũ negatio eſt circa ea, quorum eſt aliquod medium, & aliqua diſtantia nata eſt eſſe inter ipſa: diſtantia dico in his, quorum ſunt differentiæ. At inter hæc, nempe inter manum & calceum non eſt aliqua differentia. ſiquidem in diuerſis generibus ſunt hæc ipſa, quorum fit connegatio, dicendo quòd neque manus neque calceus eſt: quare non vnum eſt ſubiectum genus his, circa quod differant, vt inter ipſa etiam poſſit eſſe medium. Vnde connegatio, tanquam continens medium inter ea quæ de omnibus non eſt afferenda: ſed ſolum de his, in quibus cadit differentia eo modo vt dictum eſt.

TEXTVS.

Cum ª autem vnum vni contrarium ſit, dubitauerit quiſpiam quonam modo vnum & multa opponuntur, & æquale magno & paruo. ipſum enim vtrum, ſemper in oppoſitione dicimus. vtputa, vtrum album, an nigrum? vtrum album, an non album? vtrum vero homo, an album, non dicimus, niſi ex ſuppoſitione, & quærentes. vtputa, vtrum Cleon venit, an Socrates. ſed hoc in nullo genere eſt. ᵇ Verum hoc quoque illinc aduenit. ſola namque oppoſita non contigunt ſimul eſſe, quo vtitur in eo quòd eſt vter venit. nam ſi ſimul contingeret, ridicula eſſet interrogatio. quòd ſi etiam ita, ſimiliter in oppoſitionem cadit, ad vnum, aut multa. vtputa vtrum ambo venerunt, an alter. Si itaque quæſtio ſemper in oppoſitis fit: dicitur autem vtrum maius, an minus, an æquale: quænam æquale oppoſitio eſt? Nec alteri ſoli contrarium, nec ambobus eſt. [cur enim magis maiori, quàm minori? æquali æquale contrarium, quare in pluribus quàm vno erit, quod ſi inæquale idem ambobus ſignificat, erit quidem ambobus oppoſitum. Et dubitatio iuuat illos, qui dicunt inæquale dualitatem eſſe, accidit vnum duobus contrarium eſſe: quod impoſſibile eſt. Item æquale quidem medium magni & parui videtur. contrarietas vero neque media videtur, neque ex definitione poſſibile eſt: non enim eſſet perfecta, cuius media eſſet, ſed magis ſemper aliquid ſui ipſius medium habet. Reſtat itaque, aut vt negationi, aut vt priuationem. Alterius igitur non contingit (cur enim magis magni quàm parui?) ᶜ Ambororum ergo priuatiua negatio. ideo ipſum vtrum ad ambo, non ad alterum ſolum dicitur. vtputa, vtrum maius an æquale, vel vtrum æquale an minus, ſed tria ſemper. Non autem priuatio neceſſario. etenim non omne quod non maius, aut minus, æquale eſt, ſed in quibus apta natura ſunt illa eſſe. Eſt igitur æquale, quod, nec magnum, nec paruum ſit, natura tamen aptum eſt magnum, aut paruum eſſe. & ambobus, tanquam priuatiua negatio opponitur: ideo ᵈ & medium eſt, & quod nec bonum, nec malum eſt, ambobus opponitur, ſed innominatum eſt. multipliciter namque vtrumque dicitur, & ſuſceptiuum non eſt vnum, ſed magis quod nec album, neque nigrum, neque tamen hoc dicitur vnum, ſed determinati quodammodo colores ſunt, de quibus priuatiue hæc negatio dicitur. neceſſe eſt enim, aut fuſcum, aut pallidum, aut huiuſcemodi aliquid determinatum eſſe. Quare non recte reprehendunt, qui ſimiliter putant omnia dici, vt calcei & manus medium, quod neque calceus, neque manus eſt: quandoquidem & quod nec bonum, nec malum eſt boni & mali, ſi omnium eſſet aliquod medium. Verum non eſt neceſſe, vt hoc accidat. ᵉ etenim hæc negatio ſimul oppoſitorum eſt, & quorum aliquod medium. ac aliqua diſtantia natura apta eſt eſſe. illorum autem non eſt differentia. in alio enim genere ea ſunt, quorum ſimul erant negationes: quare quod ſubijcitur, non eſt vnum.

ADNOTATIONES.

Cum ª autem vnum vni contrarium ſit. Alexander ait probari hoc loco, quòd vnum & multa ſint contraria: quoniam vtrum in oppoſitione vnius & multorum dicitur. Verum potius dicendum videtur addubitari ab Ariſtotele, quomodo vnum multis opponatur, quando vnũ vni ſit contrarium, vt ante determinatum eſt. Quam dubitationem perſequitur Ariſt. cap. ſequenti. hic vero adiungit hanc aliam quæſtionem, quam diſſoluit: quomodo æquale opponatur magno & paruo. Loquens autem in initio huius capitis de oppoſitione, quæ eſt inter vnum & multa, adiunxit ad vnum & multa referuntur alia contraria: quæ verba apud Alexandrum deſiderantur: & reticuit Beſſario: non autem Perionius: ſed & in Cod. græco leguntur & conuenienter adeſſe videntur: quaſi diceret Ariſtoteles: hæc propoſita quæſtio eſt diſſoluenda, quomodo vnum & multa opponãtur, quando ad hanc oppoſitionem omnes aliæ oppoſitiones reuocantur. Qua in re non prætereundum, etiam in coloribus hoc eſſe verum, quòd & in ipſis locum habet oppoſitio ſecundum vnum & multa: ſi quidem in genere coloris albedo obtinet habitum, eiuſque natura vna eſt: digreſſiones autem ab albedine ſunt variæ & multæ: cum omnes alij colores participent nigrum & album ſecundum varias ſpecies: nigrum vero eſt priuatio albedinis. ᵇ *Verum hoc quoque illic aduenit.* Hoc habet, quòd in eiuſmodi percontatione, vtrum Socrates, an Cleon acceſſerit, innui quandam oppoſitionẽ ex ſuppoſitione: quatenus ſupponitur, quòd ſolum alter eorum accedere potuerit, & non vterque. ᶜ *Amborum ergo priuatiua negatio.* Ait opponi æquale tum magno, tũ paruo: non quidẽ vt negatio: quoniã in omnibus non eſt dicere,

Alexand.

Alexand.

 eſt dicere,

est dicere, quòd sit aut magnum, aut paruũ, aut æquale: sed id tantum in habentibus mag[illegible] circa magnitudinem. In negatione autem simpliciter accepta est ex necessitate verũ, quòd [illegible] quale, aut non æquale erit. Et propterea oppositio ipsius æqualis ad magnũ & paruũ e[illegible] tioné priuatiuam, tanquam illud, quod est mediũ inter magnum & paruum, vt ita priuatiue [illegible] paruum negentur ab æquali. Adnotandum autem, ꝙ aliud est priuatio, & aliud est priuatiua [illegible] Vnde virtus, veluti liberalitas, potest dici priuatiua negatio tum auaritiæ, tum prodigalitatis, [illegible] priuatio, cum sit habitus relata ad vitia sibi opposita. Quatenus autem a liberalitate negat[illegible] ritia, tum prodigalitas, eatenus liberalitas erit priuatiua negatio eorum vitiorum, quorum [illegible] nempe excessus & defectus, quæ pertinent ad vitia, inter quæ maxima cadit secundum latit[illegible] positio: cum deinde alia ratione liberalitas opponatur vitijs, tanquam habitus & mensura q[illegible] immensuratis, & priuationi, cuius locum simpliciter vitia obtinent. Et secundum hanc consi[illegible] rationem maxima erit distantia inter virtutem & vitia: atq; ita virtus vna existens, erit cõtraria [illegible] tijs sub vna ratione communi sibi oppositis: quatenus ab ipsis negatur virtus liberalitatis, [illegible] litas negatio priuatiua vtriusque extremi: sicuti etiam se habet æquale ad ipsum magnum & [illegible]

d *Ideo & medium est, & quod nec bonum, nec malum est.* Ait id, quod est non bonũ non ma[illegible] dium boni & mali; adeo quòd negatio boni & mali est mediũ inter bonum & malum: sed non nominatum: sicuti etiam æquale est medium inter magnum & paruum. Cur autem mediu[illegible] & malum non sit nominatum, in causa id est: quoniam bonum & malum multis modis d[illegible] ur, quæ sunt in vnoquoque prædicamento, vt dicitur in lib. 1. Eth. cap. 6. Et ideo cum sint varia [illegible] gnificata, non potest iuxta negationem extremorum assignari vnum medium inter bonum & [illegible] quod sit commune substantiæ, & quanto, & quali, & alijs prædicamentis, in quibus omn[illegible] malum inueniuntur. quod etiam quodam modo contingit circa colores. Siquidem non o[illegible] gatio albi & nigri ad vnum & idem tantum limitatur medium, sed ad plura refertur media q[illegible] mé modo determinata & nominata: cum medium inter album & nigrum sit vel fuscum, ve[illegible] vel aliud huiusmodi. in connegatione autem boni & mali & indeterminata media, & hæ[illegible] ne existunt.

e *Etenim hæc negatio simul oppositorum est.* Statuit connegationem opposito[illegible] & vim habere circa ea, quorum est aliquod medium, & inter quæ potest esse aliqua distantia [illegible] non haberetur medium. Et hæc quidem distantia supponitur esse differentia consistens circa [illegible] sicuti est inter bonum & malum, quæ inter se opponuntur per eam differentiam, quæ est [illegible] autem idem contingit circa calceum & manum, vt sit constituendum aliquod medium int[illegible] non sit neq; calceus neque manus: non enim datur medium eorum, inter quæ non est distan[illegible] differentia in genere: quemadmodum inter bonum & malum, ratione boni & mali quædam differentia & distantia: siue in substantia considerentur, siue in quali, vel in alio prædicame[illegible] bonum aut malum esse dicatur. manus autem & calceus sunt in diuerso genere, vt propter[illegible] beant inter se differentiam, atque distantiam sub vtriusque propria ratione in aliquo comm[illegible] siquidem calceus est instrumentum artis: manus autem est pars animalis. unde, cum non co[illegible] genere manus & calceus, sed sint in diuersis generibus, non habent in quo inuicem dicantur [illegible] stantiam & differentiam. Et propterea connegatio extremorum potest conuenire medio in [illegible] si extrema inuicem opponantur, & distant inter se secundum aliquam differentiam in co[illegible] re: alioquin non habebit locũ huiusmodi connegatio, vt mediũ constituatur inter ea, quorũ [illegible]

Dissoluuntur difficultates contingentes, quomodo vnum multis possit esse oppositum. Cap [illegible]

PARAPHRASIS.

SIMILITER autem dubitabit aliquis circa vnum & multa. Nam si ponantur m[illegible] ni vni simpliciter, & absque vlla limitatione, nonnulla hinc euenient impossibil[illegible] hoc erit præcipuum, quòd vnum dicetur paucum, vel pauca: quod quidem per hęc [illegible] deducitur. Supponatur enim in primis multa opponi quoque paucis, & nõ solũ m[illegible] co. Præterea supponatur, duo esse multa: quod patere debet ex hac ratione, quoniam, sicut d[illegible] multiplex, ita quoque duo, cũ sint duplum, erunt multiplex. Ex his autem sequitur, ꝙ vnum [illegible] Nã ad quod paucũ duo, vt multa, referri possunt, nisi ad vnum referantur? cum duobus nil [illegible] vnum possit esse? vnde vnum paucum erit: vt erigi hunc in modum possit ratiocinatio. Duo, [illegible] sunt, opponuntur pauco, quod oportet esse minus quàm duo: sed unum est minus quàm du[illegible] duo opposita sunt vni, tanquam pauco: igitur vnum erit paucum. Quòd autem duo sint [illegible] ctum est patere ex eo quòd duo duplex sunt: duplex autem est multiplex, vnde duo multum [illegible] plius sequitur, quòd vnum etiam multa dici posset, si ei opponuntur multa. Nam si vt se habet bre[illegible] productum in longitudine, quæ & breui & producto conuenit, ita quidem vt & breue, & prod[illegible] pariter longitudinem includant; ita quoque se habet in multitudine multum & paucum, vt omn[illegible] multum, tum paucum contineãt, & concernãt multitudinem. & si vbi multum, multa quoque [illegible]


EXORDIENTES autẽ a mathematicis, dicimus necesse esse, si sint mathematica, v sint in sensibilibus. vt quidam dicunt: aut sint separata a sensibilibus, vt sentiunt nõnul vel si neutro modo sunt, aut dicendum quòd non sunt absolute, aut quòd alio modo so sunt ab ijs prædictis duobus modis. Quare nostra erit quæstio non de esse ipsoru de modo, quo constituatur esse entia mathematica. Quòd igitur dicere, quòd mathematica sibilibus tanquam quid aliud ab ipsis existentia id sit impossibile, & simile figmẽto in ante bitationibus in lib. 3. explicatum est. Vbi inter alia id quoque deductum fuit, impossibile corpora sint simul, vnum sensibile, & alterum mathematicum: quod tamen necesse est sequi, si matica subsistere supponantur in sensibilibus, tanquam quid aliud ab ipsis existentia. Amplius libro id quoque deductum est, eiusdem esse rationis atque conditionis cum mathematicis alia potẽtias atque naturas, quæ sunt in sensibilibus: veluti est potentia, & natura ad locum motiua, sitiua potentia, & huiusmodi alia, quæ seorsum a sensibilibus possunt considerari, sicuti & mathe ca: quarum tamen ne vna quidem est a sensibilibus separata. vnde neque mathematica constitu in sensibilibus talia, vt sint habentia naturã ab ipsis sensibilibus diuersam, atque seiunctam. Et hæc dem iam antea in lib. 3. deducta fuere. Adhuc vero manifestum est, impossibile esse vt quodque pus diuidatur. alioquin si diuideretur, secundum superficiem diuideretur, & hæc secundum li hæc secundum punctum, & ita punctum esset diuisibile, quod tamen constituunt indiuisibile. Ex deducitur esse quoque impossibile, vt linea, & superficies, & quodque corpus diuidatur, quod tamẽ nunt esse diuisibile. Quid igitur differt, vel constituere sensibilia esse prædictas naturas mathemat aut non esse easdem, sed in ipsis sensibilibus inesse naturas mathematicas? idem enim cõtinget in vtra que assertione, quòd non erit quodque corpus diuisibile: aut punctum erit diuisibile, quorum vtru est impossibile. Nam diuisis sensibilibus, diuidentur etiam inexistentia in ipsis mathematica. & e uerso, si hæc non diuiduntur, neque sensibilia diuidentur, vt omnino deductum impossibile pe neat. At vero neque possibile est huiusmodi naturas esse separatas a sensibilibus. Nam si solida co tuantur separata a sensibilibus, necesse est vt & priora solidis, ipsæ superficies sint separatæ a sensi bus superficiebus: & consequenter lineæ, atque puncta, cum de ijs omnibus sit vna eademque r Quòd si id supponendum est, supponere quoque oportet, quòd præter solida mathematica erunt al superficies, & lineæ, & puncta; & hæc omnia a solido separata. siquidem incomposita sunt priora com positis: adeo vt, qua ratione solida non sensibilia sunt priora corporibus sensibilibus, eadem quoque ra tione superficies non sensibiles componentes solida non sensibilia, sint priores ipsis solidis, & simil lineæ, & puncta. Et rursum præter superficiem non sensibilem componentem solidum mathematicũ, erit alia linea eam componens, & prior quàm ipsa: quod similiter dicendum de puncto in comparatio ne lineæ. Adeo quòd hæc absurda coacervatio sequetur ad horum positionem: quòd præter so sensibilia, erunt & alia solida non sensibilia vnico quodam modo. superficies autem erunt in tri genere præter sensibilia: tum superficies, præter sensibilem, in sensibilibus existens: tum ea, quæ in ma thematicis corporibus: tum ea, quæ est prior componens solida mathematica. linea vero erit in quadru plici genere: linea præter sensibilem: linea in solido mathematico: linea componens solidum, & linea componens superficiem. consequenter punctum erit in quintuplo genere: punctum præter punctum sensibile: punctum in solido mathematico: punctum componens solidum: punctum componens super ficiem,

punctum componens lineam. Ad quod quidem ita coaceruatum abſurdum conſequitur, vt ... ab aſſertoribus huiuſce opinionis, circa quas nam harum rerum erit ſcientia mathe-... quidem eſſe non poteſt circa ſuperficies, lineas, & puncta, quę ſint in ſolido mathematico im-... aliæ ſuperficies, & aliæ lineæ, & alia puncta ſint illis ipſis priora: & de prioribus, ſeu per ea ... priora, ſcientia ſit habenda, cum per hæc dignoſcantur poſteriora. Et hæc quidem inducta ra-... militat etiam aduerſum numerorum poſitionem: de quibus dicere poſſumus, quòd præter ... punctorum, erunt etiam aliæ vnitates: & præter ſenſibilia entia, tum lineas, tum ſuperfi-... corpora, & præter etiam intelligibilia mathematica: vnde erunt infinita genera numerorum ... Præterea quomodo ſolui poteſt ea dubitatio, quæ etiam adducta eſt antea in lib. 3. ... eiuſmodi. Quippe ea, circa quæ verſatur aſtrologia, ita ſunt præter ſenſibilia, vti & illa, circa quæ ... geometria: at quomodo eſt poſſibile, vt cœlum, & eius partes, & quodcunque habens mo-... præter ſenſibilia? quod ſimiliter addubitandum eſt circa perſpectiuam, & harmonicam. erit ſi-... vox, & viſio pręter ſenſibilia, & pręter ſingularia: ad quod ſimiliter conſequitur, quòd erunt alij ... præter iſtos noſtros ſingulares, & alia quoque ſenſibilia. Quandoquidem, quæ eſt ratio ob quam ... quòd potius ſenſibilia, quàm ſenſus, debeant eſſe præter ſingularia? Quòd ſi ſenſus ſunt ... præter ſingularia: erunt quoque alia ab ijs ſingularibus diſtincta animalia. Præterea, quæ ... deſcribuntur vniuerſalia a mathematicis, præter has ſubſtantias, quas ſupponunt eſſe magnitudi-... & hæc alia, quæ vniuerſaliter deſcribuntur ab ipſis, erunt ſubſtantiæ, mediæ inter ideas, & en-... ab ipſis conſtituta inter ideas, & ſenſibilia: & ita erit aliqua ſubſtantia, quæ non erit numerus, ... non magnitudo, non tempus. quòd ſi hæc ſunt impoſſibilia, impoſſibile quoque eſt eſſe ... ſeparata a ſenſibilibus, quæ ſupponuntur eſſe media. Omnino autem contingit ad poſitionem ... magnitudinum ſeparatarum a ſenſibilibus, tolli id, quod in hac opinione ſupponitur. Nam qua-... ponuntur huiuſmodi magnitudines ſeparatæ a ſenſibilibus, oportet vt hac ratione ſint ijs ipſis ... cum tamen re vera ſint poſteriores. Siquidem imperfecta magnitudo generatione quidem eſt ... at ſubſtantia & eſſentia eſt poſterior magnitudine perfecta: vt perſpicuum eſt etiam de inanimato ... ad animatum: vnde ſenſibilis magnitudo, quæ generatione eſt poſterior, erit in ſubſtantia ... magnitudine mathematica. Ex quo apparet, oppoſitum huius poſitionis ſequi: dum ad ipſam id ... vt ſint poſteriora, quę ſupponuntur priora: ipſæ nempe magnitudines mathematicæ. Amplius ... aut quando erunt vnum iſtæ magnitudines mathematicæ? Siquidem in ipſis ſenſibilibus, me-... aut parte animæ, vel alio quodam modo rationabili entia fiunt vnum: alioquin in multa diſ-... illis autem diuiſibilibus, & quantis exiſtentibus, quænam eſt cauſa vt ſint vnum? & ſimul ma-... item ipſæ quoque generationes hanc eandem aſtruunt impugnationem. Nam primo res fit in ... deinde in latitudinem: denique in profundum, & finem habet. Vnde, ſi quod eſt poſte-... generatione, eſt prius in eſſentia, hac ratione vtique corpus erit prius quàm ſuperficies, & quàm ... idem corpus, per adductam rationem, erit & prius, & perfectius, & magis totum, factum cum ... animatum: vnde corpus animatum erit prius corpore mathematico. Supponere autem pro hac ... facultate, quòd linea, & ſuperficies ſint animatæ, id quomodo poſſit eſſe, axioma ſane eſſet, ... ſuperans noſtros ſenſus. Adhæc corpus quidem eſſet quædam ſubſtantia, vt iam obtinens ... modo perfectionem in omni numero magnitudinum. at lineæ quomodo erunt ſubſtantiæ? ... enim linea eſt vt ſpecies quædam, & forma, qualis eſt anima: neque eſt materia, prout eſt corpus: ... nihil apparet poſſe ſubſiſtere ex lineis, aut ex ſuperficiebus, aut ex punctis. Quòd ſi eſſent ſub-... aliqua materialis, id quidem pati poſſe viderentur, vt in ipſis aliquid, tanquam in materia, conſi-... Reliquum eſt igitur, vt dicantur eſſe priora definitione: quod etſi concedatur, attamen non con-... quod omnia, quæ ſunt priora definitione, ſint etiam ſecundum ſubſtantiam priora. Nam priora ... dum ſubſtantiam illa eſſe intelliguntur, quæcunque ſeparata in eſſe ſupereminent, vt adhuc ſint ... e alijs: priora autem definitione ſunt illa, quorum definitiones in aliarum rerum definitione acci-... nur. hæc autem non ſimul conſiſtunt: vt ſi quid eſt prius definitione, ſit etiam prius ſubſtantia. Nã ... non ſunt paſſiones (vti non ſunt) præter ſubſtantias, veluti eſt quid motum, quid album: erit qui-... album prius definitione homine albo: at non ſecundum ſubſtantiam prius erit: non enim contin-... eſſe ſeparatum: ſed ſemper cum ipſo toto erit, cum ipſo ſcilicet homine albo. Hinc patet, quòd ne-... que quod eſt ex abſtractione, prius eſt: vt puta magnitudo, quàm corpus animatum: neque etiam quod ... eſt ex appoſitione, poſterius eſt: ſicuti homo albus ad ipſum album relatus. Nam ex appoſitione dicitur ... albus, ob ipſum album: neque tamen poſterior res eſt homo ab ipſo albo. Quòd igitur entia ma-... thematica, ſuperficies, linea, punctum non ſint magis ſubſtantiæ, quàm corpora, neque priora ſint ſenſi-... bilibus in eſſe, ſed ſolum definitione, nec vnquam ſeparata poſſint eſſe, ſatis eſt dictum.

T E X T V S.

NECESSE autem, ſi mathematica ſunt, aut in ſenſibilibus ea eſſe, quemadmodum aliqui dicunt, aut a ſenſibilibus ſeparata (& hoc etiam modo quidam aiunt) [a] *aut ſi neutro modo ſunt, aut alio modo ſunt. Quare dubitatio nobis non de ipſo eſſe erit, verum de modo. Et quidem quòd in ſenſibilibus ea eſſe impoſſibile eſt, quodque ſimul fictitia ratio eſt, dictum ſane in dubitationibus eſt, quòd*

est, quòd simul duo solida esse impossibile est. [b] Item quòd eiusdem rationis est cęteras [illegible] *& naturas in sensibilibus esse, ac nullam separatam. hæc itaque prius dicta sunt* [illegible] *stat, quòd impossibile esset [c] quodcunque corpus diuidi. diuideretur enim secundum superficiem,* [illegible] *cundum lineam, & ista secundum punctum: quare si punctum impossibile est diuidere, etiam* [illegible] *hanc, cętera quoque. Quid igitur [d] differt aut has esse tales naturas, aut non esse quidem* [illegible] *ras? idem namque accidet. diuisis enim sensibilibus, diuidentur, aut nec ipsæ sensibiles. At nec* [illegible] *tales naturas possibile est. Nam si erunt præter sensibilia solida separata ab his diuersa, prior*[illegible] *bus, patet, quòd etiam prçter superficies alias necesse est esse superficies separatas, puncta quoque,* [illegible] *quandoquidem eadem ratio est. Quòd si hæc rursus præter mathematici solidi superficies, lineas,* [illegible] *alia separata, siquidem incomposita, priora compositis sunt. & si sensibilibus priora sunt corpora non* [illegible] *lia, eadem ratione superficiebus etiam, quę in solidis immobilibus sunt, priores sunt hę, quę per se ipsas* [illegible] *stunt. Quare alię sunt hę, tum superficies, tū lineę, ab his, quę simul cū separatis solidis sunt. hę* [illegible] *cum mathematicis solidis, illæ vero eis priores sunt. Rursus illarum superficierum lineę erunt, quibus prio*[illegible] *res alias oportebit eadem ratione lineas, punctaque esse, & eorum, quæ in prioribus lineis, alia puncta pri*[illegible] *ra, quibus non erunt amplius alia priora. At absurda sane coaceruatio fit, accidit namque solida qui*[illegible] *vnica præter sensibilia esse, superficies vero triplices, prçter sensibiles; illæ scilicet prçter sensibiles, quę in mathemacis sunt solidis, quęque prçter eas, quę in his sunt. lineę autem quadruplices, puncta autem qui*[illegible] *cupla. Quare circa qualia horum mathematicę scientię erunt? non enim circa superficies, lineas, & puncta, quę in immobili solido sunt: quandoquidem semper scientia circa priora est. [e] Eadem ratio de nume*[illegible] *quoque: præter enim quælibet puncta alię vnitates erunt, ac prçter quęlibet entia sensibilia. deinde* [illegible] *intelligibilia. quare numerorum mathematicorum infinita genera erunt. Item quonam modo quę in* [illegible] *tationibus enumerauimus solui possunt? etenim ea, circa quę Astrologia est, simili modo præter* [illegible] *sunt, ac circa quę Geometria, esse vero cœlum, & partes eius, quonam modo possibile est,* [illegible] *que motum habens? similiter autem Perspectiuę & Harmonicę obiecta? erit namque vox, &* [illegible] *sensibilia & particularia. Quare patet, quòd alij sensus etiam, aliaque sensibilia sunt. cur enim* [illegible] *quàm ista? quòd si hęc sunt, animalia quoque erunt, siquidem & sensus. [f] Item quędam a mathemati*[illegible] *vniuersaliter prçter has substantias scribuntur. erit igitur hæc quoque alia quędam substantia separata, ac media inter ideas [e] ac media, quę nec numerus, nec puncta, nec magnitudo, nec tempus sit. quòd si hoc impossibile est, constat quoque illa impossibile esse a sensibilibus separata. Et omnino contrarium, tum* [illegible] *ei, quod existimari solitum est, accidit. si quis ita esse mathematica ponat, vt quasdam naturas separatas. necesse enim est propterea quidem, quòd ita se habeant, priores sensibilibus magnitudinibus* [illegible] *autem veritatem posteriores: siquidem imperfecta magnitudo generatione prior. substantia post*[illegible] *inanimatum animato. Item quo, & quando magnitudines mathematicę vnum erunt? quę quidem* [illegible] *animę, aut parti animę, aut alicui, [g] quę particeps est rationis, insunt? quòd si non, multa erunt, ac di*[illegible] *tur. Illis vero (cum diuisibiles, quantęque sint) quidnam causę est, vt vnum sint, coniunctęque mane*[illegible] *Item ipsę etiam generationes hoc manifestant, quandoquidem, quod primum est, ad longitudinem, deinde ad latitudinem, & tandem ad profunditatem fit, ac finem nactum est. Si itaque substantia prius, quod ge*[illegible] *ratione posterius est, corpus profecto, tum superficie, tum longitudine prius erit. & hac ratione perfectum magis, atque totum, quia fit animatum. Linea vero, siue superficies, quonam modo animata erit? supra namque nostros sensus hęc certe dignitas erit. [h] Item corpus quidem substantia quędam sit, quippe quod iam perfectionem quodammodo habet, lineę vero quonam modo substantię erunt? nec enim vt species, & forma quędam, veluti si anima sit, quod tale est. nec vt materia, veluti corpus. nihil enim ex lineis, neque ex superficiebus, neque punctis videtur consistere posse. [i] Atqui si qua materialis substantia esset, hoc pati posse profecto videretur. Ratione itaque prior sit. non tamen omnia, quęcunque ratione priora, substantia quoque priora sunt. substantia namque priora, quęcunque separata ipso esse excedunt. ratione vero his, quorum rationes ex rationibus. hęc autem non sunt simul. si enim passiones non sint prçter substantias, veluti quidam motum vel album, homine albo secundum rationem albedo prior est, non secundum substantiam. non enim potest separata esse, verum semper vna cum toto est. dico autem totum hominem album. Quare manifestum est, neque prius esse, quod ex [k] ablatione est, neque posterius, quod ex appositione est: ex appositione namque, ipsa albedine albus homo dicitur. Quòd igitur nec substantię [l] sint magis quàm corpora, nec essentia sensibilibus priora sint, verum sola ratione, nec vsquam esse separata possibile esse, satis dictum est,*

ADNOTATIONES.

AVT [a] *si neutro modo sunt, aut non sunt, aut alio modo.* Omisit Bessario illa verba: *aut non sunt:* per neutrum autem modum intelligit Aristoteles, neque esse mathematica actu quid aliud a sensibilibus, in sensibilibus tamen existentia: neque esse a sensibilibus separata, quæ in alio quo sensibili non essent. Nam (vt inquit Philoponus) quidam Pythagoreorum ponebant mathematica esse substantias quasdam actu, non potentia, in sensibilibus tamen: secundum quos etiam est, verbi gratia, anima rationalis Socratis per se, & est etiam in Socrate. Alij vero constituebant entia mathematica separata a sensibilibus per se, & non in sensibilibus existentia. si igitur mathematica (inquit

les, ... horum modorum ſunt: aut dicendum ipſa non eſſe, aut alio modo eſſe diuer- ... nempe per abſtractionem: quem modum eſſendi mathematica admittit Ariſtote- ... agitur in lib. 2. Phyſicorum. [b] *Item quòd eiuſdem rationis eſt cæteras quoque poten-* ... Id vult ſignificare, quòd etiam allatum eſt ſupra in lib. 3. reperiri in ſenſibilibus ... naturas quaſdam: veluti eſt potentia in igne ad calefaciendum, grauitas in terra ad mo- ... & alia innumera: quorum contemplatio ſeorſum a ſingularibus indiuiduis habetur in ... tamen hinc ſequitur, quòd ſint alia, vel alibi, quàm ea, quæ in ſingulis indiuiduis vi- ... ratio cenſenda eſt de ipſis mathematicis. Cum autem dicat hoc loco Ariſtote- ... dictum eſt prius in dubitationibus, hoc eſt in lib. 3. aperte hinc colligitur, quòd hi li- ... auctoris, & ad præcedentes coniuncti. [c] *Impoſſibile eſſet quodque corpus diuidi*. ... ponentes entia mathematica in ſenſibilibus, quæ tamen in ipſis ſint actu ſeparata, deducit ... ſequi ad horum poſitionem, vt ſit impoſſibile diuidi quodque corpus: quod tamen repu- ... opinioni, qui conſtituunt omne corpus eſſe diuiſibile. Id autem deducitur hunc in mo- ... quoniam ſcilicet, ſi corpus dicendum eſt diuiſibile, oportet vt diuidatur etiam ſecundum ſuperfi- ... & ſecundum lineam, & ſecundum punctum: quæ omnia ab ipſis ſupponuntur actu & ſeparata ... ſibilibus: at punctum, ex communi mathematicorum ſententia, eſt indiuiſibile: vnde redit prius ... quòd non erit omne corpus diuiſibile. quoniam neque punctum eſt diuiſibile, quod ad ... diuiſionem eſſet diuidendum. Quod abſurdum non obſtat ſententiæ opinantium, quòd ma- ... non ſint niſi ex abſtractione, quum ita punctum non actu, ſed potentia tantum ineſſe ſenſibi- ... ſupponatur. [d] *Quid igitur differt, aut has eſſe tales naturas*. Ita legendum eſt, & non vt habe- ... in aliquibus cod. *ob has eſſe tales naturas*, græce enim ita habetur ἢ ταύτας εἶναι τοιαύτας φύσεις. Et hoc ... Ariſtoteles, nullum eſſe diſcrimen, aut ſupponere quòd ſenſibilia ſint ipſamet cum hac natura ma- ... thematica, quam ſupponunt nonnulli, vt ſint & ſolidum, & ſuperficies, & linea, & punctum actu: aut ſup- ... ponere quòd in ſenſibilibus, tanquam alijs naturis, inſint prædicta entia mathematica. Nam quomo- ... cunque dicatur, oportet conſtituere, quòd ad diuiſionem corporum naturalium, diuiderentur etiam ... mathematica: aut ſi dicantur hæc non diuidi, neque diuiderentur corpora naturalia: vnde ſtabit om- ... deductum impoſſibile, quòd aut punctum actu exiſtens diuidetur, quod tamen ſupponitur in- ... diuiſibile: aut dicendum, quòd quoduis corpus non ſit diuiſibile: quod tamen eſt contra ſenſum, ... quum aliquod corpus naturale ſit diuiſibile: vnde redditur aſſertio impoſſibilis, quæ ſupponit entia ... mathematica actu eſſe entia diſtincta a ſenſibilibus. [e] *Eadem ratio de numeris*. Abſurdum dedu- ... contra ponentes entia mathematica ſeparata a ſenſibilibus penes coaceruationem ſuperficierum ... linearum, & punctorum, militat quoque circa vnitates: quarum etiam erit maior coaceruatio: quo- ... quæcunque puncta ſimplicia ſeorſum accepta ab alijs terminis magnitudinum, erunt ſem- ... aliæ vnitates, præter adiectionem vnitatum ad puncta conſiderata, & ſumpta pro genere ſo- ... genere ſuperficiei, & pro genere lineæ in quibus ſingulis fit coaceruatio punctorum. vnde ... maior erit circa vnitates: vt quæ ſint ſimpliciores naturæ, quàm puncta: quum hæc habeant po- ... qua vnitates carent. [f] *Item quædam a mathematicis præter has ſubſtantias ſcribuntur*. Ad- ... eoſdem aſſertores, hoc aliud deducit inconueniens: quòd cum deſcribuntur in ipſorum diſci- ... vniuerſales deſcriptiones, quæ ſunt præter ſingularia; hinc illis ſequitur, quod erunt alia entia ... inter mathematica, & ideas: quod tamen non admittunt. Sequitur autem abſurdum: quoniam ... uerſales deſcriptiones ſunt præter ſingularia mathematica: & ideo ſunt alia entia a mathematicis: ergo media inter mathematica & ideas: ſicuti & mathematica conſtituuntur media inter ideas, & en- ... naturalia. [g] *Vel alio quodam rationabili*. Ita vulgata lectio habet, quod græce legitur εὐλόγῳ, & ... ſenſus, quòd res naturales, quòd ſint vnum, id efficitur aut media anima, aut parte animæ in ipſis ... licet animatis, *aut alio quodam rationabili*: nempe forma conuenienti: ſiquidem per formam res efficiuntur vnum in rebus bene compoſitis, non ſolum in animatis, verum etiam in inanimatis, de qua ... in libro 8. ſupra actum eſt. Et ab hoc ſenſu longe diſceſſit Beſſarionis interpretatio: quæ ita habet *Item quo, & quando magnitudines mathematicæ vnum erunt? quæ quidem interdum animæ, aut par- te animæ, aut alicui, quæ particeps eſt rationis inſunt*: græce enim verba ita habent: Ἔτι πότε καὶ τίνι ἔσται τὰ μαθηματικὰ μεγέθη ἕν; τὰ μὲν γὰρ ἐνταῦθα, ψυχῇ, ἢ μέρει ψυχῆς, ἢ ἄλλῳ τινὶ εὐλόγῳ: in quibus eſt ſcopus Ariſtote- ... imponere hanc difficultatem (præter alias) aſſertoribus entium mathematicorum a ſenſibilibus ſeiunctorum: quòd non habent, quomodo tueantur, quando & quo nam fiant vnum, & contineantur ſimul, ne diſſoluantur magnitudines mathematicæ: ſicuti in rebus naturalibus hanc vnionem & con- ... ſeruationem rerum fieri præclare oſtendi poteſt eo modo, vt dictum eſt per vnionem formæ. [h] *Item corpus quidem ſubſtantia quædam eſt*. Huius dicti hanc affert Ariſtoteles probationem: *quippe quòd iam perfectionem quodam modo habet*. Quæ ſit autem hæc perfectio, quam corpus habeat, non expli- cat Ariſtoteles. Videtur autem interpretandum: quòd corpus habeat tres magnitudines, & ita om- nes: vnde totum & perfectum dicitur, iuxta tradita quoque in initio lib. 1. de Cœlo. Sed occurrit ex aduerſo dubitatio: quoniam vt dicebat in lib. 7. cap. 3. corpus, vt dicit longum, latum, & profundum, non eſt ſubſtantia, quoniam quantum eſt: at quantum non eſt ſubſtantia. Ideo dicendum eſt, aut ... accipi hoc loco ſubſtantiam, præſertim ex opinione aſſerentium has magnitudines eſſe ſubſtan- ... : aut dicendum, intelligi ea corpora eſſe ſubſtantias, quibus ſint iunctæ formæ naturales, non ta-

men ſint animata, vt de ijs ſit ſermo. [i] *Atqui ſi qua materialis ſubſtantia eſſet, hoc pati poſſe perfecto videretur.* Philop. Philoponus hæc verba ita interpretatur. ſi inquit, linea & ſuperficies eſſent materiales ſubſtantiæ, hoc viderentur pati, hoc eſt, alteras ipſis, alteras ex ipſis fieri. Quod dictum Philoponi maiori (vt mihi videtur) egeret interpretatione, quàm verba Ariſtotelis: quæ hanc quandam videntur recipere explicationem: quòd ſi lineæ & ſuperficies eſſent, aut conſtituerentur eſſe ſubſtantiæ materiales; vtique ex ipſis, tanquam ex materia, aliquid poſſet conſtitui: quod ſimpliciter ei autem negauit ab ipſis, quòd nihil ex ſuperficiebus, aut ex lineis, aut ex punctis conſtituatur. Verum, cum neque lineæ, neque ſuperficies ſint ſubſtantiæ materiales, ideo remanet facta prius obiectio, quòd ex ipſis nihil conſtitui poſſit. [k] *Neque prius eſſe quod ex ablatione eſt, neque poſterius quod ex appoſitione eſt.* Philop. Hæc applicat Philoponus exemplo adducto de homine albo dicens, quòd non eſt ſeparatum album a toto homine albo. vnde infertur: neque ergo ablatum album prius toto eſt, neque adiectum album ad hominem, poſterius eſt hoc totum. Videtur autem illud, *neque prius eſſe quod eſt ex ablatione*, pertinere ad magnitudines modo mathematico abſtractas: quæ & ſi accipiantur in definitione corporis, vt accipitur linea & ſuperficies, attamen non ſunt prius corpore in natura atque perfectione. Illud vero aliud dictum: *neque poſterius, quod ex appoſitione eſt*, pertinet ad exemplum de homine albo. Nam & ſi additum eſt homini ipſum album, attamen non eſt poſterius albus homo ab ipſo albo; quum homo ſecundum ſubſtantiam præcedat, ſine quo non eſt album. At dubitaret aliquis, ſi dictum eſt ab Ariſtotele, quòd quæ ponuntur in definitione, non ſunt propterea priora definito, quoniam quæ poſteriora ſunt in generatione, ſunt in ſubſtantia, uti perfectiora, ita quoque priora: hinc igitur videretur, nil abſolute prius eſſe compoſito, cum compoſitum ſit generatione poſterius. Dicendum ad hanc dubitationem, quòd quæ præcedunt generationem compoſiti, cum non ſint adhuc perfecta, hæc vtique in ratione perfectæ ſubſtantiæ ſunt poſteriora compoſito, vt miſtio elementorum ad animalis conſtitutionem relata. at forma dans eſſe animali non præcedit animal, tanquam prius genita, ſed animal ex introducta forma in materiam diſpoſitam, per ipſam formam immediate conſtituitur: vnde hac ratione forma eſt prior compoſito, quoniam per eam fit compoſitum, quod deinde, vti obtinet eſſe per formam, ita per eam, vti per quidpiam prius, & cauſam ſui eſſe definitur. In magnitudinibus autem linea & ſuperficies, licet accipiantur in definitione corporis, non tamen conferunt eſſe perfectum corpori: tanquam ſint propria ipſius forma, quæ præbeat eſſe vltimum & completum ipſi corpori, quod poſterius exiſtens in generatione quàm linea & etiam ſuperficies, ideo iure ijs ipſis dicitur eſſe prius in ratione ſubſtantiæ, quam obtinet ob propriam ipſius formam. [l] *Quòd igitur nec ſubſtantiæ ſint magis quàm corpora, nec eſſentia ſenſibilibus priora ſint.* Concludit quòd magnitudines mathematicæ non ſunt magis ſubſtantiæ, quàm corpora, accepto ipſa ſolida ſecundum acceptionem mathematicam. & patet ex eo, quod deductum eſt ante, quod corpus habet perfectionem, quæ non apparet in linea, neque in ſuperficie: vnde non admittendæ ſunt eiuſmodi magnitudines, tanquam entia ſeparata. De corpore autem non ita contingit difficultas, quum ſemper in ſubſtantijs naturalibus concurrat corpus ſecundum tres dimenſiones in omni tranſmutatione: licet re vera nunquam ſine quadam adiuncta forma naturali poſſit ſubſiſtere, neque concurrere in conſtitutione rerum. Illud vero, *nec eſſentia ſenſibilibus priora* (ita enim conuertit Beſſario, quæ græce ita habent, οὔτε πρότερα τῷ εἶναι, ſed melius hunc in modum conuerterentur, *neque priora in eſſe*) pertinet ad ſenſibilia, quibus prædictæ magnitudines minime ſunt priores in eſſe: ſiquidem non inueniuntur magnitudines mathematicæ niſi in ſenſibilibus, in quibus, tanquam per ſe ſubſiſtentibus, limitantur ad eſſe ipſa entia mathematica, vti conſequentia ad ſubſtantiam. Vnde ſenſibilia ſunt cauſa, vt ſint magnitudines mathematicæ, quamuis hæ ſint priores ſecundum rationem, quatenus conſideratur aut longitudo, aut ſuperficies ſecundum propriam definitionem, vt partes exiſtentes & concurrentes ad compoſitionem compoſitæ ſenſibilis ſubſtantiæ, cui dictæ magnitudines & præcedunt vt indeterminatæ, & eidem conſequuntur, quatenus ad rationem formæ & ſubſtantiæ determinantur.

Quomodo entia mathematica ſubſiſtant in ſenſibilibus, & quomodo in ipſorum ſpeculatione boni & pulchri ratio contineatur. Cap. III.

PARAPHRASIS.

CVM autem mathematica neque abſolute ſint ſeparata, neque contingit eſſe in ſenſibilibus, tanquam habentia naturam quandam diſtinctam ab ipſis, quemadmodum quidam alij cenſuerunt: hinc aſſerendum, quòd aut abſolute nõ ſunt mathematica, aut quòd quodam modo ſunt, at nõ ſimpliciter: ſiquidem multis modis ipſum eſſe dicitur. Quemadmodũ enim in diſciplinis mathematicis vniuerſales propoſitiones, axiomata, & alia huiuſmodi nõ ſunt de ſeparatis præter magnitudines & numeros: ſed de ipſis quidẽ ſunt, nõ tamẽ cõſiderãtur quatenus magnitudines, aut diuiſibilia (ſeorſum enim ab huiuſmodi cõditione prędictæ vniuerſales propoſitiones afferũtur) ita manifeſtũ eſt contingere etiam vt magnitudinum ſenſibilium ſint & definitiones, & demonſtrationes: non vt ſunt ſenſibiles:

...fed quatenus talia ſunt entia in abſtracto conſiderata. Quemadmodum enim circa mobilia ...enere accepta, quatenus ſunt mobilia, multę habentur definitiones, abſque quòd quid ſit horum ...im, aut de accidentibus ipſorum habeatur conſideratio: neque tamen propterea fit, vt quidpiam ...m quæ mouentur, a ſenſibilibus ſit ſeparatum, aut in ipſis aliqua inſit natura ab ipſiſmet ſeiuncta: ...r quoque de iis quæ mouentur, erunt definitiones & ſcientiæ: non quatenus mota ſunt, ſed to... ...n quatenus ſunt corpora, aut ſolum quatenus ſunt ſuperficies, aut ſolum longitudines: aut quatenus ...lia, aut indiuiſibilia habentia ſitum, vel vt indiuiſibilia tantum ſine ſitu exiſtētia, vt ſunt vnitates. ...re, cum verum ſit ſimpliciter dicere, non ſolum exiſtere ſeparabilia, ipſas ſubſtantias, ſed etiam non ...rabilia: veluti quatenus ſunt mota, ita quoque & mathematica eſſe ſimpliciter verum erit dicere, & ...qualia dicunt ipſa eſſe. Et quemadmodum de aliis ſcientiis ſimpliciter eſt verum dicere, quòd ſint ...templatrices huius talis rei, & non accidentis eidem rei inhærentis: vt puta de ſanabili erit ſcientia ...quatenus eſt ſanabile, non autem quatenus eſt album, licet inſit ipſi ſanabili album, ſed de ipſo ...ſanabili eſt medicina contemplatrix: ſicuti etiam ſi ſcientia eſt de homine, vt homo eſt, ſcientia ...non de alia re homini adiuncta: ita igitur erit & circa geometriam, quæ contemplans magnitudi... ...ſenſibilibus exiſtentes, non vt ſunt in ſenſibilibus eas contemplabitur. Etſi contingit ſenſibilia eſ... ...quorum eſt ſcientia geometrica, non autem ſunt, neque conſiderantur quatenus ſunt ſenſibilia: ...ientiæ mathematicæ non erunt de ſenſibilibus: neque tamen erunt circa talia, quaſi verſentur ...res ſeparatas a ſenſibilibus. Multa autem contingunt ſecundum ſe ipſis rebus, quatenus quodque ...tale eſt. Quandoquidem quatenus fœmina, & quatenus mas animal eſt, hæc ſunt propriæ paſ... ...animalis: de quibus & ſi ſit ſpeculatio ſeorſum ab hoc vel illo mari, aut fœmina: attamen hæc nō ...bunt ad entia quæ ſint ſeparata a ſenſibilibus: ſed in ipſis erunt. Et quanto quidem fuerit ſcien... ...bus definitione prioribus & ſimplicioribus: tanto etiam magis exacta de iis habebitur ſcientia, ...unc in modum exiſtens ſimplex ſcientia eſt. Vnde quæ ſcientia eſt de re exiſtente ſine magnitu... ...veluti eſt arithmetica de numeris, hæc magis erit exacta ſcientia, quàm ea, quæ circa magnitudines ...atur. & maxime etiam erit exacta ſcientia, quæ ſpeculetur magnitudinem ſine motu: & non ita ea, quæ motum adiunctum magnitudini conſideret. Et ſi de motu exiſtat ſcientia, illa maxime exacta erit, quæ ipſius primi motus fuerit contemplatrix. Nam & motus ille eſt ſimpliciſſimus, qui regularis eſt, vti circularis. Eadem quoque ratio eſt circa harmonicam & perſpectiuam: non enim vocem, quatenus ...eſt, harmonica conſiderat: aut viſum, quatenus viſus eſt, perſpectiua: ſed hæc, quatenus lineæ ſunt ...illa vero vt numeri ſunt voces contemplantur; cum tamē hæc tum numerorum, tum linea... ...affectiones. idemque pariter de mechanica dicendum. Quare ſi quis ponens hæc ſeparata ab ...tibus, de iis aliquid conſideret, quatenus talia ſunt, vt puta quatenus numeri ſunt in harmonia, ...nus lineę in perſpectiua, is minime propterea mentietur: ſicuti etiam qui deſcripſerit in terra ...tanquam pedalem, quæ non ſit pedalis, non propterea mentietur: non enim hinc falſitas ema... ...propoſitionibus, quibus aſtruitur demonſtratio. Optima autem habebitur contemplatio, ſi quod ...eſt ſeparatum, quis poſuerit ſeparatum illud ſeparans, vt facit arithmeticus & geometra. Etenim ...o vnum quid eſt & indiuiſibile, quatenus homo eſt. at arithmeticus ponens vnum indiuiſibile, de... ...de conſiderat ſi quid homini contingit, quatenus eſt indiuiſibilis. Geometra autem neque quatenus ...mo, neque quatenus indiuiſibilis ſit, ſed quatenus ſolidum, ipſum conſiderat. Nam quæ, etiam quòd ...cubi non eſſet homo indiuiſibilis, ineſſent homini, palam etiam quòd ſine his, & abſque huiuſ... ...odi ſuppoſitione contingeret ineſſe illi id, quod eſt poſſibile vt ipſi inſit. Quare propter hoc recte di... ...nt geometræ, & de rebus recte diſſerunt, & ſunt entia ea, de quibus tractant: duplex enim eſt ens, tum quod actu eſt, tum quod materialiter, & potentia eſt.

Quoniam autem bonum, & pulchrum ſunt diuerſa, bonum enim ſemper in actione cōſiſtit, pulchrū autem etiam in immobilibus reperitur: ideo mentiuntur, qui aſſerunt ſcientias mathematicas nihil di... ...re de bono & pulchro: nam & dicunt de iis, & maxime demonſtrant. Nam & ſi hæc non nominent, cum opera & rationes operandi oſtendunt, nonne de iis loquuntur? Pulchri autem maximæ ſpecies ſunt, ordo, commenſuratio, & definitum, quę maxime demonſtrant ſcientiæ mathematicæ. Et quoniam multorum cauſæ hæc eſſe videntur, nempe ordo, & definitum; manifeſtum eſt, quòd & hanc cauſam quæ vt bonum eſt cauſa, dicunt aliquo modo Mathematici. Magis autem aperte de iis in aliis dicemus. De mathematicis igitur quòd ſint entia, & quomodo ſint entia: & quomodo priora, & quomodo non priora, tot dicta ſint.

TEXTVS.

CVM vero nec in ſenſibilibus ea eſſe contingat, manifeſtum eſt, quòd aut omnino non ſunt, aut modo quodam ſunt, & ob hoc [a] *non ſimpliciter ſunt. multipliciter namque ipſum eſſe dicimus. Quemadmodum* [b] *enim vniuerſalia in Mathematicis non ſunt de ſeparatis pręter magnitudines, numeroſque, verum de his, quamquam non quatenus talia, vt magnitudines habeant, aut diuiſibilia ſint, patet quòd etiam de magnitudinibus ſenſibilibus* [c] *rationes & demonſtrationes ſunt: verum non prout ſenſibiles, ſed prout tales ſunt. quemadmodum enim prout mota ſolum multę rationes ſunt, abſq; eo quod quid ſit vnumquodque eorum, ac eis accidentium conſideretur, & non eſt neceſſe propterea idem*

 aliquid

aliquid motũ a sensibilibus separatũ esse, vel in eis aliquam naturã segregatam esse: ita de his, quę [illegible] etiã erunt rationes, atq; scientię, non tamẽ quatenus mota, verũ quatenus corpora tantũ, & rursus [illegible] perficies tantũ, & prout longitudines tantũ, & quatenus diuisibilia, & quatenus indiuisibilia [illegible] & prout indiuisibilia tantũ. [d] *Quare cũ simpliciter verum sit dicere, non solũ separabilia, sed & [illegible] bilia esse, veluti ea quæ mouẽtur, & mathematica (quia etiã qualia dicunt verũ est simpliciter [illegible] lia esse) & quemadmodum cęteras scientias simpliciter verũ est dicere huius esse, non eius, quod [illegible] veluti ꝙ albi (si salubre albũ sit) verum prout salubre est, ac illius, cuius vnaquæq; est, si salubris, [illegible] si vero hominis prout homo est, ita & Geometriam, non si accidit sensibilia esse quorum est, non [illegible] rum, prout sensibilia sunt: non erunt sensibilium Mathematicæ scientiæ, neque profecto [illegible] aliis separatis. Multa vero per se rebus accidunt, prout vnumquodque talium est, quoniam & quatenus fœmina animal, & quatenus mas, propriæ sunt passiones: & si non est quicquam fœmina, neque mas separatum ab animalibus. Quare etiam prout longitudines solum, & prout superficies, & quanto de prioribus ratione, ac simplicioribus, tanto magis id certitudinem habet.* [e] *hoc autem simplex est. quare absque magnitudine magis quàm cum magnitudine, & maxime absque motu. quod si habet motum primum maxime, siquidem is simplicissimus est, & huius qui regularis est. Eadem ratio de Harmonica, & Perspectiua est neutra namque prout visus, vel prout vox speculatur, verum prout lineę, & numeri. at hęc, proprię* [f] *illorum passiones sunt Mechanica quoque similiter. Quare si quis ab accidentibus separet, ac de eis aliquid, quatenus talia sunt, consideret, minime propter hoc mentietur. quemadmodum nec cum in terra describat, ac eam, quę pedalis non est, pedalem dicat.* [g] *non enim in propositionibus falsitas inest.* [h] *Optime vero ita vnumquodque profecto considerabit, si quis separans ponat quod non est separatum: quod Arithmeticus, Geometraque facit. Vnum etenim & indiuisibile est homo, prout homo. ille vero posuit vnum indiuisibile: deinde speculatus est, si quid homini prout indiuisibile est, accidit. at Geometra nec prout homo, nec prout indiuisibilis,* [i] *verum prout solida quę enim etiam tametsi nullibi erat indiuisibilis, inerant ei, patet quòd etiam absque his contingit ei posse inesse. Quare propter hoc non male Geometræ dicunt, & de entibus disserunt, & entia sunt. [illegible] plex enim est ens, hoc quidem actu, hoc vero materialiter.* [k] *Cum autem bonum & pulchrum differant (hoc quidem illud semper in operatione, pulchrum vero etiam in immobilibus est) qui dicunt Mathematicas scientias nihil de bono vel pulchro dicere, falsum dicunt. Dicunt etenim & maxime ostendunt. nam etsi non nominant, cum tamen opera & rationes ostendunt, nonne dicunt de eis? pulchri namque maxime species sunt, ordo, commensuratio, & definitum, quę maxime ostendunt Mathematicę scientię. Et cum [illegible] causę esse appareant (dico autem veluti ordo & definitum) patet quòd etiam similem causam [illegible] num causa est, quodammodo dicant.* [l] *magis autem aperte in alijs dicemus. De mathematicis igitur, [illegible] entia sunt, & quomodo entia, & quomodo non priora, & quomodo priora, tot dicta sint.*

ADNOTATIONES.

NON [a] *simpliciter sunt*. Cum iam ostenderit Aristoteles, entia mathematica neque separata esse a sensibilibus, neque in sensibilibus esse pôsse, tanquam habentia particularem naturam re ipsa distinctam a natura sensibilium: hinc infert modo, ꝙ mathematica vel non [illegible] vel si sunt, simpliciter saltem non sunt: sed quodam modo sunt. Nã vt inhærent sensibilibus, hac ratione non sunt per se substantiæ, & ita non sunt simpliciter: cum esse simpliciter ipsi competat [illegible] tiæ, vt explicatum est in lib. 7. Nam licet termini magnitudinum præcedant substantiam [illegible] ratione materiæ, quæ præexistit coniuncta magnitudini: attamen dicendum, quòd non præcedunt substantiam absolute, neque sine substantia subsistunt: licet præexistant in materia respectu rei generandæ. Siquidem in alia re, quæ est substantia per se subsistens, inerunt, & in ea suũ esse obtinebunt. [b] *Quemadmodum enim vniuersalia in mathematicis*. Hoc deducit, ꝙ in scientijs mathematicis afferuntur nulla vniuersalia, qualia sunt axiomata, & suppositiones: quæ & si non complectuntur neque magnitudines, neque numeros (vtputa cum dicitur ꝙ totum est maius sua parte) attamen nõ propterea inferendum, ꝙ sint de rebus separatis a numeris, vel a magnitudinibus, tanquam sint alia entia, quæ in illis vniuersalibus contineantur: sed omnino ad magnitudines, vel ad numeros pertinent. Pariter quoque igitur dicendum est, apud mathematicos multa considerari de magnitudinibus seorsum a sensibilibus: & non propterea inferendum, ꝙ speculationes mathematicæ sint de rebus non sensibilibus. quin hæc non nisi res sensibiles sunt, licet ab ipsis considerentur non vt sensibiles. Notandum autem illud, quod habetur a Bessarione *pręter magnitudines*, græce legi, περὶ, idest circa: & non παρὰ, vt ipse vertit, *præter*: sed optime contextum ita correxit: vel nactus alium correctiorem, iure ita vertit. siquidem hoc dicit Aristoteles, ꝙ vniuersalia, quæ præmittuntur in scientijs mathematicis, non sunt de rebus separatis, tanquam præter magnitudines & numeros, sed afferuntur, vti ea, quæ conueniunt magnitudinibus, aut numeris, quáquam non coniuncta numeris & magnitudinibus proponãtur, sed seorsum & ab illis abstracta. Hinc postea a simili infert idẽ de magnitudinibus esse censendũ, quæ sunt consideratę a mathematicis, non vt sunt sensibilium, licet non sint aliæ magnitudines præter ipsas sensibiles. [c] *Rationes & demonstrationes sunt*. Græce legitur: λόγοι, καὶ ἀποδείξεις: vnde aptius verteretur, *orationes*, loco huius dictionis *rationes*: vt intelligantur definitiones per hanc vocem λόγους: alioqui bis idem esset dictum: quum demonstrationes non sint nisi rationes: vnde etiam paulo post ait Aristoteles, quòd de rebus motis sunt

..., & ſcientiæ, innuens pariter definitiones & ſcientias demonſtratiuas: ſicuti etiam prius habet, ... λόγοι, nempe plures definitiones, vt inſinuant ſubſequentia verba, quòd ſint hi plures ... *ab ipſo quod eſt quodque talium:* quibus verbis definitio inſinuatur. [d] *Quare cum ſimpliciter verum ſit dicere, non ſolum ſeparabilia eſſe, verum etiam non ſeparabilia.* Vult hoc aſtruere, ...entia vere ſint ea, circa quæ verſantur mathematici: licet ipſa nec ſeparata a ſenſibilibus admittat, neque velit eſſe in ſenſibilibus habentia naturam diuerſam a ſenſibilibus: vt omnino id concludat, ... mentiri mathematicos, dum abſtracte ſpeculantur ſeorſum a ſenſibilibus ea, quæ ſunt in ſenſibilibus, ... ſunt magnitudines. Et cum dixerit in initio huius cap. quòd entia mathematica non ſunt ſimpliciter, intellexit quòd non ſunt ſimpliciter & abſolute entia, vt ſunt quæ per ſe ſubſiſtunt, cum ipſa ſint ... alijs, nempe in ſubſtantijs ſenſibilibus, ſine quibus non ſubſiſtunt. hic vero dicit, ꝙ ſimpliciter, id eſt ... taliter eſt verum dicere, quòd ſunt non ſolum entia ſeparabilia (vt ſunt ſubſtantiæ per ſe & ſimpliciter exiſtentes) verum etiam entia illa ſunt, quæ non ſunt ſeparabilia, vt quæ ſubſiſtunt in alijs. Aut ſimpliciter eſt verum dicere quòd ſint: non autem quòd ſimpliciter, & perfecte ſint: ita enim vox hæc ... & in vno, & in alio ſignificato vſurpatur apud Ariſtotelem. Et ita ſimpliciter dicemus verum ... quòd ſint entia mathematica: non autem quòd ſimpliciter, & perfecta ſint entia. Illis vero verbis, *ſolum ſeparabilia, ſed etiam non ſeparabilia*, intelligit Philoponus, per ſeparabilia, ipſas ſubſtantias: Philop. non ſeparabilia vero accidentia. Et quòd per ſeparabilia intelligantur ſubſtantiæ, optime conue... ...niam proprie per ſe ſubſiſtunt, & ſunt vere ſeparabiles: vt expreſſit Ariſtoteles lib. 8. cap. 1. ſed ...n ſeparabilia intelligi poſſunt, non ſolum accidentia: verum etiam ea, quæ pertinent ad ſubſtan... ...ſunt partes materiales, & etiam formales, quæ per ſe non ſubſiſtunt, licet forma ſecundum ra... ...tiſ ſeparabilis. & huiuſmodi ſunt etiam entia mathematica, de quibus hoc loco meminit Ari... ...quæ dici non poſſunt entia ſeparabilia, vti ſunt ſubſtantiæ compoſitæ, quarum materia & for... ...t conſtitutiuæ ipſius ſubſtantiæ. [e] *Hoc autẽ ſimplex eſt.* Docet hoc loco magis exactã eſſe ſcien... ...quæ ſit de prioribus, & ſimplicioribus: ita enim ſubiectum, circa quod verſatur ſcientia, erit ſim... ...& de minoribus: vnde exactior de huiuſmodi rebus eſt ſcientia, vt docetur in Analyt. Et ſupra tum ...lib. 1. tum in 2. cumulate a nobis explicatum eſt, iure optime conuenire, vt ſcientia, quæ verſatur cir... ...priora & ſimpliciora, ſit exactior alijs, quæ conſiderant res magis compoſitas, & habentes additio... ...nes, pro vt ſe habet continua magnitudo relata ad diſcretã: tum quoniam, quatenus ſcientia eſt de prio... ...ribus, hac ratione poteſt ſpeculari cauſas ſuperiores, ex quibus multa in alijs ſcientijs inferioribus com... ...probantur: tum etiam, quoniam quanto res ſunt ſimpliciores, eo magis circa ipſas omnia inquiri, & ex... ...poſſunt: quod non contingit circa res magis compoſitas, quæ multis ſunt obuolutæ, & varijs ob... ...tectæ accidentibus, quorum exactam conſequi cognitionem eſt difficillimum ob eorum maximam va... ...rietatem. Hinc (vt dicit hoc loco Ariſtoteles) motus circularis, quoniam eſt ſimpliciſſimus inter om... ...nes, magis etiam exactam ſui præbet cognitionem: & quia maxime ob ſuam ſimplicitatem eſt ...ris, ideo ad aliorum quoque motuum notitiam habendam deſeruit. [f] *At hæc propriæ illorum ...ones ſunt.* Cum hæc conſequantur immediate ad illa alia verba, *verum prout lineæ & numeri*: hinc ...etur innui, quod lineæ & numeri ſint paſſiones, hi vocum, illæ viſus: & ita intellexiſſe videntur Beſ... ...ſario & Perionius in ipſorum tranſlationibus: cum tamen oppoſitum ſit dicendum, quòd ad numeros ...accidant tanquam paſſiones ea, quæ ſunt in voce: & ad lineas ipſe viſus, vt fiant lineæ viſuales. ſiquidem ...armonica, & perſpectiua ſunt ſcientię ſubalternæ, hæc geometriæ, illa vero arithmeticæ: conſtat autẽ ... inferiores & ſubalternæ ſcientiæ verſantur circa accidentia, ſeu affectiones, quæ pertinent ad ſub... ...ecta ſcientiarum ſuperiorum. Et omnino conuenit dicere, quòd ad numeros accidat, vt has vel illas habeant adiunctas voces: & non e conuerſo dicendum, quòd numeri accidant ipſis vocibus. Similiter dicendum de viſu in perſpectiua relata ad geometriam. [g] *Non enim in propoſitionibus falſitas.* Ait quòd non reddit mendacem geometram ſuppoſitio facta, quòd talis ab ipſo deſcripta linea ſit pedalis, quæ tamen non eſt pedalis: nam hæc falſitas non pertinet ad propoſitiones, ex quibus aſtruantur demonſtrationes: cum huiuſmodi deſcriptiones fiant ad commodiorem addiſcentium intelligentiam: quemadmodum etiam in libris Analyticis multa terminis illis A.B.C. ob eandem rationem exponuntur. [h] *Optime vero ita vnumquodque profecto conſiderabit.* Commendat hoc ſpeculandi inſtitutum; vt vnumquodque conſideretur ſeorſum ab alijs, ſine quibus eius poſſit eſſe contemplatio. Veluti contemplari magnitudines citra motum, & motum citra virtutem animantem, & ita de alijs. Et id quidem, propterea quòd hunc in modum vnumquodque ſeorſum conſideratum dilucidius & diſtinctius apparet, & comprehenditur. [i] *Verum pro ut ſolida.* Græce στερεά, in numero plurium: ſed nil refert legere etiam, vt nonnulli legunt, in numero ſingulari, *ſolidum*: quum ſit ſermo de homine, & non de hominibus. de quo quidem homine (inquit Ariſtoteles) arithmeticus conſiderat, quatenus eſt quid vnum, & indiuiſibile, non quatenus homo eſt: geometra vero, non quatenus homo, non quatenus indiuiſibile, ſed quatenus ſolidum eſt, conſiderat hominem. Et cum ſubiungit: *quæ enim (etiam tam & ſi nullibi erat indiuiſus) patet, quòd etiam abſque ijs contingit ei poſſe eſſe*, videtur hoc innuere, quòd quæ ineſſent homini (de quo eſt hic ſermo) ſi alicubi non eſſet indiuiſibilis, manifeſtum eſt, quòd etiam ſine ijs; id eſt, abſque hac ſuppoſitione, quòd ſit indiuiſibilis in ſua natura, eſt tamen poſſibile, vt ſit diuiſibilis, & habeat in ſe quæ geometræ ſupponunt: quaſi diceret, alicubi, & aliquo modo non erit homo indiuiſibilis: vnde poterit diuidi (vt ſolidum eſt) ſecundum trinam dimenſionem: & ita tractans geometra de

 ſolido,

solido, non mentitur, docens de ijs, quæ secundum hanc suppositionem sunt aliquo modo ve... *autem bonum & pulchrum.* Græce τὸ ἀγαθὸν, καὶ τὸ καλόν: quæ inuicem distingui ait, vti etiam ... lib. 3. cap. 2. in disputatione habita circa scientias mathematicas. Nam bonum pertinet a... humanæ vitæ, pulchrum vero est in immobilibus: licet frequenter inuicem confundant... na, & vnum pro altero accipiatur. Aduertendum autem in lib. 3. loco citato haberi, quo... maticæ scientiæ ab Aristippo vituperabantur, tanquam sine vllo scopo pulchri aut boni ex... etiam mathematica appellantur immobilia, quemadmodum & hic. In lib. autem 12. apud ... mo, pulchrum, ipsum καλόν, aptatur Deo sub ratione causæ finalis: a qua docetur pendere cœl..., & n... turam. Vnde tuetur hoc loco Aristoteles partes mathematicarum disciplinarum, tan... quibus multa tractentur, & demonstrentur circa commensurationes, & definitum & ordinem; ex qui... bus deinde maximæ species pulchri desumi possunt: vt hinc mathematici insinuē..., cum suis dem... strationibus maximam suggerant notitiam ad opera summa cum pulchritudine conficienda ... ad particularia hæc patefacienda non descendant. [1] *Magis autem aperte in alijs dicemus.* Nempe de ip... sa ratione pulchri, de qua in lib. 12. apud nos postremo cap. 7. agitur, quomodo in immobilibus ... habeat. Ex quo colligitur, librum hunc iure merito supponi debere priorem illo, in quo aguntur quæ hic asseruntur in posterum esse tractanda: & tractantur in libro, qui iuxta veterem seriem erat 12. ... ipsum, vt posteriorem, iure in locum postremum huius operis retulimus.

Impugnatur positio idearum, dum excluduntur rationes ex aduerso factæ, & absurda consequentia adducuntur. Cap. IIII.

PARAPHRASIS.

I igitur tum non ponere bonum [a] *inter principia, tum ita ponere impossi*[illegible]*, non recte assignantur principia, neque primæ substantiæ. At etiam nec is rec*[illegible] *uersi principia,* [b] *animalium, plantarumque principio assimilat, quia ex* [illegible] *imperfectis semper perfectiora: & ideo etiam in primis ita se habere aiunt,* [illegible] *sit ipsum unum.* [c] *Verum etiam hic perfecta principia sunt, ex quibus hæc sunt. homo* [illegible] *nerat, nec semen primum est. Absurdum item est locum simul cum solidis mathemat*[illegible] *singularium proprius: quare loco separabilia sunt. mathematica vero non sunt alicub*[illegible]*. At* [illegible] *quidem, quòd alicubi erunt, quid vero locus sit, non absurdum est. Oportebat uero eos, qui* [illegible] *se ex elementis, primaque entium numeros, diuidere qualiter aliud ex alio sit: & ita dicere quo*[illegible] *numerus ex principijs sit. Vtrum mistione? At non est omne miscibile, & quod fit a*[illegible]*terum, non erit,* [illegible] *bile unum ipsum, nec altera natura, neque volunt. At compositione dicent, vt syllabam? Sed* [illegible] *est esse. & qui intelligit, seorsum intelliget vnum, & multitudinem. hoc igitur numerus erit,* [illegible] *titudo, aut vnum & inæquale. Et cùm id, quod est ex aliquibus esse, est quidem, ut ex his* [illegible] *ro, ut non. vtronam modo numerus est? Sic enim ut ex his, quę insunt, non sunt nisi ea. quorū* [illegible] *Sed tanquam a semine erit? At non possibile ab indiuisibili aliquid abire.* [d] *Verum for*[illegible] *tanqu*[illegible] *contrario non permanente? At quęcunque ita sunt, ex alio quoque quodam permanēte sunt.* [illegible] *autem unum, quidam quidem vt contrarium multitudini, quidam vero inæquali ponat, vno v*[illegible] *æquali* [illegible] *quam ex contrarijs erit numerus profecto. est igitur quippiam aliud, ex quo permanente, & altero* [illegible] *factus est. Præterea, cur cætera quidem, quęcunque ex contrarijs sunt, aut ea, quibus contraria* [illegible] *puntur: numerus uero, & si ex omni sit, minime? de hoc enim nihil dicitur, quamuis contrarium* [illegible] *inest, quàm quod non inest, corrumpat, ut contentio misturam. attamen non oportebat: non enim* [illegible] *traria. Nihil autem determinatum est qualiter numeri substantiarum, & existentię causę sunt: vtrum* [illegible] *mini,* [e] *veluti puncta magnitudinū. et ut Eurytus ordinabat, hęc numerus huius: puta, hic qu*[illegible] *hic uero equi: queadmodum illi, qui numeros ad figuras, triangulum & quadratum reducunt* [illegible] *formas supputationum calculis assimilans. An, quoniam ratio, & consonantia numerorum,* [illegible] *homo, & aliorum vnumquodque? At passiones qualiter sunt numeri, album, dulce, &* [illegible] *numeri ueri non sint substantia, neque causę formæ, patet: substantia namque ratio* [f] *est.* [illegible] *teria. veluti carnis, aut ossis numerus substantia sic, tria ipsius ignis, terræ vero duo. &* [illegible] *quicunque fuerit, aliquorum est, uel igneus, vel terrenus, uel monadicus. verum substant*[illegible] *tum esse secundum mistionem hoc sane non est numerus, sed ratio mistionis numerorum cor*[illegible] *quorumcunque. Nec igitur eo quòd faciat, causa numerus est: nec omnino numerus monadicus,* [illegible] *ria, aut ratio, & forma rerum est: sed nec quidem ut id, quod cuius causa.*

ADNOTATIONES.



I igitur non ponere bonum. [a] Ex hoc, quòd non recte constituant bonū in princ[illegible], quod tamen necesse est constituere, hinc infert nō recte igitur assignari ab his philos[illegible] principia, neque primas substantias. Consequenter dicendum, quòd assignanda su[illegible] melius, & explicandæ primæ substantiæ, quod præstatur in lib. 12. apud nos post[illegible] [b] *Nec is rectę putat, qui uniuersi principia.* Ex his colligitur, principia vniuersi in hac philo[illegible] quiri, ut vniuersum sit subiectum huius scientiæ eo modo, vt explicatum est in Pręfatione. [c] *Vt nec* [illegible] *aliquod sit ipsum.* Hoc vult inferre, quòd sicuti in semine non est ipsum animal, ita igitur [illegible] principium est carens bono, sequitur quòd non erit aliquod ens: nihil enim minus tolli po[illegible] vno, nisi quòd sit non ens. [d] *At non possibile ab indiuisibili aliquid abire.* In generatione [illegible] abit aliquid ex ipso semine, quod non ingreditur animalis productionem, vt explicatum est in [illegible] Generatione Anim. At ab ipso vno indiuisibili existente nil abire potest: ideo ab uno non p[illegible] generatio iuxta modum, quo res generantur ex semine. [e] *Verum ut termini.* Quęrit num numeri [illegible] causę substantiarum, vt sunt termini magnitudinum. Circa quod memorat Eurytum quendam, [illegible] statuebat in certos terminos numerorum: sicuti etiam insinuat quosdam alios, qui triangulum, quadratū, & alias figuras mathematicas in numerorum ordinem constituebant: formasque plantarum calculis,

Philop. idest numeris determinatis, & coloribus (ut aduertit Philoponus) explicabant. Similiter & animalium partes: quorum inuentum, tanquam deridendum, non impugnat Aristoteles. [f] *substantia namque* [illegible] *tio est; numerus uero materia.* Exponit quòd numerus non pertinet ad substantiam, quæ prop[illegible] uenit definitioni: quoniam numerus innuit materiam: siue sit numerus lapidum, siue lignorum, siue [illegible] etiā sit monadicus: nēpe ex solis unitatibus cōprehēsus (inquit Philoponus) numerus sciētificus: qui [illegible]

Philop. abstractus a rebus sensibilibus: attamē nō nisi ut quorūdā existēs numerus explicari poterat in ipsis [illegible] demon-

nibus. Vnde patet omnino numerum pertinere ad materiam. ſubſtantia autem, & ratio ... proportionem factam circa numeros: ueluti quòd tria concurrant ignis, duo terræ ſecũ... ad conſtitutionem rei alicuius, ut omnino hinc ſubſtantia rei dependeat. Cócludit au... numerus non eſt cauſa ſubſtantiæ efficiens: neq; ſubſtantia ſecundum formam: neq; ... pe per ſe abſtractus a materia rerum corporearum, quarũ proprie eſt materia, circa quã nu... E. reſpectu harum rerum, quibus apponitur numerus, dictum eſt quòd numerus per... ſed non eſt tamen proprie materia ſubſtantiarum: ſed neque finalis cauſa dicendus ... quod in ſequenti cap. diſputatur.

...orum circa numeros poſitio impugnatur, ſimulque concluditur, nec numeros, nec alia mathematica quid aliud a ſenſibilibus exiſtere. Cap. VI.

P A R A P H R A S I S.

Dubitabit autem aliquis quid nam ſit ipſum bonum emanans a numeris, ex eo quòd ſit miſtio in numero, aut in bene rationabili ipſo pari, aut in impari. nõ enim (vt apparet) nil ſalubrius melicratũ eſt ſi per ter tria ſit miſtum: quin imo magis utiq; iuuaret ſi in nulla exiſtat proportione, aquoſum autẽ ſit, quàm ſi in numero confectũ exiſtat putũ. Prętera definitiones, quæ ... miſtiones, conſiſtunt in additione numerorum, & non in numeris: videlicet ſic: vt tria ad ... er tria per multiplicationem. ſiquidem idem genus oportet eſſe in multiplicationibus: ... us hominis ſit vt 4. & elementũ ignis in ipſo bis debet ineſſe ad 4. per multiplicationẽ, ... ignis bis 4. Et ſi ad 4. corpori hominis, ineſſe debet ter aqua ad 4. ita ter 4. inerũt aquę ... terra quater ineſſe debet, quater 4. eius gradus inerunt in corpore hominis. Et ſi aeris quin... quinquies 4. gradus aeris inerunt. Et ita per idem genus, nempe per 4. erit corporis hominis & multiplicatio in omnibus gradibus elementorũ: vt ſic eueniat, ꝙ miſtionis in homine ratio ... bis 4. graduum ignis, & ter 4. aquæ, & quater 4. terræ, & quinquies 4. aeris: cum tamen ra... definitiones miſtionum conſiſtãt in additione numerorũ, ad eũ modũ, quo tria ad duo ſe ha... nõ ſecundum multiplicationẽ prædictã numerorum. Ad hæc, ſi neceſſe eſt omnia participare ... neceſſe eſt etiã euenire, ut multa ſint eadẽ: & quòd idem numerus huic rei & aliæ conueniat. ... igitur hoc eſt cauſa? & propter hoc ſunt res ipſæ? an eſt hoc causã immanifeſtã aſſignare? Ve... quidã numerus lationum ſolis; eſt & lunæ, & animalium cuiuſq; vitæ, & ætatis numerus. quid prohibet horũ numerorũ aliquos eſſe tetragonos, alios cubos, & æquales, alios vero duplicatos? ... hoc prohibet: ſed oportet tamẽ in his numeris res uerſari, ſi omnia numerum participabũt. ... et autem & quæ differunt ſub eodem numero cadere. Quare, ſi aliquibus idem numerus con... ...ceſſent inuicem eadẽ, ut habentia eãdem ſpeciem numeri: & ita eſſet idem ſol & luna. Sed ... cauſæ eædem aſſignantur ab iis? certe non apparet conſentanea ratio: huiuſmodi ſiquidẽ ... Septem (inquiunt) ſunt vocales: ſeptem uero chordæ, vel harmoniæ: ſeptem etiam pleiades ... annos ſeptem emittunt aliqua animalia dentes, licet non omnia: ſeptem & illi qui ad The... ...um duxerunt. Nunquid igitur, quoniam natura ſit aptus eſſe talis numerus, idcirco illi duces fuerunt? Aut pleias ſeptenarium ſtellarum eſt? an potius ob portas ſeptem, quæ erant in ciuitate ſeptem etiam illi duces extiterunt? Et pleiades ſtellas nos quidem ſeptenario numeramus, & duodenario numero ſtellarum complectimur. Alij autem (vt Chaldei,) plures his adiiciũt ſtel... non ob numeri naturam id contingit: quando apud omnes idem eſſet numerus harum rerũ. ... pariter quod ξ, ψ, ζ. ſunt ſymphoniæ. & quoniã ſymphoniæ ſunt tres: videlicet diapente, dia... diapaſon: ideo & tres dicunt eſſe iſtas prædictas duplas litteras, ξ, ψ, ζ. Si autem & millia alia ... modi ſint dupla, nihil curant: ita enim etiam, C, & R, erunt unum ſignum: quoniam vtrumq; eſt ... Si autem id dicere vellent, quòd dictarum litterarum vnaquæque duplex eſt aliorum, alia autem littera eſt eiuſmodi: attamen non aſſignanda eſt cauſa huius, quoniam ſint tres melodiæ: ſed hæc, ... iam in prolatione tres ſunt loci in ore, in quibus ſingulis ipſum, S, infertur: idcirco tres ſunt litteræ duplices: et non quoniam tres ſint ſymphoniæ, quæ quidem etiam plures ſunt: ueluti biſdiapaſon, ... diapaſon ſimul cum diapente. at in his litteris non poteſt eſſe alius maior numerus, quàm ternarius: ... non plures loci in ore ſunt quàm tres, in quibus in prolatione inferri uarie poſſit ipſum S. Vnde ſimiles ſunt hi philoſophi antiquis illis Homeri expoſitoribus: vt qui paruas ſimilitudines cõſpi... magnas autẽ negligant. Multa autẽ nõnulli dicunt eſſe huiuſmodi: vt mediæ chordæ quædã nouẽ, quædã 8, vnde ſunt 17. quibus dicunt reſpondere carmen compoſitũ ex ſyllabis decem & ſeptẽ: ſcan... ...dur autem in dextro, a principio vſque ad dimidium uerſus 9 quidem ſyllabis: a ſiniſtro autem 8 ſyllabis vſq; ad extremum uerſus. Similiter dicunt æqualem eſſe diſtantiam in litteris ab α, in ω, qualis ... in tibiis a bombyce primo & magno foramine, ex quo grauiſſimus editur ſonus, ad ultimum fora... ...netem ipſam edẽtem ſanum acutiſſimum: & huius numerum æqualem dicunt eſſe toti cœli melodiæ. At oportet pro reprobatione huius ſententiæ conſiderare ea, quæ non ſunt huiuſmodi: quandoquidẽ nemo dubitabit dicere, aut inuenire in ęternis nõnulla talia, quãdo ẽt in corruptibilibus huiuſmodi numeri inueniri, & dici poſsũt: ueluti ꝙ ſint quattuor elemẽta, quoniã ſint quattuor ſtellę adimplẽtes

tale animal cœleste. Verũ & naturæ illæ laudatæ in numeris secundũ rerũ coordinationẽ [illegible] his cõtraria, & omnino, quæ in mathematicis disciplinis celebrantur eo modo, ut nonnulli [illegible] ponunt esse causas naturæ: uidentur sic cõsiderãtibus omnino e manibus diffugere [illegible] bentia. Nam secundum nullum modorum determinatorum circa principia, nullus horum [illegible] ticorum est causa: non efficiens, non formalis, non materialis, uel finalis. Nam quod [illegible] & ostendũt, quòd ipsum bonum inest, & ꝙ ad coordinationem pulchri & boni sint & per [illegible] rectum, æquale: sunt hæc potentiæ quorumdam numerorum secundum ipsorum [illegible] mul horæ, & talis numerus horarum sunt. & ideo, quæcunque alia colligunt ex theorematibus [illegible] maticis, omnia talẽ habent potentiam: vt propterea assimilentur causalibus accidentibus, quæ [illegible] atq; temere eueniunt. siquidem accidẽtia quidem sunt, vt rectum, æquale [illegible] conuenientia, & non secundum eundem modum iuxta numerorum ordinem. [illegible] est analogum, & secundum proportionem in omnibus, & non idem absolute. In unoquoque [illegible] tis prædicamento adest vnum cõmune proportionale: vt sicut rectum in lõgitudine, sic in plano [illegible] le, in numero forsan impar, in colore autem album. Amplius numeri existentes in ideis, [illegible] sæ harmoniarũ, & talium: differunt enim illi inuicem, qui æquales specie sunt; siquidem & vnitates ipsis insociabiles: vnde propter hæc non erunt constituendæ ideæ. Quæ igitur accidunt circa hæc [illegible] mata, sunt hæc: quamuis & alia adduci possint. Quòd autẽ mathematica non sint separabilia a [illegible] bus, ut asserunt nonnulli, & quòd hæc non sint principia entium, certum nobis [illegible] argumentum esse debet, quòd multa incommoda patiuntur circa horum generationem, & quòd nullus modus ab ipsis excogitatus cohærere, aut consistere ualet.

T E X T V S.

DVBITAVERIT autem aliquis, quidnam sit illud bene, quod a numeris, si misti in rationali,[a] aut impari sit. nunc etenim nihil salubrius, ter tria, si melicratũ sit mistum [illegible] proderit fortassis, si in nulla proportione sit, & aquosum, aut si in numero sit purum [illegible] mistionum[b] in additione numerorum, non in numeris sunt. veluti tria ad duo, non [illegible] enim genus esse oportet in multiplicationibus. Quare ipso A mensurare oportet ordinem [illegible] ipso D eum, in quo D, E, Z. quare eodem omnia. erit igitur ipsius ignis B, E, Z. & aquæ [illegible] autem necesse est omnia numero participare, necesse est multa eadẽ accidere, & numerum [illegible] alij esse, Vtrũ igitur hoc est causa, & propter hoc res est? An id immanifestum, veluti est [illegible] sus Lunæ lationum numerus, & vitæ vniuscuiusq; animaliũ? Quid igitur probibet quosdã [illegible] esse, quosdam cubos & æquales, alios duplos? Nihil enim prohibet sed necesse est in hos conuerti [illegible] mero participabant, & quæ differunt contingebat sub eodẽ numero cadere. Quare, si quibus [illegible] acciderit, eadẽ inuicem illa erunt, eandẽ habentia numeri speciem, puta Sol & Luna, eadẽ. [illegible] causæ eædem? septem quidem vocales, septem autem chordæ, aut harmoniæ septem vero pleiades [illegible] tem quædã emittunt dentes, quædam vero non, septem etiã, qui ad Thebas. Vtrũ igitur [illegible] dam numerus suapte natura aptus est, ideo aut illi fuerunt septem, aut pleias septenarum [illegible] hi quidem propter portas, aut aliam quandã causam? Illam uero nos ita numeramus ursam [illegible] quidam autem plures. nã ξ ψ ζ consonãtias aiunt esse. & quoniã illæ tres, hæc quoq; tria. quod [illegible] sint, nemo curat. ipsi enim γ & ρ esse possit vnum signum. Si autem quoniam duplum aliorum [illegible] aliud uero minime, causa quidem est, quia cum tria loca[c] sint, vnum in vno quoque infertur [illegible] rea tria tantũ sunt, sed non quoniã consonantiæ tres: nã plures consonantiæ sunt. hic vero non [illegible] sunt. Similes vero hi quoque sunt antiquis homericis.[d] qui paruas similitudines vident, [illegible] vident. Dicunt autẽ quidam, ꝙ multa talia sunt. ueluti ipsæ mediæ. quædam nouem, quædam [illegible] decem & septem his esse æquale numero. ascẽdit autem in dextro quidẽ nouem syllabis, in sinistro [illegible] & ꝙ æqualis distantia tã in litteris ab α ad ω quàm in tibijs a grauissimo bõbo ad acutissimã neten, cuius numerus æqualitas est omnimodæ cœli melodiæ. Videri autẽ non decet talia. nã nullus dubitaret [illegible] nec inuenire in perpetuis,[e] quoniã & in corruptibilibus. Vtrum quæ in numeris natura laudata, [illegible] contraria, ac omnino, quæ in mathematibus, ut quidã dicunt, & causas natura faciunt, videntur [illegible] considerantes fugere. secundũ nullum enim modũ eorum, qui circa principia determinati sunt, [illegible] sa est. Vt tamen manifestũ faciunt, quòd ipsum bene est, et quòd de coordinatione ipsius boni est impar, [illegible] æquale, quæ quorumdam numerorum sunt potentiæ[f] (simul nãque anni tempora, & talis numerus [illegible] ra, quæcunque colligunt, ex theorematibus mathamaticis hanc potentiam omnia habent. Quare [illegible] casualibus accidentibus. sunt enim accidentia quidẽ, sed conuenientia[g] inuicem omnia. vnum autem [illegible] proportionale est. In vnaquaque enim entis prædicatione est, quod proportionale est, ut rectum in [illegible] dine, ita in latitudine æquale: in numero vero fortassis impar. in colore autem album. Præterea [illegible] rum.[h] atque similium non sunt causa numeri, qui in formis sunt. Illi nãque æquales ab inuicem [illegible] runt. etenim ipsæ quoque unitates: quare propter hæc non sunt facienda formæ. Quæ igitur accidunt alia etiam his plura, si colligerentur. Videtur autem id indicio[i] esse multis male affici circa generationem eorum, & nullo modo posse connecti, eo quòd mathematica nõ sint a sensibilibus (ut quidam dicunt) separata. nec ipsa quidem sint principia.

ADNOTATIONES.

a *numero rationali*. Grece habetur loco huius particulę *rationali*, ..., qua etiã verti p... let *bene rationali*. & intelligitur (vt inquit Philoponus, & colligitur etiam ex Syriano) numerus indiuisibilis in ratiocinus, & partitionibus. & cum appositum sit, *uel impari*. forte innuere voluit Aristoteles proportionẽ mistionis, aut æqualẽ, & ita bene rationalẽ: aut imparẽ. Philop. Syrian. ... subiungit, q erit magis salubre melicratũ aquosum, quàm purũ existens in numero, idest cum ... reducta ad numerorum proportionẽ; vult inferre, q ipsum bene non erit causatum ex eo quòd ... mistio secundũ numeralem proportionem: quando salubrius (& ita melius) deseruit melicratũ ... portione confectum, dũmodo sit aquosum. Legitur aũt apud Bessarionẽ *in numero rationali*. Pe... legit *quàm in numero*: cuius lectio conuenire uidetur iis quæ habentur a Philopono, & circa huius loci expositionẽ, b *Item rationes mistionũ*, Græce habetur ... Et possunt intel... tiones, quibus explicetur proportio rerum: vel ẽt possunt intelligi ipsæ proportiones: de qui... stoteles, q consistunt in additione numerorum hunc in modum: vt tria ad duo se habẽt, sic ... terem: non autem dicendum est, ter duo: quoniam hoc modo euenit multiplicatio secundum ... vt semper idem numerus accipiatur in multiplicatione vnius elementi, & aliorum: vnde re... tiones mistionum ex numerorum multiplicatione, quæ tamen hunc in modum non fiunt, ... additionẽ numerorum, vt dictum est. Penes quod Syrianus & Philoponus aiunt, q in multipli... Syrian. ... latus mensurat totum numerũ: sicuti 7. mensurat totum numerũ 49. & 8. totum nume- Philop. ... numerũ 9. Et aduertendum, vbi dicitur affirmatiue: *erit igitur ignis*. legi apud Philopo... *n erit igitur ignis bis quinque, ter septẽ*. & vult hoc dictũ esse, ac si voluisset inferri, quòd Philop. ... terra uno mensurari non possunt, cum sint diuersæ speciei. Lectio autẽ affirmatiua vide... prius dicto, q vnum genus in omnibus pene numeris in multiplicatione cadit; cum omnia ... numeri mensurentur. vnde uoluit hoc innuere, q in rebus ipsis, ignis erit bis quinq; , aut secundum modũ multiplicationis. c *Causa quidem est, quia cum tria loca sint*. circa litteras du... pe ξ. ψ. ζ. Ait in causa esse quòd sint tres; quoniam etiam sunt tres loci, per quos, S. effertur principaliter prolato, ut in uerbo psego, præcedente P. prolato, profertur etiã S. extra dẽtes: dẽtium & labiorũ ζ. in labiis ψ. in dẽtibus uero ξ. & de hoc Archinus docebat: vt refert Theo- Theoph. Syrian. ... citãte Syriano & Philopono. d *Similes uero ij quoq; sunt antiquis Homericis*. Denotãt (vt Philop. Philoponus & Syrianus) quidã qui exponebãt Homerũ, & circa ipsũ nõnulla panci n omẽri ad... veluti circa pedes carminũ. & hoc sub ratione quadã numerorũ. prætermittebãt autẽ, quæ ẽrãt ... homẽri, vt multũ referret, si aut ita, aut ita poema cõficeretur. sic & hi alii, de quibus hic est ser... rerũ speculationẽ se gerũt. e *Nã nullus dubitaret, nec dicere, nec inuenire in perpetuis*. Aduertit Philop. ... us, q nõ solũ in æternis, in quibus præcipue numeros ponebãt Pythagorei: sed ẽt in corrupti... hac ratione ab illis excogitata, dicere & inuenire liceret: q numerũ talẽ habẽt: vt puta, q quat... elementa, quoniã sint quattuor stellæ adimplentes tale animal cœleste: vel quòd quinq; sint ... quinq; Planetæ sint præter Solẽ & Lunã, & sic de aliis. f *Quorumdam numerorũ sunt po-* ... guit eosdẽ, q cum ponerent in coordinatione præclarorum & bonorum nõnulla, sicuti op... stituebant in coordinatione malorũ; nihilominus tamẽ in coordinatione bonorũ, seu pulchri, ... ebant impar, rectũ, æquale, horum omniũ potentias quasdã numerorum faciebant: hoc est nu... sic virtutem, seu potentiã pulchri tribuebãt. Et ita etiam infert, q reliqua, quæ inducunt ex ma... theorematibus, ad potentiam numerorum reuocantur, vt omnino vbiq; eadem potẽtia vi... reuocari, vt suppleat in his omnibus. Vnde subiungit, q videntur hi numeri similes accidẽtibus Philop. ... Et aduertendum, q dictio in hoc contextu (vt aduertit Philoponus) Hyperbatice legẽda est ... modũ. *Secundum enim nullũ modum terminatorum circa principia, nullum ipsorum causa est:* ... biungẽdã sint hæc verba, quæ longius distãt: videlicet: *Simul enim horæ & numerus talis*: quod Syria. ... sentit iis, quæ circa hunc locum habentur apud Syrianũ. Et Aristoteles quidẽ per hæc uerba, q ... horæ, & talis fuerit numerus, uoluit innuere numerum excogitatum fuisse ab hominibus, sicuti ... horæ fuerunt distinctæ: & ita nil secundum naturam pendere, tanquam a causa, ab ipsis nume... g *Sunt enim accidentia quidem, sed conuenientia inuicem omnia*. Quoniam protulerat, quòd circa or... dinem numerorum essent casualia accidentia: vt puta rectum, æquale, & huiusmodi; ideo subiun... ... ari quidem accidentia huiusmodi (quæ non amplius appellat casualia) sed esse talia inquit, vt inui... sint conuenientia omnia: vt puta, quæ conueniunt vni rei accidentia, non sunt eadem quæ con... ueniũt alteri rei per eandem causam; sicuti in numeris opposuit assertoribus numerorum, quòd ea... dem omnibus aptarentur. Et subiungit etiam de ipso uno: quòd vnum est non absolute idem in om... nibus, vt illi supponebant: sed est analogum, idest secundum proportionem: vt quemadmodũ se ha... bet rectum in longitudine, sic in latitudine æquale: in numero impar. & in colore album. & hoc sup... ponit in singulo entis prædicamento: vt propterea hinc colligatur, non recte pro principio assigna... vnum indifferenter ad omnia, vt ipsi faciebant Pythagorei: sed distingui debere circa rerum ge... nera secundum proprios modos. Et de hac analogia est etiam sermo in lib. 12. apud nos po... stremo cap. 7. vbi habetur, quòd est optimum semper, vel proportione primum: & ibi fit mentio p... ter de coordinationibus istis Pythagoreorum: vt omnino in iis, quæ proportione sibi respon... dent, sit vnum primum, per quod alia manifestentur: sicuti album respectu aliorum colorum.

 h Prete-

h *Prȩterea harmonicorum*. Hoc habet contra ideales numeros, qui supponuntur habere ... vnitates, vt non possint dici causa harmonicorum (ita enim vertit Bessario hanc vocem ... in harmoniis phthongi sunt æquales, & voce consimiles: vnde a numeris constantibus ex ... quæ non sunt sociabiles, non possunt constitui: quoniam dissimilitudo in his supponitur ... test esse conuenientia, vt requiritur in harmoniis. i *Videtur id indicio esse*. ... vult autem desumi argumentum, quòd nullo pacto sint aut numeri, aut vlla alia ... a sensibilibus, quando tot absurda, & impossibilia deducta sunt in oppositum. Est autem ...
Philop. (de quo in lib. 2. Prior. Analyt. & in Reth.) argumentum non ut uerisimile, sed ut necessario ost... & probans. Et cum subiungit: *& alia etiam his plura, si colligerentur*: hinc ait Philoponus ... quæ Aristoteles conscripsit cōtra ideas aliis duobus libris extra Metaphysicorum conscriptione ... quo etiam meminit Syrianus: qui pariter hoc loco nominat Alexandrum commentatorem A...
Syrian. lis: non tamen adiecto cognomine Aphrodisei.

Syrianus autem defendens obiectionem factam ab Aristotele, quòd numeri possunt in diuersis rebus, & non tamen eadem erunt multa: inquit quòd uario modò numeri inueniuntur compositi ... etiam ex elementis eisdem voces omnes diuersæ constituuntur. Sed dicendum ad hoc esse ... quoniam elementa litterarum pro uariis syllabis, seu vocibus, uaria quoque sint ut complicabuntur: vnde vere diuersæ syllabæ, & dictiones euadent: at numeri iidem absolute aptabuntur diuersis rebus ex quo sequebatur, quòd res diuersæ essent eædem. Idem Syrianus opponit Aristoteli, quoniam in lib. de Cœlo vsus sit doctrina Pythagoreorum: vbi supponit numerum ternarium perfectissimum, & ideo adhiberi in sacrificiis: nec non vbi agit de saporibus & coloribus, quos non in octo, sed in septem gradus, seu species reduci ostendit etiam ex sententia Pythagoreorum. Ad hęc dicendum, non propterea sequi, quòd Aristoteles probet doctrinam hic impugnatam: sed in lib. de Cœlo docet, corpus esse ... quaq; perfectum, vt quod habeat omnes magnitudines: quod etiam probat ex hoc, quòd habeat ... & ita omnes: quoniam tria sint omnia. quod confirmat ex dictis Pythagoreorum, & quòd hinc ... rit vsus cæremoniarum ter conficiendi nonnulla in sacrificiis. Similiter egit & circa sapores ... nec propterea sequitur, quòd tribuat naturam quandam numeris; cum quæ tractaret, præcipue ... ra rei confirmaret: auctoritates autem adduxerit & horum philosophorum, vt magis etiam ... et propriam sententiam.

Si in lib. Sapientiæ dicitur, quòd Deus omnia creauit in numero, pondere, & mensura, non propterea hinc inferendum, quòd numerus obtineat talē naturam vt sit causa rerum, & separata a sensibilibus, vt supponebant antiqui illi, quos Aristoteles hic impugnauit: Sed dictum sapientiæ ... quòd Deus in numero determinato res creauit: vt puta, quattuor elementa, tot orbes cœlestes ... cies animalium plantarum, & sic de aliis: vt dicendum sit, ex ipsis rebus numeros esse ... tenus circa res, numerorum inuentio facta a mente humana, circa res & constituta est, & ex ...

FINIS LIBRI XII. AL. ORD. DECIMITERTII.

ARGVMENTVM
LIBRI DECIMITERTII.
ALIO ORD. XI.

SI ad memoriam nobis reuocauerimus, quæ in generali nostra horum librorum præfatione ... exarata, facile eueniet ut huius libri, (qui ordine olim undecimus ad locum decimi tertii ... restitutus est) non inutilēm esse tractationem detegamus: neque in eam mentis dubitationem ... damus, in quam prolapsi sunt nonnulli, arbitrantes hunc librum, tanquam superuacaneum ... tendum esse, & ex hoc opere excludendum, veluti non Aristotelicum: eum quidem ex hoc ... capite proscribentes, quòd in ipso non nisi ea repetantur, quę aut in his libris sunt expo... ... ctata fuerunt in sermonibus de natura. At non huic opinioni adhæserunt ex Græcis expositoribus
Alex, Alexander, & Philoponus: qui priorem huius libri partem propriis commentariis illustrarunt, neque ...
Philop. tanquam superuacaneam, aut non existentem Aristotelis reiecerunt. Sed neque ex latinis D. Thomas, & A...
D.Tho. de Ales, qui totum librum iuterpretati sunt: tametsi neque hi nostrates, neque illi alii priores explicite docue...
Alex. quorsum hic repetantur, quæ alibi, & ut in plurimis, fere ad uerbum, sunt explicata: & quomodo conse... ... (quem postremum in hac philosophia constituimus) conferant ad eorum explicationem, quæ ... supponunt & D. Thomas, & Alensis. Tres igitur in ea præfatione partes constituimus, vti præcipuas huius ... sophiæ iuxta triplicem considerandi rationem, quæ hic habetur circa substantias, quatum est in hoc opere ... ma contemplatio; cum reliqua omnia genera entis ad substantiam reuocentur: uti quæ ab illa dependeant, ut ... & cognoscantur. Et quidē prima huius philosophiæ pars est ea, in qua agitur de substantia naturali, quæ tractatio ... ditur lib. 7. 8. & 9. quemadmodum antea animaduertimus, præsertim in argumento libri 10. Quomodo autem ...

ra naturali, non eſt vt nunc repetamus, quæ cumulate alibi locis opportunioribus ſunt a nobis expli-
uero pars huius philoſophiæ pertinet ad eam tractationem, in qua eorum recenſentur dogmata, qui
ca,& ideas,& numeros inter ſubſtantias cõnumerarunt: quæ tamẽ aut nullibi ſubſiſtere defenditur,
ſputatione deuincit Ariſtoteles: aut non eſſe inter ſubſtantias recenſenda, ut ſunt numeri, aut eu-
tica ipſæ magnitudines, tanquam naturæ,& ſubſtantiæ exiſtant a ſenſibilibus ſeiunctæ atque diuerſæ.
in ſpeculatio his aliis tribus libris continetur, nempe 10.& 13.& 14. quos nos vt conſequentes ad librum
mus 11.& 12. Reliqua erat huius philoſophiæ pars tertia,& poſtrema, quæ eſt omnium præcipua: pro-
aliæ partes iam commemoratæ locum in hac ſcientia obtinuerunt: quando ſub ratione entis cõmu-
prehenduntur, de quo agere incumbit munus huic primæ philoſophiæ, quatenus ſubſtantiam ſeparatam a
contemplatur. Etenim in hac tertia parte agitur de ſubſtantia prima immobili, æterna, & a materia pe-
nitus, de Deo Opt. Max. rerum omnium principio; nec non ſimul de aliis omnibus principiis,& cauſis, ſeu
quibus conſtat hoc vniuerſum: cuius prima, atque præcipua pars eſt ſubſtantia, ita quidem, vt in hac po-
, nempe in libro huic ſequẽti) diſtincta ſcientia tradatur rerũ omniũ, quatenus ſunt entia: dum de prin-
atque primis cauſis, quibus hoc uniuerſum conſtat, atque conſeruatur: ac præſertim de primo om-
ipſo, Deo Opt. Max. a quo cœlum pendet, atque natura. Quam ob rem, cum hæc poſtrema huius primę
pars ſit omnium honorabiliſſima, in qua ueluti faſtigium comprehenditur totius philoſophiæ, operæ pre-
purgatiſſima traderetur,& omnibus ſuffulta adminiculis doctrinæ, quæ ad ipſam explicandam, atque
apta, atque accommodata eſſent. Quam in re ponenda nobis eſt ante oculos infinita propemodum
tationum tam uariarum atque multiplicium, quæ præceſſerunt, & circa propria dogmata Ariſtoteli-
aliena: nec non dubitationum cateruæ, ſparſim, nec penitus diſſolutarum, ita quidem ut dicendum ſit,
immenſam ſiluam ſermonum præmiſſorum, ſimulque in gratiam præcipuæ, atque eximiæ philoſo-
decẽs atque conueniens fuerit, ut denuo, tanquam ab ouo, exordio quodam generali præmitterentur
deſumpta, quę ad eius exactam traditionem poſſent eſſe conſentanea: quæ cum pręſtentur in hoc li-
quadam ratione atque moderamine congeſta ſint in eo, quæ ex aliis partibus philoſophiæ, tum huius,
ſunt deſumpta, argumentum non inualidum nobis præbent, librum hunc non ſolum omittendum
am ſuperuacaneum, aut non Ariſtotelicum, uerum etiam omni ſtudio a nobis amplexandum, uti &
Ariſtotelis,& ut plurimum conferentem ad ea, quæ in libro ſequenti pertractantur: quæ quidem haud
iudicata iri ab iis, qui in eo euoluendo propriam operam nauarint. Quæ autem in hoc libro exponun-
tractantur, ad hęc capita reducuntur. Etenim in primis hoc aſſumitur, quod explicatum atque conſtitutũ
nempe, ſapientiam eſſe quandam ſcientiam, quæ principia entium ſpeculatur. Quæ ſuppoſitio, tanquam
me aptatur poſtremæ, atq; præcipuæ parti huius philoſophiæ, in qua principiorũ, & primarũ cauſarũ
uniuerſi notitiam ſpectantium erat aſſignanda doctrina. Deinde dubitationes in lib. 3. prolixo ſermone
atque perpenſæ, paucis hic perſtringuũtur,& non omnes. Et id quidem, quoniã ex his difficultatibus, quo
ſubſiſteret hæc ſcientia, obex poni uidebatur, niſi diſſoluerẽtur: quæ cum antea neque omnes fuerint explica
ſim tantummodo ex his nonnullæ tactæ ſint, propterea ut diſſoluerentur (quod fit partim in præſenti li-
in ſequenti) ſimul repetendæ, atque congerendæ fuerunt: illæ ſcilicet dubitationes, quæ menti uinculum
primam ſcientiam inducere poterant. Conſequenter ad hæc, quod in lib. 4. prolixius explicatum eſt, hic
pendio ſtatuitur: unam eſſe ſcientiam, quæ contemplatur ens, quatenus eſt ens, diſtincta ab aliis particu-
ribus,& a dialectica,& a ſophyſtica. ex qua ſuppoſitione, atque declaratione conſtitutio huius ſupremæ
tur;& difficultates nonnullæ, quæ ſtarent ex aduerſo diſſoluuntur. Ad hęc illud quoque erat ſupponen-
ſtatuendum principium, ſine quo conſiſtere nequit, neque exerceri ulla contemplatio: nempe quod non
em ſimul eſſe,& non eſſe: quod deſeruit, tum ad ſubuertenda dogmata falſa nonnullorum, ex quibus ad
dum omnis ſublata eſſet facultas, niſi proſternerentur: tũ ad aperiẽdam quam maxime uiam oſtenden-
theoremata, quæ in libro ſequenti explicantur:& ut in plurimis ratione ducente ad impoſſibile, quæ dicto
nititur: quod tamen breui oratione explicatur, non ea longa diſputatione, qua de hoc ipſo in lib. 4. diſſer-
atque ea ex lib. 6. quæ ibi pariter prolixa ratione fuerunt tractata, paucis hic proponuntur, & cõſtituuntur:
ſcilicet ſcientia, quæ contemplatur ens in quantum ens, ab aliis ſcientiis particularibus ſit diſtincta: nec
modo ſcientiæ contemplatiuæ ab actiuis & effectiuis ſint diuerſæ: & quomodo inter contemplatiuas præ-
naturali & mathematicis illa, quæ contemplatur ſubſtantiam immobilem,& ab omni materia abiun-
a & uniuerſalis euadit hæc philoſophia. Et hæc quidẽ præcipue animaduertenda, atque ſupponẽda erãt,
mo erat, ut dictæ ſubſtantiæ contemplatio iam ſuſciperetur. Ad hæc, quod in eodem lib. 6. ualde ſubti-
tum, atque explicatum eſt de ente dicto per accidẽs; breuiter hic quoque repetitur vna cum commemo-
s pro uero ſumpti. Et hæc quidem ut intelligeretur, huiuſmodi generis entia, tanquam ad ſcientiæ mu-
nentia, omittenda eſſe ab hac poſtrema contemplatione: in qua principia prima, & elementa rerum ex-
tantium quarum proprie,& per ſe cauſæ ſunt determinatæ: vnde & ſciẽtia circa huiuſmodi ens eſſe poteſt: nõ
ca ens per accidens, neque circa illud, quod, ut uerum, eſt ens: quoniam nõ propriæ cauſæ ſint huius entis,
nent ad ens proprium, quod extra animam ſubſiſtit. Et hæc quidem ſunt in ſumma, quæ ex libris præce-
deſumpta in hoc libro, epitome,& compilatione quadam recẽſentur.& eo quidem moderamine, atque fine
ſunt connexa, ut ex propoſito, hæc omnia ad ſcopum prædictum dirigi facile agnoſci poſſit. Subſequun-
ad hæc & ex phyſicis quoque contemplationibus deſumpta nonnulla theoremata: ut puta ex lib. 2. Phyſico-
od cuius cauſa & finis fit in iis, quæ fiunt a natura, uel a mente ſecundum electionem: fortunam autem, &
accidens concurrere ad effectus; vt hinc excluderetur, non conſtare mundum temere a fortuna, uel a ca-
pſa mente,& ab optimo ordine, qui natura inſitus eſt ipſis rebus. Ex 3. uero eorumdem Phyſicorum libro,
plicatio deſumpta eſt: propterea quòd hæc ſuppoſita notitia ad plurima, quæ tractãtur in libro ſequenti, eſ-
conſentanea: tum ad explicanda ſubſtantiæ compoſitæ elementa; tum præſertim ad ſtabiliendũ, dari ſub
primam immobilem,& æternam: quod non ſine motus cõſideratione præſtatur. Quemadmodum etiam
m 3. lib. compendioſa ſumpta eſt ſpeculatio circa infinitum, quòd non ſit, neque eſſe poſſit: quod quidem de-
um ut excluderetur ab ipſo vniuerſo (de quo ſuppoſito vt finito, principia,& cauſę traderentur) quod circa
m facere non contingeret: partim etiam deſeruit ad ſtatuendum, quòd prima cauſa mouens eſt incorporea,
aſſibilis: quod ex ſuppoſitione iam præmiſſa, quòd non ſit infinitum in magnitudine, manifeſtum redditur.
ue quædam alia ex libris Phyſicorum deſumpta circa motum repetuntur: quę ſunt conſentanea ad ſequẽtem
a. Veluti inter alia, quòd non eſt motus motus, qua ſuppoſitione utitur in libro ſequenti Ariſtot. ad manifeſtã
non ſit latio lationis in cœlo, ſed omnis latio ad orbes,& ad aſtra eſt limitata, unde & limitatus arguitur
merus ſubſtantiarum abſtractarum cœli lationibus præſidentium. Sed & horum terminorum præmiſſa in
bro explicatio, quid ſit immobile, quid ſimul eſſe, quid deinceps, quid attiguum,& continuum, & alia huiuſ-
od. ad futuram libri ſequentis tractationem, quòd de eiuſmodi continget mentio, & huiuſmodi notitia multum

luminis

luminis ad ueritatem afferat,admodum fuit consentaneum. Quamobrem si perpenderimus,quòd [illegible] (ut apparebit)totius philosophiæ fastigium clauditur:& quòd hæc postrema pars est alia a [illegible] iu ea de substātia immobili agatur,non incongrue sane, sed admodum apposite ita factum iudicabimus [illegible] mulata,& numeris omnibus absoluta notitia huius præcipue partis, uaria hæc quæ percurrimus [illegible] exarata,ex aliis collecta penes ea,quæ huic reliquę doctrinę cōferre possent·cum præsertim in hac ipsa [illegible] remata tanquam probata afferantur,aut si non sint probata;probentur:ut apparebit singula quæque d[illegible] spicienti.

IN LIBRVM DECIMVM TERTIVM ALIO ORDINE XI. PRIMÆ PHILOSOPHIÆ ARISTOTELIS PARAPHRASIS.

Dubitationes contingentes circa scientiam nuncupatam sapientiam, summarim recensentur. Cap. I.



VO'D quidem sapientia sit scientia quædam uersans circa principia, di[illegible] est in primis huius philosophię sermonibus,in quibus addubitatum est [illegible] veterum philosophorum sententias circa principia. Dubitaret autem a[illegible] num statui debeat vnam esse scientiam, an plures: nam si una tan[illegible] tur,obstat illud,quòd principia non sunt contraria: at scientia una e[illegible] contrariorum:quare non videtur una esse posse scientia. Quòd si [illegible] plures scientiæ pertinent ad sapientiam:explicandum, quas nam op[illegible] tuere has ipsas esse. Amplius dubitari potest:num vnius scien[illegible] munus sit contemplari principia demonstratiua. nam si un[illegible] tur esse hoc munus,reddenda est ratio,cur magis huius,quàm illius scientiæ hoc mun[illegible] potius arithmeticæ, quàm geometriæ id muneris conueniat.Quòd si ad plures scientias id [illegible] cendum esset,quales sint hæ plures scientiæ. Alia dubitatio,num ad eandem scientiam spe[illegible] plari de omnibus substantiis.nam si non de omnibus:erit difficile assignare, quarum nam [illegible] rum sit contemplatrix sapientia. Si autem dicatur ab eadem scientia de omnibus sub[illegible] derationem haberi,īmanifestum est,quonam modo contingat ut eadem scientia de pluribus [illegible] tiis contempletur. Alia dubitatio,num solum circa substantias eadem scientia uersetur, an c[illegible] accidentia. nam si demonstratio est circa accidentia, utique demonstratio non erit circa [illegible] quoniam harum non est demonstratio: vt ideo dicendum uideatur,eandem scientiam [illegible] se circa accidentia,& circa substantias. Quòd si alia sit scientia demonstrans accidentia,& ali[illegible] platrix substantiarum,explicandum quæ nam sit harum vtraque,& vtra harum sit sapien[illegible] & de non stratiua sapientia circa accidētia esse videtur: & pariter quæ circa prima versatur [illegible] substantias. Alia etiam dubitatio:quoniam non videtur statui posse, quòd quæsita a nobis scie[illegible] setur circa causas expositas in sermonibus de natura;nō enim circa causam finalem, dictam cu[illegible] sa, quod bonum est (id autem in actionibus humanis situm est,& in iis quę versantur in [illegible] que mouet primum agens) uersari videtur. Siquidem talis naturæ est finis, vt agentem mo[illegible] in immobilibus non est primum mouens. Omnino autem est dubitatio, num quæsita nu[illegible] tia quandoque versetur circa sensibiles substantias: aut circa quas alias existat. Nam si c[illegible] sensibilibus substantiis: aut circa ideas uersabitur, aut circa mathematica. nam quòd non [illegible] manifestum est. sed & admissis ideis, adest dubitatio quare non ita se res habet in aliis, q[illegible] sunt ideæ,vt in mathematicis.Id illud est,quòd ponentes ideas constituunt mathematica ent[illegible] inter ideas,& sensibilia: cur igitur non sunt etiam tertiæ naturæ inter ideas & hæc nostratia sen[illegible] At in oppositum est illud, quòd nō datur tertius homo inter sensibilem & idealem,neque etiam [illegible] dum opinionem afferentium ideas. At si non admittatur opinio dicentiū mathematica esse medi[illegible] tia,exurgit dubitatio,circa quę nam versabitur mathematicus, cum non sit dicendum, quòd contem-pletur quæ apud nos sunt sensibilia;quando ea,quæ scientiæ mathematicæ contemplantur, nequaqua sint eiusmodi, qualia sunt hæc nostratia.Neque etiam dicendum est,quòd quæsita nunc scientia [illegible] tur circa mathematica:cum nullum horum sit separabile.neque etiam circa substantias sensibiles, cum sint corruptibiles.Omnino etiam dubitabit aliquis: ad quam nam scientiam spectet inquirere de materia mathematicorum.enim neque ad philosophum naturalem id muneris spectabit, cum eius vniuersa contemplatio sit circa ea,quæ habēt in ipsis principium motus & quietis. Neque etiam pertinet hoc munus ad eam facultatem,quæ demonstrationem & scientiam considerat rerum mathematicarum quandoqui-

... quidem circa hoc genus,& circa talem materiam (quam ſupponunt) ſuã ſcientiam, & demon- ... exercent:vnde reſtat,ut de iis differat,atque contempletur propoſita nobis hoc loco philo- ... Ad hæc dubitabit aliquis:ſi ſtatuendum eſt , quòd quæſita ſcientia uerſetur circa principia vo- ... nullis elementa(hæc autem omnes ponunt inexiſtere compoſitis) hinc utique uideretur di- ... quòd hęc quæſita ſcientia uerſetur potius circa vniuerſalia,quàm circa compoſita. Siquidem ... diffinitio,& omnis ſcientia eſt vniuerſalium,& non extremorum in ſingularibus exiſtentiũ : atq; ... ſtatuendum eſſet,quòd primorum generum eſſet contemplatrix ; quæ utique erunt ipſum ens , & ... js enim exiſtimabitur comprehendi omnia entia;& hæc maxime eſſe principia,vti ea,quæ na- ... prima ſunt:nam ipſis corruptis,& reliqua omnia auferuntur. vnumquodque enim & ens,& vnum ... ſed ex aduerſo dici poteſt, ex hac ſuppoſitione ſequi vt etiam differentiæ ſint participes ipſius en- ... entius,quæ de differentiis prædicabuntur , cum ſupponantur genera eſſe omnium.Atqui differen- ... eſt particeps generis:ideo inconueniens uideretur ponere ens & vnum genera , atque principia re- ... Adhuc uero exurgit dubitatio : quoniam ſi magis ſtatuendum eſt principium , quod eſt ſim- ... quàm quod minus ſimplex eſt , cum extrema contentorum in genere ſint ſimpliciora generi- ... era autem in plures & differentes ſpecies diuidantur:hac ratione magis uideretur conuenire,vt ... ſpecies principium ponere:ut quàm genus. Rurſus uero,quatenus ſublatis generibus ſpecies au- ... hac ratione genera magis principia cenſenda uiderentur quàm ſpecies : ſiquidem id , quod ... ſimul tollit , eſt principium. Quæ igitur habent difficultatem,hæc,& alia ſunt huiuſmodi.

T E X T V S.

[Q]VOD quidem Sapientia ſcientia quędam circa principia eſt,patet ex primis, [a] in quibus ad ea,quæ ab alijs,de principijs dicta fuerunt,dubitatum eſt. Ambigat autem quiſpiam,vtrum ipſam Sapientiam par ſit vnam eſſe ſcientiam,an plures.ſi enim vnam , vna certe ſemper contrariorum eſt.at principia contraria [b] non ſunt.quòd ſi non vnam,quales has ponere oportet. Item ...atiua principia ſpeculari vtrum vnius eſt,an plurium. nam ſi vnius, cur huius magis quàm cu- ... quòd ſi plurium,quales has ponere oportet.Præterea,vtrum omnium ſubſtantiarum,an nõ.nam ... difficile erit qualium nam ſit reddere.ſi autem non omnium vna,incertum eſt quonammodo con- ... plurium eandem ſcientiam eſſe.Pręterea,vtrum circa ſubſtantias ſolum,an etiam circa accidentia.ſi circa accidentia demonſtratio eſt.circa ſubſtantias non eſt.ꝙ ſi altera,quænam vtraque, [c] & vtra ſa- ...it.demonſtratiua enim ſapientia.quę circa accidentia eſt:quæ vero circa ipſa prima,quę ſubſtantia- ... At nec circa cauſas , quæ in Phyſicis [d] dictæ ſunt,quam quærimus.ſcientia ponenda eſt. neque ...a ipſum cuius cauſa.tale enim eſt bonum.hoc uero in agendis,& his,quæ ſunt in motu,exiſtit. & ...um mouet.tale namque finis eſt.in immobilibus uero primum mouens non eſt . Et omnino dubita- ... habet,utrum circa ſenſibiles ſubſtantias eſt,quę nunc quęritur ſcientia,an non,ſed circa alias quaſ- ... enim ſi circa alias,aut circa formas erit profecto,aut circa mathematica.quòd autem formæ [e] nõ ...ifeſtum eſt. Attamen etiam,ſi quis eas ponat eſſe,dubitationem habet , cur non ita ſe habet de cę- ...um formę ſunt,quemadmodum de mathematicis?dico autem, quòd mathematica quidem , media ... formarum,& ſenſibilium eſſe,quaſi tertia quædam præter formas,& ea,quę hic ſunt .at tertius ho- ...eſt,nec equus,præter ipſum,& particulares. Quod ſi,vt aiunt,non ſunt,circa qualia ponendum eſt, ... Mathematicus tractet?non enim circa ea,quę hic ſunt.nihil enim horum tale eſt, quale Mathematicę ... quęrunt. At uero nec circa mathematica eſt,quę nunc quęritur ſcientia.nihil enim horum ſeparatum. Verum nec ſenſibilium ſubſtantiarum.corruptibiles namque ſunt. Et omnino dubitare aliquis poſ- ... ſuam ſcientię ſit,de Mathematicorũ materia [f] dubitare.nec enim Naturalis,eo quòd circa ea, quę principium motus & quietis habent,omnis Naturalis intentio eſt. Nec illius, quę de demonſtratione, ſcientia tractat.circa namque idipſum genus conſiderationem facit. Reſtat itaque Philoſophiam propo- ... de hiſcè rebus tractare. Dubitauerit autem quiſpiam profecto,ſi hæc,quę quęritur,ſcientia ponenda ſit ...a principia,quę a quibuſdam elementa uocantur . [g] hęc autem omnes ineſſe compoſitis ponunt . At ...s videatur vniuerſalium eam oportere eſſe , quę quęritur ſcientia.omnis enim ratio,omniſque ſcientia vniuerſalium.non vltimorum eſt:quare ſic erit vtique primorum generum , hęc autem ſane fuerint ens, & ...um.hęc enim maxime putabuntur cuncta entia continere,& maxime principijs aſſimilari , eo quòd na- ...a prima ſint corruptis namque eis,ſimul cętera quoq; pereunt.omne enim,ens & vnũ.Quatenus autem ...e eſt, vt differẽtię participent his,ſi quis hęc genera ponat , nulla uero differentia participat genere, hoc pacto non videbitur ea genera ponere,neque principia. Item,ſi magis principium eſt. quod ſimplicius, quam quod minus tale ſit , vltima vero eorum,quę ex genere ſunt ſimpliciora,quàm genera ſint (hęc enim indiuidua ſunt,genera uero in plures ſpecies,& differentes diuiduntur)magis ſpecies.quàm genera videãtur principium eſſe . quatenus uero ſpecies ſimul cum generibus pereunt, genera magis aſſimulantur prin- ... principium namque eſt,quod cointerimit. Hęc vtique & huiuſcemodi alia ſunt , quę dubitationem habent.

ANNOTA-

ADNOTATIONES.

QVOD [a] *itaque sapientia sciẽtia quædam circa principia est, patet ex primis.* ijs verb[illegible] untur dicta in 1. lib. in calce cap. 1. vbi habentur hæc verba: *quod igitur sapien[illegible] circa [illegible] quas causas & principia scientia sit patet.* ex quo colligitur, librum hunc esse [illegible] coniungi cum præcedentibus, & non superuacaneum censendũ: cum eiusde[illegible] sit Auct[illegible], qui alios libros a se scripros præ oculis habuerit, cum hunc alium componeret. siquidem in [illegible] lib. [illegible] niones antiquorũ perpensæ fuerunt, vt dicitur in hoc libro. [b] *Vna certe semper contrariorum est, at prin-*

D.Tho. *cipia contraria non sunt.* Ait D. Thomas principia non esse cõtraria, quoniã sunt plur[illegible]: alioquin in vno principiato non conuenirent. Sed dici potest, non tolli, si debẽt esse plura principia. quin etiam contra-

Alexand. ria possint esse principia, cum sint & ipsa plura. Alexander autem ait, non esse principia contraria quoniam principia sapientiæ sunt primæ & æternæ substantiæ; at substantię nihil est contrarium: multo igitur minus intelligibilibus substantiis erit aliquod contrarium. Et id quidem, quòd subst[illegible]ntiæ nihil [illegible] contrarium, explicuit Arist. in initio lib. 14. apud nos 12. quod etiam in lib. Prædicamentorum suppositum fuit, vt manifestum. Quòd autem principia non sint contraria, quoniam nihil sit contrariũ substantiæ, ad hunc sensum explicatum est loco citato, vbi impugnantur antiqui ponentes omnium principia esse contraria. Cum enim ipsis contrariis supponatur subiectum, sine quo esse non possunt: hinc deducitur, quòd subiectum sit prius contrariis: & consequenter quòd ipsa non sunt prima principia. In lib. autem 4. cap. 3. supponit Aristoteles omnia contraria reduci ad vnum & ad multa: quod [illegible] in hoc libro infra cap. 3. supponitur: vt inde eliceret etiam ex consensu omnium philosophorum ponentium ex contrariis omnia constare, quòd est una scientiã, quæ speculetur omnia, de qua re cum [illegible] egimus in Adnot. lib. 4. cap. 3. Vnde & si per nunc dicta deductum sit, subiectum prius esse con[illegible] non propterea tamen tollitur, quin contraria sint etiam principia eorum, quæ constant ex contra[illegible] cet vt contrarium non sit ponendum ipsum subiectum. Iure autem impugnantur antiqui: vt quip[illegible] rent omnium principia esse contraria, etiam in immobilibus. Deus autem est quidem princip[illegible] mum, non tamen vt contrarium: licet (quatenus unum esse dicitur) ratione huius nominis un[illegible], potest hæc consideratio habere oppositionem ad multa. Et cum omnia composita, totumque [illegible] sit cum aliqua contrarietate: sic potest dici, omnia composita ex contrariis constare, & prin[illegible] traria: licet non omnia: quia principium, a quo pendet vniuersum, vt a prima causa, non [illegible] rationẽ contrarii: Et ideo stat, quòd non omnia principia sint contraria: & quòd tamen sit [illegible] ca totum ens ratione etiam contrariorum: ex quibus hoc uniuersum constat. Clauditur [illegible] consideratio primi principij, quatenus ab ipso dependet uniuersum, sub ratione primæ cau[illegible] cõstet esse vnam scientiam, quæ considerat ens, vt ens, hac ratione omnia considerabit, siue [illegible] pia contraria, siue non contraria. [c] *Quę nam utraque.* cum possit esse scientia & de substan[illegible], & [illegible]

Alensis. accidentibus: ideo quæri potest, quæ nam erit harum sapientia: & qualis vtraque. Circa quod quæ[illegible]

D.Tho. Alensis, & D. Thomas inquiunt, quòd sapientia definitione agit de substantiis, demonstratione uero [illegible] accidentibus. Sed alio modo videtur dissolui hæc dubitatio ab Aristotele, cum statuat (sicut [illegible] 4. & in 6. et etiam in hoc lib. scientias particulares assumere partem entis, & circa illud demonstr[illegible] dens. Vnde dicendum, quòd sapientia agit de substantiis non demonstrando: quia quod q[illegible] est non demonstratur: sed exponendo, quomodo se habeat ipsum quod quid est circa substantias [illegible] in genere: & etiam circa accidentia quæ inhærent substantiæ: ut ita patefiat, & hoc per suppo[illegible]nes manifestas, uel etiam per deductionem ad absurdum, seu ad impossibile (quo genere ostensionis [illegible] quenter vtitur hæc philosophia) quomodo se habeat rerum essentia, & præcipue illa, quæ pertine[illegible] substantias sensibiles. Scientiæ autem particulares particularibus demonstrationibus circa propr[illegible] iecta demonstrãt proprias passiones. sed quoniam hæ sunt inferiores ei scientiæ, quæ considerat [illegible] tiani, & totum ens in genere: ideo illę sapientia quædam dici possunt, vt scientia naturalis, & mathematica. præcipua autem sapientia est hæc alia: vt determinatur in lib. 6. cap. 1. Includitur autem [illegible] sapientia consideratio omnium principiorum circa ipsum vniuersum ens: inter quæ tanquam p[illegible] pua pars, concurrit primum principium rerum omnium Deus, a quo pendet vniuersum. [d] *At nec [illegible]*

Alexand. *ca causas, quę in physicis dictæ sunt.* Alexander vult ex his supponi, quòd quæsita scientia non uer[illegible] circa ullam causam, de quibus in physicis: quoniam principium quod quæritur, est expers mater[illegible] nec aliud, inquit, est principii huius efficiens: quippe quod primum omnium est, & cunctarum rerum causa, qui & omnem formam excedit, cum sit ipsum formarum efficiens. Quę sententia non videtur ex doctrina Alexandri Aphrodisiei, qui in suis proprijs tractationibus non admittit Deum esse causam efficientem huius mundi. Sed neque illud admittendum est, quòd primus philosophus non consideret materiam, formam, & efficiens: id enim est falsum, cum consideret hæc omnia principia, etiam circa naturalia sub hac tamen ratione considerandi, quatenus sunt entia: vti de iis etiam considerat naturalis, non tamen vt principia sunt entium, quatenus sunt entia: ut dicit expresse Aristoteles in [illegible] cap. 3. Hoc autem loco dubitatur de causa finali, quoniam est dubitatio, num sit in immobilibus bonum, quod moueat efficientem: de quo etiam dubitatum est in lib. 13. apud nos 11. cap. 3. quæ dissol- uetur in lib. sequenti 12. apud nos postremo. Intelliguntur autem immobilia, de quibus dubitatur num sit circa hæc finalis causa; tum entia mathematica, tum substãtiæ abstractæ, ob quas potissimum hęc mo-

uetu

o. In lib. autem 3. dubitatum eſt latius, num omnes cauſæ conſiderarentur in vna ſcien- dictum fuit, debere ſpectare munus ad eam ſcientiam conſiderandi omnes cauſas, quæ finalem, ad quam omnes conditiones ſapientiæ reducuntur: hoc autem loco tangitur ſo- de cauſa finali, quæ non fuit determinata in lib. 3. Diſſoluetur autem, ut dictum eſt, in ſequenti. & eſt difficultas, num ſit aliquid, quod ut cauſa finalis moueat primũ mo- non enim videtur debere dici, q̃ ſit talis cauſa finalis mouẽs, cũ ſit primũ principiũ ideo de ipſa finali uideretur non habendam hic eſſe conſiderationem. *c Quod autẽ for- manifeſtum eſt.* Si manifeſtum eſt non eſſe ideas, ſupponendum igitur præceſſiſſe diſputa- contra ideas: ſed hæc continetur præcipue in lib. 13. & 14. quos nos ad locum 11. & debere oſtendimus. quare id iure a nobis factum, & ex dicto in hoc loco comprobari vi- *f Qualis nam ſcientia ſit de mathematicorum materia dubitare.* De hac dubitatione nulla in lib. mentio, ad quam nam ſcientiam pertineat agere de mathematicorum materia. Et cum ſta- philoſophum pertinere hoc munus, hinc clare innuit conſiderationem tanquam iam entia mathematica in lib. 13. apud nos 11. *g Circa principia quæ a quibuſdam elementa* Hinc colligitur, non immerito hæc varia nomina ſimul apponi frequenter ab Ariſtotele, cauſæ, & elementa: vnde inquit hoc loco, ſicuti & alibi dixit: *principia uocata a nonnullis* tamen in lib. 14. apud nos 12. cap. 4. impugnet antiquos, qui omnia principia vocarent quod de primo principio mouente immobili dici minime poſſe patefacit. Et videntur ele- concernere principia inexiſtentia rebus, vt ſunt materia & forma: vnde & hoc loco, in- nes dicta elementa ponunt ineſſe compoſitis.

Aliæ dubitationes circa ſapientiam contingentes afferuntur. Cap. II.

PARAPHRASIS.

AMPLIVS eſt dubitatio, num præter ſingularia opus ſit aliquid ponere necne: ſed de his ſit nunc quæſita ſcientia. Atqui ſingularia ſunt infinita, quorum non poteſt eſſe ſcientia. Et cum præter ſingularia ſint aut ſpecies, aut genera: ſi hæc ſupponãtur, illud in oppoſitum re- fragatur, quòd horum neq; poteſt eſſe quæſita ſcientia; & propter quid ſit hoc impoſſibi- eſt antea. Sed & omnino adeſt dubitatio, num ſit arbitrandum, quòd ſit aliqua ſubſtantia ſe- præter ſubſtantias ſenſibiles, & has quæ ſunt apud nos, aut non: ſed hæc noſtratia ſunt ipſa en- hæc uerſatur ſapientia. Siquidem aliam quandam ſubſtantiam inquirere videmur: & id qui- nobis propoſitum: videlicet, num quid ſit ſeparabile per ſe, & nulli ſenſibilium inexiſtens. Ad- ſi ſupponatur quòd ſit aliqua alia ſubſtantia præter ſenſibiles ſubſtantias, inquirẽdum præter biles oportet conſtituere ipſam eſſe. cur enim magis præter homines, vel equos ipſam quis quam præter quodq; aliud animal? vel etiam vniuerſaliter præter ipſa inanimata? Verũ aſtrue- ſubſtantias alias æternas æquales ſenſibilibus & corruptibilibus ſubſtantiis, videbatur eſſe præ- Quòd ſi principium, quod nunc inquirimus, non ſit ſeparabile a corporibus, quid magis pro principio quàm materia? atqui materia non eſt actu, ſed potentia. & ſane magis & prin- uideretur eſſe principium ſpecies, & forma. Atqui hoc eſt corruptibile. Quòd ſi ita ſe res habet, no non erit ſubſtantia æterna ſeparabilis, & ſecundum ſe exiſtens. At ita dicere abſurdũ eſt: mque eſſe huiuſmodi ſubſtantia, & ferme ab elegãtiſſimis uiris inquiritur, tãquam ſit quod- cipium, & talis ſubſtantia: Quomodo enim erit ordo, ſi non ſit quidpiam æternum, ſeparabile s: Præterea ſi concedatur dari ſubſtantiam quandam, & principium eius naturę, vt nunc in- mus, quod ſit vnum omnium, idemque principium æternorum & corruptibilium: inſurgit deinde tio, vnde nam ſit, quòd exiſtente eodem principio, alia quidem ſint corruptibilia, alia vero æter- enim abſurdum eſt. Quòd ſi dicatur, aliud eſſe principium corruptibilium, & aliud æternorũ: cipium corruptibilium fuerit etiam æternum, eadem redit dubitatio: cur exiſtẽte principio æter- ſub ipſo ſunt non ſunt æterna? & ſi ſtatuatur principium corruptibilium eſſe corruptibile: iam bit huius principij corruptibilis aliud eſſe principium, & huius aliud, & ſic in infinitum: quod contra ea, quæ determinata ſunt ſupra in lib. 2. quòd non eſt abitio infinita in vllo genere cauſæ. rius vero ſi quis conſtituerit, quòd quæ maxime videntur eſſe principia immobilia, hæc ſint ẽs ens, vnum. Primo quidem in oppoſitum occurrit, quòd ſi neutrum horum ſignificat ipſum quid, & ſtantiam, quomodo igitur erunt ſeparabilia? & per ſe ipſa? & tamen hæc principia prima & ęterna quirimus. Si autem dicatur, quòd ens & vnum manifeſtent ipſum quid eſt, & ſubſtantiam: iam omnia entia erunt ſubſtantię: ſiquidem de omnibus ens prædicatur, & de nõnullis etiam vnũ. At falſum, quòd omnia entia ſint ſubſtantiæ. Amplius uero ab iis, qui ponunt vnum pro primo principio, & hoc eſſe ſubſtantiam, & ex vno, & ex materia generant primum numerum, & numeros ponunt eſſe ſubſtantias, docendum eſt quomodo hæc quæ dicunt, ſint uera. Quomodo enim poteſt mente cõcipi, quòd dua- litas, & vniuerſus alius numerus compoſitus ſit unus? de hoc enim nihil dicunt, neque facile eſt dicere.

Siquis

Si quis autem constituerit lineas,& iis consequentia,nempe superficies esse pri[illegible] principia [illegible] tum aduersatur,quòd hæc non sunt substantiæ separabiles;sed decisiones & diui[illegible] [illegible] dem corporum,lineæ superficierum,linearum autem puncta:quæ omnia aliis [illegible] horum est separabile. Preterea quomodo oportet existimare quod vnius,& puncti,sit subs[illegible] doquidem omnis substantiæ est generatio;non autem puncti;quod est diuisio,qu[illegible] do ab alia longitudine. Præbet etiam hoc dubitationem. Nam quandò omnis scientia [illegible] & cuiusdam talis:ipsa autem substãtia non est vniuersalis;sed magis hoc aliquid & separabile [illegible] do,cum scientia sit circa principia,potest existimari , & statui quòd substantia [illegible] etiam inquirendum,num aliquid sit præter ipsum totum,idest præter illud,quod est mate[illegible] cum ipsa est forma. Nã si nihil dicatur esse præter ipsum totũ,cũ hoc ipsum sit in [illegible] ptibile,ut sunt omnia ea,quæ sunt in materia:si autem ponetur aliquid esse præter ipsum totum [illegible] fuerit species,atque forma. At hoc in quibus nam sit,& in quibus non,haud facile est determina[illegible] quibusdam enim manifestum est,quòd non est ipsorum species separabilis,sicuti domus. A[illegible] bitatio esse potest, num principia sint eadem specie an numero:si enim numero ponantur esse ead[illegible] omnia erunt eadem.

T E X T V S.



TEM , vtrum ponendum est quicquam preter particularia,an non,sed horum est, quę queritur,sciẽtia.at hæc infinita sunt.quę vero præter singularia sũt,aut genera aut species [illegible] trius autẽ horum,quæ quæritur scientia est.cur enim hoc impossibile sit,dictũ est. [a] [illegible] nino hæsitationẽ habet , vtrum arbitrandum sit aliquã separatam substantiam præter [illegible] substantias,& has quæ hic sunt,an non,sed illa esse entia,& circa illa Sapientiam uersari.quærere[illegible] demur aliam quandam,& hoc est nobis propositum.dico autẽ videre si quid per se separabile sit, [illegible] lo sensibilium existens. Item,si præter sensibiles substantias est aliqua [b] alia substantia, præter q[illegible] biles ea ponen da esset.cur enim magis præter homines , quàm preter equos,aut alia animalia [illegible] etiam inanimata ponenda sit?at his sensibilibus,& corruptibilibus substãtijs alias sempiternas [illegible] nere profecto extra rationem cadere videretur. Quòd si id,quod nunc quæritur,principium no[illegible] ribus separabile , quod aliud magis,quàm materiam quis ponet?at hæc actu quidem no[illegible] est. Magis itaque,ac principalius ea videatur esse principium,species & forma. verum h[illegible] ptibilis [c] est.quare omnino non est perpetua substantia,& per se separabilis. Sed hoc inconuen[illegible] tur namque esse,ac ab ipsis maxime gratia preditis queritur,taquam sit tale principium , [d] a[illegible] tia. Quo nãque pacto ordo erit,non existente aliquo perpetuo separato,ac permanente? Item,si [illegible] stantia,& principium naturale,quale nunc quęrimus,& hoc omnibus unum,& idem perpetu[illegible] ruptibilibus,dubitationem habet,cur cum idem principium sit,quędam,quæ sub illo principio [illegible] sunt,quędam non.hoc enim inconueniens est. Et si aliud quidem corruptibilium principium , a[illegible] rum est.si etiam corruptibiliũ æternũ est,similiter dubitabimus. Cur enim principio ęterno exi[illegible] na,quæ sub ęterno sunt? corruptibili uero existente,aliud quoddam huius principium fit,& i[illegible] hoc in infinitum procedet. Quòd siquis rursus (quæ maxime videntur immobilia principia e[illegible] ponat,primo quidem nisi quod quid & substantiam vtrumque eorum significet,quomodo sepa[illegible] seipsa erunt?talia nãque prima,& æterna principia quærimus, Quòd si substantiam, & quod [illegible] eorum significet,omnia entia substantiæ sunt,cum de omnibus ens prædicetur. de quibusdam [e] [illegible] vnum. cuncta vero entia substantiã esse falsum [f] est. Item illis,qui primum principium ips[illegible] & hoc substantiam esse,ex vno vero,& materia primo numerum generant,& hunc substantiam [illegible] quomodo contingit verum esse quod dicitur? Dualitatem namque, & cęterorum compositorum n[illegible] vnumquemque,quonam modo unum intelligere oportet?de hoc enim nec dicunt aliquid,nec ut dic[illegible] le est. Si quis uero lineas,aut quæ has sequuntur (dico autem primas superficies) principia esse pon[illegible] sunt substantiæ separabiles,verum sectiones & diuisiones,illæ quidem superficierum,hæ uero corp[illegible] cta vero linearum sunt,& etiam ipsarum earumdem termini. hęc autem omnia in alijs sunt , [illegible] rabile est. Item,quonam modo arbitrari oportet vnius & puncti substantiam esse?omnis namque [illegible] generatio est,puncti uero minime.punctum enim diuisio est. Prębet autem dubitationem hoc etiam [illegible] quidem scientia vniuersalium est,& eius,quod tale [g] est:substantiam vero non esse uniuersalem, [illegible] ipsum quod quid & separabile.quare,si scientia circa principia est,quonammodo arbitrari opor[illegible] pium substantiam esse? Item,vtrum est aliquid præter ipsum totum, [h] an nõ.dico autem materiam [illegible] cum ea est. Nam si non est,quæ in materia sunt,omnia corruptibilia sunt.quod si est aliquid,sp[illegible] ma profecto fuerit.hoc itaque in quibus est,in quibusue non est,difficile determinare est . in qu[illegible] dam,[illegible] manifestum est non esse formam separabilem,vtputa domo . Item principia, vtrum specie, an numero eade[illegible] sint.si enim numero unum,omnia erunt eadem.

ANNO-

ADNOTATIONES.

ᵃ *enim hoc impoſſibile ſit; dictũ eſt.* In lib. 7. pręcipue oſtenſum eſt, quòd nullũ vniuerſale poteſt eſſe ſubſtãtia. Et hinc deducitur eiuſdẽ Auctoris eſſe hunc librũ & illũ alium, quem innuit: & hæc deſeruire ad purgatã doctrinam habendã circa ſubſtãtiam immobilẽ; vti vltimam, & præcipuam huius philoſophiæ partẽ. ᵇ *Item, ſi præter ſenſibiles ſubſtantias eſt alia ſubſtantia.* Hæc dubitatio pertinet & ad ſubſtantiam immobilem, quæ eſt explicãda, & etiam ad numeros, & ad ideas, quæ ponebantur ſubſtantiæ præter ipſas ſenſibiles. ᶜ *Verum hęc quoq; corrumpi.* Hoc dicit de forma, quatenus corrumpitur ad corruptionẽ ſubiecti; cũ tamen forma ſimpliciter neq; fiat, neq; corrumpatur, vt oſtenſum eſt in lib. 7. ᵈ *Tãquam ſit tale principium, ac talis ſubſtantia.* Hoc innuit de ſubſtantia immobili prima: quam etiam appellat principiũ, cum eam ſit constitutus, vt eſt principiũ primum vniuerſi, de qua, inquit, quęri a viris præſtantiſſimis Græce ὑπὸ ... ; qua voce vſus eſt etiam in lib. 1. Eth. cap. 13. & infra lib. ſequenti cap. 10. & vertitur ... hunc in modum: *Ab ipſis maxime gratia præditis.* Antiqua lectio habet *a gratioſiſſimis.* ... *a præſtantiſſimis.* Et videntur ſignificari illi homines, qui magis ſint grati, ſeu magis ſatisfaciãt ſuis in opinionibus. ᵉ *De quibuſdã vero etiam vnum.* Dixit ens prædicari de omnibus, ... ait prędicari de quibuſdam. De quo dubitari poteſt, cum vnũ cõuertatur cum ente, vt eſt antea in lib. 4. cap. 2. & lib. 10. c. 4. Alexander ait, ita dictũ eſſe propter numeros & magnitudines, ſiquidẽ, cum ex vnitatibus numeri & magnitudines conſtituantur, vtiq; numerus, quatenus habet tot vnitates, nõ eſt vnus: & id pręſertum potuit dicere, reſpiciens ad naturã numerorũ ... placita ponentiũ vnum & numeros ſubſtantias. ᶠ *Cuncta vero entia ſubſtantiã eſſe.* Inquit ... quòd omnia entia ſint ſubſtantiæ: quod tamen oporteret eſſe, ſi ens eſſet ſubſtantia, cum ... prædicetur. Hinc colligitur, quòd ens non refert conceptũ vnum vniuocum: alioquin, ... omnia entia ſimiliter ſe haberẽt; quod eſt falſum; cum alia ſint ſubſtãtiæ, alia vero accidentia. ᵍ *Omnis quidem ſcientia vniuerſalium eſt, & eius quod tale eſt.* Hac voce, tale, innuitur qualitas, ... & veſtigiũ ſingularium, vt notat etiam Alexander. & hinc dicebatur in Prædicamentis, genus & ſpecies ſignificant quale quid. ʰ *Item vtrum eſt aliquid præter ipſum totum.* Quid intelligat per ipſum totũ explicat; dicens eſſe materiã, & aliud, quod eſt iunctũ materię. nempe ipſum cõpoſitum ex forma & materia: & dubitatio reſpicit tum ideas & numeros, qui ponebãtur pręter ſubſtãtiam compoſitã ſenſibilẽ: vnde & ſubiungit, quòd erit difficile tueri, præter quas ſubſtantias ſenſibiles, ... huiuſmodi ideæ, & in quibus nõ ſint: & petit etiã dubitatio hæc, quomodo formæ ſenſibiliũ ſint ...; & vt poſſit eſſe ſenſibiliũ ſciẽtia, ſi nihil ſit præter ipſum totũ compoſitũ, quod eſt corruptibile. ... in lib. 7. expoſitũ eſt, quomodo ſemper quod generatur, habet ſpeciẽ præcedentẽ in generante, ... manet perpetuũ: vnde & ſcientia horũ corruptibiliũ haberi poteſt: quæ tamen omnia ruerent, ... ſupponeretur ſubſtantia immobilis æterna, vt patebit ex eius conſideratione in lib. ſequenti.

Alex.

Alex.

... *ad ſcientiam dictam theologiam, ſeu ſapientiam, munus pertinere de omni ente, vt eſt ens, & de principijs communibus contemplandi.* Cap. III.

PARAPHRASIS.

QVoniã aũt ad philoſophũ pertinet ſciẽtia de ente, quatenꝰ eſt ens, acceptũ tamẽ generatim, & non ſecundũ partẽ: & ens dicitur nõ vno, ſed multis modis: ideo, ſi æquiuoce diceretur, & nõ ſecundũ aliquod cõmune, vtiq; entis contemplatio ſub vna nõ eſſet ſcientia: nã ęquiuoca nõ eſſet vnũ genus. Si aũt dicatur eſſe ſecundũ aliquod vnũ commune, hunc quidẽ in modũ ... contẽplatio ad vnã ſcientiã pertinebit. At videtur ens eo modo dici, quo & medicinale, & ſalubre dicitur: ſiquidẽ & hęc multipliciter dicũtur: ita quidẽ, vt medicamentũ ad medicinã referatur, ſalubre vero ad ſanitatẽ, & aliud alio modo; ſed in oĩbus ad vnũ aliquod ſit reductio. Sicuti ſermo, ... definitio medicinalis dicitur, qm̃ pẽdeat a ſciẽtia medicinę: & cultellus medicinalis, qui vtilis eſt medicę. Salubre autẽ dicitur, aut, qm̃ ſit effectiuũ ſanitatis, vt medicamẽtũ: aut eiuſdẽ ſit ſignificatiuũ, vt vrina: & ita ſe habet in alijs huiuſmodi. ſimiliter igitur & ens oẽ dicitur. Nã vnumquodq; ..., quatenus ens, dicitur hoc quidẽ, quoniã ſit paſſio entis; illud vero habitus, vel diſpoſitio, vel motus, vel aliquid huiuſmodi. Et quoniam vniuerſi entis ad aliquid vnũ & cõmune ſit reductio: ideo & vnaquęq; cõtrarietas ad primas differentias & contrarietates entis reuocabitur: ſiue prima differentia entis ſit vnũ, & multa; ſiue ſimilitudo & diſſimilitudo, vel aliqua alia: quod debet cognitione & animaduerſione eſſe perceptũ. Nil autẽ intereſt, ſiue reductio fiat ad vnũ, ſiue ad ens. Nã & ſi non ſint idẽ abſolute, ſed aliud ens & vnũ; attamen conuertuntur, vt quod eſt vnum, ſit etiã quodãmodo ens: & quod eſt ens, ſimiliter ſit vnũ. Quoniã autem ad vnam, & eandem ſcientiã pertinet contemplari omnia cõtraria; & horũ vnumquodq; dicitur ſecundũ priuationẽ; & circa nonnulla dubitari contingit, quo nã pacto dicantur ſecundũ priuationem, vt pote ea, quorũ eſt intermediũ; prout eſt inter iuſtũ & iniuſtũ: ideo ſtatuendũ eſt, & circa huiuſmodi omnia exiſtere priuationẽ: non quidem ſecundũ totã & omnimodã definitionem ipſius vltimę ſpeciei, ſed quodãmodo. Veluti ſi eſt iuſtus, qui ſecundum habitum eſt obediens legibus, non dicendum ꝙ omnino ſit iniuſtus, tanquam tota definitione iuſtitię ſit priuatus, qui in aliqua parte ab obedientia legum deficiat: & ſecundum modum, in quo deficiat, ſtatuenda eſt apud ipſum priuatio iuſtitiæ, quod & de alijs conſimilibus dicendum eſt.

Quemadmodum autem mathematicus suam exercet consideratione͂ circa ea, quæ secundum abstractione͂ comprehenduntur seorsum a sensibilibus: siquide͂ speculatur auferens cogitatione sensibilia; grauitate͂, leuitatem, duritiem, & eius contrarium, & alia huiusmodi omnia, & solum relinquens in speculatione quantu͂, & continuum, partim ad vnu͂ secundum longitudinem, partim ad duo secundu͂ superficiem, & partim ad tria secundu͂ corpus; horum passiones, vt quanta & continua, & non secundu͂ aliud quidpiam speculatur: aliquorum quidem naturas & positiones contemplans, & quæ ijs insunt: aliorũ autem commensurationes, & incommensurationes: aliorum vero proportiones: & nihilominus, licet hęc diuersa mathematicus speculetur, vnam tame͂, & eandem horum omniũ scientiam statuimus esse geometriã. Ita igitur similiter se res habe: circa ipsum ens. Nã quæ enti accidunt, quatenus est ens, & eius contrarietates, quatenus ens, non ad aliã scientiam, quàm ad philosophiã attinet speculari. Nã naturalis scientiæ propriã quis assignabit speculationem circa res, non quatenus sunt entia; sed magis quatenus sunt motu͂ participantes. Dialectica aũt & sophistica versantur quide͂ circa accidentia entium: non tamen illa tractãt, vt sunt entia: neq; circa ipsum ens, quatenus est ens, negociantur. vnde relinquitur ad philosophũ pertinere munus contemplandi quæ prædicta sunt, in quantũ sunt entia. Quoniam autem vniuersum ens dictũ multipliciter, dicitur secundũ vnum quid & commune, contrariaq; eode͂ modo se habent. quæ ad primas contrarietates & differentias entis reducuntur: hinc circa initia huius philosophię adducta difficultas dissoluere͂tur, in qua dubitabatur, quõ vna eademq; scientia posset versari circa plura entia & genere differentia.

Cum aute͂ mathematicus proprie vtatur principijs co͂munibus, ea ad suas proprias conte͂plationes accommodando: hinc & hoc est statuendum; ꝙ etiam primæ philosophię munus sit horum principia in genere contemplari. Nã, ꝙ ab æqualibus si æqualia demantur, quæ remanent sint æqualia, hoc est principiũ omnibus quantis. Mathematica autem scientia accipiens ipsum, circa quandam partem suæ propriæ materiæ facit speculationem; vel circa lineas, vel angulos, vel numeros, vel alia quanta: non autem, vt entia sunt, hæc considerat; sed quatenus quodq; horum continuum: vel ad vnum secundum longitudinem: vel ad duo secundum superficiem: vel ad tria secundum corpus. Philosophia autem non quidem in parte, aut quid horum cuique accidat, contemplatur; sed circa ens, quatenus ens, horum quodque considerat. Eademque ratio est primæ philosophiæ ad scientiam naturalem, quæ ad mathematicam: siquidem naturalis scientia contemplatur accidentia, & principia entium, quatenus mota sunt, non autem quatenus entia. Primam autem scientiam statuimus horum esse, quatenus supposita entia sunt; & non quid aliud. Vnde & naturalem & mathematicam scientiam statuendum est esse partes sapientiæ.

T E X T V S.

Cum[a] aute͂ Philosophi scientia sit entis prout ens, uniuersaliter, et non secundu͂ partem, ens uero multipliciter, et non secundu͂ unum modum dicatur, si æquiuoce, et non secundu͂ aliquid commune dicitur, non est sub una scientia: taliũ enim non est unũ genus. ꝙ si secundũ aliquod commune, erit utiq; sub una scientia. videtur aũt prædicto modo dici, quemadmodum medicatiuũ, et salubre. etenim u'rũq; horũ multipliciter dicitur. dicitur namq; hoc modo unumquodq; eorũ, eo ꝙ hoc quidem ad medicadi scientia quodã modo referatur, hoc uero ad sanitate͂, hoc uero aliter, unũquodq; uero ad ide͂. medicatiuus namq; sermo, & cultellus dicitur, eo quòd ille quidem a medicandi scientia, hic uero ei vtilis. similiter & salubre: hoc enim, quia sanitatis significatiuũ: hoc uero, qm͂ factiuũ: idem aute͂ modus, et de cæteris est. Eodem aũt modo et oe͂ ens dicitur. eo nãq; quòd entis, prout ens est, passio, aut habitus, aut dispositio, aut motus, aut aliud huiusce modi sit, dicitur ens unũquodq; eorũ. Cum aũt omnis entis ad unum quid et[c] co͂mune reductio fiat, contrarietatũ quoq; singulę ad primas differentias et co͂trarietates entis reducentur, siue multitudo et unũ, siue similitudo et dissimilitudo primæ sunt entis differentiæ, siue aliquæ aliæ sint aũt hæ speculatione perceptæ. Nihil aũt interest ad ens, uel ad unũ entis reductione͂ fieri[d] etenim si no͂ idem, sed aliud sit, attamen conuertitur. ipsum enim unum quodãmodo ens, et ipsum ens unũ est. Cum aute͂ unius & eiusdem scientię sit cuncta co͂traria speculari, vnumquodq; aute͂ horum secundum[e] priuatione͂ dicatur, quorum aliquid intermediũ est, quemadmodum iusti et iniusti: dubitauerit quispiã quonã modo secundum priuationem dicatur. Circa omnia talia sane priuatio ponenda non totius rationis sed vltimæ speciei, vtputa si iustus est secundũ habitum quendã legibus obtemperãs, iniustus non erit omnino tota ratione priuatus. circa vero obedientiã legum deficiens, aliquo pacto, & ob hoc ei priuatio inerit, eode͂ aũt modo et de alijs. Quemadmodum autem Mathematicus[f] circa abstracta speculatur, tollendo nãq; omnia sensibilia, ita speculatur: vtputa grauitatem, & leuitate͂, duritiem, et co͂trarium, item autem caliditatem, & frigiditatem, & cęteras sensibiles contrarietates, solum uero dimittit quantũ, et co͂tinuum, horum quidem ad vnum, horum uero ad duo, horum autem ad tria, & passiones eorum prout quanta, et co͂tinua sunt, non prout aliquid aliud speculatur & horum quidem situs ad inuicem considerat et ea quæ eis insunt: horum vero co͂mensurationes, & incommensurationes, horum autem rationes, attamen vnã omnium, & eandem scientiam ponimus Geometriam: eodem modo etiam circa ens se habet. Quæ enim ei prout ens est accidunt, & eius prout ens contrarietates, non est alterius scientiæ, quàm Philosophiæ speculari. Naturali namq; speculatione͂ de eis, non prout entia, sed prout motu participant, attribuere queat quispiam. Dialectica vero, & Sophistica de his, quæ accidunt quidem entibus sunt, verum non prout entia sunt, nec circa ipsum ens prout ens est. vnde restat Philosophum esse circa prædicta speculatiuũ, prout entia sunt. Cum vero & oe͂ ens secundum vnum quid & commune dicatur, multipliciter dictum, co͂traria quoq; eodem

modo (ad primas nanq; contrarietates, & differentias entis reducuntur) huiuſcemodi vero poſſibile vna ſcientia eſſe, ſoluetur [a] profecto dubitatio a principio dicta. dico autem in qua dubitatur, quonam multorum & genere differentiũ vna quædam ſcientia erit. Cum autem etiam Mathematicus proprie aliter cõmunibus vtatur, horum quoq; principia ſpeculari primæ Philoſophiæ profecto erit. quod enim æqualibus dẽptis æqualibus, æqualia ſunt quæ reſtant, cõmune quidem in omnibus quantis eſt. Mathematica accipiens, circa quandã ſuæ materiæ partem ſpeculatur, vt circa lineas, aut angulos, aut numeros, aliquid cæterorũ quantorũ: non tamen prout entia ſed prout vnũquodq; horũ ad vnum vel duo, vel continuũ eſt. Philoſophia vero de particularibus quidẽ, prout vnicuiq; horum aliquid accidit, non con- circa vero ens prout ens, vnumquodque horũ ſpeculatur. Eodẽ autẽ modo circa etiã Naturalẽ ſe habet, quo Mathematica. [h] Naturalis namq; accidentia & principia entiũ prout mouentur, & prout entia ſunt, ſpeculatur. primã vero ſcientiã horũ diximus eſſe prout ipſa ſubiecta entia ſunt, et aliquid aliud. Propter quòd & illã, & Mathematicã ſcientiã Sapientiæ [i] partes eſſe ponendã eſt.

ADNOTATIONES.

Vm [a] autem philoſophi ſcientia ſit entis, pro vt eſt ens vniuerſaliter, & non ſecundum partem. Dubitationes occutrentes circa genus hoc primum philoſophiæ breuiter proponit, ſicuti paucis etiam perſequitur ea, vnde dictis dubitationibus pateat ſolutio. ex quo col- & hunc librum ad præcedentes quandam habere relationem; & ipſum eo ſcopo eſſe vt clara & lucida haberentut, quæ ſupponenda & explicanda erant pro tractatu poſtre- huius philoſophiæ: in qua aſſignandę ſunt cauſæ primæ, ſeu principia huius vniuerſi, in- primum eſt Deus Opt. Max. cuius pręcipua etiam futura eſt in hac poſtrema parte contẽ- autem philoſophum nominat, ad quem ait ſpectare ſcientiam, quæ conſiderat ens, eſt ens, antonomaſtice, & per excellẽtiam primũ philoſophum intelligit, ſapientem etiam :quemadmodum etiam in lib. 4. obſeruatum eſt. Cum autẽ dicat Ariſtoteles quòd philoſophus conſiderat ens in vniuerſali, & non ſecundum partem: innuit quòd non conſiderat aut naturales tantum, aut mathematicas tantum, ſed omnes, & ipſas quidem, non quatenus ſunt determinatæ ſuppoſitæ alicui ſcientiæ: ſed ſolum in genere, relinquens ſcientijs particularibus determinatam rerum ipſis ſubiectarum conſiderationem. Quod reſpondet dicto etiam 4 cap. 2. vbi habetur, quòd primus philoſophus, in genere, ſpecies, & ſpecierum ſpecies ſpeculatur, pro vt in explicatione illius loci animaduertimus. quod etiam repetitur infra vbi dicitur quòd primus philoſophus, vt vniuerſalis eſt, de omnibus rebus edifferit, vt entia quo etiam diſtinguitur a ſcientijs particularibus: quæ ſingulæ conſiderant res ſibi ſubiectas non tamen vt ſunt entia. [b] *Si æquiuoce & non ſecundum aliquid commune dicitur.* Vult quòd poſſit eſſe vna ſcientia entis, ſi æquiuoce dicatur, & non ſecundum aliquod commune. At inquiet aliquis; ergo ens erit genus vniuocum, ſi debet eſſe aliquid commune: quod certe eſt intelligendum quo ad nomen entis, quod patet eſſe commune omnibus, ſed quo ad quan- eſſentiam, atq; naturam. Ad hoc dicendum, in genere entis dari aliquod cõmune, ipſam nem- ſubſtantiã, ad quam omnia alia prædicamenta referuntur, vt in ipſa ſint; licet vario modo inter habeant: quia aliud vt quantũ, & aliud vt quale dicitur ad ſubſtantiã, a qua dependent: ſicuti ſubſtantia non eſt eiuſdem eſſentiæ cum alijs prædicamentis. Verumtamen, quia alia omnia conueniunt eſſe in ſubſtantia, ſic in vno communi conueniunt; quod tamen non eſt vniuocũ genus ob ea, quæ dicta ſunt in lib. 4. Sed eſt vt una natura, ad quam omnia alia referuntur, & in quæ emanat proprium ipſorũ eſſe ab ipſa ſubſtantia: & ideo, vt analogum genus eſt ipſum ens per communionẽ naturæ ipſius ſubſtantiæ, ad quam omnia alia reuocantur Et quãuis Ariſtoteles dicat de ente, ꝙ alia entis, vel paſſio, vel qualitas, vel motus: ſupponendũ tamen eſt, per hoc ipſum ens, cuius alia dicuntur eſſe, vel paſſio, vel motus, intelligi ſubſtantiã ob eius excellentiam, quæ propriũ eſt ens, vt explicatũ eſt in lib. 4. c. 2. & in initio lib. 7. Ac præſertim, ꝙ non poteſt dici, quòd paſſio, aut diſpoſitio ſit entis, niſi ſubintelligatur ſubſtantia, cui huiuſmodi paſſio aut diſpoſitio conueniunt. [c] *Cum autem omnis entis ad vnũ quid & commune reductio fiat.* Duabus ex partibus deducit, pertinere ad primum philoſophum contẽplari vniuerſum ens. Primo, quoniã ſit aliquod vnum commune, ad quod vniuerſa reducuntur; & iſtud eſt ſubſtantia: vnde, cũ de ſubſtantia poſſit eſſe vna ſcientia, cõſequenter erit de omnibus entibus ſimul, quæ ad ipſam reuocantur. Deinde etiã, quoniam omnes cõtrarietates reducuntur ad hãc, vti primã: videlicet ad vnũ & multa: quod ſupponit debere eſſe perſpicuũ ex deſcriptione facta per ipſum circa contraria: quam Alexander ait abſolutã fuiſſe in 2. lib. de bono: de qua re dictũ eſt quoq; ſupra in lib 4. Vnde, cũ ſupponantur omnia conſtare ex cõtrarijs per cõmunẽ philoſophorũ ſententiam; vnũ autem conuertatur cum ente, & vnius ſcientiæ munus ſit cõtraria contẽplari: ideo ad eandem ſcientiã, quæ conſiderat vnum & multa, & conſequẽter ens, ſpectabit munus contẽplandi omnia entia. & hoc præſertim concluditur iuxta ſententiã cõmunẽ philoſophorũ: quãuis Ariſtoteles alibi (vt dictũ eſt antea) taxet antiquos, qui etiã circa immobilia cõſtituerẽt principia cõtraria: & illud etiã ſit veriſſimum, ꝙ neq; Deus cõſtat ex cõtrarijs, neq; eſt principiũ habens contrarij naturam: de quo tamen pertinet ad primũ philoſophũ contẽplari, quia ens, & ſubſtantia eſt, & principium totius huius vniuerſi: de quo ſine primi principij cognitione pfecta nõ

 habebetur

haberetur notitia. [d] *Etenim si non idem, sed aliud sit.* Hæc habet de ipso vno & ente quòd [illegible] conuertuntur, & si non idē sint. Circa quod Alexander ait, quòd ens & vnū, in probatione [illegible] idem, quoniam ipsius vocis ens, primum elementum est E, deinde N postremo S. At [illegible] vnum, sunt hæc elementa. V.N.V.M, sed D.Thomas ait, quòd differunt secundum ra[illegible] tenus vnum affert indiuisibilitatem supra ens: quod explicatum est in lib.4 & in lib. 10. [illegible] affert D.Thomas quid significet ipsum ens. sed de hoc cumulate actum est in lib.4 ca.2. & [illegible] statutum est, vnum & ens re idem esse, ratione autē differre, quatenus aliqualis per hæc no[illegible] nuitur significatio non eadem existens in vtroque; vt puta, quòd per ens significetur ipsum [illegible] per vnum vero quid indiuisibile, vt explicauit D.Thomas. *Vnumquodque* [e] *au.em* [illegible] *secundum priuationem.* Supponit omnia contraria reduci ad priuationem, vt explicatum est in lib. 10 [illegible] quoniam non ita pateret de ijs contrarijs, in quibus est intermedium; ideo patefacit, in his [illegible] esse priuationem, licet non sit absoluta; nempe non priuatio totius speciei, sed saltem erit secundum quid. veluti puer erit priuatus iustitia, quoniam non exerceat opera iustitiæ; non tamen absolute iniustus erit, sed secundum quid: sicuti etiam ille, qui ab obedientia legis in aliquo defecerit, secundum hoc erit priuatus iustitia: sed non absolute erit iniustus: sicuti est, qui secundum habitum, & non secundum affectum defecit ab obseruatione legis. Et ideo inter has contrarias species, quarum [illegible] est habitus, nempe iustitia, & altera priuatio ipsa iniustitia (quibus conuenit, vt secundum habitum obediatur legi in omnibus, vt facit vir iustus, aut non obediatur. vt facit iniustus) erit medium, quod neq; iustum simpliciter, neq; iniustum dici potest: sed secundum quid erit, tum iustus homo, tum [illegible] iustus: alia tamen & alia considerandi ratione. & hunc in modum habebit locum priuatio op[illegible] speciei, non in toto, sed secundū quid opposita. [f] *Quemadmodum autem mathematicus circa ab[illegible] speculatur.* mathematici nuncupatione, hoc loco Aristoteles intelligit geometram in genere, [illegible] tet ex postremis verbis, quæ in hac de mathematico consideratione habentur, dum ita dicitur [illegible] *tamen in vnam omnium & eandem scientiam ponimus geometriam.* Huic autem geometricæ [illegible] genere adscribit Aristoteles contemplationem ipsius quanti, & continui seiūcti per abstr[illegible] omni sensibili affectione secūdum tria genera magnitudinum, quæ sunt linea, superficies, & [illegible] circa quæ (quatenus quanta sunt & continua) ait mathematicum speculari, quæ ipsis in[illegible] nes: ita quidem, vt aliquorum inuicem naturas & positiones consideret. Circa quod [illegible] Bessarione omissam esse dictionem illam, naturas, græce φύσεις, quæ etiam desider[illegible] latino Alexandri; qui eam neq; in suo commentario interpretatur, ita explicans hunc [illegible] Mathematicus considerat circulorum positionem: vtrum sic iaceant, & per vnum punct[illegible] contingant: an vt inter se dissecentur: & vtrum lineæ rectæ sic se habeant, vt angulum (exempli gratia) obtusum complectātur an non. vbi apparet, Alexandrum, illius tantum dictionis, positione [illegible] ce θέσις, rationem habuisse omissa illa alia dictione, naturas: quam explicatam esse possumus dic[illegible] per hanc aliam dictionem positiones: vt sit tantum dicere, adinuicem naturas; quantum d[illegible] po[illegible] sitiones ad inuicem. Illa vero verba: *Horum vero commensurationes & incommesurationes.* [illegible] pretatur Alexander: vt, dum consideratur, vtrum hæ rectæ lineæ commensurabiles sint, an [illegible] huiusmodi autem quantitatum commensurationibus & incommēsurationibus, ait D.Tho[illegible] ctari in lib.10. ab Euclide. *Horum autem rationes.* hæc contemplatio apud mathematicum [illegible] dum Alexandrum, num numeri propositi proportionem sesquialteram, aut sesquiter[illegible] quam aliam inter ipsos obtineant. At D.Thomas (& vt mihi videtur magis ad mentem Arist[illegible] refert ad quantitates pariter continuas hanc de propositionibus considerationem: q[illegible] solui in lib.5. Euclidis. Vult autem Aristoteles in vnam sententiam geometriæ has omn[illegible] contemplationes comprehendi. A simili autem & vnam esse scientiā, quæ speculetur ens, [illegible] ens in genere secundum omnes species entis: & omnia quæ enti accidunt pro vt ens. Ex [illegible] colligitur, in lib. quoque 4. vbi ca.2. habetur, vnam esse scientiam mathematicam, cuius plure[illegible] partes se inuicem consequentes: intelligēdum esse de scientia, quæ sit vna, vt sub ea cont[illegible] res speculationes, & ad eandem vnam scientiam omnes pertineāt: quam dicimus esse geometri[illegible] pro vt hoc in loco determinatum est. Sed dubitabit aliquis, quoniā si mathematicus (vt dic[illegible] loco) considerat quantum vt continuum est, cum quantum, vt supremum genus est, non nisi vt ens considerari possit; sic mathematicus videretur considerare ens, & quatenus est ens, & ita [illegible] ob hanc partē entis, non distingueretur a prima scientia, quæ speculatur ens in quantum ens. Ad hoc dicendum, quòd mathematicus, & si relinquat omnia sensibilia quæ sunt in magnitudinibus, [illegible] imperscrutata, solum considerans magnitudines, vt quanti habent naturam & continui [illegible] tamen non considerat quantum & continuum, quatenus est ens, vt secundum abstractam rationem, qua consideratur ens, illud ipsum speculetur: sed assumens quantum & continuum, & supponens eius definitionem, circa ipsum suam exercens propriam scientiam, speculatur accidentia propria, quæ circa continuas magnitudines contingunt, ea demonstrando iuxta varia illa genera considerādi, quæ prædicta sunt. [g] *Soluetur profecto dubitatio a principio dicta.* Hac suppositione, quæ patefacta est, re[illegible] ci ad vnā scientiā vniuersi entis considerationem, ruunt plurimæ ex difficultatibus antea propositi[illegible] quomodo diuersorum possit esse vna sciētia, & substantiarū diuersarum, & accidentium quoq; omnium. siquidē hæc omnia cadunt sub ea scientia, quæ ens, vt ens est, & quæ ipsi insunt, pro vt ens contemplatur.

Naturalis namq; accidentia et principia entium pro ut mouentur et nõ pro ut entia ſunt ſpe- hinc colligitur, non eſſe inconueniens, eadem principia rerum naturalium conſiderari, a philoſopho naturali, & a primo philoſopho. Nam naturalis ea conſiderat, vt concernunt primus autem philoſophus, quatenus ſpectant ad entis naturam: unde, inquit, prima ſcientia eſt circa huiuſmodi: *prout ipſa ſubiecta entia ſunt*: ideſt ea, quæ ponuntur in ratione in ſcientia naturali, conſiderantur a prima ſcientia, vt entia ſunt: & ita quatenus ferunt diſtinctum a conſideratione, quæ habetur in ſcientia particulari de ijſdem.[1] *Sa- partes eſſe*. De mathematica ſcientia, & naturali, ait quòd ſunt partes ſapientiæ: quod dicto in lib. 6. c. 1. quòd erãt tres ſpeculatiuę philoſophię: mathematica, phyſica, & theolo quas tamen, vt concludit infra cap. 6. primum locum tenet ipſa theologia, cui præcipue nunt conditiones, quæ ſapientiæ adſcribuntur.

Stabilitur hoc principium, quòd non contingit idem ſimul eſſe et non eſſe. Cap. IIII.

PARAPHRASIS.

St autem quoddam principium in entibus, quod nunquam contingit eſſe falſum, ſed neceſſario ſemper verum eſt. idipſum eſt, quòd non contingit idem ſecundum vnum & idẽ tẽpus ſimul eſſe, & non eſſe: vel idẽ ſimul ambulare & non ambulare: & ita de alijs, quæ inuicem contradictorie opponuntur. Et de ijs quidem non eſt ſimpliciter demonſtratio, dicto principio nullum eſt credibilius, vt oporteret eſſe, ſi ſyllogiſmus circa ipſum ſim monſtrans habendus eſſet. Ad hominem autem cenſentem, & aſſerentem, quòd idem eſſe & non eſſe, erit demonſtratio eum redarguens, hunc in modum exercenda. Quippe aſſerentem, quòd dictiones oppoſitę, veluti eſſe, & non eſſe, ſint ſimul veræ: ab eo, qui oſtẽ- id eſſe non poſſe, accipiendum eſt aliquid, vnde arguatur huiuſmodi aſſertio falſa eſſe: idem erit cum hoc principio, quòd non contingit idem in vno eodemque tempore ſimul non eſſe; verũtamen nõ videbitur idem, vt quod expreſſe non ita accipiatur, ſed ex quibuſdã deducatur. etenim hæc vnica reliqua eſt via ad oſtendendum falſam eſſe aſſertionem eius, dictionis dictiones ſimul ait eſſe veras; vt ipſemet eas ſuo ſermone falſas opinari arguatur. ...itur, vt, qui ſermone inuicem ſunt cõmunicaturi, ſimul aliquid intelligant conuenia ntq; ...entia eorum, de quibus ſimul ſermocinantur. Nam niſi ita fiat, nulla apud ipſos eſſet ſer- ...mmunicatio. Oportet igitur quodque nominum, quibus inuicem colloquantur, eſſe no- perſpicuum inter ipſos, vt ſignificet vnum aliquid, non multa, ſed ſolum vnum. Aut, ſi ſignifi conuenit notum facere, & determinare, in quod nam ſignificatũ colloquens nomen ferat. ...r dicit eſſe hoc, & non eſſe hoc; quod dicit abſolute eſſe, iam non dicit abſolute cum dicat idem non eſſe: ex quo ſequitur, vt quod ſignificat nomen, id non ſignificare dicat; quod eſt ...bile, & contra ſententiam dicentis, quòd tale nomen ſignificat hoc aliquid. Ex quo colligi- ...od, ſuppoſito quòd nomen ſignificet aliquid determinatum, impoſſibile eſt, quòd de eodem ...ul veræ, affirmatio, & negatio inuicem oppoſitæ. Præterea, ſi nomen ſignificat aliquid, & hoc ...m, oportet id ipſum ex neceſſitate eſſe, dum eſt verum. Quod autem eſt ex neceſſitate, id non ...ngit tunc non eſſe: ex quo ſequitur, impoſſibile eſſe de eodem veram & falſam eſſe cõtradictio ...em. Amplius ſi nil magis eſt vera affirmatio, quàm negatio, qui dixerit hominem, aut nõ hominẽ; ...magis vno modo, quàm alio dicit verum: at videretur, quòd dicens hominem eſſe non equum, magis (aut ſaltem non minus) verum diceret, quàm dicendo, hominem eſſe non hominem: quare, ...cendo eundem hominem eſſe equum, pariter verum diceret: ſiquidem per aduerſarium omnes contradictiones cõtingit ſimul eſſe veras: hinc ſequitur, eundem hominem eſſe & equum, vel aliud animal. Vnde, non amplius, per hoc nomen, homo, ſignificaretur homo, ſed quid aliud: quod eſt contra ſuppoſitionem iam factum, quòd debent nomina certum aliquid ſignificare. Harum igi- ...r demonſtrationum nulla eſt ſimpliciter demonſtratio; ſed ad hominem tantum talia ſuppo- ...entem. Et ſane, ſiquis hunc in modum interrogaſſet Heraclitum, facile eum compuliſſet fa- ...eri, quòd non eſt poſſibile de eiſdem ſimul eſſe ueram contradictionem. Verum ille non intelli- gens ſe ipſum quid nam diceret, hanc accepit opinionem. Abſolute autem, ſi eius ſententia eſſet ve- ...a, iam non eſſet verum, quod aſſerit: nempe, cõtingere idem ſecundum vnum & idem tempus eſſe, & non eſſe. Nam ſicuti, diuiſis partibus contradictionis, non magis vna pars, quàm alia eſt vera: ita quoque ſimul vtraque pars contradictionis accepta, & pronunciata pro vno toto, erit vera cum alia ſibi oppoſita, quæ erit hæc: non contingit idem ſimul eſſe & non eſſe: quod ſi hæc vera fuerit, falſa igitur eius oppoſita, quam affert Heraclitus, quòd contingit idem ſimul eſſe & non eſſe. Amplius, ſi nihil eſt affirmare verum, hoc etiam erit falſum; nullam affirmationem eſſe veram. Et ſi dicatur aliquid eſſe verum, vt puta orationem dicentem, quòd nulla affirmatio eſt vera; ſi igitur hæc oratio vera; profecto tollitur, & ruit inſtantia, qua opponunt ſe nonnulli aduerſus dictum principium: & omnino ipſum colloquium mutuum auferunt. Conſimilis etiam ijs, quæ dicta ſunt, eſt opinio Protago-

tagoræ: qui dixit hominem esse mensuram rerum omniũ nil aliud volens, effari nisi hoc, q... videtur id etiam firmiter esse. Qua suppositione recepta, sequitur idem esse, & non esse b... lum; & quæcunque secundum quamuis contradictionem dicantur, siquidem frequenter ... aliquid bonum videtur, alijs vero malum: at secundum eius sententiam, quod cuique appare... rerum mensura: & ita idem & bonum, & non bonum, & erit, & non erit.

TEXTVS.

Est [a] autem aliquod in entibus principium, circa quod dicere falsum non erit, sed necesse est ... contrarium facere. dico autem uerum dicere, utputa quòd non contingit idem secundum unum et idem tempus esse, & non esse: & c. eodem atque hæc, opposita, et de his talibus simpliciter quidem demonstratio non est, ad aliquem autem est. non est enim ex [b] certiore principio syllogismum ipsius eiusd... facere, quod esse oporteret, si simpliciter demonstrare esset. Ad illum uero, qui dicit locutiones oppositas, ac... cipiendum [c] est ab eo, qui monstrat hoc falsum esse aliquid tale, quod idem erit quidem et, quod non contin... secundum unum et idem tempus idem esse, et non esse, non autem appareat idem esse. sic enim solummodo demonstretur ad eum, qui dicat oppositas locutiones de eodem uerificari. Qui autem sermonem inuicem communicaturi sunt, oportet ut aliquatenus inuicem intelligant. hoc enim non facto, quomodo erit ... inuicem sermonis communicatio? Oportet igitur nominum unumquodque notum esse, et aliquid si... gnificare, nec multa sed unum. quòd si plura significet, manifestare ad quod eorum nomen ferat. Q... igitur dicit esse hoc, & non esse hoc, quod omnino esse dicit, non dicit: quare id, quod nomen significat, i... psum non significare dicit. hoc autem impossibile est. vnde siquidem significat aliquid, hoc scilicet ... hoc, impossibile est contradictionem de eodem verificari. Item, si nomen aliquid significat, & hoc ve... ficatur, oportet hoc necessario esse, quod vero necessario est [e] non contingit tunc non esse. oppositas ... non est possibile locutiones de eodem verificari. Item, si nihil magis affirmatio, quàm negatio ... catur, qui dicit hominem, uel non hominem nihil magis verum dicet. attamen videri potest, qui ... minem non equum esse dicat, aut magis, aut non minus verum diceret, quàm si non hominem. vnde etiam, si eundem dicit equum esse, verum dicet. oppositas enim similiter erit veras esse ... tur eundem, & hominem, & equum esse, aut cæterorum animalium aliquod. Horum sane nulla ... citer demonstratio: verum ad eum, qui hæc ponit, demonstratio est. Facile autem & ipsum Heraclitum quispiam hoc modo interrogans concedere cogeret nunquam possibile esse oppositas locutiones ... verificari. nunc vero, cum seipsum quidnam diceret, non intelligeret, hanc opinionem habuit ... tem si hoc, quod ab eo dicitur, verum est, nec hoc ipsum verum erit scilicet inquam, quòd contingit idem ... cundum vnum, & idem tempus esse. Quemadmodum enim & ipsis diuisis nihil magis affirmatio, quàm negatio verificatur: eodem modo simul vtroque, ac complexo, ac si vna quædam affirmatio esset, ... gis negatio, quàm totum tanquam in affirmatione positum verificabitur. Item, si nihil est vere asserere, id etiam ipsum falsum erit dicere, assertionem nullam veram esse. quòd si aliquid sit, soluetur propositio, quæ ab illis dicitur, qui ad huiuscemodi instant, & qui totaliter ipsum disputare perimunt. Simile autem ... est, & quod a Protagora dictum est. & ille namque omnium rerum mensuram hominem aiebat esse. nihil aliud dicens, nisi quod id, quod vnicuique apparet, hoc etiam indubitato esse. hoc autem posito idem ... dit esse, & non esse, & malum, & bonum esse, & cætera, quæ secundum oppositas locutiones dicuntur: propterea quòd plerunque his quidem hoc apparet, istis vero contrarium esse bonum: mensuram autem esse, quod vnicuique appareat.

ADNOTATIONES.

Est [a] autem aliquod in entibus principium. Si est principium in entibus, quod non contingit idem simul esse & non esse, clare colligitur, quòd considerare de ipso, absolute pertinet munus ad scientiam, quæ contemplatur omne ens; & non ad aliquam scientiam particularem. [b] *Non enim est ex certiore principio.* Quòd dicto principio nullũ sit credibilius, ... tefactum est in lib. 4. quod accipitur hoc loco, vt iam manifestum. ex quo colligitur, huius libri tractationem pendere ex prioribus, & hanc congeri summatim doctrinam ad tertiæ partis huius philosophiæ absolutionem. [c] *Accipiendum est ab eo, qui monstratur.* Ait accipiendum esse aliquid ex consensu eius, qui aduersatur dicto principio: nempe id accipiendum, determinatam asserendam esse significationem nominum: qua quidem suppositione non supponitur principium, quòd idem nõ possit esse simul & nõ esse verum: sed hinc tale quid accipitur, ex quo cõprobatio dicti principij habeatur per eundem aduersarium: dum deducitur ex concessione ab ipso facta quòd nomen significet aliquid determinatũ, quòd non contingit igitur idem esse ac non esse. [d] *Qui igitur dicit esse hoc, & non esse hoc.* Deducit quòd qui dicit hominem esse, & rursus non esse hominem: quod nomine dixit significari, non significari rursus dicit, & ita non constat sibi, vt nomen significet id, quod significare supposuit. [e] *Quòd vero necessario est, non contingit tunc non esse.* vult ex necessitate verum esse ... quod supponitur, dum verum est: vnde saltem pro illo tempore erit necessario verum, quod forte in alio tempore contingeret mutari.

Alios

... x omnibus inductos eſſe ex dubitationibus,alios uero ex pertinacia ad pronunciandum,quod idem ſimul poſſit eſſe , et non eſſe : et qua uia ſingulis occurrendum ſit. Cap. V.

P A R A P H R A S I S.

FAcile autẽ mota dubitatio de contradictione diſſolueretur ab ijs,qui animaduerterẽt,vnde nam proceſſerit huiuſmodi exiſtimatio. Quæ quidem in nonnullis initium ſumpſit ab auctoritate,& opinione eorum,qui philoſophati ſunt de natura:apud quoſdam vero alios ex ipſo, quòd perſpicerent, quòd non omnes eandem de eiſdem rebus cognitionem percipiant: ... aliquibus id dulce videatur,quod alijs contrariũ,ideſt amarum apparet.Et quòd attinet ad prio... vtriq; exiſtimatio de cõtradictione apud eos exorta eſt,quoniã ſupponerent, ex non ente nihil fie... quando hoc ferme omnium contemplantium naturam commune eſt dogma:hinc enim inducti ad dicendum,ſimul oppoſita eſſe; veluti idem album,& non album ſimul eſſe : hanc quidẽ ra... ciocinationem inducentes.Nam non album fit ex perfecte albo,& nullo modo ex non albo; ſiquidẽ ... fit,non eſt: vnde,ſi non album fieri habet,oportet vt abſolute ſit non album,& ita ex albo per... fieri debet.rurſus vero nunc factum non album aliquid, fieret vtique ex non albo factum non ... oportet enim,vt non album ſit,quod fieri debet non album:alioquin prius quàm fieret non ... eſſet non album . Quibus ita ſe habentibus,iuxta horum opinionem ſequeretur, quòd fieret ... non ente, niſi præexiſteret idem ſimul album & non album. Verumtamen huiuſmodi du... ... ſoluere non eſt difficile.Dictum eſt enim in ſermonibus de natura,quomodo quę fiunt, ... ente fiant,& etiam ex ente: ex non ente quidem,quatenus non eſt actu iam quod fit;ex ente ... quoniam fit ens in potentia illud,ex quo fit,non autem actu. Quod vero attinet ad aliorum ſen... ... dicendum eſt,ſtultum eſſe mẽtem adhibere opinionibus & imaginationibus hominum in... ... contendentium;cum manifeſte ſit neceſſarium alteram ex his partem mentiri in propria opi... ... quod patet ex his que fiunt circa ſenſum. ſiquidem numquam idem apparet aliquibus dul... ... vero amarum,niſi ita contingerit,vt aliqui horum corruptum habeant ſenſiterium, inſtru... ... videlicet quo fertur iudicium circa ſapores.Vnde hac ſtante veritate oportet ſtatuere,ex his ... hominibus aliquos eſſe menſuram veritatis,alios vero non:illos quidem eſſe apud quos integro,& ... infecto ſenſiterio, vti ſe habent ſapores iudicantur . Idemque dicendum circa iudicium bo... ... mali,pulchri , & turpis , & aliorum huiuſmodi . Etenim idem eſt exiſtimare, quòd res ... ſit & dulcis , & amara , quoniam aliquibus dulcis , & alijs amara videatur ; quemad... ... etiam , ſi ſupponentibus digitum viſui , & ipſum mouentibus , quia duo apparent , di... ... eſſe duo digiti , non autem duo , ſed vnus eſt ei qui viſum non moueat ; quod dicere certo ... ... eſt. Omnino autem abſurdum eſt,ex eo quòd quæ apud nos ſunt, videntur mutabilia, & ... quam eadem permanere : hinc velle iudicium ſumere de veritate : cum tamen eam venari ... ueniat circa ea, quæ ſemper eadem permanent, & numquam faciunt mutationem : cuiuſmodi ... quæ circa mundum ſunt in ipſo cœlo, quæ quidem non interdum talia,mox vero talia viden... ... ſed ſemper eadem ſunt,nulliq. obnoxia mutationi . Amplius vero,ſi motus eſt,& aliquid quod ... motum;mouetur autem omne & ex aliquo,& in aliquid;hinc ſequitur neceſſe eſſe, vt quod mo... ... eſt, adhuc ſit in eo, ex quo mouebitur,& non eſſe poſſe in ipſo, & ad hoc moueri,& fieri in ali... quid,cum prius non eſſet in ipſo: & conſequenter neceſſe eſt contradictionem nõ eſſe ſimul veram ... iſti opinantur . Adhuc, etiam quòd ſecundum quantum quę hic ſunt continue fluerent,& moue... ... tur,& hoc aliquis poſuerit(licet a veritate ſit alienum)cur ſecundum quale nõ manebunt? adeo ... ſit determinata veritas ſecundum quale? Non minima ſiquidem fuit hæc occaſio inducendi hos ... vt prædicarent contradictionem de eodem , quoniam non permanere quantum in corporibus exi... ... ſtimarent: veluti, quòd idem ſit tricubitum & non ſit. Verum & hoc ipſo conceſſo,dicimus quòd ip... ... ſa ſubſtantia eſt ſecundum quale:quod quidem ad naturam determinatam pertinet; quantum vero ad indeterminatam. Amplius,cur iubente medico,vt ægrotus hunc vel illum cibum aſſumat;quem iubet medicus illum aſſumit? cur enim id potius eſt panis,quàm non panis;vt nil interſit aut comedere aut non comedere? Atqui tanquam verum aſſerente medico,& re vera exiſtente tali cibo illo , quem aſſeret,illum aſſumit ęgrotus: quod tamen non conueniebat, ſi nulla firma manet natura in ſenſibilibus,ſed in continuo motu,& fluxu ſunt entia ſecundum horum opinionem. Amplius,ſiquidem alteramur ſemper,& nunquam ijdem manemus ; quid mirum ſi minime eadem etiam nobis videantur? ſicuti accidit etiam ęgrotis? etenim ijs,eo quòd nõ ſimiliter diſpoſitus ſit habitus ipſorũ, ſicuti cũ ſani erant,non ſimiliter apparent,quæ ſecundum ſenſus percipiunt; ita vt ipſa quidẽ ſenſibilia,& ſi propter hoc nullam ſubeant mutationem,diuerſas tamen ęgrotis,& non eaſdem cauſant ſenſationes. Ad eos quidem igitur,qui ex ſermone has habent dubitationes,aſſerentes quòd idem ſimul ſit & non ſit,non eſt facile eas diſſoluere,ſi nihil ponant,& horum ſermonem nequaquam repetant. Nã nihil ponentes auferunt ipſum diſputare,& omnino ſermonem . Ad eos vero qui hæſitant ex dubitationibus prædictis,facile eſt occurrere,& diſſoluere,quæ ipſis pariunt difficultatem, vt patet per prædicta. Quare ex his manifeſtum eſt, non contingere de eodem oppoſitas dictiones ſi-

mul

mul esse veras: & consequenter neque contraria; quando in contrarijs adest priuatio, quæ causat contradictionem. hoc autem manifestum est ijs, qui definitiones contrariorum in [illegible] soluent principium. Pariter neque medium cum altero contrariorum de eodem potest esse verum. siquidem si subiectum est albũ non est verum dicere, quòd sit neque album, neque [illegible] quale est viride: ita enim alterum complexorum diceretur de eodem, nempe non album, [illegible] idem album, & non album erit. neque igitur contingit Heraclitum verum dicere, quòd omnia quæ videntur, sint vera: neque Anaxagoram: alioquin contiget contraria de eodem simul prædicari. Cum enim ipse dicat in omni re esse cuiusque rei partem; nil magis dicit dulc[illegible] quàm [illegible] rum, vel aliorum omnium oppositorum. Vnde secundum eius opinionem omnia sunt in omnibus, non solum potentia, verum etiam actu & segregata. Similiter autem ex dictis concluditur, non esse possibile omnes enunciationes esse veras; aut omnes esse falsas: tum propter alia multa absurda, quæ huic opinioni cõsequuntur: tum etiam, quoniã existentibus omnibus falsis, neq; hoc quod aliquis enunciet quòd omnes enunciationes sint falsæ, erit verum. si autem verum dicit, dicendo quòd omnes sint falsæ, iam non mentitur; sed verum dicit: atque ita contra propriam assertionem loquitur, qui putat se verum dicere, dicendo quòd omnes enunciationes sunt falsæ: non enim falsa est per ipsum enunciatio, qua profert omnes enunciationes esse falsas.

TEXTVS.

Soluetur autem hæc dubitatio, viso vnde huius opinionis principium venit. Videtur etenim quibusdam quidem ex Naturalium opinione sumpsisse principium, quibusdam vero ex eo quòd [illegible] omnes eadem de eisdem cognoscant, sed quibusdam hoc apparere delectabile, quibusdam contrarium, nihil enim ex non ente fieri, omne vero ex ente fere[a] *omnium Naturalium est decretum. Cum igitur non album ex perfecte albo fiat,*[b] *& minime ex non albo, nũc vero factum non album, [illegible] ex non ente albo, quod fit non album fieret profecto ex non ente secundum illos, si non erat idem album & non album. Non est autem difficile hanc dubitationem soluere. dictum est enim in Naturalibus quomodo ex non ente, & quomodo ex ente fiant quæ fiunt. At similiter vtrisque opinionibus, ac imag[illegible] eorum, qui sibi ex aduerso addubitant, attendere stolidum est, manifestum est enim, quòd alter[illegible] eesse est falsum dicere. Hoc etiam ex illis patet, quæ secundum sensum fiunt. nunquam enim idem [illegible] dulce, quibusdam contrarium apparet, non corruptis, & læsis alteris organo sensus, & iudi[illegible] ctorum saporum. hoc autem ita se habente, alteros quidem putandum mensuram esse, alteros [illegible] Similiter autem & de bono, & malo, & turpi, & alijs huiuscemodi dico nam non ponere esse, [illegible] apparent, nihil differt ab his, qui digitum visui supponentes, ex vno duo apparere faciunt, ac duo [illegible] propterea quòd tot apparent, & rursus vnum, illis namque, qui visum non mouẽt vnum apparet, quod [illegible] est. Simpliciter autem inconueniens est ex eo, quòd præsentia videntur mutabilia, & nunquam in [illegible] permanentia, ex hoc de veritate iudicare, oportet etenim ex eis, quæ semper similiter se habe[illegible] mutationem faciunt veritatem venari, talia vero sunt, quæ in mundo,*[c] *hæc enim non quandoque quidem talia, rursus autem alia apparent, verum semper eadem, nullius mutationis participantia. Præterea [illegible] tus,*[d] *& aliquid motum est, omne vero ex aliquo in aliquod mouetur: oportet igitur quod mouetur [illegible] huc in eo, ex quo mouetur, & non esse in eo, et ad hoc moueri, ac fieri in eo, aut contradictionem non [illegible] cari secundum eos. At si secundum quantum præsentia fluunt & mouentur, & hoc aliquis ponat, quamuis verum*[e] *non sit, cur secundum quale non manent? Videntur autem haud minime ea, quæ secundum contradictiones sunt, de eodem prędicari, ex eo quòd putant quantum in corporibus non manere, propterea quòd idem & quattuor cubitorum est, & non est, substantia vero secundum quale.*[f] *hoc enim determinatæ naturæ, quantum vero indeterminatæ est. Item cur, cum hunc cibum præcipiat medicus, sumunt? quid namque magis hoc panis quàm non panis sit? quare nihil differt comedere, vel non comedere, nunc uero tanquam uerum dicente circa id ipsum, & hoc cibo existente, qui præceptus fuit, sumunt illum, at non oportebat, cum nulla natura in sensibilibus firmiter maneat, sed omnes semper fluant, ac moueantur. Item si semper quidem alteremur, & nunquam ijdem permaneamus, quid mirum, [illegible] nunquam nobis eadem apparent, quemadmodum etiam ægrotis? etenim his eo quòd non sim[illegible] dispositus habitus eorum sit, ut cum sani erant, non ea apparent similia, quæ secundum sensus, cum ipsa [illegible] dem sensibilia nullam mutationem propter hoc participent, diuersas tamen ægrotis, & non easdem [illegible] tiones faciunt. Eodem igitur modo fortasse necesse est se habere, si dicta mutatio fit. Quòd si non mutamur sed ijdem permaneamus, sit aliquid profecto permanens. Ad eos igitur, qui ex ratione*[g] *prædictas dubitationes habent, non est facile dissoluere si nihil ponant, nec huius rationem quærant, hoc enim modo omnis ratio. omnisque demonstratio fit, si enim nihil ponunt, ipsum disputare, & omnino orationem perimunt, quare ad eos quidem non est sermo. Ad illos uero qui hæsitant, facile est ex iam traditis dubitationibus obuiare, & ea dissoluere quæ faciunt in eis dubitationem: ut ex prædictis patet. Quare manifestum est ex his, quòd non est possibile locutiones oppositas de eodem uno & eodem tempore uerificari: nec ipsa contraria, cũ omnis contrarietas secundum priuationem dicatur, hoc autem patebit, resoluentibus ad principium rationes cõtrarium. Similiter nec mediorum quicquam possibile est de uno & eodem prædicari, si enim album sit aliquod subiectum, dicentes illud nec nigrum, nec album, falsum dicimus. accidet enim illud album esse, & non*

...erum enim complexorum de eo uerificabitur. hoc autem eſt albi contradictio. Neque igitur ſe... ...acitum dicentibus, vera dicere poſſibile eſt, neque ſecundum Anaxagoram aliter accidet cõ... eodem prædicari. cum enim in omni re dicat omnis rei partem eſſe, non magis dicit eſſe dulce, ...rum, aut quamcunque cæterarum contrarietatum, ſi omnia quidem non ſolum in omni potentia. ...m actu & ſeiunctim inſunt. Similiter autem nec omnes locutiones falſas, nec ueras poſſibile eſt ...propter alias multas difficultates, quæ ob hãc poſitionem euenirent; tum etiam quoniã ſi cũcta fal... ...cu hoc ipſum aliquis dicet, verum dicet. ſi autem uerę, cum omnes falſas dicet, non falſum dicet.

ADNOTATIONES.

Ere[a] *Omnium naturalium eſt decretum.* Ait ꝙ nihil ex non ente fiat, eſſe commune dogma omnium, qui de natura philoſophantur: cum autem adiungat fere, hinc non omniũ igitur videretur eſſe hoc dogma; vti non theologorũ, de quibus in lib 14. apud nos 12. c. 6. Aut ex modeſtia philoſophica ita locutus eſt. [b] *Cum igitur non album ex perfecte albo fiat.* Alex. hunc locũ exponens inquit: quoniã per me Ariſtotelem, non album fit ex perfecte albo; ...albo, & nequaquam ex non albo; ideſt, partim albo, & partim non albo: *Nunc autem fa... album.* ideſt per eos, qui contradictionem ſimul veram eſſe dicũt, quod efficitur nõ album, ...albo, vt nos dicimus, ſed ex non albo: iſti enim non album ex nõ albo generari commini... ...iſtos igitur eueniet vt id, quod fit non album, ex non albo fiat: cum contra oporteret, ...hinc non album ex minime ente efficietur per ipſos: niſi idem & album & non al... ...eſt Alexandri interpretatio ſatis obſcura & inuoluta. At (vt expoſuimus in paraphra... ...ſtoteles exponere, quomodo difficultatem quandam paterẽtur illi, qui ob eam ſimul ...nõ eſſe aſſererent, neſcientes ex ea dubitatione euadere. Circa quam hoc in primis ſup... ...ſum non album fieri ex perfecte albo, quod eſt dicere, quòd mutatio ſecundum album ...a oppoſito ad ipſum non album, vt omnino non album careat ipſo albo: alioquin non ...non album, ſi iam eſſet album. Rurſus non album, cum factum ſit, oportet vt ex non al... ...m: hoc eſt, quod non erat album, ſit factum album: quare ſequitur quòd erit ex non en... ...tur idem ſimul eſſe album, & non album: ita enim in dubitationẽ incidebant illi an... ...entes videre, quòd id, quod fit ex non ente, poſſit fieri ex non ente potentia, non autem ...tamen idem non eſſe actu, & eſſe potentia dici poſſit: vt propterea quæ hoc modo ſunt, ...entia, neque abſolute non eſſe dici poſſit cum ſint potentia neque abſolute eſſe; cum nõ ...hoc illud eſt quod Ariſtoteles in li. 4 c. 5 in huiuſmodi diſputatione inferebat: quòd nõ... ...rabant contradictiones & contraria ſimul eſſe, vt qui viderent contraria ex eodem fieri: ...hoc loco complexus eſt tum non album ex albo perfecte fieri, tum etiam non album ex nõ ...*vero ſunt quæ in mundo.* Ait Alexander, appellari mundum cœleſtes globos & ſtellas. D. Alex. D. Tho. ...explicat, quæ continent mundum ideſt, corpora cœleſtia. & cum græce habeatur κατὰ τὸν ... & præpoſitio, κατὰ, accipiatur etiam pro eo quod dicitur latine circa: ideo poſſet etiam ...pretatio. quæ circa mundum: id eſt corpus cœleſte quod ambit mundum hunc infe... *Præterea ſi motus, & aliquid motum eſt.* Accipit ex ordine eorum quæ mouentur, opus eſſe ...mouetur, ex aliquo moueatur, & perueniat in aliud: vnde ſequitur ꝙ quando mouebitur, in ...quo debet moueri: poſtea vero non erit in ipſo, cum iam tranſierit in aliud, in quod fiat: ...tur ſimul vera contradictio in his. Nã quando erit in termino, a quo moueri debet, nõ erit ...mino ad quem: & ita verum erit, quòd ſit in termino a quo: & falſum quòd non ſit in ipſo: & D. Tho. ...dicendum de termino ad quem. & hanc expoſitionem afferũt D. Thomas, & Alenſis. Ale... Alenſ. ...autẽ explicat: vel erit, vel non erit in eo, ex quo mouetur: vel contradictio nõ ſimul vera. Le... Alex. ...en interpres eius in tempore pręſenti, *mouetur*, cum tamen græce legatur in futuro κινήσε... ...Beſſarione vero infert, *Aut contradictionem non uerificari ſecundum eos*: vt minime aſſecutus videa... ...mentem Ariſtotelis in hoc loco. Non videtur autem eſſe inconueniens (vt dicit Alexander) quòd ...eſſet & non eſſet: quoniã illi id ſupponerent, cum velint contradictionem ſimul eſſe veram. D. Tho. ...*tamuis verum non ſit.* Aduertit D. Thomas, fuiſſe opinionem Heracliti, quòd res in augmento ...ne augerentur, licet inſenſibiliter: & quòd totum augmentum proceſſu temporis appareret: ...am opinionem falſam ait oſtenſam eſſe in lib. 8. Phyſicorum, quoniam non fit continue augmẽ... ...*ſubſtantia vero ſecundum quale.* Forma eſt differentia quædam, & ita qualitas, a qua determi... ...res: quantum autem eſt concernẽs materiam, & ſic indeterminatum eſt, quod deinde a for... determinatur, & a differentia ſecundum quale. Quod etiam conſentaneum eſt dictis Ariſtote... lib. 13 apud nos 11. cap. 8. vbi loquens de quali ait, *Vt entia multa ſint hac natura cauſa eſt.* [a] Alex. *...des igitur qui ex ratione prædictas dubitationes habent.* Alexander hunc locum interpretans, ait ...gi illos, qui ex quibuſdam rationibus obſtinate tenebant contradictionem ſimul eſſe veram: ac ...a etiam alij (qui ſubijciuntur ab Ariſtotele) ob rationes difficultatem concernentes hanc eandẽ D. Tho. ...onem ſimili modo recipiſſent: cum tamen ponat diſcrimen inter ipſos. D Thomas ait intelli... ...s, qui ex pertinacia, non propter rationem non concedunt aliquid, neque recipiunt rationem. ...(vt explicatum eſt quoque in lib. 4. cap. 5.) inuuntur illi, qui vt ſtituerẽt proprium ſermonem,

hanc

hanc ſententiam pronunciarunt. & ita eam profiterentur ſuſtinere, vt non dimoueri ab [illegible] per ſermonem. Hæc enim etiam habentur in lib. 4. cap. 5. quòd circa eos qui ex dubit[illegible] runt illam ſententiam de contradictione, non ad rationem, ſed ad mentem ipſoru[illegible] dum. Qui autem ſermonis gratia dicunt: horum ſanatio, eſt redargutio: & hoc in v[illegible] & in nominibus perficitur. vnde dicit etiam hoc loco, quòd nō eſt facile diſſoluere [illegible] nionem huiuſmodi ſi nihil ponant. Vnde quod græce habetur hoc loco, ἀπαιτεῖν, videtur [illegible] tare; quòd niſi ponant nomina ſignificare, & repetant ſermonem, in quo conuen[illegible] aduerſus eos diſputet, nō eſt aliter via ad illos redarguendū. non autem quęrunt ipſi orati[illegible] de non congrue videtur redditum latine hoc dictum, vt habet etiam Beſſario qui [illegible] *huius orationem quærant*: Græce autem ita habetur. μὴ τιθέντων τὶ, καὶ τ[illegible] τον μηκέτι λ[illegible] idest, opinionem obſtinate defendentes non eſt locus redarguere, ſi non aliquid ponant, & [illegible] non amplius repetant ſermonem, quo ſignificet aliquid, & id ipſum ſignificatum confi[illegible] enim agentes, licebit ipſos per redargutionem de ſententia deducere, tanquam deuict[illegible] per [illegible] ſputationem. Vnde legendum putaremus τοῦτο, loco huius dictionis τούτων.

Diſtinguitur theologia a naturali & a mathematica tanquam alia ſcientia contemplatiua exiſtens, & ma-gis vniuerſalis, vt quæ ens omne vt eſt ens contempletur. Cap. VI.

PARAPHRASIS.

OMnis autem ſcientia quærit certa quædam principia & cauſas circa vnumquodque [illegible] quæ in ipſa inquiruntur: vt medicina, & gymnaſtica, & vnaquęque alia aut effectiu[illegible] tia, aut mathematica. etenim vnaquaquę harum præſcribens ſibi quoddam [illegible] circa illud ſuam exercet ſpeculationem: tanquam circa aliquid, quod ſit ens, [illegible] non vt eſt ens, contemplatur. Sed eſt alia quædam ab ijs diuerſa ſcientia, quæ id muneris [illegible] contemplandi ens in quantum ens. Vnaquæque præterea dictarum ſcientiarum accipiens [illegible] um [illegible] eſt, tentat deinde quodam modo in quoque genere alia circa genus proprium oſtendere, ſiue m[illegible] lius id faciat, ſiue exactius: & ipſum quidem quid eſt ex dictis ſcientijs nonnull[illegible] ſenſu [illegible]: aliæ vero ipſum ſuppponunt. Vnde & ex hac inductione patet, quòd ſubſtantię, & ipſius [illegible] eſt non eſt demonſtratio. Cum autem ſit quædam ſcientia de natura, manifeſtum quo[illegible] a ſcientia effectiua & a practica. Nam effectiuarum principium motus eſt, non in eo quod [illegible] efficiente: ſit hoc vel ars, vel alia quædam facultas. Actiuarum vero ſcientiarum principium m[illegible] tus nō eſt in agibili, ſed magis eſt in agentibus. At naturalis verſatur circa ea, quæ habent in ſe ip[illegible] principium motus. vnde non erit practica, neque effectiua, ſed ſpeculatiua, cum aliquod ex his generibus ſcientiarum vt ſit oporteat. Quoniam autem vnicuique ſcientię neceſſarium eſt [illegible] modo cognoſcere ipſum quid eſt & hoc vti principio. idcirco non ignorandum, quonam pacto n[illegible] turalis habeat definire, & quomodo ab ipſo ſit accipienda definitiua oratio de ſubſtantia re[illegible] quid vt ſimum? an magis vt concauum? hæc enim differunt: ſiquidem ſimum explicatur vna cum materia rei: concauum autem ſine materia: etenim ſimitas fit in naſo, vnde ipſius definitiua [illegible] cum materia conſideratur, & explicatur: eſt enim ſimum naſus cōcauus. Ex quo patet, quòd & carnis, & oculorum, & aliarum partium omnium definitio eſt aſſignanda cum materia. Quoniam autē eſt quædam ſcientia de ente quatenus eſt ens, & ſeparabile: conſiderandum num ſtatuere [illegible] mus hanc eādem eſſe ſcientiam naturalem, an aliam & diuerſam ab ea. Quare dicimus, quòd naturalis verſatur circa ea, quæ habent principium motus in ſe ipſis: mathematica autem & ipſa quoque eſt ſcientia ſpeculatiua: & circa ea quidem, quæ ſunt manentia, non mota, non tamen ſeparabilia: vnde relinquitur, quòd alia quædā ſcientia diuerſa ab iſtis verſabitur circa ens ſeparabile, & [illegible] le: ſi tamen datur huiuſmodi ſeparabilis & immobilis ſubſtantia: quod demonſtrare tentabimus. Et quidem ſi eſt aliqua talis natura in entibus, ibi certe in hac ipſa natura diuinitas erit, & ipſa quidem erit primum, atque principale principium. Vnde manifeſtum eſt, quòd tria ſunt genera ſcientiarum ſpeculatiuarum; naturalis, mathematica, & theologica. Et optimum quidē genus inter ſcientias eſt ſpeculatiuum: huius vero optima ſcientia eſt theologia, cum circa honorabilius verſetur, & vnaquæque ſcientia, tum melior, tum peior euadat iuxta naturam ſubiecti, quod ſciri in ipſa debet. Sed dubitaret aliquis, num ſtatuere oportet, ſciētiam de ente, quatenus eſt ens, vniuerſalem eſſe [illegible] ne. Nam vnaquæque mathematicarum (ſi ab ipſis huius rei ſumēda eſt regula) verſatur circa quoddam genus determinatum: vniuerſalis autem communis eſt de omnibus. Verum ita determinandū eſt hoc problema, quòd ſi ſubſtantiæ naturales eſſent primæ inter entia, vtique ſcientia naturalis inter ſcientias eſſet prima. ſi autem eſt alia natura, & ſubſtantia ſeparabilis, & immobilis, neceſſe eſt huius aliam eſſe ſcientiam diuerſam a naturali, & priorem naturali, & vniuerſaliter priorem.

TEXTVS.

Omnis autem ſcientia circa vnumquodque eorum, quæ ſub ea ſcibilia ſunt, principia quædam & cauſas quærit, vt medicatiua, & exercitatiua, ac ſingulæ effectiuarum, vel mathematicarum, harum etenim vnaquæque circa quoddam circunſcriptum genus, tanquam exiſtens, & ens, non tamen prout ens eſt, tractat. ſed hęc alia quædam ſcientia præter illas eſt. dictarum vero ſcientiarum vnaquæque accipiens aliquo modo ipſum quid eſt in vnoquoque cætera vel debilius, vel exactius conatur oſtendere. Accipiunt autem ipſum quid eſt quædam per quædam ſupponentes. [a] *Vnde ex hac inductione patet ſubſtantiæ, & ipſius quid eſt demonſtrationem non eſſe. Cum autem ſit aliqua de natura ſcientia, patet quòd & ab actiua, & ab effectiua diuerſa erit. Effectiuæ namque in faciente,* [b] *non in eo quod fit, motus principium eſt, & hoc, aut ars quędam, aut alia. Similiter & actiuæ, non in eo quod agitur, ſed magis in agentibus* [c] *motus eſt: naturalis vero ſcientia circa ea, quæ in ſeipſis habent motus principium eſt. Quòd itaque neque actiuam, neque effectiuam, ſed ſpeculatiuam eſſe Naturalem ſcientiam neceſſe ſit, ex his patet: in vnum namque horum genus eam cadere neceſſe eſt. Cum uero unicuique ſcientiarum neceſſe ſit aliquo modo ipſum quid eſt ſcire, & hoc ut principium, oportet non latere quonammodo definiendum* [d] *Naturali ſit, quoue modo ſubſtantiæ ratio ſumenda an ut ſimum, an magis ut concauum. horum enim, ſimi quidem ratio una cum materia rei dicitur, concaui uero abſque materia. ſimitas namq; in naſo fit. & ideo ratio quoque eius cum eo dicitur. ſimum enim eſt naſus concauus. manifeſtum eſt igitur etiam carnis, & oculi cæterarumque partium rationem cum materia ſemper reddendam eſſe. Cum autem quædam ſit entis ſcientia, prout ens et ſeparabile eſt, conſiderandum eſt utrum hanc eandem cum Naturali ponendum ſit, an magis aliam. Naturalis ſane circa ea eſt, quæ motus principium in ſeipſis habent. Mathematica uero ſpeculatiua quidem eſt, et hæc quadam circa manentia, at non ſeparabilia. Circa ſeparabile igitur ens, et immobile alia præter has ambas ſcientia eſt, ſi aliqua eiuſmodi ſubſtantia eſt. dico autem ſeparabilis, et immobilis, quod tentabimus oſtendere. et ſi qua talis natura ſit, illic profecto diuinitas erit, et hoc erit primum et principale principium.* [e] *Patet igitur tria genera ſpeculatiuarum eſſe ſcientiarum, Naturalem, Mathematicam, Theologiam. Optimum igitur ſpeculatiuarum quidem ſcientiarum genus, harum ſane ipſarum ea, quę ultimo dicta eſt, circa namque honorabiliſſimum entium eſt. unaquæque uero melior, aut deterior* [f] *dicitur ſecundum proprium ſcibile. Dubitauerit autem quiſpiam, utrum entis, prout ens eſt, ſcientiam uniuerſalem ponere oportet, an non. Mathematicarum enim unaquæque circa unum quoddam determinatum genus eſt. uniuerſalis uero communis* [g] *de omnibus. Si itaque naturales ſubſtantiæ primæ ſint entium, ipſa quoque Naturalis ſcientia prima ſcientiarū. ſi alia natura, atque ſubſtantia ſeparabilis, et immobilis eſt, neceſſe eſt vt ſcientia quoque eius alia naturali prior, et vniuerſalis prior.*

ADNOTATIONES.

Quædam [a] *ſupponentes.* D. Thomas ait, in aliqua ſcientia ſupponi quod quid eſt, vt puta in ea, quę illud accipit ab alia ſcientia, ſicuti particularis ab vniuerſali. At nō videtur hic eſſe ſenſus verborum Ariſtotelis: ſed ſimpliciter inferri, ꝙ ſupponitur in aliqua ſcientia ipſum quid eſt; ſicuti a geometra definitio lineæ, vel circuli, abſque quòd vllam quærat probationem quæ per ſenſum: ſicuti naturalis ſuas ſupponit ſeu manifeſtat definitiones, prout dictum eſt latius ſupra in lib. 9. ca. 1. [b] *Effectiuæ namque in faciente.* ſciendū in lib. 6. attribui effectiuas facultates, arti, vel intellectui, vel potentiæ. hic autem reticuit Ariſtoteles intellectum, qui poſſet comprehendi ſub hac voce *potentia*: quam D. Thomas explicat, pro facultate executiua. Alexander autem ait facultatem appellari impetum naturalem animalium expertium rationis, pro vt aranea texit telam. Alibi vero dixit potentiam eſſe circa ea, quę contingenter fiunt, vt eſt lauari, & ambulare. Cum autem diſtinguat Ariſtoteles effectiuam facultatem a practica, quòd hęc verſetur circa agenda, hinc colligitur improprie medicinam appellari practicam; cum circa ea quæ efficiuntur, & non circa ea quæ aguntur, verſetur huiuſmodi facultas. [c] *Sed magis in agentibus.* Aduertendum ſupra in lib. 6. dici ſimpliciter, quòd principium motus circa res agendas eſt in agente: hic vero dicitur, ꝙ motus eſt magis in agente, quàm in eo quod agitur. Vnde, quòd attinet ad principium motus pro rebus agendis, cum hoc ſit electio, abſolute ipſa eſt in agente ſolo: ſicuti etiam in factiuis principium motus eſt in faciente; ſit ars, vel potentia quędam: motus autem eſt & in faciente, & in eo quo d fit, vt patet de arte factis. At penes agenda non ita videtur eſſe motus in ijs, quæ aguntur, ſicuti eſt in agente, in quo potius apparet: ſicuti in eo, qui pugnat pro patria, aut liberalitate fūgitur, aut exercet actus iuſtitię, magis motus viget quàm in rebus, circa quas fiunt huiuſmodi actiones. [d] *Oportet non latere quonam modo definiendum.* Alexander hęc explicans ait. Vt theologus, & cunctis diſciplinis ſuperior, vult tradere, quonam modo debeat definire naturalis. At quorſum hoc, non exponit Alexāder. Sed aduertendum ideo propoſitum eſſe, quòd opus eſt palam facere, quomodo naturalis definiat: quoniā iuxta modum definiendi, eius quoq; ſcientia limitatur. Et cum pateat, non eſſe definitionem naturalē ſine materia; ideo ſi erit aliqua ſubſtantia ſeparata a materia, de hac nō erit ſciētia naturalis: ſed circa eam alia verſabitur ſciētia; vt hinc innuatur, diſtingui primā ſcientiam & theologiam,

D.Tho. D.Tho. Alex. Alex. Alex.

logiam a scientia naturali. Cum autem solius substantiæ sit mentio, cuius definiri [illegible] uertendum hinc aut denotari quòd solius substantiæ proprie est definitio, vt explicatum est [illegible] Aut dictio substantia, impromiscue accipienda est pro causæ, rei essentia. *Et hoc est [illegible] principale principium*. Hoc dictum est de substantia immobili & separata: vnde patet [illegible] principium omnium entium, considerabitur in hac scientia. *Vnaquæque uero melior aut de [illegible]* Vult theologiam esse præstantissimam scientiam, ob substantiam immobilem, q[illegible] con[illegible] quæ est omnium rerum honorabilissima. Nam inquit, vti res est melior, aut deteri[illegible], circa q[illegible] versantur scientiæ; ita etiam euadit præstantior vna scientia quàm alia. Quod etiam rei [illegible] quæ habentur in proœmio lib. de Anima: Vbi dicitur, vnam scientiam præstare alij, & esse [illegible] honorabilem, & bonam ratione etiam subiecti, circa quod versatur, quod sit [illegible] alde bonum: & hono-rabile. Vnde colligendum, scientiam euadere honorabilem ob rem, quam considerat; quæ (si [illegible] bona est) ita largitur scientiæ, quæ est de ipsa, bonitatem, seu honorabilitatem: quæ tribuenda [illegible] rebus illis quæ possunt nobis prodesse, vt etiam explicatur in lib. 1. Reth. in tractatu de hono[illegible]

Alex. *Vniuersalis uero communis de omnibus est*. Laborat Alexander in hoc loco, vt doceat theologiam non ideo esse vniuersalem, quoniam prædicetur de alijs scientijs; sed quoniam eius principia sint [illegible] iusmodi, quòd ipsis sublatis, aliæ tollantur scientiæ: Neque enim, inquit, propri[illegible] ens, & prim[illegible] principium dictum vniuersale ita appellat, quòd prædicetur de alijs; sed quoniam tollit secum [illegible] principia. Sed aduertendum, non dici ab Aristotele quòd primum principium sit vniuersal[illegible]: [illegible] quòd theologia est vniuersalis: quoniam scilicet tractat de omni ente, quod est vniuersale: [illegible] ita [e]uadit vniuersalis scientia; sub qua aliæ omnes continentur; cum consideret in genere omnia ent[ia] aliæ vero scientiæ particulares considerant singulæ suum proprium genus.

De ente per accidens, et de eo quod est uerum, et de fortuna, quæ excluduntur a causis per se et simpliciter dictis. *Cap. VII.*

PARAPHRASIS.

4 QVoniam autem ens simpliciter, & generatim acceptum dicitur multis mo[dis] [illegible] etiam est ens per accidens, de hoc primo determinandum est. Et illud in prim[is] [illegible] bis esse perspicuum, quòd nulla ex scientijs, quæ traditæ sunt, circa huiusm[odi] [illegible] exercet contemplationem. Non enim ædificatrix considerat, quæ nam accida[nt] [illegible] domum incolunt; vtputa, quòd huic molesta, & alteri iucunda fiat: neque texendi, aut [illegible] aut vlla alia facultas contemplatur ea, quę sunt per accidens: sed id tantum, quod est secun[dum] [illegible] & est proprius ipsarum finis. Similiter neque quatenus musicum est grammaticum, [illegible] existens aliquis musicus, cum deinde factus sit grammaticus, simul ambo erit; cum prius non [illegible] quod autem non semper est, hoc fiebat (quare deducunt sophistę simul fiebat gramm[aticus] [illegible] sicus, cum tamen prius esset grammaticus) vlla, est ex receptis scientijs quæ hæc consider[at] [illegible] spectant ad ipsam sophisticam, quæ circa ens per accidens tota est occupata. Vnde non [illegible] Plato, cum dixit sophistam circa illud quod non est, immorari. Quòd autem non [illegible] esse scientiam accedentis, patebit nobis, si tentemus inspicere, quid nam sit accidens. Vnde dic[imus] omne partim esse semper, & ex necessitate, accipiendo necessitatem non pro uiolentia, sed [illegible] necessitate qua vtimur in demonstrationibus; vbi quod scitur, ex necessitate sciri dicitur, [illegible] aliter se habere non potest: partim vt in plurimis; & partim quod neque vt in plurimis, n[eque sem]per & ex necessitate, sed quomodocunque contingit. veluti si fiat sub cane frigus, quod vtiq[ue] [illegible] semper, neque ex necessitate, neque vt in plurimis fit, sed aliquando quidem contingit. Est [illegible] accidens illud, quod fit non semper, neque ex necessitate, neque vt in plurimis: Et ita quid [sit ac]cidens, explicatum est. Propter quid autem non esse scientiã ipsius entis per accidens, manifestum est: siquidem omnis scientia est eius, quod est semper, aut in plurimis: at accidens neutro modo est: quare accidentis non est scientia. Quòd autem entis per accidens non sint causæ, & principia talia, qualia sunt entis per se; hinc manifestum est. Nam, siquis defenderet quòd entis per ac[ci]dens sint principia, sicuti sunt etiam entis secundum se, sequetur, vt omnia sint dicenda ex necessi-tate: quod ita deducitur. Si enim hoc est, tali re existente; & hoc etiam est, alio existente; & [ho]c non quomodocunque contingit esse, sed est ex necessitate; vtique etiam ex necessitate erit illud, cu-ius est hoc causa vsque ad vltimum quodque causatum; hoc autem erat secundum accidens: quare omnia erunt ex necessitate. Vnde ipsum vtrumlibet, & ipsum contingere fieri & non fieri tollitur omnino ex his quæ fiunt. Sed & si non existat causa, sed futura supponatur; adhuc deductum absur-dum consequetur, vt omnia fieri ex necessitate deducatur. Nam si cras fiet eclipsis, si hoc fiat; & hoc, si aliud; & hoc etiam si aliud, hunc igitur in modum a finito tempore ablato tempore, ab ipso nunc exordiendo vsque ad diem crastinum, tandem peruenietur ad id, quod iam inest. Quare quoniam hoc est; igitur omnia, quæ post hoc consequuntur, fient ex necessitate; quod non est di-cendum.

Quare entis per accidens non ſunt cauſæ & principia, qualia ſunt entis per ſe, & conſe... entis per accidens non poteſt eſſe ſcientia.

...in acceptum vt verum, & non ſecundum accidens; iſtud quidem conſiſtit in complicatio... mentis; & eſt paſſio quędam facta in mente, & propterea circa tale ens cauſæ non inqui... quando id ipſum ad ens, quod eſt extra animam, reuocetur. Circa autem illud, quod eſt ens ...animā, & ab ipſa mēte ſeparabile, non neceſſariū autem, ſed interminatum exiſtens, ipſum non ...imis, ſed in minus accidens, infinitæ & inordinatæ ſunt cauſæ: vnde & ipſum eſt omittēdum. ...autem cuius cauſa, eſt in ijs, quę fiunt a natura vel a mente. Fortuna autē eſt, cum aliquid horū per accidens: etenim, vt ens eſt aliud ſecundū ſe, aliud ſecundū accidens; ita quoq; & cauſa alia ...ndū ſe, & alia eſt ſecundū accidens. Fortuna autem eſt cauſa ſecundū accidens in ijs, quæ fiunt ...ndū electionem alicuius cauſa: & propterea circa idē verſatur fortuna, & mens: ſiquidem ele... ...on eſt ſeorſum a dianoea. Cauſæ autē ſunt indeterminatę, a quibus fierent, quę ſunt a fortuna: ...propterea eſt immanifeſta fortuna humano ratiocinio; & cauſa eſt ſecundū accidens; & ſimplici... ...ius rei eſt cauſa. Bona autē fortuna, aut mala eſt, quando bonū, aut malū euenerit. Proſperi... ...tē, aut infortuniū, ſeu calamitas in magnitudine bonorū, ſeu malorū euentuū cōſiſtunt. Quo... ...autē nihil ſecundū accidens eſt prius ijs, quæ ſecundū ſe ſunt; neq; igitur cauſę ſecundū accidens ...priores cauſis, quæ ſunt ſecūdū ſe. Si itaq; fortuna aut caſus eſt cauſa cœli: vtiq; intellectus prius ...uſa, & natura ſimpliciter prior, cum ſint per ſe cauſæ priores cauſis, quę ſunt per accidens.

TEXTVS.

Cum autem ſimpliciter[a] ens pluribus eſſe modis dicatur, quorum vnus eſt, qui ſecundum accidens dicitur eſſe, primo de ente hoc pacto conſiderandum eſt. Quòd igitur nulla ſcientiarum, quæ traditæ ſunt, circa accidēs uerſetur, patet. Nec enim ars ædificatoria, quidnam illis, qui vſuri ſunt domo,-- --Vide q. ſequuntur infra pag. 505.

ADNOTATIONES.

Cum[a] autem ſimpliciter ens. Grece habetur, τὸ ἁπλῶς, & accipitur pro eo quod eſt vniuerſaliter, & in cōmuni, pro vt ens ſine vlla limitatione acceptū competit omnibus ijs etiā, quæ ſūt per accidens. Alio vero modo accipitur hæc eadē dictio ἁπλῶς, pro eo quod eſt perfecte, vt nihil deſiderari poſſit. ſicuti in hoc ſenſu lib. 7. in initio dicebatur; quòd ſubſtantia eſt ſimpliciter ens: perfecto modo ens, vt nihil illi deſit quo ad entis perfectionē: quod non cōuenit dicere de acci... [b] Quod vero proprium ſibi ipſi eſt. Ait, quòd vnaquæq; ars, atq; facultas conſiderat quod eſt pro... ...ndū ipſam, & ad finem aliquē dirigitur. vnde omnes artes, quod cōpetit ſecundū ſe fini eorū ſubijciuntur, illud conſiderāt: pro vt ædificatoria, quomodo domus inſtruatur pro tuto atq; habitaculo.[c] Neq; quatenus muſicū, & grāmaticum. Prius dixit, quòd nulla facultas conſide... quod conſtruit, alicui iucundū, aut moleſtū aduenerit. Deinde ſubiungit, quòd neq; cōſiderat vl... quatenus muſicū ſit grāmaticū: vbi innuuntur nonnulla accidentia, quę ſunt magis per accidēs: muſicū eſt, ſit grāmaticū; quorū vtrūq; accidit alicui: vtputa Socrati. At quòd homo ſit albus per accidens eſt: ſed eſt tamen accidens, quoniā non ſecundū ſe ineſt homini albedo tanquā proprium. Quòd autē attinet ad ſophiſma, de quo hic eſt mētio; ita exponitur ab Alexādro. Suppo... inquit, Sophiſtę, quòd antea muſicus eſſet homo, abſq; quòd eſſet grammaticus, & quòd poſtea ...us ſit grāmaticus; & ita arguebāt. Nūc ſimul muſicus & grāmaticus eſt: ſi vero hoc, & quādo fiebat ...maticus, fiebat etiā muſicus: quādo ergo fiebat grāmaticus, nō erat muſicus; quoniā ſcilicet nō erat ...o ſimul vtrūq;, & muſicus, & grāmaticus. at ſuppoſitus antea erat muſicus; vnde captioſa ratio in ...batur. Sed inquit Alexāder, eſt paralogiſmus ob axioma falsū huiuſmodi: quòd quorū exiſtētia ſi... ...orū & generatio ſit ſimul.[d] Quòd autem nec ſit poſſibile accidētis ſcientiā eſſe. Id videtur refragari ..., quòd ſubiūgitur: quòd, tentātibus nobis conſiderare apparebit, quid ſit ens per accidens. vnde vide... quòd de ipſo poſſit eſſe ſcientia: ſicuti etiam explicatur quid ſit: & hinc dixerūt nonnulli ſubie... huius philoſophiæ eſſe ens, quatenus etiā extēditur ad ens per accidēs. Ad quod dicendū eſt, quòd ...gnoſci poteſt indeterminata natura ipſius entis per accidens; ſicuti etiā explicatur quid ſit vacuū, cū ...men re vera nō ſit: explicatur autē per negationē, quòd eſt nō ex neceſſitate, neq; vt in plurimis; & co... ...icitur in vniuerſali: ſicuti etiā fit de fortuna & caſu. nō tamen rerū particulariū, quæ dicantur per ...dens, habetur ſciētia: veluti, quatenus muſicū ſit grāmaticū: aut cur domus ſit iucunda; & alia hu... ...iuſmodi. Et id quidē, quoniā non habetur determinata cauſa, ob quā huiuſmodi contingant: ſcientia ... eſt proprie, ſecundū quam aliquid ſcitur determinate. Vnde neq; huiuſmodi accidens poteſt eſſe comprehenſum ſub genere cōmuni entis, ita vt ſit ſubiectū huius philoſophiæ, conceſſo etiā quòd ens eſſet ſubiectū: quoniā, cum non habeat cauſas determinatas, non poteſt eſſe ſubiectū in ſcientia, quæ proprias cauſas entiū contemplatur.[e] Quod autē entis ſecundū accidens non ſint cauſæ. Alexander vult Alex. ...obari, nō eſſe doctrinā entis per accidēs: quoniā, quorū habetur ſciētia, horū principia & cauſę ſunt determinatæ; hæc non habentur de ente per accidens, ergo. Poſſet etiā dici, quòd reſpondeat Ariſto... ...es tacitæ obiectioni: quoniam aliquis dicere potuiſſet, quòd ſint cauſæ accidentis per accidens: quod ipſe interimit, ducens ad impoſſibile ita aſſerentem.[f] Si ab eo tempore finito, quod a nunc eſt, vſque cras dematur tempus. Vt appareat, quòd etiam reſpectu futurorum omnia eſſent ex neceſſi-- ...te, ſi cauſæ entis per accidens ſupponantur (nam in factis videtur quodam modo ineſſe neceſ-- ...itas quatenus facta ſunt) ſupponit, a tempore finito auferri poſſe tempus finitum, & ita perueniri ad

Alex.

illud nunc in quo aliquid existat. Vtputa, nunc est tonitruũ, futura erit pluuia necessario: si pluuia, necessario sol fiet ad perpendiculũ: si hoc, necessario fiet oppositio: si hoc, luna deficiet: necessario si luna deficit, necessario thesaurus inuenietur: dempto igitur tempore in quo fieret eclipsis & quo oppositio, vel solis perpẽdiculatio succederet, & illo, in quo pluuia, ita peruenietur ad tonitruũ quod nunc inest; vnde ab isto exordientes asseuerabimus omnia fieri post tonitruũ ex necessitate. hæc dicta sunt, vt deueniretur ad effectum contingentẽ: nempe, quòd tonitruo existente necessario inueniretur thesaurus; vt ita tanquam factum hoc insinuetur & necessario consequens [illegible] nibus est causa determinata. Hæc autẽ disputatio latius est tractata in lib. 6. vbi etiam ostenditur dari causas & principia generabilia & corruptibilia absq; generari atq; corrumpi. vnde natura entis per accidens, tanquam non existens insinuatur. [g] *Quoddam autem & verum et non secundum accidens ens.* Cõmemorat ens pro vero, quod consistit in cõnexione mentis, quando coniungitur conceptus cum conceptu: vt quòd homo sit visibilis: de quo dicit, quòd est passio circa mentem contingens, nempe, quatenus contingit mentem aut verum aut falsum concipere: non est autem istud pati secundum quod dicitur, quòd intelligere est quoddam pati: hinc enim fit intellectus in actu ex potẽtia, [illegible] forma intelligibilis. & de huiusmodi ente secundum verum, ait, non quæri causas. Quod Alexander exponens inquit: non inquiri causam, cur mens Socratis cõiunxerit hanc dictionem *scribit*, cum hac alia, *homo*, sed non videtur id velle Aristoteles: sed quòd de huiusmodi ente secundum verum [illegible] quæritur causa: quoniam vt concernit res extra animam, superuacaneum est quærere de ipso causas vt est in mente, cum sat sit quęrere de eodem ente, vt est extra animam. Non tollitur autem quin de ordine orationis & syllogismi, qui pertinet ad cõclusionẽ veri vel falsi, tractatio habeatur. nec [illegible] explicari potest (vt fit in lib. de Anima) quomodo fiat simplex intellectio: & quomodo copulatio [illegible] riũ conceptionũ fit in anima. [h] *Quare humanæ cogitationi incertæ sunt.* Ait quòd causæ fortunæ, [illegible] euẽtus rerũ circa actiones humanas cõtingentiũ, sunt indeterminatæ, & incognitę humanæ [illegible] non possit cõprehendere propter quid eueniant: vnde dicitur fortuna homini ignota: At apud Deũ omnes euentus sunt manifesti, sicuti & producuntur iuxta eius imperscrutabilẽ prouidentiã. [illegible] pterea tamen non dicendum, quòd in huiusmodi successibus fortuitis adsit causa talis effectus in rebus secundum se, & earum naturas; veluti quòd ambulante Socrate fiat secundũ se tonitruũ. Sed [illegible] dicendum, quòd hoc modo dignoscantur a Deo tanquã per causam aliquã determinatam [illegible] rebus per se inexistat: licet apud diuinam sapientiam sit optime perspectũ quare fiant, [illegible] nente circa plurima, quæ nobis sunt incognita: neq; per causam existẽtem determina[illegible] cognosci possunt. [i] *Cum autem nihil secundum accidens prius.* hoc suppositum, quòd nullum [illegible] dens sit prius his, quæ secundum se, est manifestum; quoniã accidens non subsistit nisi in subst[illegible] quæ est secundum se, quę quidem prior est, quàm accidens. Consequẽter cum quę fiunt a fortuna vel a casu, sint per accidens: vtiq; erunt posteriora ab his, quę fiunt aut a natura, aut a mente: cũ [illegible] euentus subijciantur ijs, quæ fiunt secundũ mentem; & casuales effectus ijs, quę fiunt secundũ natu[illegible].

Motus explicatio, qui concernit actũ eundẽ existentẽ in agente seu mouente, et in passo seu moto. Cap. VII.

PARAPHRASIS.

Est autem tum actu solũ ens, tum potentia, tum actu & potẽtia simul, ipsa substãtia, & quantũ & quodq; aliorum: motus autem non est præter res: siquidem mutatio fit secundum entis prædicamenta: cõmune autẽ in ijs nihil est, neque in vno sunt prædicamento. Vnũquodq; autẽ duplici modo inest omnibus. veluti secundũ hoc aliquid & substãtiam, partim est forma ipsius, partim priuatio; secundũ quale, hoc album, illud nigrum: secundũ quantum, tum perfectũ, tum imperfectum: & secundũ lationem, tum sursum tum deorsum: vel hoc leue, illud graue: vt hinc sit inferendum, motus & mutationis tot esse species, quot etiã sunt entis. Cum autẽ iuxta quod[illegible] nus diuisio fiat, partim potentia, partim actu, dicimus motũ esse actũ entis in potentia, quatenus tale est. Et quòd ita sit, hinc manifestũ est. Nã quando ipsum ædificabile (quatenus tale esse dicimus nẽpe existens in potẽtia) fuerit actu, sic ædificatur, & hoc est ædificatio: & similiter se habet disciplinatio, medicatio, & reliqua. Contingit autẽ rem tunc moueri, quando prædictus actus adfuerit, & non prius, neq; posterius: motus autẽ est actus entis in potentia, quando id ipsum existens actu operatur, vel ipsum, vel aliud, quatenus mobile est. Istud autẽ, quatenus, ita intelligitur. Nam æs est potentia statua; at non actus æris, vt æs est, motus est: non enim idẽ esse æri, & esse alicui potentiæ, quæ sit in ipso. Nam si idem esset simpliciter & absolute, sequeretur ex definitione assignata motus, quòd actus æris esset quidam motus; cum motus sit quidam actus entis in potentia: quod non est dicendum. Verum non idẽ est esse rei, & esse alicui potentiæ: patet autẽ hoc ex contrarijs. nam posse sanari, & ægrotare, certe nõ sunt idẽ: aliter idẽ esset ęgrotare, & sanũ esse. subiectum autem vnũ & idem est valens & languẽs; siue sit humiditas, siue sanguis: vnde, si idẽ esset esse rei, & esse alicui potentiæ, idem etiam esset esse potentijs contrarijs. Quoniam autem non est idem esse rei & potentiæ, sicuti non idem est color, & visibile, hinc dicimus quòd motus est actus possibilis, quatenus est possibile. Quòd quidem igitur talis actus sit motus: & quòd tunc contingit rem moueri, quando adfuerit talis actus, & non prius neque posterius, ex dictis est manifestum. siquidem contingit vnumquodque interdum operari, & interdum non operari: veluti ædificabile, quatenus ædificabile, modo est in operatione, modo non est in operatione: & ipsius ædificabilis actus, quatenus est ædificabile, est ædificatio: etenim

...hoc eſt ædificatio, nempe dictus actus, aut eſt domus. at quãdo fuerit domus, non amplius ...bile; ædificatur autẽ ædificabile, vnde neceſſe eſt, quòd ædificatio ſit actus; ędificatio autẽ eſt motus: & eadem ratio eſt de alijs motibus. Quòd autem de motu hunc in modũ recte ſit ...minatum; poteſt eſſe perſpicuum ex ijs, quæ ab alijs de ipſo afferuntur: & ex hoc etiam, quòd ...poteſt facile aliter definiri. etenim neque in alio genere quiſquam poneret motum, & hoc pa... ex his, quæ ab alijs dicuntur. Quidam enim dicunt, motum eſſe alteritatem: alij inæqualitatem, ...n ens; quorum nullum neceſſe eſt moueri; ſed neque in hæc fit mutatio; neque ex his magis, ...n ex oppoſitis. Cauſa autem propter quam in eiuſmodi motum conſtituerint, fuit: quoniam ...tus videtur eſſe quid indeterminatum. Alterius autem coordinationis principia, quoniam ſunt ...tiua, ſunt indeterminata: nullum enim horum eſt, aut hoc aliquid, aut quantum, aut aliud ...rum prædicamentorum. Vnde autem cenſeatur motus res indeterminata, in cauſa eſt, quòd ...t illum conſtituere neque in potentiam entium, neque in actum: non enim quod poſſibile eſt ...tum, mouetur ex neceſſitate: neque quod actu quantũ eſt: at motus videtur eſſe actus quidam, ...perfectus. & cauſa eſt, quoniã eſt imperfectũ ipſum poſſibile, cuius eſt actus. Et hinc difficile ...ſcipere, quidnam ſit motus: quãdoquidẽ neceſſe eſt ipſum collocare, vel in priuatione, vel in po... ...in ſimplici actu: nullum autẽ horũ videtur contingere: vnde relinquitur motũ eſſe id, quod ...ſt, & actũ eſſe, & non actũ perfectum; difficilẽ quidem ad cõprehendẽdum, attamen contin... ...ater etiã quòd motus eſt in ipſo mobili: eſt enim mobilis actus ab ipſo motiuo procedens; ip... ...motiui actus non eſt alius, ſed idẽ cum actu ipſius mobilis: ſiquidẽ oportet vtriq; ineſſe actum, ...affert motus: motiuum enim dicitur ex ipſo poſſe mouere: mouens autem ex ipſo operari. ...nuum operatiuum ipſius mobilis: quare vnus ſimiliter vtriq; ineſt actus. Quemadmodũ ...diſtantia, vnum ad duo, & duo ad vnum; & vt aſcenſus ad deſcenſum, qui tamen non ſunt ...ad eſſe & ad definitionem. Eodem igitur modo ſe res habet circa ipſum mouens & motum.

T E X T V S.

Eſt autem hoc quidem actu ſolum[a]*, illud uero potentia: hoc autem potentia et actu. hoc quidem ens: illud uero quantum, hoc autem cęterorum aliquid. Non eſt autem motus præter res. mutatur enim ſemper ſecundum entis prædicationes. commune autem nihil in his in ulla prædicatione*[b]*. unumquodque uero dupliciter omnibus ineſt, uel ut hoc. nam hoc vt forma, hoc uero ut pri... ...ſecundum qualitatem hoc album, illud nigrum, ſecundum quantitatem hoc perfectum, illud imper... ...eodem modo et ſecundum lationem: nam hoc ſurſum illud deorſum. aut leue aut graue. quare mo... ...mutationis tot ſunt ſpecies, quot entis. Cum autem unumquodq; genus in actum & potentiam diui... ...actum eius, quod potentia eſt, prout tale eſt, dico eſſe motum. Quòd autem uera dicimus, hinc con... ...Cum enim ædificabile prout tale,*[c] *ipſum dicimus eſſe actu quatenus ędificatur, & hoc eſt ædificatio. ...eruditio, curatio, uolutatio, ambulatio, ſaltatio, ſeneſcentia, ac increſcentia. Accidit autẽ moueri cũ ...ipſe fuerit, & neque prius, neque poſterius, actus autem eius, quod eſt potentia, cum actu ens agat, nõ ...ipſum, ſed prout mobile, motus eſt.*[d] *dico autem prout ſic: nam æs potentia eſt ſtatua, non tamẽ actus ...prout ęs motus eſt: nõ enim idẽ eſt æri eſſe, et alicui potẽtiæ.*[e] *Quod ſi idẽ eſſet ſimpliciter, ac ſecundũ ra... ...eſſet profecto æris actus motus quidã. at non eſt idem quod & in cõtrarijs patet ſiquidẽ poſſe ſanari, ...ægrotare, non eſt idem: alioqui & ſanari & ægrotare idem foret. ſubiectum uero, quod ſanabile, aut ...ægrotabile eſt ſiue humor, ſiue ſanguis, unũ idemq; eſt. Cum non ſit igitur idẽ, ſicut nec color, ac uiſibile idẽ ...conſtat motum eſſe actum rei poſſibilis, prout poſſibilis eſt. Quòd igitur ipſe eſt,*[f] *& quòd tunc contingit ...moueri, cum actus ipſe ſit, & quòd nec ante nec poſt, manifeſtum eſt. nã cõtingit unumquodq; aliquando qui... ...operari, aliquãdo minime. uelut ædificabile, prout ædificabile: & ædificabilis, prout ædificabilis actus, ...ædificatio eſt. aut enim hoc, ædificatio in ædificabili actus, aut domus. at ubi domus ſit, nõ ultra ædificabile ...ædificatio uero eius eſt quod ædificabile eſt. neceſſe itaq; ædificationẽ actũ eſſe. ædificatio uero motus qui... ...eſt. eademq. in cæteris motibus ratio eſt. Quod uero hæc ſint recte dicta, ex his quoq. cõſtat, quæ alij ...ipſo referũt. tum ex eo quòd nõ facile eſt ipſum aliter definire. nec enim licebit cuiquam in alio genere eũ ...collocare. Et patet ex his etiã, quæ alij protulerũt. quidam enim alteritatem, inæqualitatem, & ipſum non ...ens. quorum nullum neceſſe eſt moueri: at neq. mutatio hæc, neq. ex his potius quàm ex oppoſitis eſt. Cauſa ...vero, propter quam in his motum ſtatuerunt, ea eſt, quod indefinitũ quiddam videtur eſſe motus: alterius ...vero coordinationis principia. vtpote priuatiua, indefinita ſunt. nam nec quod quid, nec tale, nec aliorum ...prædicamentorũ vllũ ipſorũ eſt. Quòd vero motus indefinitus eſſe videatur ea eſt cauſa, quòd neq; inter ea, quæ ſunt potentia entia, nec quæ ſecũdum actũ, ponere ipſum eſt. nec enim quod poteſt quãtum eſſe, moueri ...neceſſariũ eſt, nec actu quãtũ. At motus actus quidã eſſe videtur, quãquã imperfectus. cauſa vero eſt, quod ...imperfectũ eſt poſſibile: cuius actus eſt. quamobrẽ difficile ipſum cõprehẽdere, quidnã ſit. nã aut in priuationẽ ...neceſſario reponetur,*[g] *aut in potentiam, aut in actum ſimplicem. horũ autẽ nullum videtur contingere poſſe: ...ſupereſt igitur quod dictũ eſt, eſſe et actũ, & non actũ qui dictus eſt, qui etſi difficilis cognitu ſit, tamen cõtin... ...gere eſſe. Simul & illud perſpicuum eſt, motũ eſſe in moto. actus enim eius eſt a motiuo. Neq; alius eſt motiui actus: oportet enim vtriuſq; actum eſſe. nam motiuũ eſt, eo quòd poſſit: mouens vero, eo quòd operetur. verũ ...actiuum eſt ipſius mobilis: quare eodem modo vnus vtriuſque actus. quemadmodũ eadem diſtantia ad duo ...vnius, & ad vnũ duorum, aſcenſus quoque, ac deſcenſus: at eſſe non eſt vnum, ita etiã in mouẽte, & in moto.*

ADNOTATIONES.



St a autem hoc quidem actu solum, illud vero potentia, hoc autem potentia, & actu. Aduertendum in primis in lib. 3. Physicorum, vbi hæc eadem habetur tractatio de motu, [illegible] haberi hoc principiũ, ita enim ibi legitur. *Est autem aliquod actu solum, aliud potentia, & actu:* vt ibi sit prætermissum secundum membrum diuisionis, quod hic habetur, hoc est, *illud vero potentia.* Et hunc locum explicans D.Thomas, ait Deum esse tantum actu, materiam vero tantum potentia; actu vero & potentia esse, quæ media sunt. Quam expositionem refert quoq; Alensis, adijciens & hanc aliam: actu solum esse, cum ipsum moueri est in fine; potentia solum, vt potentia ad moueri ad formam: actu vero & potentia, cum res est in moueri. Sed cum dicat Aristoteles, quod actu solum hoc est, illud vero potentia: hoc autem & actu & potentia est, & subiungit & substantia, & quantum, & ita de alijs prædicamentis, hinc colligitur intelligi ab ipso, quòd prędicamenta, puta quantum, aut quale & actu solum sunt, & potentia solum, & actu etiam & potentia simul: quemadmodum dicemus quòd homo tricubitus existens est actu quantus; potentia vero est, dum potest crescere ad magnitudinem tricubitam: potentia autem & actu tunc, cum versatur in motu, & est in ipso cremento magnitudinis. b *Commune autem nihil in ijs in vlla prædicatione*: ita Bessario. Antiqua autem lectio ita habet: *commune autem in ijs nullum est, quod neque in vna cathegoria.* græce autem ita legitur. κοινὸν δ' ἐπὶ τούτων οὐδέν ἐστιν ὃ οὐδὲ ἐν μιᾷ κατηγορίᾳ, hoc est, *nihil autem est commune, quod neque in vno prædicamento*: adeo vt duo his verbis afferri videantur: tum quòd prędicamenta commemorata non habent vnum commune genus: vt sic habeatur, quòd non conueniant in aliquo genere communi prędicamenta; sed distincta sint, tum quòd sunt tantummodo ea veri entis prædicamenta, circa quæ motus est. Quod dictum explicatius habetur in lib. 3. Physic. vbi dicitur, motum esse secundum substantiam, quantum, quale, & vbi, & non esse præter res, cum nihil sit præter hæc prædicamenta enumerata. vbi etiam dicitur, quòd nihil est commune ijs dictis quattuor entis prædicamentis, quod non recidat in hæc ipsa. Et id quidem, quoniam (exceptis prædicamentis agere & pati, quibus significatur essentia motus) alia deinde prædicamenta sunt a mente composita, circa mutuam rerum relationem: cum habere, ad habitum; situm esse, ad sessionem referatur, ipsum vero quando compositum est ex mensura temporis facta per animam circa motum, vt videlicet hæc omnia referantur ad prædicamentum relationis. de quo dixit Aristoteles in lib. 14. apud [illegible] quòd ipsi non inest materia, nec quid aliud, & quòd nihil est magnum paruum, multum [illegible] cum & similia; quin sit aliud prædicamentum, quod huiusmodi habeat appellationem magni, parui, & similium. & sunt substantia, quantum, quale, & vbi. vnde patet eadem hoc loco [illegible], quæ & in 3. lib. Physicorum apertius sunt explicata. Quod aperte innuit Aristoteles & hoc loco dicens, post diuisionem allatam secundum dicta quattuor prædicamenta, conclusit, mutationis, & motus tot esse species, quot etiam sunt species entis; species autem mutationis sunt iuxta quattuor dicta

Alens. prędicamenta. Alensis autem interpretatur, motum non reperiri præter prædicamenta, in quibus sunt res, in quibus est motus; vt hinc habeatur, quòd motus non est aliquid separatum a rebus: quasi

D.Tho. si putaretur motum ita esse commune quid, vt censeretur pro vndecimo prędicamento. D. Thomas inquit, nõ debere intelligi, quòd motus sit in quolibet genere entis: sed, quia sicut ens diuiditur per actũ & potentiam, secundum substantiam, quantum, quale, & locum, ita & motum esse. Sed oppositum dici potest, non diuidi motum secundum potentiam, cum ex definitione motus hoc ponatur, quòd sit actus; & ita est in sua natura motus, licet res cuius est actus, habeat se quoque in potentia dum mouetur. Accedit dictum Aristotelis, quòd tot sunt species motus, quot sunt species entis: vnde, cum non sit motus prçter quattuor adducta prædicamenta, videlicet præter substantiam, quantũ, quale, & vbi, concludendũ id voluisse Aristotelẽ, quòd non sint propria entis prędicamenta extra animã existẽtia, nisi hæc, in quibus motus esse dicitur; qui motus deinde ipsum agere, & pati, quæ sunt duo alia prædicamenta secũ affert. c *Cũ enim ædificabile pro ut tale.* Si ędificabile esset ædificatum, iam nõ haberet locũ motus. Et rursus si ædificabile esset tantum in potẽtia ad ædificationẽ, iam neq; motus adesset: ideo supponendum est, quòd ad hoc vt motus adsit, oportet vt ædificabile ædificetur existens ædificabile, & in potentia, quatenus ad perfectã non est deductum ædificationẽ ita vt actus ædificationis non sit completus d *Actus autem eius quod est potẽtia, cum actu ens agat non prout ipsum, sed prout mobile motus est.* ita habet Bessario, & hãc habẽt lectionẽ omnes codices latini, & est lectio apposita quoq; in lib. 3. Physicorũ, quam secuti sunt Themistius & Aspasius. hic vero lo-
co habetur hunc in modum: ἡ δὲ τοῦ δυνάμει ὄντος ἐντελέχεια, ὅταν ἐντελεχείᾳ ὂν ἐνεργῇ, ἢ αὐτὸ ἢ ἄλλο, ᾗ κινητόν, κίνησίς ἐστιν. idest, *actus uero entis in potentia quando actu existens operatur uel idem uel aliud quatenus mobile, motus est.* Quã lectionẽ secutus est Alexander & Porphirius, & hãc uertit Perionius in hoc lib. quæ lectio hunc in modũ interpretanda videtur. Quòd quãdo existens actu quidpiã operatur, vel idem, vel aliud, in quantũ mobile (sic enim est aliud, a se ipso) sic in quantum mobile, & actu operatur, talis operatio motus est, actus scilicet ipsius mobilis; vt hæc lectio ita coincidat cum alia lectione: quoniam non quatenus ipsum est, sed quatenus mobile, motus est actus talis rei. e *Non enim idem est æri esse, & alicui potentiæ.* Hoc vult, quòd aliud sit esse ęri, vt est æs, & aliud eius potẽtia ad statuam. vnde infertur, quòd motus est actus entis potentia, quatenus est poten-

mobilis . & non quatenus talis res est, alioquin si esset idem simpliciter esse æri, & esse po- ad aliquid : sequeretur quòd actus æris esset motus: quod patet ex definitione motus; qui sup- esse actus entis in potentia : ergo, si idem esset actus æris (vt æs est) cum potentia simplici- umpta, actus æris esset motus, quod falsum est. [f] *Quod igitur ipse est*. Adnotandum hoc loco particulam hanc græce γὰρ, quam omnes vertunt, *igitur*, quod etiã cõuenit conclusioni, quæ fertur circa definitionẽ assignatam de motu; vt hinc colligatur quod etiam colligit Alexãder, is libris vsurpari particulam hanc γὰρ, pro eo quod est igitur. [g] *Nam aut in priuationem necessario reponetur*. Cum dicat hoc loco Aristoteles, necesse esse motum reponi vel in priuationem, vel potentiam, vel in actum simplicem, & tamen in nullum horum ponit; hinc videtur contraria si- dicere. Ad id dicendum est, quòd motus aut erit secundum aliquem modorum ab alijs assi- orum, aut secundum modum prædictum ab Aristotele, vt sit actus imperfectus, non substan- existens, non quantum, non quale, non vbi; sed circa hæc actus imperfectus. [h] *At esse non vnum*. quòd idem actus est, vt prouenit a mouente, & vt recipitur in rem motam; licet alia ratione consideretur, nempe, & quatenus prouenit a mouente, & quatenus recipitur in rem motã, inexistit motus. Adnotandum in lib. 3. Physicorum, vbi habetur hæc eadem tractatio, expli- motũ sub rationẽ relatiuorũ, & species particulares motus ibi tradi, quæ hoc loco sunt omissæ. Alex.

...um acceptum ut illud, quod non habeat transitum suæ existentiæ, non dari neque secundum ablationem, neq; secundum appositionem. Cap. IX.

PARAPHRASIS.

Infinitum autem dicitur multis modis : aut quoniam sit impossibile pertransiri, quoniam non capax, neque aptum natum sit suscipere transitionem; veluti est punctus aut vnitas; sicuti etiam dicitur vox inuisibilis, vt quæ non est apta videri. Aut quod habet transitum imperfectum, quoniam nondum sit facta transitio. Aut quoniam aliquid vix, & cum difficultate transiri potest, vt est transitus maris. Aut quoniam aliquid aptum habere transitionem eam tamen habet, neque terminum : qui modus est proprius infiniti. Item aliquid infinitum dicitur appo- , vt in numero; aut ablatione, vt a linea, vel vtroque modo, prout est de tempore, quod reci- infinitum per appositionem temporis ad tempus, & etiam per ablationem temporis a tem- Quòd autem non sit possibile dari infinitum aliquid ens existens, quod sit sensibile, sic osten- Nam si neque est magnitudo, neque multitudo, sed eius substantia est infinitum, & non acci- sequitur quòd erit indiuisibile, cum omne diuisibile sit aut magnitudo, aut multitudo. Quod indiuisibile, iam non erit infinitum, nisi vt vox etiam dicitur inuisibilis: at non tale dicunt infi- ; neque huiusmodi nos inquirimus; sed illud, quod sit intransibile. Amplius vero quomodo git infinitum esse secundum se, nisi fuerit numerus, aut magnitudo: quorum passio est infini- Amplius si sit infinitum secundum accidens, iam non erit principium entium, quatenus est in- : sicuti neque inuisibile est principium locutionis: cum tamẽ vox sit inuisibilis. Adhuc, quòd infinitum esse actu, hinc manifestum: erit enim eius quæq; pars sumpta infinitum; siquidem infinito, & infinitum idem est: vnde pars infiniti, si est de esse infiniti, erit infinitum: & hoc sequi- supponitur quòd infinitum sit substantia, & nõ de subiecto dicatur, tanquã accidens: quare aut indiuisibile, vel in infinita diuisibile, quatenus partibile: at idẽ esse multa infinita, est impossibile. Assumptum autem de parte verum est. quoniam vt aeris pars est aer, sic infiniti pars est infinitum, dummodo ponatur esse substantia atq; principium: oportet igitur ipsum esse indiuisibile, & imparti- bile. At hoc impossibile, si actu est infinitum: nam oportet vt sit quãtum, cum supponatur esse parti- bile: vnde relinquitur quòd sit secundum accidens. at ita non contingere vt sit principium, dictũ est antea: sed illud, cui cõtingit, nempe numerum, aut par, ipsam dualitatem. Et hęc quidem inquisitio circa infinitum est vniuersalis. Quòd autem in sensibilibus nõ sit infinitum, hinc erit manifestum. Nam si corporis definitio est, vt sit terminatum superficiebus, vtique non erit infinitum corpus, neq; sensibile, neque intelligibile: neq; etiam numerus, vt separatus, est infinitus. numerus enim, vel ha- bens numerum, est numerabile. Naturaliter autem considerando, sic manifestum erit. Non enim in- finitum potest esse compositum, neque simplex. Compositum quidem non erit corpus infinitum, si determinata multitudine sint elementa: oportet enim ęquari contraria, & non esse aliquod ipsorum infinitum: nam quacunq; parte deficiat alterius corporis pars, vt pote aeris ad ignis potentiã com- parata; corrumperetur vtique finitum ab infinito. Vnumquodque autem horum est impossibile es- se infinitum; corpus enim est habens vndequaque distensionem, pro vt in lib. 5. explicatum est. In- finitum autem est, quod vndequaque distenditur: vnde, si corpus est infinitum, vndequaque infi- nitum erit; & sic non possunt plura esse infinita præter vnum. Neque etiam contingit vnum corpus simplex esse infinitum : neque etiam præter elementa, vt dicunt aliqui, ex quo generant hæc: non enim est tale corpus præter elementa hæc nota : nam omnia ex quo, vel ex quibus fiant, in hæc dissoluuntur : at non apparet hoc aliud præter ipsa elementa. Neque etiam potest ignis, aut

aliud elementorum esse infinitum: seorsum enim ab ipso infinito, impossibile esset vnum [illegible] stere aliquid ipsorum elementorum, tanquam quid aliud existentium ab infinito: neque [illegible] determinatum vniuersum, possibile est vniuersum esse, vel fieri aliquod horum, vt dixit [illegible] aliquando omnia fore ignem. Et eadem ratio est de vno, quod naturales constituunt [illegible] ta, vt quid densius igne, & aere rarius: omne siquidem mutatur ex contrario, veluti ex cal[ido] [illegible] gidum: vnde sic contraria supponuntur, & non possunt ideo in vno elemento consistere. Amplius sensibile corpus est alicubi, & idem locus est totius & partis, veluti terræ: quare, si infinitum sit [illegible] lare, sic vel erit immobile, vel semper ferretur. At hoc impossibile: cur enim potius [illegible], quam deorsum mouebitur? aut quocunque? veluti si sit bolus terræ, ad quam partem ferretur? aut in qua parte quiescet? siquidem locus ipsius est infinitus, ipsius corporis congenei infiniti: occupabit [illegible] totum locum. At id quomodo? quæ igitur eius mansio & motus? Aut vbiq; manet? ergo nõ [illegible] tur. Si autem vndequaq; moueatur, non stabit igitur. Si autem vniuersum ponatur dissimilare, & infinitum, loci quoque erunt dissimilares. Ac primo quidem sic non erit vnum corpus ipsius vni[illegible], nisi per ipsum tactum. Deinde, vel hæc erunt infinita, vel finita specie: finita quidem esse non possunt, quoniam erunt aliqua finita, alia vero non; si vniuersum sit infinitum, vel ignis, vel aqua; & hoc tale inferret alijs corruptionem. si autem sint infinita & similaria, etiam loci erunt infiniti: & erunt elementa infinita. At si hoc impossibile, loci igitur erunt finiti, & necesse ipsum vniuersum terminatum esse. Omnino autem, & in vniuersali impossibile corpus esse infinitum, & locum inesse corporibus, si omne corpus habet grauitatem, vel leuitatem. Aut enim ad medium, aut sursum ferretur: impossibile enim infinitum, vel totum, vel dimidium, vel quauis parte pati. quomodo enim diuide[illegible] & quomodo infiniti partim erit sursum, partim deorsum? hoc medium, illud extremum? Amplius omne corpus sensibile est in loco: loci autem species sunt sex: at in infinito corpore impossibil[illegible] esse. Omnino autem si est impossibile esse locum infinitum, impossibile quoque est esse corpus [illegible] nitum. nam quod est in loco, alicubi est: hoc autem significat, vel sursum, vel deorsum, vel a[illegible] aliquam loci positionem; & harum vnaquæque terminus quidam est. Infinitum autem non [illegible] in magnitudine, in loco, in tempore; quasi vna quædam natura existens in his omnibus. Verum p[illegible] rius dicitur secundum prius; veluti motus dicitur infinitus secundum magnitudinem, [illegible] uetur, vel alteratur, vel augetur. tempus autem dicitur infinitum consequenter ad ipsum [illegible].

T E X T V S.



Nfinitum vero est, aut quod impossibile est pertransire, eo quòd non sit aptum permeari, quem[admodum] vox inuisibilis: aut quod transitum habet inconsummabilem: aut quod vix: aut [illegible] natura aptum est habere, nequaquam tamen transitum, aut finem habet. Item secundum appositionem, aut ablationem, aut ambo. Separabile sane ipsum quicquam esse impossibi[le] est, n[illegible] nec magnitudo, nec multitudo est, sed infinitum substantia eius est, & non accidens, indiuisibile erit. [illegible] dem diuisibile, aut magnitudo, aut multitudo est, quòd si est indiuisibile, non est infinitum, nisi quem[admo]dum vox inuisibilis est. verum nec sic aiunt, nec nos sic quærimus, sed tanquam impermeabile. [illegible] quonam modo continget esse per seipsum infinitum, si nec numerus, nec magnitudo sit, quorum [illegible] passio est? Præterea, si secundum accidens, non esset sane rerum elementum prout infinitum est: sicut nec inuisibilis locutionis, tametsi vox inuisibilis est. Quòd autem infinitum non potest esse actu [a], patet. erit namque quæque pars eius infinita, quæ accipitur. nam infinito esse, atque infinitum, idem: siquidem [illegible] substantia, & non de subiecto sit. aut igitur inuisibile, aut per infinita diuisibile, si partibile est. verum [illegible] ta infinita idem esse impossibile est. quemadmodum enim aeris aer pars, ita & infinitum infiniti, si [illegible] tia, & principium sit impartibile igitur, & indiuisibile est. verum hoc impossibile, actu esse ens in[fini]tum: necessarium enim quantum esse. secundum accidens igitur existit. at hoc modo dictum est non posse pr[inci]pium esse, verum id potius, cui accidit numerum, vel par esse. sed hæc fortasse inquisitio vniuersa [illegible]. Quòd vero in sensibilibus non est, hinc constat. [nam] si est corporis ratio hoc, esse superficie def[initum], non sane fuerit infinitum corpus, nec intelligibile, nec sensibile. Cæterum nec numerus ita est, tanquam [se]paratus, atque infinitus. quippe cum numerus, aut quod habeat numerum, numerabile sit. Quòd si naturaliter potius contemplemur, ex his patet. neque enim compositorum, neque simplex poterit esse. compositum namque non erit corpus, si finita quidem sunt multitudine elementa. oportet namque contraria æquari, nec esse vnum eorum infinitum. nam etsi quantumuis inferior sit alterius corporis virtus, corrumpetur [illegible] nitum ab infinito. nec possibile est vnumquodque esse infinitum, si corpus quidem est, quod vndecunque habet dimensionem: infinitum vero, quod infinite distat: quare infinitum corpus vndecunque infinitum erit. Nec vero vnum & simplex contingit infinitum esse corpus. nec, vt quidam aiunt, præter element[a] [illegible] hæc generant. tale namque corpus præter elementa non est. nam cuncta, ex quibus sunt, in ea etiam [illegible] uuntur. hoc vero non videtur præter simplicia corpora, neque ignis, neque aliud vllum elementorum. etenim absque eo quòd aliquod horum infinitum sit, impossibile est vniuersum, & si finitum sit, aut esse, aut fieri aliquod eorum vnum [c], ut Heraclitus dicit, omnia quandoque ignem fieri. Eadem ratio & de uno est, quod faciunt præter elementa Naturales. omne enim ex contrario in contrarium, ueluti ex calido in fri[gi]dum transit. Item corpus sensibile alicubi est, idemque partis ac totius locus, uelut terræ. quare, si uniforme sit,

aut immobile erit, aut ſemper pelletur. boc vero impoſſibile eſt. quid enim deorſum potius quàm ſurſum, aut vſquam? velut ſi gleba ſit, quo mouebitur, aut vbi manebit? locus enim eiuſdem generis corporis infinitus eſt. continebit igitur totum locum. At quomodo? Quæ igitur manſio, motuſque eius? An manebit? non mouebitur ergo. An vbique mouebitur? non ergo ſtabit. Quòd ſi vniuerſum diſſimile ... quoque diſſimilia erunt. Ac primum quidem non vnum vniuerſi corpus, niſi tactu. Deinde aut finita ... hæc, aut infinita ſpecie. finita quidem impoſſibile. nam quædam infinita erunt. quædam minime, ſi totum ... ſit, velut ignis aut aqua. at hoc erit contrarijs corruptio. quòd ſi infinita, ac ſimplicia, loca quoque infinita, & elementa infinita [a] *erunt. quod ſi eſt impoſſibile, locaque finita ſint, totum item neceſſario ... erit. Et omnino impoſſibile infinitum eſſe corpus, & locum corporibus, ſi omne quidem corpus ſenſibile aut grauitatem habet, aut leuitatem. aut enim ad medium, aut ſurſum mouebitur. verum impoſſibile infinitum, aut totum, aut medium, aut quodcunque paſſum eſſe. quo enim modo diuides, aut quo pacto ... hoc quidem ſurſum fuerit, hoc vero deorſum, aut extremum, aut medium? Omne item corpus ſenſibile in loco: loci vero ſpecies ſex. in corpore vero infinito hæ eſſe non poſſunt. Omnino autem, ſi impoſſibile locum infinitum eſſe, corpus quoque impoſſibile eſt. quod enim in loco eſt, id alicubi eſt. hoc vero, aut ſurſum, aut deorſum, aut aliquid cæterorum ſignificat, quorum vnumquodq; terminus quidam eſt. Infinitum ... idem in magnitudine, motu, & tempore tanquam vna quædam natura, ſed ipſum poſterius ſecundum prius dicitur. velut motus ſecundum magnitudinem, ſuper quam fit motus, aut alteratio, aut augmentum: tempus vero propter motum.*

ADNOTATIONES.

Q*uod* [a] *autem infinitum non poteſt eſſe actu patet*. Quòd infinitum non poſſit eſſe actu probat Ariſtoteles deducendo ad hęc inconuenientia, quoniam pars quoque infiniti erit infinitum, & ita multa erunt infinita: Aut dicendum, quòd non erit diuiſibile, quod eſt abſurdum contra ſuppoſitionem iam factam circa nomen infiniti: ſi autem eſt diuiſibile, ... eſt partibile, ſic erit diuiſibile in infinita: at multa, ſeu infinita, eſſe infinita abſurdum eſt di... cum ab ipſo infinito omnia abſorbeantur, & non poſſint eſſe plura infinita. Quòd autem & ... infiniti, ſit infinita, ex hoc deducit Ariſtoteles: quoniam ſupponitur infinitum eſſe ſubſtantiam principium, quod non dicitur de ſubiecto. hoc eſt, non eſt quid aliud, cui inhæreat tanquam ac...: alioquin non eſſet elementum, & principiũ; quoniã prius eſſet ipſo illud ſubiectũ cui ineſ... ideo concludit, idem eſſe infinitum, & eſſe infinito: adeo quòd eius eſſentia eſt de ſe manens; ... ſit quemadmodum album, aut ambulans: in ijs enim aliud eſt eſſe ambulanti, ſeu albo; & ... album, ſeu ambulans, quibus ſupponitur ſubiectum habens hæc. Conſequenter pars infiniti ... finita: ſicuti pars aeris, eſt aer: & hoc pēdet ex deductione facta quòd infinitum eſt ſubſtantia, ... cipium non inhęrens alicui: vnde oportet vt pars ſit eiuſdem naturæ cum toto: cum hic ni... admiſceatur præter naturam infiniti. Vnde ſi infinitum eſt actu, etiam eius pars erit infinita; & ... ta eſſent infinita ſimul. ſi autem propter aliud ſit infinitum, vt puta propter numerum, qui ... infinitus, iam non erit infinitum ſecundum ſe, & ita non erit principium, quia erit ſecundum ac... infinitum. [b] *Sed hęc fortaſſe inquiſitio vniuerſalis eſt*. Tres modos argumētandi inducit hoc loco Ariſtoteles contra poſitionem infiniti. primus modus appellatur inquiſitio vniuerſalis; vt fuit circa ... quę hactenus deducta ſunt: nempe fuit vniuerſalis non applicata alicui determinatæ rei ſenſibi... quæ ſit extra intellectum; ſed habita inquiſitio fuit circa imaginationem, quomodocunque po... ... ipſum infinitum; & deducta ſunt inconuenientia aduerſus hanc ſuppoſitionem: cum tamen ... iuſmodi deductiones ſint concludentes. Vnde forte non recte enunciarũt, qui huiuſmodi probationes probabiles nuncuparunt: cum tamen ſint maxime vrgentes, vt non poſſint euadi; ſed bene ſunt in vniuerſali factæ & non applicatæ rebus determinatis: quæ ſuponãtur eſſe infinitæ. Vnde ſecundus modus dicitur eſſe ille, in quo fit oſtenſio circa ſenſibilia, ſupponendo tamen ſenſibilia etiã ea, quæ more mathematico dicuntur intelligibilia; vt quæ non concernant res, quæ ſub ſenſibus exterioribus cadunt, ſed ab ijs ſunt abſtractæ, veluti eſt corpus, & magnitudo mathematica; de quibus eſt ſermo ſupra in lib. 7. cap. 10. & ita Ariſtoteles deducit circa corpus in genere, quòd non poſſit eſſe infinitum. ſimiliter de numero, quoniam & numerus eſt quid munerabile; & ita quid determinatum: vnde ſecundum modum, quo ponunt nonnulli numerum ſeparabilem, non poteſt eſſe infinitus numerus, ſi accipiatur vt quid numerabile: ſicuti & corpus ſecũdum eius definitionem, cum ſit terminatum a ſuperficiebus, conſtat quòd non poteſt eſſe infinitum; ſemper intelligendo de actu infinito: Et hic quidem modus probandi eſt ſecundus: qui in lib. 3. Phyſicorum appellatur logicus; nempe, quia conuenit etiam rebus mathematicis, non ſeparatis tamen a ſenſibilibus: cum in priori modo ſit facta deductio contra infinitum quomodocunque ſupponatur, abſtrahendo a quacunque re determinata, cui adiungatur infinitum. Tertius autem modus probandi eſt naturalis quatenus ſcilicet exercetur probatio circa entia determinata naturalia, vt ſunt elementa. [c] *Et ſi infinitum ſit, aut eſſe, aut fieri aliquod eorum vnum*. Non ſolum vult tollere, quòd non poſſit eſſe ex elementis vnum infinitum; quoniam ab ipſo omnia alia abſorberentur; verum etiam vult non eſſe cōcedendum, quòd aliquod ex elementis, quamuis finitum ſupponatur, poſſit eſſe, aut fieri ambiens

totum

totum esse vniuersi; quoniam sic alia elementa deficerent: sicuti Heraclitus dixit; aliquan[illegible] vt omnia elementa in ignem vertantur. Quæ sententia est verissima vt consentiens fide[illegible] creditur per conflagrationem mundum hunc defuturũ, in aliumque mutandum. [4] *Et [illegible] nita erũt.* Deducit autem Aristoteles impossibile esse quòd sint infinita elementa per [illegible] quæ etiam adducuntur in lib. 3. Physicorum. Vbi speculatio hæc circa infinita dimi[illegible] gentius tractãda: sicuti in lib. de Cœlo & de Generatione; vbi examinatur opinio consti[illegible] ma infinita. Adnotandum autem hanc præsentem contemplationem de infinito esse compen[illegible] sam, si referatur ad eam, quę habetur in lib. 3. Physicorum: vbi prolixa est consider[illegible] gnitudinem, motum, & tempus: hic autem magis in vniuersali, & stricte negocium hoc agitur a[illegible] hunc præcipuum scopum; vt habeatur, quomodo hoc vniuersum non sit infinitum, cu[illegible] principia & causæ sint assignandæ. Neque etiam prætereundum, in philosophia naturali multas c[illegible] tiones haberi satis vniuersales, quæ naturam excedunt illius scientiæ, ad exactam autem earum [illegible] rum doctrinã traduntur; in his induens Naturalis personam primi philosophi: cum præsertim [illegible] losophia naturalis, quo ad nostrum habitum sciendi, priori loco sit habenda tanquã [illegible], ex qua o[illegible] casio desumenda est ad supremam hanc scientiam constituẽdam. Vnde nil mirum, [illegible] multa in physicis tractata, in hac etiam philosophia repetuntur, diuerso tamen scopo hic & ibi explicata.

In quibus prædicamentis sit motus distinctus a mutatione generationis, & corruptionis, & quòd i[illegible]sius motus non potest esse motus: & de ipso immobili. Cap. X.

P A R A P H R A S I S.

Mutatur autem omne mutabile aut secundum accidens, vt musicum ambulat, aut [illegible] partes, per quas simpliciter dicitur aliquid mutari, sicuti corpus sanatur, quon[illegible] lus sanetur: aut secũdum se primo mutatur quod secundum se est mutabil[illegible] comburatur. Pariter dicendum est de ipso mouente: quod vel secundum accidens [illegible] tat, vt musicum sanat; aut secundum partem, vt homo percutit ob manum, quę percutit, [illegible] & secundũ se mouet vt ignis calefacit lignum. Datur autem primũ mouẽs in omni motu, [illegible] mouetur, & in quo tẽpore, & terminus a quo, & terminus ad quẽ fit motus: species autẽ, & [illegible], & locus, ad quę mouẽtur mobilia, sũt immobilia, veluti sciẽtia, caliditas: siquidẽ caliditas [illegible] tus, sed calefactio. Mutatio autẽ quæ non secundũ accidẽs est, non omnibus inest: sed in co[illegible] in medijs, & in cõtradictione. Et huius dicti fides sumitur ex inductione. Nã omne mutab[illegible] tur vel ex subiecto in subiectum, vel ex non subiecto in subiectum: vel ex subiecto in non subiectum. Subiectum autẽ intelligitur, quod affirmatione pronunciatur: vnde oportet tres esse mutationes. Nam ex nõ subiecto in non subiectum (quæ est altera pars allatæ diuisionis) non est mutatio: q[illegible] dem hic non cadit oppositio aut contraria, aut contradictoria. Oppositio igitur secundum contradictionem ex non subiecto in subiectum, est mutatio secundum generationem vel simpliciter [illegible] rei simpliciter sit generatio: vel secundum quid, si sit alicuius. Mutatio vero secundum contradictionem ex subiecto in non subiectum, est corruptio, vel simplex, si simpliciter sit corruptio; vel secundum quid, si sit alicuius. Si autem non ens dicitur multis modis, vel secundum composi[illegible] m aut diuisionem orationis, vbi falsum sumatur; vel secundum potentiam, quod opponitur en[illegible] simpliciter; ijs duobus modis acceptum non ens, moueri non potest. Non quidem vt falsum; non etiam vt potentia (secundum quid quidem non ens potest moueri, vt non album, quoniam homo [illegible] accidat esse non album cieatur) quoniam impossibile est moueri quod absolute non est. H[illegible] quitur impossibile esse, vt generatio sit motus: quandoquidem fit non ens; motus autem est in re, quæ est ens. & licet quàm maxime dici potest, quòd non ens secundum accidens acceptum generatur, quoniam id fiat, cui accidit esse non ens tale; attamen simpliciter de eo quod generatur, ver[illegible] est dicere, quòd sit non ens; quoniam existens potentia, simpliciter non est, cum actu non sit: & ita stat proposita conclusio, quòd impossibile est generationem esse motum. Consequenter quod a[illegible] lute non est, non potest quiescere; quando quies præsupponit motum; & similiter generatio non potest esse quies. Hæ igitur difficultates consequuntur, si dicatur quòd generatio sit motus: [illegible] etiam contingunt ex hoc, quoniam quod mouetur, est in loco: vnde si generatio esset motus, [illegible] d est non ens, esset in loco, quod esse non potest. Eadem ratio est, atque probatio, quòd corruptio [illegible] n sit motus: nam motui contrarius est motus, vel quies: generationi autem est contraria co[illegible]

Quoniam autem omnis motus est quædam mutatio, & mutationes sunt tres; & harum [illegible], quæ cõcernunt generationem & corruptionem, non sunt motus, & hæ sunt secundum contradictionem; hinc sequitur, motum necessario esse solum mutationem ex subiecto factam in subiectum. Subiecta autem aut sunt contraria, aut media (ponatur enim priuatio etiam pro cõtrario, sicuti etiam manifestatur affirmatione, vt nudum, edentulum, nigrum) ideo si pręḍicamenta distinguuntur, substantia, qualitate, loco, agere, vel pati, ipso ad aliquid, quanto: oportet tres esse motus; qualis, quanti, & loci

...undum autem ſubſtantiam non erit motus,quoniam ſubſtantiæ nihil eſt contrarium. Neq; ...rit motus ſecundum ad aliquid; quoniam contingit, quòd facta in altero relatiuorum mu... alterũ ſine mutatione mutetur: prout,mutato homine a parte dextera, quã teneat ad locum ...mnæ.contingit fieri columnã a parte ſiniſtra,nulla facta circa ipſam mutatione: vnde per acci... ...tũ mouentur,quæ ſe habent ad aliquid. Neque etiam patientis & agentis, aut mouentis & ... poteſt eſſe motus: quandoquidẽ motus non eſt ipſius motus, neq; generatio generationis,neq; ...late mutatio mutationis.ſiquidem duobus modis contingit dicere, quòd generatio ſit genera... ...is,& motus motus:aut quia motus ſit tanquam ſubiectum quod moueatur, prout homo ex al... ...m nigrum mouetur:ita autem ſequeretur,quòd motus calefieret, motus mutaret locum, & hu... ...di alia pateretur, quæ ſunt impoſſibilia: cum motus non ſit ſubiectum aliquod aptum hæc ... Aut alio modo dici poteſt, quòd motus ſit motus,quoniam quoddam aliud ſubiectum ex vna ...tione in aliam ſpeciem mutetur: quemadmodum homo mutatur ex ſanitate in ægritudinem. ...hoc non eſt poſſibile, niſi ſecundum accidens; in quantum ex vna mutatione ſubiectum conſe... ...ad aliam mutetur: per ſe autem id eſſe non poteſt. Nam omnis motus eſt mutatio ex alio in ... & ſimiliter generatio, & corruptio: præter quàm quòd hæ ex oppoſitis tali, aut tali modo ...non ſunt motus: ſequeretur igitur, quòd mutabitur id quod mutatur ex ſanitate in ægritu... ...ex hac mutatione in aliam. Vnde ſequetur, quòd cum quidpiam ægrotauerit, iam mu... ...in quamcunque mutationem: contingit enim quieſcere, & ſic mutationem eſſe factam. ...get non ſemper in quamcunque mutationem mutatum eſſe, quoniam modo in hanc, ...am; cum vbique non poſſit eſſe eodem tempore. Sed & illa redibit mutatio, ex qua ...adeo quòd ſanatio ſanationi erit oppoſita,in quam fiet mutatio. Verum id quidem con... ...eſt ſecundum accidens,veluti ex reminiſcentia mutari in obliuionem: quoniam illud,cui ...iniſcentia,mutetur in obliuionem:& ſic ex ſanitate in ægritudinem. Amplius erit abitio in... ...mutatio mutationis, & generatio generationis. Neceſſe igitur priorem fieri, ſi poſterior ...facta eſt: veluti ſi ſimplex generatio fiebat aliquando, etiam ſimpliciter factum fiebat: vnde ...erat ſimpliciter factum, ſed aliquid fiens, vel factum iam. Si igitur & hoc fiebat; cur non ...ando factum? quoniam autem infinitorum non eſt aliquod primum, non erit etiam primũ ...mutatione: quare neque conſequens; vnde nil fieri,moueri, aut mutari ſic poteſt. Amplius ...erit contrarius motus, & quies;& generatio, & corruptio:adeo quòd quod fieret, dum fit, ...corrumpitur: ſiquidem neque ſtatim eſt factum: quoniam in tempore fit; neque poſterius; ...eſſe oportet id quod corrumpitur, cum ſit mutatio mutationis: vnde nullo pacto erit id, ...ctum eſt, aut quod fit. Amplius ei quod fit, oportet ineſſe materiam, & aliquid mutari. ...m igitur materia (veluti corpus alterabile vel vt anima) erit motus,ipſum aliquid quod fiat? ...lius quid erit illud, in quod mutetur? oportet ſiquidem aliquid eſſe motum ex hoc in hoc ...tum. quomodo igitur hoc? non enim erit diſciplinatio diſciplinationis: neque generatio ge... ...nis in ipſo termino,ad quem motus habet terminari. Quamobrem,quoniam non ſubſtan... ...ipſorum ad aliquid,neque ipſius agere vel pati eſt motus,reliquum eſt dicere, quòd motus ...cundum quale,quantum, & ſecundum locum. Intelligitur autem ipſum quale, non id, quod ...ſubſtantia,& eſt differentia quale,ſed ipſum paſſiuum ſecundum quod dicitur res pati,aut eſſe ...ſſibilis.

...mobile dicitur tum id, quod omnino impoſſibile moueri: tum quod vix in multo tempore ...tur: tum quod tarde incipit moueri: tum quod natum eſt moueri, non poſſibile autem mo... ...vel quando, vel vbi, vel quomodo aptum eſt, & hoc ſolum inter ſignificata immobilium di... ...quieſcere.ſiquidem contraria eſt quies motui: vnde erit priuatio ſuſceptiui motus.

T E X T V S.

Tranſmutatur vero quod tranſmutatur,hoc quidem ſecundum accidens [a] *veluti cum dicimus muſicum ambulare: illud vero,eo quòd eius quippiam mutetur, ſimpliciter dicitur mutari, vt quæ ſecundum partem dicuntur. ſanatur namque corpus, quoniam oculus. Eſt præterea quod per ſe primum mouetur,& hoc eſt per ſe mobile.Eſt item de mouente quoque eodem modo.mouet namque quoddam per accidens, quoddam ſecundum partem, quoddam per ſe. Eſt rurſus aliquid,quod primo mouet:& eſt aliquid,quod mouetur. Item tempus,in quo,ac præterea ex quo, demum,& ad quod. formæ vero,paſſioneſque,ac locus,* [b] *ad quæ mouentur mota,ea immota ſunt, veluti ſcientia & calor.eſt vero motus,non caliditas,ſed calefactio.Mutatio autem non per accidens haud quaquam in omnibus eſt, ſed in contrarijs ac medijs,atque etiam in contradictione.cuius rei fides in inductione eſt. Mutatur autem quod mutatur,aut ex ſubiecto in ſubiectum,aut ex non ſubiecto in non ſubiectum, aut ex ſubiecto in non ſubiectum, aut ex non ſubiecto in ſubiectum, Aio autem ſubiectũ, quod affirmatione explanatur. Quare neceſſe eſt tres mutationes eſſe. illa enim,quæ ex non ſubiecto in non ſubiectum,non eſt mutatio. nec enim contraria,neque contradictio eſt,quia neque oppoſitio. Mutatio igitur ex non ſubiecto in ſubiectum ſecundum contradictionem,generatio eſt:* [c] *quæ quidem ſimpliciter ſimplex, quę vero cuiuſdã,quædam. at quæ de ſubiecto in nõ ſubiectum,corruptio: quæ ſimpliciter ſimplex,quæ cuiuſdam, quædam. Si itaque non ens multifariam dicitur,&*

tur, & nec quod secundum compositionem, aut diuisionem dicitur, moueri contingit. nec item quod secundum potentiam, quod oppositum est ei quidem, quod simpliciter est (non album enim aut non bonum contingit nihilominus secundum accidens moueri, esse namque homo potest non album) quod vero simpliciter non ens, id nequaquam. nam impossibile est non ens moueri. si igitur hoc, & generationem motum esse. fit enim non ens. nam etsi maxime secundum accidens fit,[a] *attamen verum est dicere de eo, quod simpliciter fit, quod non ens. Eodem modo igitur & quiescere. Hæc itaque omnia accidunt absurda, si quicquid mouetur in loco est, non ens vero in loco non est: esset enim vsquam. Nec corruptio igitur motus. siquidem motui motus aut quies contrarium est. corruptio vero generationi est contraria. At cum omnis motus mutatio quædam sit: mutationes vero tres, quæ dictæ sunt: harum vero, quæ secundum generationem, & corruptionem minime sit motus (sunt autem illæ secundum contradictionem) necesse ex subiecto in subiectum mutationem solam motũ esse. subiecta vero, aut contraria, aut media. nam & priuatio contrarium esse ponatur, quæ quidem & affirmatio declaratur, veluti nudũ, cæcum, & nigrum. Si igitur prædicamenta,*[c] *substantia qualitate, loco, facere, pati, ad aliquid, & quantitate diuidantur, tres esse motus necesse est, qualis, quanti, & loci. Secundum vero substatiam minime: propterea quòd substantiæ nihil contrarium*[f] *est. Nec eius quod ad aliquid. etenim altero mutato, verificatur alterum nullatenus mutatum. quare secundum accidens horum motus erit. Nec præterea agentis aut patientis, neque omnino moti ac mouentis: cum non sit motionis motus, nec generationis generatio, nec denique mutationis mutatio. Bifariam enim contingit motionis motum esse. nam aut tanquam subiecti, vt homo mouetur, quia ex albo in nigrum mouetur. quare sic etiam motus aut calefit, aut frigefit, aut loco transfertur, aut crescit. id uero impossibile est, cum motus non sit aliquod subiectorum. Aut eo quòd aliud quoddam subiectum ex mutatione in aliam speciem mutetur. vt homo ex morbo in sanitatem. At nec hoc possibile, præterquam per accidens (omnis namque motus in aliud ex alio mutatio est. & generatio item ac corruptio eodem modo. verumtamen quæ ex oppositis sic aut, non sunt motus: alioqui simul ex sanitate in morbum mutatur, atque ex ea ipsa mutatione in aliam. ... itaque quòd cum ægrotauerit, in quamuis mutatus erit: continget enim quiescere:*[g] *ac præterea non ... in quamcunque, & illa quoque ex aliquo in aliud quiddam erit. quare opposita erit conualescentia. ... ex accidenti, vt ex reminiscentia in obliuionem mutatur: quia id, cui inest quandoque in scientiam, quandoque in sanitatem mutatur. In infinitum præterea procedet, si mutationis mutatio, & generationis generatio fuerit. necesse igitur & priorem fore, si posterior fuerit. vt si simplex aliquando fiebat ... quoque quod fiebat, simpliciter fiebat. quare nondum erat quod simpliciter fiebat, sed quod ... aut quod iam fiebat. si igitur hoc etiam aliquando fiebat, cur nondum erat, quod tunc fiebat? cum ... tis non sit aliquid primum, non erit primum: quamobrem neque consequens erit. nec fieri igitur, nec moueri, nec mutari quicquã possibile est. Eiusdem præterea motus contrarius atque quies, generatioque & corruptio. quare quod fit, cum factum fuerit, quod fit, tunc corrumpitur. nec enim statim, cum fiat,*[h] *nec post ... esse opus est quod corrumpitur. Item necesse materiam subesse ei, quod fit, & mutatur. quę igitur erit, ... alterabile quiddam, aut corpus, aut anima, ita quiddam etiam eius, quod fit aut motus, aut generatio, & aliquid item ad hoc mouetur. nam opus est aliquid huius ex hoc in hoc, quod motus non est, esse motum. ... nam igitur modo? Non erit doctrina doctrinæ. quare neque generatio generationis. Cum vero neque substantiæ, nec ad aliquid, neque faciendi, ac patiendi, superest secundum quale, & quantũ, & vbi, motum duntaxat esse, quandoquidem in horum singulis contrarietas est. Quale autem dico, non quod in substantia (siquidem differentia quale*[i] *est) verum passiuum quale, quo dicitur res aut pati, aut impassibilis esse. Immobile autẽ est,*[k] *et quod omnino impossibile est moueri: et quod in multo tempore vix mouetur, aut quod ... de incipit. et quod natum quidem est moueri, non possit autem, quando natum est, et vbi, et quomodo ... quod sane inter immobilia solum uoco quiescere. contraria enim quies motui: quare priuatio erit susceptibilis.*

ADNOTATIONES.

HOc[a] *quidem secundum accidens.* Tres modos affert mutationis. Alius est secundum accidens, vt cum dicimus musicum ambulare. Alius secundum partem, veluti quod ... corpus propter oculũ qui factus sit sanus, & hoc Aristoteles appellat mutari simpliciter, sed non primo, sicuti est tertius modus; quando aliquid mouetur per se primo, vt in ... de motus deorsum. Et aduertendum a D. Thoma poni inter mutationem secundum accidens, quòd anima moueatur ad motum corporis: item quòd nauta ad motum nauis: cum tamen anima non sit accidens corpori, sed pars compositi: vnde non videtur apte dici, quòd anima mouetur secundum acidẽns ad motum corporis, nisi intelligatur istud moueri secundum accidens, ... quod est secundum aliud: nam & corpus sanari dicendum videtur per accidens, quia per aliud, ... sanitatem scilicet oculi quæ est pars ipsius corporis, sanetur. Est tamen hoc discrimen, quòd corpus mutari simpliciter potest; non autem anima per se moueri potest, nisi ad motum corporis. Videtur autem ideo aliquid dici simpliciter moueri ad motum partis, quoniam pars simpliciter pertineat ad ipsum totum. [b] *Formæ uero, passionesq; ac locus.* Ait species & passiones, & locum (ad quæ mouentur mota) esse res immotas. Vbi aduertendum a D. Thoma, & ab Alensi appone speciem ad ipsam generationem, de qua tamen nondum fuit sermo. In quinto aut libro Physicorum, ex quo præsens tractatio desumpta est, species ponitur, vt in ligno caliditas, vt pertinet ad qualitatem, sicut

D.Tho.

D.Tho.
Alens.

& hic exemplum de ſcientia ad ſpeciem pertinet: quam eſſe non ſubſtantialem, ſed ſecundum … paſsiuam aduertit Ariſtoteles in calce huius capitis. Per *paſſiones* autem intelligũtur, vt … *per locum*, motus localis: reticetur motus ſecundum quantum, qui pertinet ad augmentum & decrementum: de quo tamen in loco citato Phyſicorum fit mentio, & reduci poſſet ad locũ: … augmentum, & decrementum locum inſinuent.[c] *Generatio eſt quæ quidem ſimpliciter ſimplex, … cuiuſdam quædam*. D. Thomas per generationem ſecundum quid, intelligit, vt ex non albo in album mutatio: ſimpliciter autem generationem intelligit, vt ex non animali fieri animal: & ijs … pondent ſubinducta ab Ariſtotele, quòd non ens per accidens dicitur moueri, non autem quòd … pliciter eſt non ens, quo denotatur priuatio ſubſtantię.[d] *Nam et ſi maxime ſecundum accidens ſit.* Concedit poſſe dici non ens moueri; ſed ſecundum accidens; quoniam accidat ſubſtãtię eſſe, vt puta non album: & ita dicetur non ens moueri; cum tamen non poſſit dici, quòd moueatur aliquid, … ſit ens Ex quo colligitur, generationem, & corruptionem non comprehendi in definitione motus, quando motus ſupponitur eſſe actus entis. Vnde oportet, vt quatenus eſt in actu res, dicatur …, quod non contingit in generatione: per quam innuitur non eſſe, quod generandum eſt. … autem modos commemorat Ariſtoteles hoc loco ipſius non entis: tum ſecundum falſum, … dependet ab ipſa compoſitione, vel diuiſione facta in anima non eo modo vt ſe habent res, … git non ens vt falſum) tum ſecundum potentiam, quod dicitur eſſe non ens, quia actu nõ … opponitur enti ſimpliciter. quod eſt illud, quod actu eſt. Reticetur autem hoc loco non … negatur ſimpliciter ens: ſicuti non homo, non tricubitum, & huiuſmodi: de quo tamen … non entis, præter duos prædictos modos, eſt mentio in lib. 14 apud nos 12. cap. 12.[e] *Si … dicamenta, ſubſtãtia*. Affert diuiſionem prædicamentotum, vt colligat in quibus nam ſit … enumerat ſubſtantiam, quantum, quale, ad aliquid, agere & pati: reticet tum ipſum quando poſſit reduci ſub quanto: tum ſitum eſſe, & habere, quæ ad ipſum ad aliquid reuo… … prædicamento ad aliquid non vult competere motum, licet ſit prædicamentum rerum … habitudinem concernens, vt dictum eſt ſupra.[f] *Subſtantiæ nihil contrarium eſt*. Dubitat D. Thomas hoc loco quoniam ignis aquæ apparet contrarius: & in lib. de Cœlo habetur, quòd … corpus cœleſte nõ habet contrarietatem, ideo eſt incorruptibile: alia, quoniam habet cõ… ſunt corruptibilia. Et affert huic dubitationi ſolutionem prius quorumdam dicentium, … ſubſtantiæ compoſitæ nihil eſt contrarium, quoniam oportet contrariorum eſſe vnum …; verumtamen formæ ſubſtantiali nil prohibere quòd ſit cõtrarium: vt calori, qui eſt for… ſtantialis ignis. Quod dictum improbat D. Thomas, quoniam forma ſubſtantialis non eſt D.Tho. … per ſe, vt calor: addens pretera, quòd quoniam calor & frigus in alijs ſunt accidentia; ideo … ſunt eſſe in genere ſubſtantię; cum id quod eſt accidens alicui, non poſſit eſſe ſubſtantia in … Adducit etiam aliorum opinionem aſſerentium quòd calor & frigus non ſunt formæ ſubſtan… ignis & aquæ: ſupponunt autem alias formas ſubſtantiales horum, & multorum, & eſſe con… inter ſe, & recipere magis & minus; quaſi formas medias inter ſubſtantiam & accidẽs. Quo… … ſententiam reprehendit ob id, quoniam cum forma ſit principium ſpecierum, ſi formę … & aquæ non ſunt vere ſubſtantiales, neque ignis & aqua erunt veræ ſpecies ſubſtantiæ. Vnde … dit, impoſſibile eſſe quòd inter ſubſtantiam & accidens detur medium, cum hæc ſint extre… … circo ipſe inquit, formas ſubſtantiales non eſſe contrarias; quoniam contraria ſunt extrema … cuiuſdam determinatæ ſubſtantiæ, & quodam modo continuæ: cum ſit motus de vno contrario in aliud. hinc in numeris non eſſe contrarietatem; quoniam non continuatione, ſed appoſitione eſt in ipſis diſtantia. Deinde, quaſi addubitãs ex aduerſo, inquit: ſi forma principium eſt differentiæ, & formæ ſubſtantiales non ſunt inuicem contrariæ, ergo neque contrarietas erit in differentijs; quod eſt contra determinata in lib. 10. Atque ideo dicit, formam ſubſtantialem in ſe conſideratam conſtituere ſpeciem in genere ſubſtantiæ: vt autem forma habet ſibi intellectam priuationem alterius formæ, ſic diuerſæ formæ ſunt contrariarum differentiarum principia: & ſic opponuntur inuicem animatum inanimatum, rationale & irrationale. Verum quòd ſubſtantię nihil contrarium, determinatum eſt quoque in prædicamentis: & deduxit etiam Ariſtoteles in initio … 14 apud nos 12. vt ſit veriſſimum, quòd ſubſtantiæ tali compoſitæ, vt compoſita eſt, nihil eſt contrarium. Nihil autem prohibet, ſubſtantiam huiuſmodi habere formam contrarietatis parti…pem; & hinc ſequi corruptionem in ſubſtantia, vbi adeſt talis contrarietas. Et ſi conſiderentur ſubſtantiæ compoſitæ; vt homo, planta, & alia miſta ex elementis, quæ ſibi inuicem contraria ſunt in qualitatibus; hinc dicendum quòd patiuntur corruptionem, (iuxta pugnam dictarum contrariarũ qualitatum) etiam ſubſtantiæ ex ijs compoſitæ. Quòd autem attinet ad huiuſmodi formas, quales ſunt rationale & irrationale, quando ex non ente fit ens, ſic habent oppoſitam differentiam, cũ fiat rationale ex non rationali, & animatum ex non animato; & harum contrarietas dici poteſt ſecundũ generationem, & non ſecundum motum. De calore autem in igne, & frigore in aqua, vt dictum eſt alibi, nil prohibet, quin ſint formæ ſubſtantiales horum elementorum: licet in alijs, vt in miſtis ſint accidentia; cũ non ſint ſub ea forma in miſtis, qua ſunt in elementis.[g] *Continget enim quieſcere.* Et ita mutatio in quãcunque mutationem terminabitur: & cum ſubiungitur: *Et non ſemper in quã… cunq;*, hoc etiam ſequitur: quoniam modo in hanc, modo in illam fieret mutatio: & ita non ſemper in quam-

D.Tho.

non semper tamen, nec ex necessitate, nec utplurimum. Quid itaq; accidens sit, dictum est [illegible] huiuscemodi sciẽtia, patet. omnis namque scientia eius est, quod semper, aut plurimum est. ac[illegible] neutro horum est. Quòd autem entis secundum accidens non sint causæ[e], & principia tal[illegible] entis, manifestum est. essent enim omnia ex necessitate. nam si hoc existente, hoc erit, & h[illegible] ut contingit, sed ex necessitate) illud quoq; ex necessitate erit, cuius hoc causa erat, usq; ad ultima[illegible] causatum. hoc uero secundum accidens erat. quare ex necessitate omnia erunt, & de entium [illegible] quod ad utrumlibet se habet, tum ipsum contingere & fieri & non fieri. At & si causa non [illegible] ea, quæ fit, supponatur, eadem accident. omne namque ex necessitate fiet: etenim crastina eclipsis fiet [illegible] fiat. hoc uero, si aliud quiddam. & hoc, si aliud. & hoc itaque modo, si ab eo tempore f[illegible] usque cras, dematur tempus, deueniet aliquando ad existens. quare cum hoc sit, cuncta, quæ sequuntur, [illegible] necessitate profectò fient. vnde ex necessitate omnia fient. Quoddam autem ut uerum,[f] et non sec[illegible] cidens est ens, quod est in mentis complexione, & passio in ea. quare circa illud quod ita est ens, non qu[illegible] tur principia: uerum circa id, quod extra & separabile ens est. Quoddam uero non necessarium, [illegible] tum. dico autem quod secundum accidens est. huius vero inordinatæ & infinitæ causæ sunt. Ipsum [illegible] cuius gratia in eis est, quæ a natura, aut a mente fiunt. Fortuna uero est, cum aliquid horum secund[illegible] cidens fiat. quemadmodum enim & ens quoddam per se, quoddam secundum accidens est, ita et [illegible] tuna uero secundum accidens causa est in eis, quæ secundum electionem alicuius gratia sunt [illegible] idem fortuna et mens. electio namque absente mente non est. Causæ uero, quibus ea fiant, [illegible] indeterminatæ sunt, quare humanæ cogitationi incertæ[h] sunt, et causa per accidens est simpl[illegible] lius. Bona uero fortuna et mala dicitur, cum bonum aliquod, aut malum euenerit. [illegible] fortunium circa magnitudines horum. Cum autem nihil secundum accidens prius his sit, quæ secund[illegible] sunt, nec igitur causæ. Si itaque fortuna, aut casus cæli causa est, prior, mens et natura causa erit.

ARGUMENTUM LIBRI DECIMIQUARTI AL. ORD. XII. PRIMAE PHILOSOPHIAE ARIST.

Alex. ALEXANDER in commentario huius libri, cui etiam consentiunt scholia Philoponi, [illegible] libro agi de primo atque immobili principio; propter quod omnis hęc est tradi[illegible]. Sed quoniam principium dicitur multis modis (nam & materia, & forma, & pri[illegible] nuncupatur) ideo inquit de his primo esse sermonẽ; tum vt ab ijs principijs di[illegible] n-cipium immobile tanquam ab his longe diuersum: tum, vt ex hac tractatione [illegible] & causarum, dissoluatur quęstio mota in libris præcedentibus, num omnium e[illegible] pia, & causæ. Idem in 2. commentario supponit quæri in hoc libro elementa sub[illegible] sibilis, tam corruptibilis, quàm æternæ: inquiens quòd vt animalium, & [illegible] esse materia ipsis subiecta intelligitur; sic sphærarum, stellarumque elementum est ipsum subie[illegible] idest q[illegible] tum corpus. Sed & in progressu suarum enarrationum, pręter primum principium rebus omnib[illegible] commun[illegible]

Alens. buit etiam inhærentem cœlo animam, vnde moueatur. Alensis vero ita præsentem librum exorditu[r]. P[illegible] Aristoteles in libro præcedenti nonnulla collegit tradita in libris huius scientiæ, & quędam alia ex po[illegible] a-ctationibus: hic modo intendit agere de substantia immobili: simul autem rememoratur quędam ia[illegible] ca principia rerum naturalium. Idem supponit in hoc libro inquiri elementa ęternę substantiæ se[illegible] us

D.Tho. cœli: quatenus substantiæ abstractę cœlestibus orbibus inhærentes inquiruntur. D. Thomas ait, phi[illegible] in-tendere in hoc libro recolligere, quæ dicta sunt de ente simpliciter: idest, de substantia tã in 7. & in 8. huius,

Vic.Mer. etiam in lib. 1. Physicorum, & addere id, quod deest ad complendam considerationem de substantijs. Vicome[r]-tus, omissa prima parte huius libri, in qua agitur de principijs rerum naturalium corruptibiliũ, & ad [illegible] tantummodo immobilis immaterialisq; substantię suos contexens commentarios, vniuersam hãc contempl[illegible] m ad quinque capita redegit: nempe ad hęc. Num sint diuinę mentes nec ne: quæ nam, & quales sint. Q[illegible] Quid agant. Et num mundũ administrent. Ante omnia autem ait repeti doctrinam traditã de principijs [illegible] obnoxiæ ortui, & interitui. Quapropter ex ijs quæ recensuimus, apparet vnum Alexandrum, inter hos in[illegible] tes, causam assignasse, propter quam in hoc lib. agatur de principijs rerum sensibilium; nempe, vt hinc [illegible] tur (vt ipse ait) aliud ab huiusmodi principijs esse primum mouens immobile: & simul fiat satis ei quæsti[illegible] rerum omnium eadem sint principiã & causę. Et huic quidem Alexandri sententię, consentiens quodammodo esse vide-

Auer. tur Auerrois opinio: qui ait, agi in hoc libro primaria intentione de principijs substantię incorruptibilis per reme-morationem autem eorum, quæ tradita sunt in philosophia naturali, tractari etiam de principijs substantiæ corru-ptibilis: de quibus etiã (inquit) actum est, in primo, & secundo tractatu huius philosophię secundum suam parti[illegible] nem: idest, in lib. 7. & 8. Verum aduersum horum omnium sententias, instat scopus, quem sibi propositum [illegible] hac suprema scientia aperte Aristoteles significauit. Veluti, dum in lib. 1. in initio cap. 3. ita enunciauit. *[illegible] esse, quòd oportet accipere scientiam primarum causarum; quoniam tunc scire putamus vnumquodq; cũ causam primam co-gnoscimus.* Ex quo etiam factum est, vt in eodem libro generatim species causarum inuestigauerit: & perpendens antiquorum sententias circa veritatis indaginem, statuerit, quot nam, & quæ sint genera causarum; nem[illegible] ab efficiente, materiali, formali, & finali causa contineri: pro vt de ipsis iam explicauerat in lib. Physico[r]ũ. R[illegible] in lib. 4. cap. 2. hunc prædictũ scopum magis etiam dearticulate insinuauit inquiens. *Necesse esse vt philosophu[m]* [illegible] mum hinc atq; supremum Philosophum intelligens) *inquirat causas, & principia substantiæ.* Quod & explicatiu[s]

patet[illegible]

[illegible] initio huius libri dũ ait. *Præsens contemplatio est de substantia, quoniam principia & causæ substantiæ inquiruntur.* [illegible] hoc autē munus explicādi primas causas, quæ concernũt substantiā, pertinet ad hanc scientiam, quæ considerat ens in quātum ens: vnde & in initio libri. 6. scriptum est. *Entium principia & causæ quæruntur; manifestum autem quatenus entia sunt.* Verum, cum ens in genere sumptum nomen tantummodo referat, & nullam per se [illegible] notionem; nisi quatenus huic vel illi generi rerum sit applicitum, vnde sic euadit genus analogum, dicitur [illegible] ad vnam naturam primam, atque præcipuam, quæ est substantia: hinc fit (cum reliqua genera prædicamentorum ad substantiam; tanquam omnibus communem naturam reuocentur, vt explicatum est in lib. 4. cap. 2.) vt inquirere causas primas, & principia assignare substantiæ; sit idem quod entium, quatenus sunt entia; principia & causas explicare. Vnde in hoc libro cap. 4. manifestum fit, quòd principia substantiæ, sunt etiam omnium accidentium principia: cum hęc a substantia dependeant. Itaq; ex his deducitur, præcipuum scopum huius primæ philosophiæ in hoc situm esse: vt principia, & causæ substantiæ, & consequenter rerum omnium afferantur. Alicubi ergo hic scopus exequendus erat. Atqui nullibi id præstatur, nisi in hoc libro, quem postremum cōstituimus huius operis: vt parebit ex ijs quæ subinferentur; quare concludendum est, hic de primis principijs substantiæ, seu rerũ omnium quarum sint principia, ex proposito tractari, & in hoc ipso munus potissimum absolui huius supremæ scientiæ. Non quòd, vt supponunt aliqui (inter quos & Auerroes) in lib. 7. & 8. de principijs substantiarum corruptibilium sit; dicimus in eo facto propositum scopum non absolui; tractari quidem in illis libris consentimus de materia & de forma, quæ sane sunt elementa substantiarum sensibilium; sed ea ibi eatenus considerari dicimus, quatenus vtraque harum, ad constituendam substantiam sensibilem, seu entitatem & essentiam huiusmodi substantiarum sensibilium conueniunt, & quid vna, & quid altera ipsarum ad hoc conferat ita in genere & abstracte [illegible]. At non in illis libris in vniuersum exponitur quæ nam, & quot sint prima principia, seu causæ, & elementa vniuersi: quod perfici asserimus tantummodo in hoc postremo libro. Et hunc quidem in modum, [illegible] ponitur vniuersum tanquam substantia quædam composita, cuius principia inuestigantur & assignantur. [illegible] sub ratione vniuersi hæc consideratio habeatur, colligitur præsertim ex ijs, quæ habet Aristoteles, [illegible] huius libri; tum in calce eiusdem. Etenim in principio hæc habet. *Etenim siue vt totum aliquid vniuersum, substantia prima pars est.* In fine vero libri de vniuerso hunc in modum habet mentionem. *Qui vero [illegible] numerum primum; atque ita semper aliam assignant substantiam, ac aliæ cuiusque principia, inconspicuam substantiam faciunt.* Ita autem vniuersum proponitur considerandum; vt primo quidem sub ratione [illegible] corruptibilis, tanquam nobis manifestissimæ, explicentur, tradanturquè prima elementa substantiarum corruptibilium interna, ex quibus constituuntur in natura entium & substantiarum: suntque materia & forma; [illegible] adiungitur priuatio: & quæ sint prima in genere afferuntur: dum pro prima forma corruptibilium, [illegible] calidum, & pro prima priuatione, frigidum; & pro materia id, quod ad vtrumque est aptum & potentia [illegible] consequenter ad hæc prima elementa assignantur in genere, quæ ijs sunt posteriora: nempe, anima pro stirpibus, & animalibus: pro homine autem; intellectus & corpus: pro rebus autem inanimatis, appetitus: ex his enim partim ex materia, & partim ex forma; omnia hæc generabilia constituuntur. Et de his [illegible] ratio facta, tum in cap. 4. tum in initio cap. 5. huius libri. Ad hęc causæ quoque externæ vniuersi assignantur [illegible] penes eandem substantiam corruptibilem: nempe, tum mouens particulare, sicuti homo hominē generat: [illegible] ipsum corpus cœleste; a quo regitur virtus, qua constituuntur, & subsistunt hæc generabilia. Præterea [illegible] omnium causarum, assignatur omnium primum mouēs; quod deinde immobile vndequaque esse [illegible]. Accedit, quòd dum patefit, primam omnium causam esse mouentem sub ratione causæ finalis: sic & primum [illegible] hoc vniuersum, iuxta causam finalem ab ipso tamen extrinsecam, non constitutiuam substantię, vt materia & forma, assignari dicendum est: nec non causam etiam finalem ad intimam vniuersi naturam spectantem [illegible] dum exponitur ordo, in quo consistit bonum vniuersi; adeo vt propter ipsum ordinem consistat & [illegible] mundus. Hunc igitur in modum exponi dicimus principia, tum intrinseca, tum extrinseca huius vniuersi [illegible] ratione substantiæ compositæ eiusdemque corruptibilis explicari. Vnde omnium rerum in genere notitia [illegible] in hoc libro, tanquam in fastigio totius philosophiæ, asserendum est. Nam quorum assignantur principia [illegible] sub ratione entis, hinc accipi haud dubitandum est. Similiter & principiorum cognitio per [illegible] quæ sint, & quomodo se habeant explicantur. Substantiarum autem corruptibilium supponimus tradi principia, tum interna, quæ enumerauimus, & concernunt materiam, & formam: tũ extrinseca; & sunt [illegible] particularis, tum vniuersalis in cœlo consistens: tum principia orbium cœlestium, quę substantiæ abstractæ; tum denique primum omnium mouens. Nam cum hinc, nec non a substantijs abstractis, quæ [illegible] lationibus orbium, cœlestes orbes dependeant; atque regantur; consequenter & mundus hic inferior qui [illegible] lationibus est contiguus, ab ijsdem principijs pendere dicitur. Substantiæ vero sensibilis & incorruptibilis [illegible] supponitur esse cœlum, non afferuntur principia interna: nempe elementa, ex quibus constituatur [illegible]. Quandoquidem (vt scriptum reliquit Aristoteles in lib. 14. apud nos 12. cap. 1.) eius subiectum quæ sit [illegible] elementa, ex quibus, vt inexistentibus constituatur. Vnde & in libris de Cœlo de eius atq; substantia, vtique non alia quàm huiusmodi assignantur. Videlicet, quòd cœlum non sit graue non leue, quod non alterabile, non generabile, aut aliæ mutationi corruptiuæ obnoxium: sed naturam quidem supponitur habere, & substantiam mutabilem secundum locum; quod etiam in hoc libro paucis aperitur: & quodam modo [illegible] eius immortalitas insinuatur, dum ostenditur cœlum esse illud ens sensibile, quod a primo immobili pendet immediate: adeo vt æternum mobile semper motum sit censendum; vti illud, quod ab ęterno motore [illegible]tur. De ipso vero immobili principio (vt homini licet) fit explicatio, quatenus principium est: a quo cœlum, [illegible] pendet: eiusque simul diuinissima natura, quomodo se habeat, exponitur: vt hine concludendum sit, pręcipuam inter omnia hanc esse cognitionem, quæ de Deo Opt. Max. omnium principio hic traditur: vt iure [illegible] propterea philosophia hæc prima, theologia fuerit appellanda; cui & sapientię nomen conuenit: cum tamen supponamus, vniuersum sub ratione substantiæ compositæ esse subiectum huius supræme scientię; cuius principia fuerint assignanda, vt eius naturam, & ordinis rationem consequeremur: existente tamen tanquam nobilissima totius huius contemplationis illa notitia, quæ de primo principio traditur. Et hęc quidem de principijs [illegible] ratio, quo ad vniuersum, in hoc postremo libro erat tradenda, post explosas aliorum philosophorum opiniones [illegible] tuentium rerum omnium principia esse, aut entia mathematica, aut Ideas, & numeros simul. Ex dictis autem [illegible] igitur, longe alia & diuersa ratione agi in Physicis de principijs & rerũ elementis. Nã præterquam quòd ibi cō[illegible] erantur vt motum concernunt, & non secundum naturam entis vel substantię; vt considerantur in hoc libro; accedit præterea quòd ibi non vniuersę causæ afferuntur vniuersi tam externæ, quàm internæ: neque quæ sint absolute prima elementa & principia assignatur; neque iuxta aliorum omnium philosophorum penes omnia entia tam mobilia, quàm immobilia statuentiũ principia traduntur, quæ in Physicis habentur: quemadmodum in hoc libro, post explosas aliorum omnium sententias circa rerum omnium principia, tractari de principijs primis & causis seu elementis animaduertimus. Quòd si quis ex eo quòd iam constitutum est, tradi hic principia & causas rerum, argueret hanc igitur esse scientiam demonstratiuam, quoniam scire per demonstrationem, sit cognoscere causas

Auer.


rerũ, propter quas sint: ad hoc dicimus, negantes haberi hic scientiam demonstratiuam, qua solen[illegible] utuntur: idque quoniam (excepto primo principio, de quo distincta hic traditur explicatio [illegible] nobis) alia deinde principia in genere traduntur: distincta vero rerum naturalium, aut math[illegible] tio scientijs eisdem relinquitur, quibus distincte causas tradere singularum specierum incumb[illegible] demonstrationes proprias texere circa proprias cuiusque subiecti passiones: quas tamen [illegible] nisi ad normam huius primæ philosophiæ probe astruent. Quandoquidem ex definitioni[illegible] stituuntur demonstratiui: definitionum autem constituendarum ratio ab hac philosophia p[illegible] est; cum hinc pendeat doctrina tradita in Analyt. circa methodum demonstrandi atq; definiendi & ea [illegible] titia, qua dignoscitur, quomodo partes materiales sint illæ, quę ob formã, quæ præbet esse [illegible] stituendæ, vt de illis ratio formalis assignetur, atque ita demonstrentur; nec non & aliæ, quę, vt propria, [illegible] naturam consequuntur. Sed & percontari iure quispiam poterit hoc loco: quomodo tres [illegible] partes, [illegible] uidi hoc opus constituimus, sint & inter se distinctę, & simul coeant in hanc communẽ de principijs & [illegible] stantiæ speculationem; quam in hoc libro absolui asserimus. Ad hanc igitur dubitationem respondem[illegible] tes, prędictas illas partes tres, quę tractatu, tum substantiæ rerum naturalium, tum immobilium iuxta ideas, [illegible] ros, & magnitudines mathematicas, tum substantiæ penitus immaterialis atque immobilis continentur, [illegible] nes conuenire, quòd in singulis hisce tractationibus, entis atque substantię generalis habetur speculatio. [illegible] inuicem postea distingui dicimus: quatenus de substantia sensibili, a qua, vt nobis notiori, exordium sumitur, [illegible] pria exponitur natura & essentia: dum statuitur ipsam motui obnoxiam esse, & materiam sibi adiunctam habere ne qua forma in sensibilibus substãtijs non subsisteret: ita tamẽ vt materia potentiam contineat, forma [illegible] ex quo substantiarum naturalium pendet quiditas: etenim hunc in modum in lib. 7. & 8. & 9. absoluta e[illegible] contem platio essentiæ, seu sensibilis substantiæ, iuxta entis & substantię considerationem; vt hinc sit manifestum [illegible] do substantia naturalis se habeat in genere entitatis. Mox vero in secunda parte huius operis patefac[illegible] disputatione, erroneam omnino eorum esse opinionem, qui ideas vel numeros, substantias separatas asserue[illegible] & entia mathematica, ipsas magnitudines continuas, media inter ideas, & sensibilia, easdemque substantias [illegible] dam esse constituerunt; adeo vt ex horum dogmatum examine, atque perscrutatione sit deductũ ideas [illegible] ri iuxta modum eas ponentium: numeros autem nil aliud quàm ordinem quendam esse ab anima excogi[illegible] ipsas quoque magnitudines non proprie per se ipsas subsistere, neque esse substantias: sed in solis sensib[illegible] ueniri, abstractione autem a Mathematicis considerari, vt ita quę sit entitas mathematicarum magnitud[illegible] rit explicatum. Consequenter supposita substantia immobili, & penitus ab omni materia abiuncta, ex[illegible] ne entitatis, quę pertinet ad substantiam naturalem, quę motui atque materiæ adiuncta est, cuius [illegible] immaterialis substantiæ entitas atque natura, quodammodo ex traditis circa naturam sensibilis sub[illegible] gi significatum est: dum ex traditis circa naturam sensibilis substantiæ, intelligi potuit quòd essen[illegible] substantię nullum motum, nullamve materiam concernit: sed sua natura ab his sensibilibus est [illegible] & non secundum abstractionem separata, vt sunt entia mathematica. Hinc, cum ex substantijs [illegible] nifestæ, solæ sensibiles existant; hę vero omnes sub hoc pariter sensibili vniuerso comprehendan[illegible] uersum pendeat a substantia prima, quæ immobilis atque penitus est immaterialis: consequenter [illegible] vniuersum de substantia considerationem in hac tractatione optima ratione fuisse conclusam [illegible] sensibilis, quot & quę eius sint elementa, & principia explicatum est; & simul tradita est notitia principi[illegible] præsertim illius potissimi, a quo pendent entia, vt ita, sub ratione principij, & alterius substantiæ non [illegible] qualis sit eius natura, quantũ fas est nobis, fuerit explicatum. Et hęc sint satis quo ad methodum in hoc [illegible] tam & obseruatam. Quę vero in eo tractantur vt paucis colligamus, sunt hæc. In primis enim eleme[illegible] nantur, quæ ad constitutionem substantiæ sensibilis exiguuntur, quot nam, & qualia sint, & quę sint prima. & quomodo rerum omnium corruptibilium eadem sint principia & elementa, & quomodo non sint eadem [illegible]. Ad hęc quomodo externa causa efficiens, tum particularis pro quaque specie generanda concurrat, tum vniuersalis, ipsa cœlestis, & primum omnium principium mouens immobile. Mox aperitur dari hoc principium [illegible] substantiam immobilem, & ab omni materia seiunctam, & æternam; a qua, sub ratione finis amati & desiderati, docetur pendere cœlum, & naturam: quod partim ex speculationibus habitis in philosophia natural[illegible] partim ex theorematibus in hac scientia constitutis confirmatur. Et huius quidem primi princi[illegible] natura (quantum humano captui licet de ea cogitare) explicatur. Deinde vero ostenditur plures esse huiusmodi immobiles & immateriales substãtias, quæ singulæ singulis prędident sphærarũ lationibus: quarum etiam numerus [illegible] xta nonnullorum astrologorum placita innuitur, non autem vt certus statuitur. Simulque patefit, [illegible] esse posse; ex quo consequenter deducitur, & vnum tantum primum motorem esse debere. Ad hęc nonnul[illegible] rentes difficultates circa actum intelligendi ipsius primæ omnium causæ dissoluuntur: bonique & opt[illegible] ratio manifestatur, quę pertinet ad statum vniuersi. Postremo Aristoteles epilogo quodam breuissimo absurda perstringit consequentia ad aliorum dogmata, circa principia entium ab illis constituta: a quibus absurdis quomodo liberi esse possimus edocet, hinc sua placita magis confirmans iam antea tradita in hac philosophia: quam claudit hac conclusione: Quòd non est bonus plurium principatus: vnus est princeps.

IN LI-

IN LIBRVM DECIMVMQVARTVM ALIO ORD. XII.

[...]stantia tanquam potissimi entis esse contemplationem, ut eius principia et causæ assignentur. Cap. I.

PARAPHRASIS.



E substantia est præsens contemplatio, cum substãtiarum principia, & causæ inquirantur. Et iure quidem, inter omnia entia, hanc sibi præcipue vendicat substantia contemplationem. Quandoquidem, siue vniuersum sit tanquam quoddam totum ex pluribus partibus cõflatum, prima eius atque potissima pars est substantia: siue sit etiam vt constans ex his, quæ se habent consequenter; & hoc modo quoque primas tenet substantia in ambitu vniuersi. Deinde sequitur id, quod est quale, aut quãtum, & aliud eiusmodi. Quin iuxta perfecti entis acceptionem (simpliciter loquendo) alia quæ non sunt substantiæ, neque inter entia censenda sunt; sed qualitates dicentur, aut motus: sicuti etiam dicimus non album id, quod non [...] non rectum id quod non est rectum: tanquam & accidentia sint huiusmodi, nempe [...]ad substantiam referantur. Accedit quòd nil aliorum est separabile, vt possint esse sine [...] sola autem substantia est separabilis. Vnde iure de substantia nostra debet esse inquisitio [...] contemplatio. Quod etiam comprobatur ex antiquorum phylosophorum testimonio. Qui qui[...] substantiæ principia, & elementa, & causas inquirebant: quamquam in hac perscrutatione non [...] omnes, sed diuersam sequuti sint philosophandi rationem. Nã huius ætatis homines vni[...] magis substantias esse statuerunt: siquidem genera sunt vniuersalia, quæ ipsi prædicant ma[...] principia, atque substantias: vt qui logice, & per communia veritatem inquirant. Antiquio[...] philosophi singularia substantias esse dixerunt; veluti ignem, & terram: non autem ali[...] commune, & genericum corpus.

TEXTVS.

[S]peculatio. [a] de substantia est. siquidem substantiarum principia, & causæ quæruntur. ¶ *Etenim, si vt totum aliquid vniuersum [b] est, substantia prima pars est. et si ex consequenti, hoc quoque modo primum est substantia, deinde quale, postea quantum.* ¶ *At simul (vt ita dicam) nec entia sunt ista simpliciter, verum qualitates, et motus, quemadmodum non album, & non rectum, dici[...]que hæc quoque esse: [c] veluti est non album. Preterea, ceterorum nullum separabile [d] est: At hoc [...] testantur Antiquiores, quippequi principia, elementa, et causas substantiæ quærebant.* ¶ *Recen[...]vero vniuersalia magis [e] ponunt esse substantias: genera namque vniuersalia sunt quæ asserunt magis [...] atque substantias esse, propterea quòd logice quærunt. Antiquiores vero singularia, vt ignem et [...] non autem corpus commune.*

ADNOTATIONES.

[S]peculatio. [a] de substantia est. Contemplari res possumus per historiam, eas vt se habent explicando, vt fit in lib. de Histo. Animalium. Possumus etiam easdem contemplari, earum causas atque principia scrutando, & explicãdo, quod etiam est magis præcipuum genus contemplandi. siquidem hunc in modum sciẽtia acquiritur de rebus; dum earum causas [&] principia cognoscimus: quando scire, ex communi hominum consensu, est rerum causas cognoscere. Vnde infert hoc loco Aristoteles, ideo hic esse de substantia contemplationem, quoniam substantiæ principia, & causæ inquiruntur: quod quidem pertinet ad præcipuum huius scientiæ scopũ [qu]od & antea in lib. 4. cap. 2. idem philosophus innuerat: dum dixit: *quare, si hoc est substantia, substantiarum igitur principia et causas oportet philosophũ habere.* Ad hanc autẽ scientiam pertinet hæc cõtẽplatio, cum ens, vt est ens speculetur; entis autẽ potissima pars est substantia, a qua alia entia depẽdent, vt per eam & subsistant, & exacte dignoscãtur. Quemadmodum in eodem lib. nuper citato, & in 7. quoque cumulatius Aristoteles patefecit. Ideo & Alexander hoc loco ait: quòd qui substantiæ principia, & causas inquirit, etiam substantiam inquirit: sicuti qui quærit causam defectus luminis in luna, ipsum defectum indagat. Quòd autem primo dicat in vnius numero, substantiæ esse contemplationem: & postea in plurium numero subiungat. *Quoniam substantiarum principia* Alex.

 & cau-

Suess. *& causa inquiruntur*: & hinc Suessanus velit idcirco mutatam esse numeri locutionem … intentio est de substantijs pluribus vnitate tamen analogiæ inquirere, hæc videtur nimis … animaduersio; cum hoc typo loquendi vsus fuerit etiam Aristoteles in loco … dixit: *Quòd si hoc substantia est, oportet profectò vt substantiarum principia & causas …* Quòd si causæ sunt habendæ substantiarum, vtique id ad primam substantiam nequit … huius nõ sint principia, aut causæ; sed ipsa sit omnium principium. Atque ideo dicimus, … quòd substantia in vnius numero, aut plurium sit prolata: quoniam in numero singulari … rari potest, & accipi substantia in genere: in plurium vero numero significatio refert … rias species sensibilium substantiarum, quarum principia causæ, & elementa hic inqu… signabuntur sub communi ipsius vniuersi consideratione. [b] *Etenim, si vt totum aliquid … vniuersum est.* Redditur ratio, cur de substantia debeat esse contemplatio, & inquiri debeant eius principia: … nempe. Quoniam scilicet, quòd primum est in quoq; genere, id primo quæque scientia debet considerare: quod in lib. 4. assumptum fuit inductione ex diuersis scientijs deductum. Quòd … stantia inter entia primum locum teneat, vt hic supponitur; & quòd alia in eius comparatione … tanquam non entia, explicatum & constitutum est in initio lib. 7. vbi sicuti & in hoc loco dic… substantiam esse primum ens, & subiungitur ibi; *et simpliciter ens*; idest perfecto modo, & num … omnibus absolutum ens. Alia vero, in comparatione substantiæ, esse simpliciter non en… in quo … intendimus, vocem hanc *simpliciter*, quę græcè dicitur ἁπλῶς, hoc in loco ita accipi … sit … falis ad hunc sensum, quatenus scilicet omnia, quæ ad perfectionem entis pertinent, in substantia continentur; & ideo ipsa simpliciter est ens; nempe perfectum ens: adeo vt alia prædicamenta comparata ad hãc substantiæ & simpliciter entis perfectionem, non sint entia. Aliquando autem … vox, *simpliciter*, accipitur secundum modum quidem vniuersalem absque tamen significatione perfectionis, iuxta quandam communem nuncupationem, quæ omnibus conueniat in aliquo g… Quemadmodum in lib. præcedenti in initio cap. 7. in hoc significato accepta est dum ibi, *cum autem simpliciter ens pluribus esse modis dicatur, quorum vnus est qui secundum accidens …esse*. Vbi apparet, ipsi quoque enti per accidens accepto, accommodari huius dictionis … significatũ, secundũ appellationem omnibus entiũ generibus cõmunem. Vnde dicimus … dentia considerata simpliciter secundũ perfectionẽ entis, sunt non entia: quia non simpl… non perfecta sunt entia. Rursus autem & hęc entia simpliciter dicimus secũdum … quomodocunq; acceptam nominationem entis, quę etiam ipsis non entibus nedum acci… modo impertitur. Vnde, non mirum comparari hoc loco ab Aristotele, & assimilari … motus ipsis non entibus; vt est dicere non album, non rectum: quoniam scilicet etiam non ent… ens: quatenus est negatio entis: sicuti declaratum est supra in lib. 4. cap. 2. vt ideo & qualitates … tanquam non entia in comparatione substantiæ, quoniam à substantię perfectione cadunt. Verum tamen est hoc discrimen in ratione essendi inter album, & non album: siquidem album aliquid connotat esse: non album autem denotat hanc albi qualitatem abesse. Quòd si alicui hic videtur dicendum, quòd entia creata relata ad Deum summum ens, sint non entia; id quidem hac ratione dici posse videtur, quatenus negandum est, entia creata esse ipsum ens, quemadmodum Deus est, qui est actus purus: vnde dixit Moysi; *ego sum qui sum*. Sed postea si habeatur hæc ratio, quod omnes substantiæ creatæ suam obtinent essentiam extra Deum, per quam subsistunt, & intelliguntur, sic vera entia, & absoluta entia dicenda sunt, a Deo tamen dependentia, sine quo extra ipsum non essent. Restant consideranda verba illa contextus, *siue ut totum aliqid vniuersum est, substantia prima pars est; siue ex consequenti, hoc quoque modo primum est substantia, deinde quale: postea quantum*. Circa q…

Themist. Themistius in sua paraphrasi, quæ habetur in hoc lib. ponit tres modos, quibus vniuersum po… constare. Vnus est vt entia sint simul cohærentia, sicuti membra in humano corpore. Alius, quod se inuicem tangant res, vt domus & nauis. Tertius modus est, vt sint separatæ & dispersæ, vt ciuitas, & exercitus. & vbique inquit, ipsa substantia obtinet eundem locum in vniuerso, vt cor in animalium corpore. Alium præterea modum adiungit, quòd sit similis vnitati, quæ in numero est prior, deinde duo, deinde tria: & hac etiam ratione dicit substantiam esse priorem, deinde quantum, atque qualitatem subsequi. Alexander autem ita exponit: quòd Socrates est velut quid vniuersum:

Alex. quoniam & substantia, & albus, & philosophus sit, & musicus: in quibus & pars est substantia, & album, & esse philosophum. sic inquit se res habet in vniuersa substantia sensibili, & nouem prædicamentis: substantia erit pars vniuersitatis ex substantia sensibili, & quali, quanto & cæteris. Similiter

Auerr. pars quãtum erit, & ita de alijs. Auerroes autem impugnans expositionem Themistij, & Alexandri, hanc ipse affert interpretationem: quòd siue prædicamenta se habeant vt species ad genus primum ens, siue consequenter secundum vnitatem attributionis, omni modo primum est substantia: deinde quantitas. Quam interpretationem reijcit D. Thomas, & merito: inquiens, quòd Auerroes litte-

D.Tho. ræ intelligentiam non est assequutus. Vt autem nobis videtur, Aristoteles duos modos supponit, quibus potest cogitari, quomodo se habeat hoc vniuersum, supponendo quòd non detur vacuum. Alter est, quòd se habeat vniuersum, vt quoddam totum simul compactum: quod (vt explicatum est in lib. 5. cap. de toto) potest esse aut secundum naturam, aut secundum artem. Alter modus est, quòd desit vt consequenter se habens, vt partes sint seiunctæ, non simul compactæ in vna natura; sed dein-

consequenter se habentes; quæ tamen mutuo tangere se possunt. Vtro igitur horum mo... quippiamus vniuersum, statuit Aristoteles, quòd primum locum inter entia tenet substan-... ...dum (& in hoc pace tantorum virorum decepti mihi videntur Alexander, & Auer... ...non poni, ut ipsi censuerunt ab Aristotele, quòd substantia teneat primum locum in vniuerso: ... quasi quodam loco, sed non primo, alia prædicamenta pariter habeant locum in vniuerso ...ntiam: quasi seorsum ab ipsa substantia consisterêt accidentia in vniuerso: quod est erro... ...dicere. Verum id tantum voluit Aristoteles, quòd siue sit vniuersum, velut quoddam totum ...pactum: siue consequêter se habens iuxta eius partes (quæ omnes substantiæ locum ha... ...ponendæ sunt in complemento vniuersi) omnino substantia, inter alia prædicamenta pri... ...um obtinet: non in ordine vniuersi id intelligendo, sed in natura ipsius entis; quod quidê ...tum est esse verissimum. Ex hac autem consideratione allata de vniuerso, siue sit quod... ...totum, siue deinceps, seu consequenter se habeat; colligitur, non absq; ratione præmissum ...fuisse in lib. præcedenti, quid esset continuum, contiguum, & deinceps: quoniam ...tioni deseruiret illa explicatio: vt ita omnia perfecte hic traderentur & explica... ...conuenit in hac prima philisophia: ac præsertim in hac precipua eius parte, in qua om... ...contemplationum circa ipsam entis naturam fastigium clauditur. *Dicimus namque hæc quo-* ...Dum ait Aristoteles accidentia quoque esse, licet non perfecte sint, hinc colligitur, quòd ac... ...sint entia secundum propriam formam: quamquam non sint entia perfecta, neque sine ...tiam habeant entitatem: sicuti neque sine substantia possunt perfecte explicari. *Cæterorum ...la separabile est.* Quòd nullum accidens, neque re, neque definitione possit separari a sub... ...terminatum est in lib. 7. quod etiam hoc loco tangitur. substantia autem est separabilis ...ab omni accidente: & etiam re a tali, vel tali accidente: vt ibidem explicatum est. *Vni-...magis ponunt esse substantias.* Quæ sint autem hæc vniuersalia, quæ magis esse substantias ...recentiores illius ætatis philosophi, declarat Aristoteles subiungens, quòd erant ipsa ge-... quod dictum Alexander ait, non notari Platonem, sed eius æquales: quoniam Plato non ...vniuersalia vt genera. At dici potest, opinionem Platonis recidere in hanc eandem ob ...em idearum. Vnde dictum est in lib. 7. cap. 14. *Ex his autem ipsis id etiam patet, quod accidit ...ideas pariter substantias & separatas esse dicunt, & pariter ex genere & differentijs faciunt spe-...* Vnde innuitur, sententiam Platonis pertinere ad positionem generum: cum præsertim insti-... species compositas etiam ex genere & differentiis. & ideo subiungit Aristoteles, idcirco id il... ...misse: quoniam quærerent *logice*: idest communiter, & secundum vniuersalia: quod apparet ...lligi debere, ex eo quod subiungitur de antiquioribus philosophis: qui constituebant singu-... ...substantias, & non corpus commune. Vnde non ita videtur quadrare interpretatio Ale-... qui ait inaniter quæsitum fuisse ab illis; ita explicans dictionem hanc *logice*. Neque etiam ...rrois videtur intelligibilis, dum ait, per logicam considerationem intendi, quæ fit ex pro-...ibus non concurrentibus: propositiones enim falsæ quædam sunt conuenientes, & quædã ...& uniuersaliter quia semper est in disputatione, multoties accidit, & dicere extranea remota ...rei.

Alex.

Alex.

...it substantia in immobilem, in mobilem incorruptibilem, & in mobilem corruptibilem, in cuius mu-tatione aperitur, quomodo materia concurrit. Cap. II.

PARAPHRASIS.

Substantiæ autem sunt tres: Vna quidem sensibilis, cuius alia est æterna, ipsum scilicet cœlum; alia corruptibilis, quam omnes concedunt, vt plantæ & animalia, cuius necesse est accipere elementa, siue vnum, siue sint plura. Alia vero est immobilis, quam nonnulli dicunt esse separabilem; quidam diuidentes eam in duo genera: in ideas scilicet, & entia mathematica: quidam vtraque hęc in vnam naturam coagmentantes: & quidam alij mathematica tantum substantiã separabilem asserentes. Substantiæ quidê igitur sensibiles, ut quæ sint cum motu, pertinent ad scientiã naturalẽ. Illa uero alia substantia, quæ immobilis supponitur, est alterius scien-... ...tamen huic, & duabus illis alijs sensibilibus substãtiis nullum est commune principium. Substantia autem sensibilis est obnoxia mutationi. Vnde, si mutatio (ut patet ex ante habitis) fit aut ex oppositis, aut ex medijs; & ex oppositis quidem non omnibus, propterea quòd non fit album ex non albo absolute, tanquam etiam ex uoce fieret quæ est non album; sed ex non albo, quod vere sit oppositum ipsi albo; siue sit medium ut ceruleum; siue absolute nigrum: ideo necesse est dicere, quòd sit aliquid, quod mutatur in contraria: quando est manifestum, quòd contraria in inuicem non transmutãtur. Quod etiam hinc patere potest. Nam in mutatione aliquid manet. Veluti, cum corpus mutatur ex albo in nigrum, manet corpus deferens nigredinem: contrarium autem ipsum album, quod prius erat in corpore, non permanet. unde quidpiam tertium, præter duo contraria, existere supponendum est in omni mutatione; & id ipsum est materia. Hinc, si mutationes sunt quattuor;

tuor; aut secundum ipsum quod quid, idest secundum substantiam; aut secundum quale; aut secundum quantum; aut secundum vbi; & generatio quidem simplex & corruptio est ea, quæ per hoc aliquid atque substantiam; augumentum vero & decrementum est secundum quantum, ratio secundum quale, & latio secundum locum mutatio: statuendum est, quòd omnes mutationes sunt in contraria: singulæ secundum propriam contrarietatem. Ex quo deducitur, necesse materia mutetur potens mutari in vtramque partem contrarietatis. Quoniam autem duplex ens, tum actu, tum potentia: hinc dicendum omnem rem mutari ex ente potentia in ens actu, ex potentia albo, in actu album: & ita de alijs: vt sit hoc inferendum, non solum ex non ente secundum accidens contingere aliquid fieri, verum etiam omnia fieri ex ente: ex ente quidem potentia: ex non ente autem actu. Et hoc est illud vnum Anaxagoræ sed melius ita a nobis explicatur omnia simul erant, vt ipse aiebat: quod ille actu, nos potentia asserimus. Hoc etiam est mistum illud, quod ponebat Empedocles, & Anaximander: & vt dixit Democritus, omnia simul erant: verum potentia, & non actu, vbi ipse ponebat; ita enim loquentes materiam attigissent. Materiam autem habent omnia, quæ subiacent mutationi, non eandem tamen singula, sed diuersam adeo quod etiam æterna, quæ non sunt generabilia, sed tantum secundum locum mobilia, habent materiam: non illam quidem generationi obnoxiam, sed solum mobilem de loco ad locum. Dubitabit autem aliquis, ex quo nam non ente sit generatio, siquidem tribus modis dicitur non ens; tum absolute non ens; tum falsum; tum quod potentia ens, quod non ens intelligitur, inquantum actu non est. Et dicendum quòd id quod est illud non ens, ex quo fit generatio, statuendum est quòd sit ens potentia, quod non est actu. Verum adijciendum ad hoc, quòd non ex quocunque tali non ente res fiunt, sed aliud ex alio tali determinato non ente fit: & aliud ex alio: adeo quòd non est sat dicere, vt Anaxagoras dicebat, quòd omnia simul erant: cum res inter se materia differant. Alioquin (si non erat diuersitas in materia) cur infinita fiebant, & non vnum? cum vnus sit intellectus? vnde ex materia vna factum fuisset actu illud, cuius erat materia potentia: & ita non multa effecta essent: nisi etiam diuersitas in materia supponatur. Tres igitur sunt causæ, & principia rerum subiectarum mutationi & corruptioni: duo inter se contraria; cuius alterum est ipsa ratio & substantia rei, ipsa nempe species: aliud priuatio; tertium vero principium est ipsa materia.

T E X T V S.



Auerr. Auerroes autem quattuor memorat huius loci expositiones, quas ad[illegible] bit Alexandro; apud quem tamen in commentarijs (quæ habemus sub eius nomine edita) [illegible] alia interpretatio præter eam quam recitauimus, inuenitur: vnde suspicādum hæc Alexandri commentaria mutila esse, & alium fuisse codicē apud Auerroem, diuersum ab eo quem habemus. Qui deinde quintam expositionem vti propriam volens astruere: in primis animaduertit, materiam tum vnam numero dici posse, non quidem actu, sed potentia, quatenus caret omnibus formarum [illegible] rentijs, quæ faciunt res plures numero: tum etiam communem pluribus, quatenus non [illegible] aliqua forma; vnde ad omnes formas generabiles est communis. Deinde ait, materiam, vt intelligitur ab intellectu, vt est priuata omni forma, sic non esse extra intellectum: quoniam [illegible] priuationē intelligitur, vt est communis generabilibus & corruptibilibus. vt autē est extra animam, sic ait esse, quatenus est subiectum indiuidui sensibilis quod videtur: per quod etiā est [illegible] mā ipsius materiæ ab esse, quod illi impertitur a forma. Vnde explicar dictum Aristotelis [illegible] teria est hoc aliquid, secundum quod videtur; quod nō habet nisi per illud quod sequitur: ideo pro-pter illud, quo fit sensibilis: nempe per formam, per quam etiā habet esse. Hæc Auerroes. Qui hoc loco iactat, hæc sua enunciata ad plenā imaginationem & intelligentiā materiæ maxime conferre, vt nullibi sic, vt hic ab ipso, explicatum asserat ab Aristotele; licet supponat ex eius verbis [illegible] se huiusmodi de materia intelligentiam: subinferens ex hac scientia sola; non autem ex naturali, [illegible] beri exactam cognitionē de esse materiæ: vt cognoscitur, quod habet esse propter formam. Verum quòd attinet ad dictum illud, quod materia sit vna numero, vt est priuata differentijs omnium formarum, quæ faciunt res plures numero. id quidem concedendum concipi mente posse: ac non cōcedēdum postea, quòd materia talis existens veniat ad constitutionē generabilium: sed semper est affecta aliqua dispositione, & alia, & alia pro rerū varia generatione. Vnde in genere [illegible] munis omnibus generabilibus hæc definitio materię: quòd sit subiectum carens forma [illegible] vel ad substantiā, vel ad accidentia rei generandæ, ex quo inexistente fit quodq; cū tamen sit necessariū; vt materia cōcurrens ad constitutionem cuiuscunq; rei, sit affecta aliqua forma, in qua adest & priuatio formę perfectæ, & dispositio formæ in ipsa inducēdæ. Dictum etiam illud Auerrois, quòd materia in intellectu habens esse, sit solum secūdum priuationem, non videtur consonū veritati, quandoquidē etiā intelligitur, quòd materia est potentia ad formas: quod quidē etiam verū est extra intellectum. Nobis autem videtur, quòd pronunciatum Aristotelis, quòd materia sit hoc aliquid ex apparere, possit recipere hanc perspicuam interpretationem: vt dicamus, quòd subiectum in omni generatione, quatenus caret forma introducenda, est vere materia talis, vel talis rei, existens potentia ad for-

... introducendam cum quadam diſpoſitione, quæ non eſt ſine forma: ſicuti ſunt caro, & ... animalis conſtitutione. Ex quo ſequitur, quòd illud, quod concurrit vt materia alicuius rei, ... ex apparere. apparet autem ſub forma: vnde materia erit hoc aliquid propter formã ... apparet, exiſtens ſimul materia rei componendæ. Veluti ſunt elementa reſpectu miſti: ipſa ... ſunt hoc aliquid, nempe miſtum tale, ad quod potentiã habent: ſunt autem hoc aliquid ... ſenſum; quatenus ſunt cum tali forma: quia ignis, aer, aqua, & terra ſunt. & ideo, vt ... ſub tali forma, ſunt hoc aliquid: quod non contingeret dicere de materia, quę abſolute ca... forma. Aduertendum autem optime obſeruatum eſſe hoc loco ab Alexandro, quòd ... in hoc contextu ſunt tranſpoſita; nempe hæc. *Vt ſunt ignis, caro, caput. cuncta namque ma... et eius maxime ſubſtantia, quæ eſt ultima*; Quæ quidem ſubijcienda ſunt illis alijs præ... *Subſtantiæ uero tres, quædam materia, quæ quod quid eſt eo ipſo quod apparet: quæcunque ... non coadhærentia sunt, materia et ſubiectum ſunt*. Et ijs ſequantur hæc alia immediate; *ignis caro, caput, etc.* Quam continuationem verborum, in paraphraſi ſequuti ſumus, ... maxime conuenientem. Enumerantur autem ignis, caro, caput, quæ omnia concur... compoſitionem animalis, quatenus materia, & ſubiectum ſunt. Et ſeorſum accipiun... non ſimul connexa: vt ſic & ſubiectum dici poſſint; materia vero tunc, cum in connexio... ſtitutione rerum ſint facta: tunc enim ſunt potentia; & ita materia proprie dicuntur. & ... denotantur; per ignem, materia miſti: per carnem, materia ſimilarium partium: & ... materia partium diſſimilarium: de quo capite dicitur, quòd eſt materia maxime ſub... ſt compoſitæ: ſiquidem hæc ſubſtantia eſt maxime hoc aliquid, cum per ſe ſubſiſtat, ... in lib. 8. cap. 1. forma enim eſt ratione ſeparabilis: materia vero neque ratione eſt ſepara... ergo ſubſtantiæ compoſitæ immediata materia eſt caput, ideſt, pars diſſimilaris. In ... omnibus partibus materialibus dicitur materia eſſe hoc aliquid ex apparere, inquan... paret, vel ſub forma elementi ipſius ignis: vel ſub forma carnis, vel ſub forma capitis: per ... non apparet materia: vti neque eſt hoc aliquid; ſed ſi eſt hoc aliquid, oportet vt hoc ha... apparere ſub aliqua forma. [f] *Quædam uero natura quod quid, & quidam habitus ad quem*. ... at ſubſtantiam dictam formam his omnibus modis: *naturam*, quam tamen limitat non ... generationis: ſed illam naturam, ad quam, tanquam ad terminum peruenitur. vnde ... Beſſario tranſtulit *ad quem*: ponens hanc dictionẽ poſt habitum, cum antecedat in græ... & referatur ad ipſam naturam, græce φύσιν, habetur, quæ eſt fœminei generis, & non ... cuti eſt habitus græce ἕξις, Præterea nominat ipſam formam *quod quid*: vti eam, quæ per... ſubſtantiam compoſitam, vt ſit hoc aliquid: quemadmodum etiam explicatur hunc in ... forma in lib. 1. Phyſicorum. Item eandem nominat, *habitum*: tum vt inſinuetur quòd ... priuatio: tũ etiam quia ſic explicatur per ſimilitudinẽ: ſicuti & veſtis habitus quidam eſt, ... ornatur: ita enim in genere explicari debuit ipſa forma: qua deinde, vt ſingularis eſt, ... dignoſcuntur: cum ſit ea, per quam ſermo, & omnis definitio exponitur. [g] *Nec eſt ge... aut corruptio eorum*. Hoc ait de ideis, quæ ſunt in mente artificis; veluti circa formam ... aut ſanitatis: harum enim non eſt generatio neque corruptio: ſed alio modo ſunt, & non ... contactuum, vt ait Alexander. Nam nullo alterato, concepta forma domus generatur ... mento temporis: nam viſum ipſius in puncto temporis fuit effectum. Sic Alexander. Ve... cere poſſumus, quòd non ſine temporis interuallo poteſt forma domus imaginatione con... andoquidem diuerſę eius partes comprehenduntur, & quodam modo componuntur in ...: quod non fit ad ſubitum: ſicuti & medicus, circa ſanitatem inducendam, vario diſcurſu ... iuxta diuerſas conceptiones ad finem ſuum pertinentes: vt declarabat Ariſtoteles ſupra ... cap. 7. & ideo non ſine temporis interuallo in mente artificis hæc efficiuntur: licet non per ... generationis fiant, aut corrumpantur. [h] *Propter quod non male Plato dixit*. De hoc com... dat Platonem, qui ideas dixerit eſſe rerum naturalium, & non artefactorum. Etenim in ar... ficialis adeſt idea in mente artificis, ad cuius normam opera perficiuntur. Circa vero natura... non ita patet, quomodo forma præcedat pro idea rerum generandarum. Attamen neque pro ... dicit Ariſtoteles) neceſſe eſt ponere ideas iuxta placita Platonis. ſiquidem ſat eſt quòd agens ... habeat in ſe ipſo formam ſimilem formæ producendæ in compoſito. Et hæc quidem afferun... ab Ariſtotele tanquam iam explicata, & determinata in ſermonibus præcedentibus. Ex quo etiã, inter cæteras coniecturas, colligitur hunc librum omnium eſſe poſtremum: quando theoremata in aliis libris patefacta, tanquam concluſiones, in hoc afferuntur. [i] *Si autem aliquid poſterius permanet*. Relinquit conſiderandum, num poſt diſſolutionem compoſiti, remaneat aliqua forma. Et inquit, nil prohibere, quin in aliquibus remaneat: ſicuti anima: non tamen omnis, ſed ſola intellectiua. Ex quo patet Ariſtotelem non excludere immortalitatem animæ intellectiuæ. & Alexander ſimiliter ait, nihil prohibere, quominus anima quæpiam, vt intellectus, ſiue anima rationis compos maneat. & cum ſubiungat Ariſtoteles: *omnem namque fortaſſis impoſſibile eſt*. Cum dubitanter per dictionem, *fortaſſis*, loquutus ſit, hinc videretur etiam ab ipſo non excludi, quin tota anima hominis poſſit remanere; vt qui dubius fuerit circa hoc problema. Colligit D. Thomas ex hoc loco, Ariſtotelem ſenſiſſe de anima intellectiua neque ipſam præfuiſſe corpori, vt placuit Platoni; neque

Alex.

Alex.

Alex.

D.Tho.

neque destrui ad destructionem corporis. vt antiqui naturales existimarunt. Siquidē non [illegible] mam intellectiuam a generatione aliarum formarum, quantum ad hoc quòd formæ non [illegible] stunt substantijs compositis; sed solum quo ad hoc, quòd non remanent post substan[illegible] tas: Et subiungit D. Thomas, non posse deprauari hanc sententiam Aristotelis, [illegible] nati sunt dicentes, intellectum possibilem tantum, vel agentem tantum esse incor[illegible] quoniam hi ponunt intellectum suppositum incorruptibilem, siue sit possibilis, siue ag[illegible] stantiam separatam, & sic non est forma: tum etiam, quia si forma sit, sicuti remanet corrup[illegible] pore, ita etiam præexistit corpori: & sic non esset differentia, inter intellectum separ[illegible] hominis, & dicere species separatas esse formas rerum sensibilium: quod hoc loco excludit Aristoteles.

Auerr. Auerroes in comment. 18. varia affert documenta. Inter quæ hoc est primum: quòd Aristoteles incessit media via inter latitationem, & creationem. Nam Anaxagoras poneb[illegible] materia latitare actu formas: in creatione autem supponitur, ex non forma formam fieri. At Ar[illegible] vult, ex potentia materiæ per agentem fieri compositū, vt sic per accidens forma fiat, quæ non [illegible] tr insecum quid aduenit. Sed de hoc dicto Auerrois aliquis dubitare posset quo ad intelle[illegible] dicitur deforis aduenire: non tamen vt est forma compositi. Secundum documentum Auerroi[illegible] eiusmodi. quòd anima, & animal potentia, inest in seminibus: quemadmodum & in arte archit[illegible] inest potentia domus. Tertium documentum est, quòd ars diuina assimilatur arti principa[illegible] quę dirigit artes inferiores sub ipsa cōtentas: ita enim Deus (inquit Auerroes) dirigit actiones naturæ, [illegible] operatur non intelligens, sed directa ab intelligentia. Quartū documentum, quòd calor in se[illegible] nibus nō est vt igneus, qui solū facit desiccationem & calefactionem. at calor, qui est in semi[illegible] facit figurā & formam: vnde assimilat ipsum calori artificiali, per quem educitur figur[illegible] & for[illegible] vt calor artificialis est instrumētum artis, sic in seminibus (inquit) calor est instrumentū alicuius [illegible] tutis, ad cuius modū forma introducitur: & vult quòd iste calor habeat formam, per q[illegible] tur in esse, quæ forma est anima, non in actu, sed in potentia: vt scilicet contineat gene[illegible] potentia virtuali: & appellantur (inquit) hæ virtutes in seminibus diuinæ, & intellectua[illegible] de Anim. nempe lib. 2. de Gener. Anim. cap. 3. vt quæ assimilentur intelligentiæ, ex [illegible]

Themist. gulato, quem seruant. hæc Auerroes. Themistius quoque hoc loco ait, omnia g[illegible] ex quadam proportione, quæ latet aliquando: & natura operatur, nesciens [illegible] afflati spiritu vaticinantur, quæ non intelligunt. Et vult ita ab homine sine eius artific[illegible] mam ob ordinem insitum, quem natura exequitur, absque quòd etiam cognoscat hoc opus. [illegible] vult esse animam quæ in terra: quę secundum Platonem emanat a Dijs secundis: secund[illegible] telem, a motu solis, & a circuitu obliquo: & quòd hæc vis naturalis in vniuersum corpus se [illegible] & perueniat in omnem partem, & in omnem habitum. hæc ex Themistio.

Elementa tria esse corruptibilis substantiæ: & proportione atque similitudine eadem esse omnium [illegible] mentorum; nempe materiam, formam, & priuationem; causas vero, seu principia [illegible] quattuor, & quæ sint prima. Cap. IIII.

PARAPHRASIS.

Causæ autem & principia omniū quodam modo sunt eadem, & quodam modo nō eadem: veluti in vniuersali, & secundum analogiam & proportionem dici possunt eadē. [illegible] (vt veritatis inquisitio magis pateat) aliquis dubitabit, nū eadem, an diuersa sint p[illegible] substantiarum, & relationum, & cuiusq; aliorum predicamētorum. Siquidem si omnium eade[illegible] se principia dicantur, sequitur hoc absurdū, quòd ex eisdem constabunt substantia & relatiua. Q[illegible] igitur erit hoc commune ipsis principium, cum præter substantiam, & alia prędicamenta nihil [illegible] sit esse cōmmune? & tamen hoc esse deberet, cum elementum sit prius his, quorum est elementu[illegible] & ideo, si ex eodem elemento constant & quæ sunt substantia, & quę sunt ad aliquid, oporteret præ[illegible] cedere hoc elementum, quod illis esset commune, ex quo constituantur: & ita id quid aliud ess[illegible] prędicamenti s, quod nō est dicendū. Non igitur aliquid cōmune elementū inerit prędic[illegible] quo fiant. Non etiā dicendū (quòd substantia sit elementum eorū, quæ sunt ad aliquid: nec contra quòd relatiua sint elementa substantiæ. Nam si primum admittatur, sequeretur hoc absurd[illegible] ex substantia existente elemento fieret id, quod non est substantia, vt sunt relatiua. Et si secu[illegible] sequeretur itidem hoc aliud inconueniens, quòd ex non substantia, ex ipsis scilicet relatiuis he[illegible] substantia: & quòd id quod nō est substantia, esset prius quā substantia, si relatiua ponantur esse principia substantiæ. Præterea, qui fieri potest, vt omniū sint eadem elemēta? Nam nō possibile est al[illegible] elementorū idem esse cum re composita ex elementis. Veluti A. aut B. non potest idem esse cū [illegible] ba BA. siquidem, vt est compositū, est & A. & B. vnde non idem est quod A. aut quod B. Ex dictis deducitur, quòd neq; vllum intelligibilium est idem cū aliquo composito, vt puta vnū, aut ens: siquidem

sunt etiam cuiq; compositorum: quare nullum erit aut substantia, aut ad aliquid: omnia ipsum vnū; aut ipsum ens; ex quibus vt ex elementis constare supponuntur: & non aliud erunt. At substantiam necesse est esse, & ea quæ ad aliquid, simul cum alijs prædicamentis: quæ sunt, omnia in his concludantur: & prædicamenta esse ab omnibus sit receptum. Ex dictis sequitur, non esse omnium eadem elementa. An, vt iam dictum est, sunt quodam modo eadē; alio vero modo non sunt eadem omnium elementa? veluti fortasse corporum sensibilium, vti species & forma, est calidum: & alio modo frigidum est priuatio: materia autem est illud, quod potentia primo, secundum se est, quæ dicta sunt. Substantiæ autem sunt, tum enumerata elementa, tum etiam ea, quæ ex his constant, quorum prædicta sunt principia: sicuti ex calido, & ex huic appropriata materia fit ignis: ex frigido autē, & huic appropriata materia, fit aqua. Aut, si ex calido & frigido, inuicem contrarijs & refractis quid aliud fiat mistum ex illis; veluti caro, aut os, erunt & hęc substantiæ. Siquidem diuersum ab illis necesse est vt sit illud, quod ex illis est genitum. alioquin, si esset idem, non diceretur factum, cum iam prius extitisset. Horum igitur enumeratorum sensibilium, erunt quæ dicta sunt elementa, atque principia. Aliorum autem alia erunt: autem non est ita dicere, quòd sint eadem elementa atque principia: sed bene quòd per & proportionem sunt eadem omnium. Ac si ita diceremus, quòd principia sunt tria, nēpe species, priuatio, & materia; sed horum quodque est diuersum circa quodque genus: vtputa, in coloribus album species est: nigrum vero priuatio: at superficies materia. Similiter lux species est: tenebræ priuatio: aer materia; ex quibus fit dies & nox. Quoniam autem non solum sunt causæ inexistentes compositis, sed etiam extrinsecę, veluti mouens: hinc perspicuum est, quòd aliud est principium, & aliud est elementum; cum vtrumque tamen sit, & dicatur causa: sicuti & principium in causas tam extrinsecas, quàm intrinsecas, vt quid magis vniuersale. Et cum mouens, motum sit quoddam principium, & substantia: hinc dicendum, quòd elementa secūdum sunt tria, causæ autem & principia quattuor. Verum & aliud in alia re est primum mouens in his, sanitas, ægritudo, corpus, mouens est ars medica: in his alijs, species, domus, talis ordo, lapides, mouens erit ars ędificandi: & in hæc omnia principium diuidetur. Quoniam mouens in naturalibus est homo: in his vero, quę sunt a dianoea, est species residens in mente, seu contrarium ipsi speciei, ipsa scilicet priuatio habitus: hinc asseri potest, quòd quodammodo tres sint causæ, alio vero modo quattuor. siquidem ars medendi, quodam modo est ipsa sanitas, ædificatrix est ipsa domus: & homo hominē generat. Adhuc præter hæc, primum omniū mouens, quod mouet omnia.

T E X T V S.

Causæ vero, atque principia quodam quidem modo alia aliorum sunt, quodam vero modo non. si quis vniuersaliter [a] *dicat, & secundum proportionem omnium eadē. Dubitare namque quispiam possit, vtrum alia, an eadem principia & elementa substantiarum sint, & eorum, quæ ad aliquid eodem modo in quolibet prædicamento. At absurdum est, si omnium eadem sunt. ex eisdem enim aliquid & substantia.* [b] *Quid igitur hoc erit? præter enim substantiam, & alia, quæ prędicantur, nihil est* [c]. *prius autem elementum est, quàm ea, quorum est elementū. At vero nec substantia eorum, quæ ad aliquid sunt, elementū est, nec aliquid horū substantiæ. ¶ Item, quo modo continget omniū eadem esse* [d] *elementa? nullum enim elementorū idem potest esse ei, quod ex elemētis componitur. veluti ipsi B A, ipsum B, aut ipsum A. ¶ Neq; sane vllum intelligibiliū, vt vnum vel ens, elementum est. hæc enim vnicuiq; compositorum insunt. nulliū igitur eorum neq; substantia, nec ad aliquid erit. at necessarium est. ¶ Non sunt ergo omnium eadem elementa.. An (vt diximus) quodammodo quidē sunt, quodammodo vero non; veluti fortassis corporum sensibilium* [e] *calidum, tanquam forma, & alio modo frigidum, vt priuatio. materia vero, quod primo & potentia hæc erat. substātiæ vero, tum hęc, tum ea ex his, quorum hęc principia sunt: aut si quid ex frigido & calido fit vnum, vt caro, aut os, necesse profecto est aliud* [f] *ab his esse illud, quod factum est. horum quidem eadem elementa, atque principia sunt, alia vero aliorum. Omnium vero ita quidem dicere non est, sed analogice quemadmodum si quis dicat, quòd principia sunt tria. forma, priuatio, & materia. verum vnumquodque horum circa vnum quodque genus aliud est. vt in coloribus album, nigrum, superficies, lumen, tenebræ, aer: ex his uero dies, & nox. ¶ Cum uero illæ non solum, quæ insunt, causæ sint, uerum etiam ex his, quæ extrinseca sunt, illud quod mouet, patet quòd aliud est principium, aliud elementum.* [h] *ambo uero causæ & principium in hæc diuiditur. quod autem ut mouens, uel sistens est, principium quoddam, & substantia est. Quare elementa quidem analogice* [i] *tria: causæ uero, atque principia quattuor. aliud uero in alio: & prima causa, ut mouens, in alio alia. sanitas, morbus, corpus: mouens, ars Medendi forma, inordinatio talis, lateres: mouens Aedificatiua. & nimirum in hæc diuiditur principium.* [k] *¶ Cum autem mouens, in naturalibus quidem homo, in his uero. quæ a mente fiunt* [l] *ipsa forma. uel contrarium sit, modo quodam tres profecto causæ erunt, alio uero modo quattuor. sanitas namque quodammodo est ars Medendi, & Aedificatiua forma domus, & homo hominem generat. præter hæc item cuncta mouens, tanquam omnium primum.*

ADNOTATIONES.

SI quis uniuersaliter dicat & secundum proportionem omnium eędem.ᵃ His verbis d... insinuat Aristoteles, quibus dici potest omnium sensibiliū easdem esse causas atque principia. Nam quæ differunt in eodem genere species & indiuidua, de his dici potest, quòd conueniunt in eisdē principijs acceptis in vniuersali: veluti equus, homo, bos, conueniunt in ... dam communibus principijs in eodem genere contentis. In diuersis autem generibus erunt eadē principia secundum analogiam; hoc est secundum proportionē. Veluti in substantijs sensibilibus sunt hæc principia, calidum, & frigidum, & materia potentia ad hæc. sic in genere coloris, album vt species, nigrum vt priuatio, superficies autem vt materia sunt principia secundum proportionem respondentia principijs corporum sensibilium: quoniam vtrinque adest aliud principium, vt forma, aliud vt priuatio, & aliud vt materia.ᵇ Ex eisdem enim erit ad aliquid et substantia. Quærit hoc

Alensf. loco Alensis, cur mentio sit habita de relatiuis in comparatione substantię, & duplicem huius affert causam. Altera, vt in maxime differentibus adduceretur maius, & magis apparens inconueniens: sicuti est, quòd substantia constitueretur ex eisdem, ex quibus & relatiua; quæ sunt ita debilis esse, vt

Auerr. aliqui existimarint, vt refert Auerroes, quòd solum in anima haberent esse, & sint de solis secundis intentionibus. Nam substantia habet esse de se, & in se. quantitas vero vt minus perfectum ens, habet esse, in alio in ipsa substantia. at relatiua solum habent esse per relationem ad aliud: adeo quod esse relatiuorum est solum respectus, quo se singula respiciunt, nil aliud quàm rerum habitudinem concernens. Altera etiam causa assignatur ab Alensi, cur relatiua in comparatione substantiæ ... adducta: nempe, quoniam relatiua fundantur in prædicamentis: & ita obtinent in illis summam propinquitatem: vnde ob hanc propinquitatem, inquit, existimare aliquis potuisset eadem esse principia substantiæ, & relatiuorum: & ita de alijs prædicamentis, quibus relatiua sunt innixa. Ad... quòd constituebatur ab aliquibus dualitas indeterminata, & ita inæqualitas pro principio: ...

D.Tho. mē sit ad aliquid: de qua re cumulate agitur in lib. 14. apud nos 12. Themistius ait, hic primo ... ri de materia, & si sint plures materiæ. Verumtamen apparet manifeste esse quæstionem in genere de principijs: primo quidem de intrinsecis, inter quæ numeratur etiam priuatio, deinde etiam de mouente. Et hæc quidem perscrutatio ita generalis circa principia penes omnia genera prædicamentorū, neq; in philosophia naturali, neq; supra in lib. 7. & 8. vbi agitur de materia ... sunt principia subſtātiæ sensibilis, habita est: vt hinc pateat ex præcipuo scopo hic agi de principijs communibus huius vniuersi: quod satis insinuat genus disputationis admodum generale ... penes hanc tractationē.ᶜ Præter enim substantiam, & alia quæ prædicantur nihil commune est. Quod non possit esse elementum commune omnium, deducit Aristoteles supponendo, quòd præter substantiam, & alia prædicamenta, non potest esse aliquid ipsis commune. quia si quid esset eiusmodi, esset quid præter prædicamenta. quòd patet. siquidem existens elementum, esset prius his, quorum est elementum: & consequenter vt prius, esset quid diuersum a prædicamentis: quod esse nō potest, cum pręter prędicamenta nihil sit.ᵈ Item quomodo continget omnium eadem esse elementa. Non videtur proprie in his fieri rationem: sed proponi quęstionem, quomodo contingat eadem esse omnium elementa, si non est possibile vllum elementum esse idem cum eo quod componitur ex elementis: sicuti aut A. aut B. non est idē cum syllaba BA. & hoc quidem patet ex ipsa sola expositione. siquidem neq; A, est idē quod BA. neq; B. idem quod BA. Quomodo igitur erunt omnium eadem elementa? & ideo de hoc dicendū erit. Et forte pro dissolutione huius quæstionis dicitur infra, quòd elementum

Alex. est idem in genere ad omnia composita; licet non sit idem elementum cum aliquo composito. Alexander autem supponens hic fieri aliam rationem, eam deducit ad hoc: quòd elementum erit diuersum a prædicamentis: & ita erit aliud præter prædicamenta: vt ita secundum ipsum sit deducti ad idem inconueniens: sed per alium modum: vt prius sit deductum, quòd erit quid prius prædicamentis: hic vero deducatur quòd erit diuersum: vnde semper quid præter elementa esse ...

D.Tho. citur. Themistius vero hunc in modum deducit argumentationem. si elementa omnium eadem, ergo idem erit elementum misto. Nam tale elementum vel prædicatur, vel subijcitur: si prædicatur, ergo aliquid erit prius decem prædicamentis: si subijcitur, tunc quodlibet prædicabitur de eo,

Alensf. & sic cum composito erit idem. Alensis ita deducit: quod idem esset elementum in omnibus generibus; quoniam elementum, & id cuius est elementum, in eodem sunt genere. Si autem omnium

Sueff. est idem elementum, ergo in omnibus: ergo non in vno genere esset elementum. Sueſſanus fatetur difficile probari consequentiam huius rationis. Et propterea non ab re supposuimus nos, non esse hic factam rationem: sed proponi quæstionem, vti exposuimus.ᵉ Neque sane ullum intelligibilium. Vnum, & ens appellat elementa intellectualia: quoniam (vt explicatum est in lib. 7. & 10.) extra intellectum nihil sunt, nisi aut substantiæ, aut alicui alio prædicamento adiungantur: & id contra opinionem Platonis, & Pythagoreorum ponentium vnum esse substātiam per se existentem.ᶠ Veluti fortassis corporum sensibilium. Id ad differentiam mathematicorum: hic enim inquiruntur, & afferuntur elemēta, & principia sensibilium: quorum, tanquam generabilium, assignat Aristoteles prima principia: pro forma calidum: pro priuatione vero frigidum sub alia tamen ratione: vnde dicit: & alio modo frigidum: nempe, quoniam frigidum relatum ad calidum est priuatio: cum tamen

frigido quoque, tanquam ex propria quadam forma, conſtituatur aqua. Aut dicens alio ... ad ignem, cuius eſt principiũ ſecundum priuationẽ. Deinde ponit pro materia, a l- ... principio, illud, *quòd eſt potentia primum hæc ſecundum ſe*: At *primum* quidem, quonia m ... in ſubiectum ſit: poteſt enim etiam eſſe materia remota: *ſecundum ſe* autem dicitur eſſe ... ad calidum & ad frigidum in potentia. nam calidum fit frigidum ſecundũ accidens, quod ... dum de materia, quæ per ſe fit vel calidum, vel frigidum. Ad hæc ſubiungit Ariſtoteles, ... prædicta ſubſtantias eſſe. Ex quo perſpicuum fit, hic conſiderari principia ſenſibilium ſe- ... rationem, & non ſecundum modum naturalem: licet eadem principia afferantur & ... quatenus tamen motum cõcernunt, Dixit autem, *fortaſſe*. tria præ dicta, nempe calidum, ... & quod eſt potentia ad hæc, eſſe principia corporum ſenſibilium; quoniam (vt dicunt ... ita ſe res habet: & ideo pro exemplo tantum afferunt hæc dicta fuiſſe. Verum patet ex ... ribus, quòd ad hæc prædicta, vti prima principia, alia poſtea ſubinducuntur, vti poſteriora ... Et ſane calidum, frigidum, & materia potens hæc, videntur eſſe prima principia omnium ... generabilium. Verumtamen ſic concurrunt ad eſſe prima principia, vt frigidũ, reſpectu ... pro priuatione, reſpectu vero aquæ, ſit principium formale: & e contra calidum, erit princi- ... forma ignis, reſpectu vero aquæ, erit principium pro priuatione: materia autem potens ... ad vnum, & aliter ad aliud cõtrarium erit diſpoſita.[g] *Neceſſe profectò eſt aliud ab his eſſe* ... *tum eſt*. Aut pendet hæc illatio ex ante dictis: quòd elementũ non poteſt eſſe idem cum ... vnde Alexander ait, hæc verba ſubiungenda eſſe antedictis circa exemplum ſyllabæ BA. ... nt, nullum elementorum poſſe eſſe idem cum eo, quod ex elementis componitur. Aut ... prædicta verba rectè iacere vbi ſunt, conſequenter ad dictum de carne & oſſe, quæ con- ... calido & frigido: adeo vt habeatur, aliud eſſe compoſitum ab elementis ſuis. Et ſupra quidẽ ... nullum elementorum eſſe idem cum compoſito; non A. idem cum BA. At hic accipiũ- ... que elementa, calidum ſcilicet & frigidum, ex quibus caro, aut os: quę ſi facta ſunt ex illis; ... ab ipſis eſſe diuerſa: quoniam, qualia ſunt ſeorſum elementa, non fiunt abſolute eadem, quæ ... ponuntur ex ipſis, ſed quid diuerſum: alioquin, ſi idem eſſe caro, aut os cum calido & frigido, ... aliud caro quàm calidum & frigidum: & tamen ſupponitur carnem factam eſſe quid di- ... a calido & frigido, vt patet ex natura miſtionis.[h] *Patet, quòd aliud eſt principium, aliud elemen-* ... Quatenus elementum accipitur pro cauſa intrinſeca rei, ſic diſtinguitur a principio: quoniã ... quidem elementum eſt principium: at non e conuerſo. Vnde in lib. 14. apud nos 12. cap. 4. ... les taxat antiquos, qui ponerent omnia principia eſſe elemẽta. Cauſa vero dicitur elemen- ... tari & principiũ dicitur cauſa. ſed & principium diuiditur in cauſas, & in elementa: vt com- ... men hoc, *principium*, tum cauſis extrinſecis, tum intrinſecis, quæ proprie dicuntur elemen- ... de his latius explicatum eſt in lib. 5. in tractatu proprio horum nominum.[i] *Quare elemen-* ... *analogice tria*. Hinc apparet inter elementa collocari etiam formam, cum ſit inter hæc ... merata elemẽta: quę ſunt, forma materia & priuatio. Ita autẽ forma intelligitur eſſe elemẽ- ... non quòd ex ea, tanquam præexiſtente, & ingrediẽte fiat compoſitum; ſicuti contingit de ma- ... enim in calce lib. 7. eſſe non poſſe oſtenſum eſt: ſed inquãtum concurrit ad compoſitionem ... ſiti: quoniam & forma eius conſtitutionis eſt pars, cum altera pars ſit materia, quę præexiſtit ... tioni rei; non autem forma, quæ conſequitur ad generationem. Ait autem eſſe tria elemen- ... logice: id eſt ſecundum proportionem. Hac enim voce, *analogia*, nunquam niſi in hoc ſignifi- ... denotat proportionem & ſimilitudinem, vſpiam apparet Ariſtotelem vſum eſſe. Tria autem ... dum proportionem ſunt hunc in modum elementa. Quoniam, ſicuti pro conſtitutione ſub- ... concurrunt, vt elementa, talis materia, & forma, & priuatio, ita in alijs generibus, pro mate- ... forma, & priuatione, concurrunt alia quædam tria pro aliarum rerum conſtitutione. Non in- ... mur tamen, poſſe dici tria elementa anologice, iuxta modum attributionis, vt dicunt ſcholæ: quatenus ex elementis primis ſubſtantię, ſubſequuntur, vt dependentia à ſubſtantia, ipſa accidentia: ... ideo eadem elementa ipſorum ſint, quæ & ſubſtantię ob communicationem naturæ, quam habẽt ad ſubſtantiam, ut per ipſam ſint.[k] *In his vero quæ a mente fiunt ipſa forma, vel contrarium*. Ait mo- ... eſſe formam in his quæ fiunt a diſcurſu, vt in artefactis, aut contrarium. Siquidem medicus (vt explicatum eſt in lib. 7. & 9.) habet in ſe principium ſanitatis & ægritudinis producendę: & pro ſanitate concurrit, vt mouens, ipſa forma, & idea ſanitatis in mente artificis concepta: & pro ægritu- dine concurrit oppoſita priuatio, concepta etiam in eiuſdem artificis mente. Et quoniam mo- uens concurrit habens eandem formam cum re generanda, vt in naturalibus homo hominem ge- nerat, & in artefactis forma exiſtens in mente artificis; ideo & cauſę, inter quas, præter elementa cõ- putatur mouens, poſſunt dici tres; quatenus quæ forma producitur in compoſito, eadem eſt cũ for- ma mouentis. Quærit autem Alenſis hoc loco, cur non ſit facta mẽtio de cauſa finali. Et inquit, quo- niam efficiens ob finem ad operandum mouetur. item forma coincidit cum fine. Sed dici etiam poteſt, quòd finis non cõcurrit in ipſo actu conſtitutionis rei: ſicuti concurrunt, tum elementa, quæ ingrediuntur cõſtitutionem rei, tum mouens, dum in ipſa productione medio motu eſt cauſa vt res fiat: quod de fine non apparet. Sed & dicimus, quòd infra de principio huius vniuerſi ſecundum Alenſ.

rationem

rationem causæ finalis in genere tractabitur: quod sat est, cum hic prima principia [illegible] consideranda.[1] *Præter hæc item cuncta mouens, tanquam omnium primum.* His intelligitur [illegible] quo postea considerabitur, quomodo sit prima causa, & primum omnium principium [illegible]: quæ non explicantur ab Alexandro. Themistius ait, hic quæri non proximum mouens, sed p[illegible]. Auerroes supponit de primo mouente id dictum esse, ad ostendendum quòd in primo age[illegible] tio ad omnem formam: sicuti agens particulare ad vnam tantum formam habere [illegible] subiungens, quòd vt agens particulare est quodam modo forma, quæ fit: ita agens vniu[illegible] est virtus intus, quæ perfecte per instrumenta secundorũ agentium operatur: & vt [illegible] instrumento, sic in primo agente, quod operatur per instrumentum. Verum dici potest, qu[illegible] mentio facta ex proposito de primo mouente: quando de principijs & causis primis sensibiliu[illegible] huiusque vniuersi agitur, inter quas est omnium prima primum mouens: de quo deinde [illegible] agendum erit.

Themist.
Auerr.

Quæ sint in genere posteriora sensibilium principia; & quomodo sint secundum actum & potentiam eadem in omnibus: & quòd principia substantiæ corruptibilis sunt etiam accidentium principia. Cap. [illegible].

P A R A P H R A S I S.

QVoniam autem rerum aliæ sunt separabiles alijs non innixæ rebus, aliæ non separa[illegible] vt sunt omnia accidentia; substantiæ autem sunt separabiles: hinc omnium eędem [illegible] iam dictæ causæ: quandoquidem sine substantijs nequeunt esse aut motus, aut passi[illegible] & alia accidentia. Idcirco substantiarum prima principia, de quibus antea dictũ est, erunt [illegible] entium principia. Deinde vero post hæc prima principia, erunt hæc alia: vtputa anima [illegible] corpus, vel intellectus & appetitus & corpus. Amplius vero alio etiam modo dici possun[illegible] principia omnium per analogiam, seu proportionem: nempe secundum actum, & [illegible] tamen vt hæc sint alia in alijs; & alio modo in quibusdam se habere possint. Etenim in nonn[illegible] & si non in omnibus, idem modo actu est, modo potentia: veluti vinum, uel caro, vel h[illegible] tus homo ad hominis essentiam, est actu homo: relatus vero ad cadauer, est potentia cada[illegible] actus, & potẽtia erunt principia vniuersalia rerum sensibilium. Verumtamen cadunt h[illegible] ctas causas. nam forma existens vnũ ex principijs, est actu, si sit separabilis: sicuti & illud quod [illegible] stat ex materia & forma, actu est. Similiter priuatio, vt tenebræ, vel vt ęgrotans actu est. M[illegible] ro est potentia, illud nẽpe, quod potest fieri vtrumq; iũ habitus, ipsa nempe forma: tum eius pri[illegible] tio. Aliter autem differunt potentia & actu ea, quorum non est eadem materia, quorum non est [illegible] dẽ forma, sed diuersa: quemadmodum dicemus, quòd hominis causæ sunt, tum elemẽta, [illegible] & terra vt materia, tum eius propria forma, tum si quid aliud est extrinsecum, vt pater, vt efficiens: pr[illegible] hęc autem sol, & obliquus circulus, vt causa pertinẽs ad generationem hominis: quæ [illegible] ad hominem generandum neque materia eius sunt, neque priuatio, neque species, neq[illegible] speciei cum homine: sed solum vt causæ mouentes concurrunt: quarum etiam, & actus est, & po[illegible] tia: quatenus motui subijciuntur: differunt autem ab actu & potentia rerum corruptibilium, quæ sunt obnoxiæ generationi & corruptioni. Ad hæc considerare oportet, quòd quædam licet [illegible] principia vniuersalia, & pluribus communia, quædam vero non licet dicere vniuersalia: sic [illegible] ius, vel illius rei particularis principia, non vniuersalia, sed particularia erunt. Idcirco omn[illegible] ma principia sunt, tum quod est primum actu secundum formam, non secundum priuationem: tum illud quod est primum potentia cuiusque rei singularis; vt ex ijs, tanquam immediatis & p[illegible] prijs principijs, constituatur quòdque indiuiduum. Et ideo huiusmodi principia non sunt vniu[illegible] lia, vt conueniãt pluribus: siquidem singularis rei sunt etiam singularia principia: hominis autem vniuersaliter accepti, principium est homo vniuersaliter acceptus. Nullus autem est vniuersalis homo: sed tantum particularis: sicuti Pyleus fuit pater Achillis: tui autem, pater tuus. Pariter hoc elementum B. est causa constitutiua talis syllabæ BA. in vniuersali autem acceptum elemẽtum est causa ipsius syllabę BA. vniuersaliter acceptæ. Deinde vero ad dicta principia prima & immediata sequũtur species substantiarum ex illis constitutę. Aliorũ igitur & diuersorum, eorum quæ non sunt in eodem genere, vtputa colorum, sonorum, substantiarum, quantitatis, sunt (vt dictum est an[illegible]) quoque causę & elementa: nisi quòd proportione sunt eadem. Eorum vero quæ sunt in eadem specie, sunt diuersa principia, non specie, sed quoniam aliud est vnumquodque principium singularium: veluti tui materia, & forma, & mouens, sunt alia & diuersa a materia & forma, & a mouente alterius indiuidui: secundum autem vniuersalem definitionem sunt eadem principia eorum, quæ sunt eiusdem speciei. Quòd autem attinet ad quæstionem antea propositam, num principia & elementa substantiarum, & eorum quæ ad aliquid, & qualitatum, & aliorum sint eadem an diuersa: ita occurrendum est, quòd sumendo principia vt multipliciter dicta, sic erunt omnium eadem: distincte autem accepta in propria cuiusque generis significatione, non erunt eadem, sed diuersa generum di-

...orum. Sed & omnium eadem eſſe principia dicendum contingere duobus his modis: vel ... analogiam & proportionem, quoniam materia, forma, priuatio, & mouens, adſint vbiq; ... cauſæ ſubſtantiarum, tanquam omnium cauſę, ſunt omnium cauſæ atque principia. ... ipſis ſublatis, reliqua tolluntur. Amplius quod primum eſt actu, iſtud eſt primum princi- ... omnium. Hoc autem modo; nempe actu accepta ſunt diuerſa quoque prima & immediata ... habitus & priuatio, ex quibus quodque ſingulare conſtituitur. quæ quidem principia, ne- ... genere dicuntur, neque multipliciter, cum ſint ſingularia: quo etiam modo ſunt alię diuerſæ ... rerum ſingularium conſtitutiuæ. Quæ itaque, & quot ſint principia ſenſibilium, & quo- ... eadem, & quomodo ſint diuerſa, dictum eſt.

T E X T V S.

... autem quædam ſeparabilia, quædam inſeparabilia ſint, illa ſunt ſubſtantiæ, propter quod hæc ... cauſæ ſunt: ſiquidem abſque ſubſtantiis paſſiones, & motus non ſunt. deinde hæc erunt, ... anima fortaſſis [a], *& corpus: aut intellectus, appetitus, & corpus. ¶ Item alio modo analogice ... ſunt eadem, vt actus, & potentia. verum hæc etiam in alijs alia, & alio modo ſunt* [b]. *In quibuſ- ... quandoque actu, quandoque potentia eſt: vt vinum, aut caro, aut homo. Cadunt autem hæc ... cauſas. actus namq; eſt forma, ſi ſeparabilis* [c] *ſit, & quod ex ambobus. priuatio etiam vt tene- ... potentia autem materia. hoc namque eſt, quod ambo fieri poteſt. Aliter autem actu poten- ...* [d], *quorum non eadem materia eſt, quorum non eadem forma: ſed diuerſa eſt. veluti homi ... elementa. ignis, & terra, & materia, & propria forma, & ſi quid aliud extrinſecus eſt, vt pater, ... Sol, & obliquus circulus, quæ nec materia, nec forma, nec priuatio, neq; eiuſdem ſpeciei ſunt, ... ¶ Præterea videre oportet, quòd quædā eſt vniuerſaliter dicere, quædam minime. Omniū ... principia, quod actu primū, & alius quod potentia. At illa, quæ vniuerſalia dicimus, non ſunt* [e]. *... namq; principium eorum eſt, quæ ſingularia ſunt. homo enim hominis unierſalis. ſed nullus eſt. ve- ... Achillis, tui autem pater. & hoc B, ipſius BA, ipſum vero B omnino ipſius BA. ſimpliciter, ... hæ* [f], *quæ ſubſtantiarū ſunt, verum aliorū aliæ cauſæ ac elemēta, vt dictum eſt, eorū quæ non ... genere ſunt colorum, ſonorum, ſubſtantiarū, quantitatis, niſi proportionaliter. Eorum quoque, quæ ... ſpecie, ſunt diuerſa, non ſpecie, ſed quoniā quæ ſingulariū aliud, & tua materia, & forma, & quod ... forma, ac mea materia. vniuerſali vero ratione eadem. ¶ Quærere* [g] *autem quænam principia, ... ſubſtātiarum, ad aliquid, & qualitatum ſint, vtrum eadem an diuerſa, patet quòd, cum mul- ... dicantur, vniuſcuiuſque ſunt. at ſi diuidantur, non eadem, ſed diuerſa, niſi quòd aliquo modo ea- ... logice namq; eadem: quia materia, forma, priuatio, mouens. ac illo modo ſubſtantiarum cauſę, quaſi ... ſunt: quia peremptis, perimuntur. Præterea quod primū actu* [h] *eſt, illo vero modo alia prima, ... contraria, quę nec vt genera, neque multipliciter dicuntur, item et materiæ. Quæ itaque ſenſi- ... principia* [i] *ſunt, et quot, quoue modo eadem, et diuerſa, dictum eſt.*

A D N O T A T I O N E S.

...einde hæc erunt anima fortaſſis & corpus, aut intellectus appetitus & corpus. Alexāder ait hoc loco afferri, quæ ſint proximę animantiū cauſæ; cum prius principia communia ſenſibiliū ſint allata: & ſunt (vt nos exiſtimamus) calidum, frigidū, & materia ad hæc potens. Ita autē explicat Alexander hæc verba. *vt forte anima & corpus*: vt in ſtirpibus: *vel intellectus & cor- ... appetitus*, vt in hominibus: *vel corpus & appetitus*, vt in beſtijs. Alenſis autē vult diſtinctionem ... inter ſubſtantias, vt ſint inferioris gradus inanimatæ, quæ mouētur ab alio: animatæ vero ſint ... primo gradu, quæ mouentur a ſe: ideo harū principia erunt in primo gradu. ſiquidē quæ mouen- ... ab alio, reducūtur ad cœlum, & cœlum ſupponitur animatum; ergo principia competentia ſub- ... animatis cōpetent cœlo, cum ſit animatū: vnde, ratione cœli, erunt talia principia ſubſtantia- ... in primo gradu. In cœlo autem, vt exponit D. Thomas, eſt intellectus, vel deſiderium. Verum ... apparet quòd Ariſtoteles afferat diſtinctionem graduū inter ſubſtantias: ſed ſolum enumerat ... principia conſequentia, & poſteriora ad prima iam enumerata: quæ fuerunt, calidum, frigidum, & ... materia potens ad hæc. Et cum hęc ſupponantur conuenire ſenſibilibus, & non conueniant cœlo, ... cœlo plane non eſt calidum neque frigidum; ideo dicendum, quòd neque hæc alia ſubinducta, intel- ... lectus & deſiderium conueniant cœlo, tanquam ſit animatum per animam ipſum informantem, ... quæ cognoſcat: licet concedimus, cœlum eſſe animatum ob virtutem intrinſecam, quam habet ſeſe ... mouendi; & quodam appetitu naturali, non tamen cum cognitione feratur; de quo erit poſtea pro- ... pria conſideratio. Idcirco dicimus, poſt illa prima tria principia, enumerari alia principia poſterio- ... ra, quibus omnes ſubſtantiæ ſenſibiles & generabiles conſtituuntur. Enumerantur autem hæc om- ... nia: *anima, corpus vel intellectus, & appetitus & corpus*: quibus quidem principijs comprehendun- ... tur in genere ſtirpes, animalia, homines, & etiam inanimatæ ſubſtantiæ: ita vt per *appetitum & cor- pus*, innuantur ſubſtantiæ, quæ habent formam naturalem ſine anima: ſiue elementa ſint, ſiue miſta ... ex elementis. ſiquidem omnia appetunt natura quendam locum, & propriam quandam conſerua- tionem

Alex.

Alenſ.

D. Tho.

tionem. per *animā & corpus*, intelligūtur tum stirpes tum animalia, quę ex his principijs c[illegible] tur: additione autem huius vocis *intellectus*, homines comprehenduntur. Et, hęc q[illegible]em [illegible] Aristoteles, adhibuit hanc vocem; *fortasse*, dubitanter loquens: quemadmodum etiam [illegible] prima illa tria principia: quippe qui de his quidpiam in particulari vltra non esset [illegible] relinquens hoc munus distincte hæc explicandi philosopho naturali. Et adnotan[illegible] meratione principiorum, omissas esse priuationes, vt quæ non ingrediantur rerum [illegible] & philosophus studet semper breuitati. [h] *Verum hæc etiam in alijs alia, & alio modo.* At quod po[illegible] tia & actus, quæ supponuntur principia communia omnibus sensibilibus secund[illegible] portionis, sunt alia in alijs: quod est manifestum, siquidem alius est actus hominis, & ali[illegible] actus

Alex. equi. quod similiter de potentia asserendum est. Cum vero subiungit; *& alio modo*, id Alexan[illegible] explicat: quòd, vt humor nunc est actu vinum, & potentia acetum: & quod nunc actu homo, & po- tentia cadauer: ita aliter idem ad diuersa relatum se habet, vt sit aliud actu homo, & aliud potentia homo. Quæ interpretatio videtur desumpta ex verbis subsequentibus *in quibusdam enim idem [illegible]*

Themist. *doque actu, quandoque potentia est*: quæ tamen Themistius ad hunc sensum trahit: quòd hæc [illegible] actus & potentiæ non est in prima causa; quæ omnium est principium; in quibusdam autem h[illegible]

Auerr. reperitur. Vnde (vt etiam innuere videtur Auerroes) hoc dictum quòd in quibusdam idem quan- doque est actu, & quandoque potentia, sicuti modo est potentia homo in semine, modo est [illegible] homo, huc tendit, vt deducatur quòd ideo potentia & actus sint in quibusdam rebus princip[illegible] non

D.Tho. autem (vt exponit D. Thomas) per hæc explicatur, quòd aliter se habeat actus & potentia, de q[illegible] postea agitur. Quòd autem in generabilibus sint diuersi actus & potentiæ secundum species [illegible] sas, ita est perspicuum, vt non egeat probatione. Idcirco dictionem illam, *et alio modo*, c[illegible] poni per dicta illa, quæ ita se habent: *aliter autē actu potentiaq; differunt*: quæ quomodo sint [illegible] da, deinde aperiemus: [c] *Actus namque est forma, si separabilis sit, & quod ex ambobus*. Bess[illegible] *actus*, cum tamen in auferendi casu græca dictio sit posita ἐνεργείᾳ, & Perionius ita vertit. *nam* [illegible]

D. Tho. *ipsa forma est si seiungi potest.* Quòd autem species actu sit, si fuerit separabilis, exponunt D. Tho-

Alens. mas & Alensis, id enunciatum esse ad modum Platonis. Verum hoc loco sermo est [illegible]

falsa arguitur opinio assèrentium, quòd infinito tempore manserit Chaos, & nox. Quæ opin[illegible] etiam aduersaria fidei nostræ, qua credimus factum cœlum & terram simul, vt initiū habuerit [illegible] creationem, tum quo ad materiam informem, tum etiam consequenter quo ad eius digestionem [illegible] ordinationem inductam sub hac forma vniuersi, quam spectamus. Quę vero verba subiun[illegible] Alex. *uerum semper eadem circuitione, aut aliter:* Alexāder ita explicat: vt illud *circuitione*, apponat [illegible] Empedoclis asserentis, quòd circulo rediret idem ordo rerum secundum litem & amicit[illegible] vero *aliter*, interpretatur dictum esse secundum opinionem Aristotelis. nempe quòd res [illegible] Alens. alio modo. Alensis ita interpretatur *aut circuitione* idest; secundum circularem generationem, q[illegible] est eadem rerum secundum speciem: *aut aliter*: idest, quòd secūdum numerum manea[illegible] idem a[illegible] D. Tho. D. Thomas sic explicat dictum illud *aliter*: idest secundum modum Anaxagoræ. Vicom. Vicomercatus apponit opinioni Empedoclis censentis, quòd eadem secundum numerum redibant. Nobis autem [illegible] detur vtrumque dictum, & *circuitione, et aliter*, pronunciatum ex sententia Aristotelis secundum [illegible] uersam considerandi rationem: siue accipiantur motus, siue res in motu existentes. Et est sensus, quòd eadem semper extiterint, *uel circuitione*, ita vt eadem absolute circuitione appareant; pr[illegible] sunt aspectus orbiū, & motus in cœlo semper ijdem existentes circuitione. Illud vero, *aut aliter*, adiectum est propter generationem & corruptionem: quæ sunt diuersa: & procedunt ex hoc, quòd aliter se habeat motus cœli, vt non sit vniformis, sed varius. Supponitur autem, ex primo motu sem[illegible] eodem existēte & inuariabili, sicuti est in primo orbe, prouenire vt idem semper sit, & nunquam deficiat. Vt aliter autem se habeant hæc inferiora secundum generationem & corruptionem, in causa est, quoniā alius orbis, & motus circa ipsum factus, aliter & aliter se habeat: nempe, sol progrediens motu opposito primo orbi, & transiens per Zodiacum tali modo, vt interdum appropinquet magis Zenit huius, vel illius partis terræ, modo longius se faciat ab eisdem partibus terræ, in causa est, vt generatio & corruptio proueniat in rebus orbis huius inferioris, vbi elementa vigent: & ho[illegible] semper continuat, & perseuerat, vt propterea non sit vnquam deficiens generatio & corruptio. Quod autem ita sit semper, est in causa; quoniam sol semper progreditur, & nunquam defici[illegible] motu, eo vt dictum est modo. Quòd vero ita semper progrediatur sol, causa est primus o[illegible] enim conuenit magis dicere, & assignare causā motus solaris primo orbi, & eius motui *eidē semper* existenti, quàm saturno: licet saturnus suo orbe sit propinquior primo orbi, quàm solis o[illegible]. *Quan*doquidem & orbis saturni supponitur, & subijcitur primo orbi, & eius motus a primo orbis motu pariter dependet, quemadmodum & sol. Vnde, sicuti primus orbis est causa motus [illegible] & solis, ideo primus orbis, vt prima causa assignari debet, propter quam sol ita semper mouea[illegible] quedicendum, quòd sol est causa per se, vt aliter se habeant res in hoc inferiori mundo [illegible] generationem & corruptionem: vt autem sol ita semper operetur, est causa primus orbis eodē modo se semper habens in suo motu. [k] *Patet igitur quòd motus quoque ita se habent*. Ex hoc dicto apparet, esse sermonem de varietate motuum, a quibus etiam rerum varietas pendet: & si motus ita se habent, vt iuxta rerum motarum conditionem atque naturam, sint etiam motus: quorsum igitur, inquit Aristoteles, cum motus hi ab ordine cœlesti dependeant, alia quærere principia? cum in his Alex. naturalibus consistat, & locum habeat ordo vniuersi? Alexander autem verba hæc; quòd *motus ita se habent*, ita interpretatur: quasi dicat Aristoteles: non solum nos hæc de inerrantis, [illegible] ræ motibus tradimus; sed motus ipsi re vera sic se habent. Aduertendum autem dicta h[illegible] loco deseruire ad solutionē dubitationis motæ supra in lib. 3. cap. 2. num principia, motu, an al[illegible] modo essent: vbi insinuabatur opinio idearum, quomodo essent principia: num operentur secundum motum, an secundum solam imitationem. Atqui, iuxta sententiam Aristotelis, per ordinem motuum existentium in hoc vniuerso, habetur quomodo principia operentur secundum motum in hæc [illegible] riora, & ideo iure intulit: quorsum igitur quęrere alia principia? [l] *Cum uero et ita cōtingat, et si non sic ex nocte*. Opinionē suā Aristoteles circa mundi ordinē et statū, eo magis corroborat inducēdo, q̄ [illegible] sequamur eius viā, absurda vigebūt, quę sustinēt aliorū opiniones. Veluti q̄ ex priuatione pręexistē[illegible] secundū materiā informē, facta sint omnia, vt poetę theologi asseruerūt. Aut quòd ex omnibus simul positis facta sint omnia secundū opinionē Anaxagoræ. Aut quòd ex non ente, idest ex nihilo, facta sint omnia. Quę positio est cōtraria placitis philosophorum omniū: sed secundum veritatem iuxta certissimum fidei nostræ lumen, ita se res habet, quòd ex nihilo creata sunt omnia a Deo. Eatenus autem reijcit Aristoteles hanc positionem, quatenus ex communi consensu philosophorum receptum erat, ex nihilo nihil fieri, quod est verum, si spectetur ordo generationis naturalis. At Deus legibus naturæ, quam ipse construxit, non est subiectus. [m] *Et est aliquid, quod semper incessabili motu mouetur*. Id apparet, quòd debet esse aliquid quod mouetur motu incessabili: quando ia[illegible] deductum est, motum esse æternum, qui non nisi in substantia potest subsistere. motus autem hic incessabilis, est circularis, existens in cœlo: ex quo deducitur, quòd primum cœlum etiam est æternum. Cum vero subiungitur. *Et hoc non solum ratione, verum etiam opere patet*: insinuatur demonstratio antea deducta, quòd oportet esse aliquod motum hunc in modum perpetuum: cui subiungitur, patere etiam ex ipso opere, quòd de facto motus circularis est continuus: vnde oportet etiam Auerr. cœlum æternum esse. Auerroes autem particulam illam, *ratione*, græce λόγῳ accipit pro definitione: nempe quòd motus circularis sit continuus, quoniam in circulo sit perfecta continuitas. Hinc autem

...erit, quòd erit æternum primum cœlum: & conſequenter id quod mouet cœlum: vt ita ad... ria Ariſtoteles deſcendat, explicando in quo nam ſubiecto motus æternus ſit, & a quo mo... & quomodo. cum prius in vniuerſali demonſtrationem ſtruxerit de æternitate motus, & de ...nitate primi mouentis. Illud vero, *primum cœlum*, quod dicitur eſſe æternũ, greçe ὁ πρῶτος ὐρανός ...tur. Et forte poſſet intelligi mundus ſuperior, diſtinctus ab hoc inferiori elementorum. Siqui... tribus modis dicitur mundus, ſeu cœlum, vt habetur in lib. de Cœlo: inter quos, vt dictum eſt, ...itur etiam cœlum pro omnibus orbibus diſtinctis ab hoc inferiori mundo. Et hoc dicimus, vt ...tueamur quòd etiam alij orbes conſequentes ad primum ſint æterni: licet etiam id conſe-quenter trahi poſſit ex hac ſuppoſitione, quòd primus orbis ſit æternus: cum inde inferatur, quòd ...n ſit continua generatio & corruptio in his inferioribus: vnde tanto magis arguitur æterni-tas omnium orbium. Sed Ariſtoteles de primo orbe præcipue hoc deduxit tanquam eo, in quo ...is apparere debeat æternitas: cum immediate ſubijciatur primo motori, & ab ipſo primo or-be alij orbes moueantur: vnde & obtinent æternitatem. * *Cum vero id, quod mouetur medium ſit*, ...*aliquid*. Themiſtius & Alexander ita deducunt demonſtrationem, quòd detur mouens im-mobile. Nam inquiunt, quoties vna res conſtat ex duabus, quarum vna ſequeſtrari, & per ſe ſtare ...pariter altera ita ſe habebit, vt poſſit ſequeſtrari. Veluti, (vt affert exemplum Auerroes) ſi per ...itaque, erit etiam per ſe mel, quoniam ex his extremis conſtat melicratum: ſic in propoſito de-...cum detur mouens motum ita cõſtitutum, vt & moueatur & moueat, cum detur & mobile non mouens, dabitur neceſſario & mouens immobile. Quorum expoſitioni illud primo refragatur, ...apponunt: nempe hæc: *dari mobile non mouens*, quæ in contextu Ariſtotelis non legun-...deinde vero ab ipſis non explicatur, quomodo pateat dari mobile non mouens: vel quid ſit ...quod ſolum moueatur, & non moueat: oporteret enim ipſos id nos docere. Dicit tamen Ale-...deſſe vagum corpus & errans: veluti eſt orbis ſolaris, aut lunæ: cum deinde ſphæra inerrãs moueat & moueatur. At, cum neceſſe ſit hunc orbẽ inferiorem ſuperioribus lationibus eſſe con-...vt inde omnis virtus gubernetur, (vt ſcriptum eſt in initio lib. Meteor.) haud concedendum videtur Alexandro, quin etiam orbes errantium moueant hæc inferiora. Nobis autem videtur faci-lis eſſe deductio, qua probetur dari primum mouens immobile hunc in modum. Nam, cum dedu-...ſit, cœlum eſſe motum motu ſempiterno: hincque manifeſte ſequatur, cum cœlum mouea-...us eſſe vt ſit aliquod mouens ipſum: & cum perſpicuum ſit, quòd motum motu ſempiter-...etiam eſt mouens, ſit medium, & non ſit primum mouens (ſiquidem ſi mouetur, non po-...primum mouens, cum ab alio moueri debeat, vt patet ex phyſicis ſpeculationibus) conſe-...igitur habetur, quòd ſi datur motum motu ſempiterno, quod eſt cœlum, etiam aderit mo-...m, quod debet eſſe immobile. alioquin abitio eſſet infinita in mouentibus: quod dicere eſt ...m: licet Ariſtoteles id non explicet, tanquam manifeſtum. Et de hoc primo immobili mo-...dicit, quòd eſt ſubſtantia çterna, & actus: quod quidẽ demonſtrare aſſumpſerat: & eſt a poſte-...demonſtratio; cum a re mota, & manifeſta, ab ipſo cœlo, arguatur dari ipſum primũ mouens. ...autem huius demonſtrationis ratiocinatio ita ſe habet. Subſtantiæ præcedunt alijs rerum ...ibus, ita vt ipſis ſublatis, omnia alia tollantur: debent igitur ſubſtantiæ aliquæ eſſe incorrupti-...alioquin omnia forent corruptibilia. At hoc eſt impoſſibile: quoniam ex phyſicis deductũ eſt, ...eſſe æternum, illum circularem: vel etiam omnem motum in ſpecie: pariter & tempus æter ...eſſe: conſequenter igitur erit & ſubſtantia æterna, a qua motus æternus ſit. Huiuſmodi autem ſubſtantia ſi non operetur, non aderit motus: ideo operabitur, habens quidem potentiam vt ope-rari poſſit, ſed non potentiam, vt poſſit non eſſe: & conſequenter erit ſine materia, quæ ſecum affert corruptionem. Vnde, vt hæc ſubſiſtant, oportet ſupponere motum, & actum ſemper extitiſſe. Ex qua ſuppoſitione deinde conſequitur eadem ſemper eſſe: vel circuitione eadem numero, vti eſt æternus motus circularis: vel alio modo ſecundum continuam generationem & corruptionem: quę procedit ex varietate lationis ſolaris factæ per Zodiacum. Ex qua etiam ſuppoſitione diſſoluitur difficultas mota in lib. 3. & lib. huic pręcedenti: quomodo ſint alia corruptibilia, & alia incorru-ptibilia, ſi omnium eadem ſunt principia? quam diſſolutionem Ariſtoteles inexplicatam dimiſit, tanquam manifeſtam ex his, quæ attulit circa varietatem conſiſtentem in motu ſolis. Conſequenter ad hæc, cum oporteat eſſe aliquid motum inceſſabili motu, ut defendatur motus æternus (qui eſt circularis) concluditur, quòd primum cœlum motum prædicto motu, erit æternum: & conſequen ter erit & illud mouens æternum, quod mouet ipſum: vti illud quod ſaltem natura prius eſt ipſo. Et ita erit probatum, dari primum mouens immobile æternum, exiſtens ſubſtantia, & actus. Ex quo ap paret, hanc concluſionem conflatam & deductam eſſe ex ſuppoſitionibus conflatis. & conſtitutis in hac ſcientia: licet etiam ſit innixa aliquibus alijs ſuppoſitionibus, vt iam manifeſtis, & deſumptis ex philoſophia naturali. Vnde etiam apparet magis ſpectare ad hanc ſcientiam ſupremam quàm ad aliam, hoc munus docendi de ſubſtantijs abſtractis quòd ſunt: tum quoniam id magis conue-niat proprio ſcopo huius ſcientiæ: tum quoniam magis exacta, & numeris omnibus abſoluta hic habeatur demonſtratio, quàm quæ ſit tradita in philoſophia naturali.

Themiſt. Alex. Auerr.

Quomodo

PARAPHRASIS.

MOuens autem hoc primum, quod constituimus dari (vt similitudine quadam [illegible] cipiamus quo modo moueat) dicimus ipsum eo modo mouere, quo mouet etiam ap[illegible] tibile & intelligibile: quippe hæc mouent non mota. Veluti sapientia, non mota, [illegible] animum philosophi ad eam adipiscendam. Ex his autem intelligibilibus & appetibilibus non [illegible] randum est, ea quæ prima sunt, eadem esse inter se: id est dicere, quod est primo appetibile, & [illegible] est primo intelligibile, idem & vnum sunt. etenim datur & apparens pulchrum, quod est c[illegible] scibile ad sensus iudicium pertinens: datur & quod pulchrum est secundum se, & non appa[illegible] pulchrum: & hoc est primum obiectum voluntatis, ab intellectus & rationis iudicio pendens. [illegible] autem conuenit dicere, quòd appetamus, quoniam videtur; quàm dicere, quòd quoniam vid[illegible] propterea appetamus. siquidem principium est ipsa intellectio, vnde mouemur ad appetendum ip sum per se bonum: intellectus autem mouetur ab ipso intelligibili: & ita ab eo, quod [illegible] pulchrum. vnde præcedit intellectio pulchri: quod quia videtur, & concipitur vt pulchrum, [illegible] a nobis expetitur. Intelligibile autem pertinet ad illam alteram coordinationem, quæ est [illegible] dum se, non secundum priuationem, sed secundum habitum. in qua quidem ordine prima est sub stantia: & postea accidentia. Et inter substantias primum locum illa tenet, quæ simpliciter [illegible] cundum actum est substantia. Non est autem idem dicere de huiusmodi substantia, quod [illegible] dicere quòd sit simplex. siquidem vnum, denotat mensuram: ipsum autem simplex, significat [illegible] modo se res habeat. sed & ipsum pulchrum, & quod per se est eligibile, vt dictum est, in [illegible] serie cum ipso intelligibili: adeo vt, sicuti quidpiam est primo & per se eligibile, ita est [illegible] & per se intelligibile, & semper quod optimum est, vel simpliciter, vel analogice secundum [illegible] rationem ad alia, primum est. Quòd autem in immobilibus quoque sit ipsum cuius causa, [illegible] stat distinctio, atque diuisio ipsiusmet cuius causa. siquidem, id quod est cuius causa, est [illegible] causa: vnde eorum alterá pars est id, & obtinet illud, cuius causa fit motus: nempe [illegible] det cuius causa: sicuti sapientia in se obtinet illam pulchritudinem, cuius causa ad [illegible] dam humanus animus mouetur. Altera vero pars, id scilicet, cui est causa ipsum cuius ca[illegible] ueatur, non est id, neque obtinet illud, cuius causa mouetur ad agendum, vt consequatur [illegible] non habet. Veluti sapientiam, quæ est causa ipsi philosopho vt ad illam adipiscendam mou[illegible] non habet ille qui illam appetit, cum ea careat. Mouet autem id cuius causa, tanquam amatum & desideratum: ita vt ipsum non moueatur, moueat autem quid aliud, existens ipsum amatum. Q[illegible] autem motum est a mouente vt amato, ipsum nempe cœlum, motum a primo mouente, [illegible] alia sibi cohærentia, atque coniuncta. Siquidem igitur aliquid mouetur, id ipsum contingit [illegible] se habere. Quare si latio prima ipsa circularis, & actus iste est, quo mouetur, in hoc ipso actu con tingit vtique ipsum cœlum motum aliter se habere, nempe secundum locum; non autem secundum substantiam. Et quoniam est aliquid quod mouet id, quod secundum lationem primam [illegible] existens immobile, & ens actu; hoc vtique non contingit aliquo pacto aliter se habere. Siquidem inter omnes mutationes primum locum tenet latio; & huius illa, quæ est circularis; & hac quidem mouens immobile mouet primum motum. vnde, non existente alia mutatione supra circularem, sequitur vt dicendum sit, quòd primum mouens, vt sequestratum ab omni mutatione, est ens [illegible] cessitate, non sub aliqua degens contingentia. Et quatenus est necessitas, eatenus pulchre [illegible] & hunc in modum est principium. Multis enim modis dicitur necessarium: tum violentum [illegible] illud sine quo bene agi non possit: tum illud quod non contingit aliter se habere, sed simpliciter necessarium. Ab eiusmodi igitur principio pendet cœlum & natura.

TEXTVS.

MOuet autem hoc modo, concupiscibile[a] & intelligibile mouet non motum. horum autem prima eadem sunt, desiderabile namque quod apparet bonum. primum vero voluntate affectabile, quod est bonum: magis vero appetimus[b], quia videtur, quàm videtur, quia appetimus. ¶ Principium enim intellectio. Ac intellectus ab intelligibili mouetur. Intelligibile vero alter ordo est qui per seipsum est. & huius substantia prima, atque huiusce quæ simplex, & secundum actum est. Est autem vnum, & simplex[d] non idem. siquidem vnũ significat mensuram, simplex vero quo modo se habeat ipsum. At vero bonũ quoque, & quod per se eligibile est in eodem ordine sunt. & semper primũ est optimum[e], aut proportionale. Quod uero cuius gratia in immobilibus[f] sit, ipsa diuisio manifestat. est enim id cuius gratia alicui eorum, quorum hoc quidem est, hoc vero non est. mouet itaque, vt quod amatur. quod mouetur autem, cætera mouet[g]. ¶ At si quid mouetur, contingit etiam aliter se habere[h]. Quare, si latio prima circularis actus est, quo mouetur, hoc modo sane contingit aliter se habere secundũ locum, quamuis non secũdum substantiam. Cum autem aliquid sit mouens, ipsum immobile existens, actu ens, hoc nullo modo contingit aliter

se habere

...tio namque prima mutationum est. huius autem, quæ circularis est, hanc autem illud mouet. ...est itaque est ens. & prout necessitas, bene est, & sic principium. Necessarium namque toties di... quoddam vi, quia præter inclinationem: quoddam, sine quo non bene esset: quoddam, quod nõ aliter ...se habere, sed simpliciter est. a tali ergo principio tum cœlum, tum natura dependet.

ADNOTATIONES.

Quo autem hoc modo concupiscibile, & intelligibile non motum. Vult patefacere, quomodo primum mouens immobile moueat. & primo docet sic ipsum mouere, vt mouent etiam appetibile, & intelligibile, quorum vtrumque mouet non motum, vt pater. Nam expeti... panis mouet famelicum ad ipsum sumendum: non tamen panis in hoc facto moue... similiter dicendum est de obiecto intelligibili, quod non motum, mouet intellectum. ...it autem simul appetibile & intelligibile, vt qui ostensurus sit, quòd sunt vnũ & idem, dum... prima, quę & perfecta dicentur. Hinc affert quandam appetibilis distinctionem. quo... aliud est appetibile concupiscibile, ad sensum pertinens, nõ existens per se pulchrum, sed tantum apparens. Aliud vero est appetibile ad voluntatem pertinens, & ad animam & rationis compotem: cuius bonum desideratum erit per se bonum, & pulchrum. & ita ...; hoc est, in primo gradu boni & pulchri; adeo vt sit immutabile, & semper eódem mo... Vnde Alexander ait, cupiditatem esse diuersam a desiderio: idest voluntate: quoniam ... in parte animæ concupiscente, & experte rationis: desiderium autem viget apud ani... compotem: adeo quòd huiusmodi appetibile, secundum rationem existens, erit per... & bonum; idemque intelligibile ab intellectu comprehensum: vt omnino hac ratio... per se & primo pulchrum est, & appetibile, idem sit & primo intelligibile. Vnde, cum ipsa ...telligentia sit per se & primo optima substantia, erit etiam per se primo intelligibilis: vnde ... sese, intelligit quòd est optimũ: & ita fruitur optima vita: vnde Deus explicabitur, quòd ... vita æterna. Quòd autem dictum est ab Aristotele, quòd primum βουλητὸν, idest primum ... secundum voluntatem, est quod pulchrum est, non apparens, sed re uera existens pul... huc spectat: quoniam huiusmodi desideratum est secundum rationem: & ita pulchrum re ... primum locum obtinens in voluntate. Non autem ita se habet, quod expetitur secundum ...entiã: cui & voluntas assentiat dissentiens a recta ratione, vt quæ sit allecta ab illecebris vo... hoc enim non erit primum quod competat voluntati, cum sit præter rationem, neque per ... bonum & pulchrum erit huiusmodi concupitum.[b] *Magis uero appetimus quia videtur, ...tur, quia appetimus.* Hoc profert, quòd magis ita sit dicẽdum, quòd appetamus, quia vide... bonum, quàm quod dicere habeamus, quòd videatur aliquid, quia appetamus. Quod ...latum, quoniam sæpenumero fit, vt propter cupiditatem subuertatur ratio: & hinc, ob hãc ... concupiscentiam, apparet aliquid sub ea forma, quę re ipsa non est. Verumtamen dicen... nos aliquid appetere, quoniam videtur: non enim nisi aliquid prius appareret etiam apud ... concupiscentem, vtique non fieret in ipso appetitus: sed multo magis dicendum est hoc ...petibile voluntatis. Vnde subiungit. *principium enim intellectio.* Vbi aduertendum, græce ha... quod aliqui verterunt *vero*; ac si legeretur δὲ cum tamen manifeste appareat reddi ra... quare ita sit dicendum, quòd appetamus quia videtur. Siquidem principium appetitionis ... intellectio. & hoc deseruit ad stabiliendum, quòd si primum mouẽs mouet, vt finis, est quid ... primo pulchrum, & bonum immutabile, & non dependens ex iudicio appetentis, præsertim ...sque ratione.[c] *Intelligibile vero alter ordo est, qui per se ipsum est.* Pythagorei duas ponebant ... coordinationes (de quibus supra habita est mentio in lib. 1. cap. 5. nec non in lib. 14. apud ... 12 cap. 6.) tum rerum quæ sunt secundum se ab vna parte, tum ab alia huic opposita, earum, ... essent secundum priuationem dictorum secundum se. Vnde dicit hoc loco Aristoteles, quòd ...gibile est de ea coordinatione, quæ est secundum se: nam priuatiuum non est per se intelligibi... In hac autem coordinatione intelligibilium, ait quòd primum locum tenet substantia; & inter ...stantias, illa, quæ simpliciter est substãtia, nempe simplex substantia, perfecta substantia, & actus ... existens. Nam quatenus substantię est iuncta aliqua potentia, & nõ est simplex substantia, non actus purus: vt hinc inferatur, quòd prima substantia est primum intelligibile, & consequenter ... primum appetibile. Hoc autem loco comm. 24. habet Alexander, dari formam materialem, Alex. ... intellectus secernit a materia, illam actu intelligibilem facit, & ipse actu intellectus efficitur. ... autem res est per se ens, incorporea, expersq; materiæ, ea suapte natura actu est intelligibilis, & a se habet hoc, non ab intellectu: sed est intellectus per se actu intelligibilis: alię vero formæ, quas secernit intellectus a materia, non sunt per se intelligibiles. vt patet, quoniam intercidunt, nec sunt, separatæ sint ab intellectu eas intelligẽre, qui eas a materia secreuit, & ex particularibus vniuersa... effecit, de quibus etiam dicit, quòd intelligibiles fiunt ab intellectu; cum sint potentia, non per se, & actu intelligibiles: & tunc ipsarum quęque intelligibilis est: & mens, siue intellectus efficitur, cum intelligitur, non antea. Nam intellectus actu nil aliud quàm forma quæ intelligitur. Vt enim sensus actu idem est quod actu sensibile; & actu sensibile idem est quod sensus actu: sic intellectus

actu:

actu est id, quod actu intelligibile: & actu intelligibile, idem est quod intellectus in a[illegible] dicta Alexandri primo occurrit dubitare, quòd non sit idem actu sensibile, qu[illegible]d actu [illegible] dem quod est actu sensibile, materiale est: at non huiusmodi est sensus actu: nisi d[illegible] quòd per sensibile actu, intelligat speciem sensibilem perceptam a sensu, quæ [illegible] ipsum sensibile. Sed & quæ habet Alexander de ipso intelligibili, non videntur [illegible] ne Aristotelis: qui supponit nostrum intellectum esse possibilem, prius quàm sit fa[illegible] dubium relinquitur, quomodo possit huiusmodi intellectus facere (vt supponit [illegible] der) formas intelligibiles, & eas secernere a materia, si ipse non est nisi potentia. [illegible] ponere aliquam facultatem actiuam in alio intellectu, vt idem Alexander alibi constit[illegible] intellectum agentem, qui agit in nostrum intellectum possibilem. In ipsa autem [illegible] nere hæc diuersa agendi & patiendi munera, videtur omnino Platonicum & Simplicia[illegible] hinc etiam coniectura sumi potest, quòd non sint hi commentarij Alexandri Aphrod[illegible] autem nobis nunc occurrit considerandum circa naturam nostri intellectus, non præter[illegible] Nempe, quòd intellectus (vt dicitur in lib. 1. de Anim.) est quædam substantia innascens [illegible] intelligendum & ad sapiendum: quæ tamen nihil est rerum, in quas formari potest, nisi [illegible] tentia fieri potest omnia: vnde necesse est, vt fiat actu intelligens per intelligibi[illegible] actu sentiens per sensibilia. Ad hoc autem perficiendum, concurrit opus intellectus agent[illegible] strantis phantasmata, vt fiant actu intelligibilia: & ita intellectus fiat actu intellig[illegible] cum speciebus intelligibilibus: vnde postea potest varios conceptus simul compone[illegible] rere, & varia munia obire, & se ipsum quoque intelligere. [d] *Est autem unum, & simplex, non* [illegible]

In hac parte videtur Aristoteles explodere modum explicandi, quo Plato & Pyt[illegible] circa primam substantiam, dicendo quòd esset ipsum vnum; supponentes ipsum vnu[illegible] substantiam, quæ competeret primo principio. De quo est etiam sermo in lib 14 apud n[illegible] 4. vbi latius explicatur, quod hic, quasi alibi tractatum, pressius affertur. Reprobat [illegible] quòd primum principium per hanc dictionem, *vnum*, explicetur: quando vnum sig[illegible] ram, & non pertinet ad rei substantiam: sed extraneum est a rebus, ab anima vt princ[illegible] excogitatum. Ipse autem affert, primæ substantiæ conuenire, vt dicatur simplex: ad[illegible] rum compositarũ, quæ nobis sunt magis notę, vnde etiã intelligitur, quid in abstra[illegible] gnificet. ac propterea ait, per hanc dictionem *simplex*, significari, quomodo se habe[illegible] piũ: valde enim quadrat, & est accõmodata ad explicandũ quòd sit purus actus. Et hinc [illegible] stotelem in hoc incumbere, vt rerum tradat notitiam per ea, quę ipsis inexistunt. sicut in[illegible] compositis explicandis adhibuit materiam & formam, quæ intrinsecus rebus his co[illegible] non ideas, non numeros. Similiter igitur & hoc obseruat circa considerationem prima[illegible] docens quòd dicenda sit quòd simpliciter est, vel simplex est, vt ita magis (quantum licet [illegible] eius explicetur propria & intima natura.

Alex. Alexander autẽ ait, prędictis verbis respondere [illegible] ctioni, ne putaretur esse vnam tantum substantiam immobilem, quia de simplici fu[illegible] cat Aristoteles: at non sunt idem vnum & simplex. At nobis magis probatur altera inte[illegible]

[e] *Et semper primum est optimum*, aut, *proportionale*. Ait semper esse optimũ illud, quod est [illegible] nempe in coordinatione rerum præcipuarum. siue inquit, simpliciter sit primum ade[illegible] bus antecedat, & tale erit simpliciter optimum: siue etiam sit vt analogum: id est, secundum [illegible] tionem primum, & hoc erit etiã optimũ non simpliciter tamẽ, sed in aliarum rerum cõp[illegible] Veluti in genere colorum, & saporum, & huiusmodi, sunt species nonnullæ optimę, [illegible] aliarum comparatione. [f] *Quòd vero cuius gratia in immobilibus sit*. De hoc fuit sermo [illegible] apud nos 11. ca. 3. vbi supponitur in immobilibus esse cuius causa: sed de hoc explica[illegible] postea insinuauerat Aristoteles: quod hic præstat. Ex quo satis valida ducitur coniectura, quòd li[illegible] ber ille hunc alium antecedat. Cum autem dicat, quòd diuisio manifestat quòd sit cuius g[illegible]

Alex. immobilibus, id Alexander refert ad diuisionem contrariorum habitam in lib. 2. d[illegible] eius propriam sententiam. Aliqui supponunt duplicem finem esse: alterum pręexistent[illegible] trum est finis motus rerum grauium, & talem finem dicunt esse in immobilibus, non en[illegible]

Auerr. mouetur: alterum vero, in quem fieri consueuit actio, quæ in finem desinit. Auerroes a[illegible] vnus finis, qui in alio recipitur, vt eius perfectio, sicuti sanitas in animali. alter uero p[illegible] nens, quemadmodum dominus est finis seruorum, in quem actiones eorum diriguntur. E[illegible] finem tribuit substantię immobili, ad quam omnia referuntur; non alterum finem, quon[illegible] cidens; substantiæ autem immobili nullum inest accidens. Nobis autem videtur dic[illegible] rum hic esse sensus: quòd distinctio ipsius cuius causa, ostendit quòd in immobilibus [illegible] tia cuius. huiusmodi autem distinctio explicatur ab Aristotele his verbis, *est enim id cuius grat*[illegible] *cui eorum, quoniam hoc quidem est, hoc vero non est*. quę distinctio habetur etiam in lib. 2. de An[illegible] quòd finis duplex est, gratia cuius; & cui: & ita diuisio cõplectitur duo, tũ id cuius causa [illegible]

Alex. tum illud cui est causa. Vnde non apte videtur Alexander opinari, quòd particula *enim* græce [illegible] accipienda pro hac alia coniuñctiua *autem*; quod non est necessarium, si sequamur allatam expo[illegible] tionem, quæ omnino postulat vt legatur *enim*: quoniam fit redditio causæ, cur sit diuisio, seu dist[illegible] ctio ipsius cuius gratia. Et interpretatio a nobis allata confirmatur ex his quæ subiunguntur [illegible] dici-

...quidam hoc eſt, boc vero non eſt. his enim diſtinguitur conditio finis, tum in illud, ...gratia, tum in illud quod eſt alicui. Nam id, cui eſt finis, non eſt illud, quod finis con... pulchritudo ſapientiæ, non eſt, neq; eam obtinet, qui eam appetit conſequi: quæ tamen ...do eſt in ſapientia. Vnde illud cui finis eſſe dicitur, mouebitur ad aſſequendũ id, quod nõ ...autẽ acceptus pro cuius gratia, habetur ab eo, ad quod aliud mouetur, vt ipsũ obtineat. ...pulchritudo, & perfectio ſapientiæ, eſt in ſapiẽtia: vnde ſequitur, quòd etiã in immobilibus ...pulchrũ, & ipſum cuius cauſa alia mouentur: non autẽ huiuſmodi, vt ipſum immobile mo... ...fine quẽquærat vt aſſequatur, quaſi nõ habens illũ: ita enim non eſſet immobile. Et ideo ...mouet talia, vt amatũ & deſideratũ: ita quidẽ, vt quod motũ eſt ab ipſo moueat alia. vnde ...immobili primo mouẽte, ſub ratione cauſæ finalis, totũ hoc vniuerſũ pẽdere. [g] *Quod ...cætera mouet*. Cœlũ mouetur a primo mouente, primus nẽpe orbis, qui mouetur ab ...ab amato: vnde reliquos poſteriores orbes cœlũ primũ mouebit, mouens vt amatum: ...& ſimpliciter amatũ, & optimũ; ſed vt primũ eligibile & amatũ inter orbes. [h] *At ſi quid ...contingit etiã aliter ſe habere*. Hoc enunciatũ eſt aliud ab eo, quod habetur in cap. præceden... ...eſt, ſequi generationẽ & corruptionem perpetuã in his inferioribus, quia aliter & ali... ...motus ſolis, non vniformiter, ſed varie progredientis circa Zodiacum. Hic autem ha... ...unumquodq; motũ quouis motu contingit aliter ſe habere, vt ita nõ excludatur ab hac ...alietate etiam primũ cœlũ, quod mouetur motu ſimplici circulari: & ipſum enim, vt ...oportet propter motũ, cui ſubijcitur: licet ſecundum ſubſtantiã aliter ſe habere non ...ba ſequentia ſunt diligenter perpendenda: quæ Beſſario ita vertit. *quare, ſi latio prima ...quo mouetur, hoc modo contingit aliter ſe habere ſecundum locum.* & hãc eandem lectio... ...interpres Alexandri. At Vico Mercatus aliam lectionem ſequutus, ita habet. *latio igitur ...actus eſt, ſe habere aliter qua ex parte mouetur, & loci ratione, & ſi non ſubſtantiæ poteſt.* ...onem nullus alius interpres agnoſcit. prætermitiit autem particulas illas, *quare ſi*: quaſi ...ret difficultatem, quòd motus appelletur actus, cum tamen in eius definitione pona... ...& in lib. 9. cap. 3. dictum ſit ab Ariſtotele, quòd nomen actus qui ad entelechiam anne... ...nit etiam in alijs maxime ex motibus. Accedit, quòd videtur facere Ariſtotelem dicen... ...o moueatur: cũ tamen motus non ſit motus, vt concluſum eſt in lib. huic præcedenti. Pu... ...dictorum verborũ hunc eſſe ſenſum. Vt, cum dictum ſit, quòd ſi quid mouetur, contin... ...habere: modo in dictis verbis ſubiungatur, quòd neque ab hac conditione abſoluitur ...uetur ſecundum primam lationem. Et ideo dicat Ariſtoteles, quòd etſi latio prima, & ...ſit, quo moueatur mobile: attamen, quatenus mouetur, eatenus contingit aliter ſe ha... ...ſecundum locum, in quem mutatur: non autem ſecundum ſubſtantiam, a qua nõ mu... ...æternum. Verũ animaduertimus pleniorem ſenſum futurum horum verborum, ſi par... ...ταύτην, ex accuſatiuo in dandi caſum emendetur, ταύτῃ. ſic enim loquentem hoc loco ...Ariſtotelem. *Siquid igitur mouetur, contingit & aliter ſe habere. Quare ſi eſt latio prima & ...mouetur, hoc contingit & aliter ſe habere ſecundum locum, et ſi non ſecundum ſubſtantiã.* quod ...mobili intelligẽdũ eſt, & de toto cœlo. Et hęc quidem deductio deſeruit Ariſtoteli ad inſe... ...quod primum mouens ita eſt immobile abſolute, vt liberum ſit ab omni mutatione. Vnde ...iunxit. *Quoniam uero eſt aliquid mouens id ipſum, immobile actu exiſtens, hoc non contingit ul... ...aliter ſe habere*: cuius dicti hãc reddit rationem. Nam mutationum prima eſt latio, & huius ...circularis: mouẽs autem hac latione mouet corpus cœleſte, nempe circulari latione, quæ ...ineſſe ipſi primo immobili mouenti: alioqui non eſſet primum immobile. Conſequen... ...prima mutatio ſit ipſa circularis, omnes alias motiones antecedens, concludendum quòd ...mouens immobile non contingit vllo modo aliter ſe habere: vt contingit cœlo ſecundum ...lationem. Nam ſi mouẽs cœlum, moueretur ſecundum locum, antecederet eius latio latio... ...quam tamen primã ſupponimus. & ipſius præterea oporteret eſſe mouens immobile, ne ſit ...infinitus in mouentibus. cõſequenter omnis alia mutatio longe aberit ab ipſo primo mo... ...mobili, cum aliæ omnes mutationes motũ talem circularem præſupponãt. Alexander au... Alex. ...non poſſe conuenire primo motori motum circularem; quoniam vnius rei vnus eſt & mo... ...Tho. quem ſequutus eſt etiam Vico Mercatus, hanc aſſignat cauſam: quoniam non eodẽ mo... D. Tho. ...uetur mouens & motũ: ſicuti alterans non alteratur eo motu, quo alterat. Verũ in oppoſitũ ...poteſt, quòd primus orbis circulo fertur, & verſat etiã alios orbes eodẽ motu circulari. [i] *Ex ne... ...uaq; eſt ens*. Alex. dictũ hoc ita explicat. Primũ mouẽs, in quit, ex neceſſitate eſt ens: quoniã Alex. ...ſario motus circularis. Sed cõtra dici poteſt ex antea deductis, quòd cũ neceſſitas motus in... ...mutabilitatẽ ſaltẽ ſecundũ locũ, ideo nõ videtur cõueniẽs, ab hac neceſſitate inferre neceſſi... ...mæ cauſæ, quæ immobilis penitus exiſtẽs nulli mutabilitati debet eſſe ſubiecta. Vnde aptius ...ſi fiat hũc in modũ illatio; deducẽdo quòd quoniã cadit mutabilitas in ipſo primo moto ...motũ, ideo ſtatuendũ eſſe, ꝙ primũ mouẽs ſit ens ex neceſſitate nulli motui ſubiectũ; vt ita ...ab ipſo omnimoda mutatio, vt nil in ſe cõtingẽtię admittat, adeo vt nullo modo poſſit ali... ...ter ſe habere: & ideo eſt ens ex neceſſitate, nulli ſubiectũ cõtingẽtię. Et cũ ſubiũgitur: *Et pro ut neceſſi... ...bene eſt, et ſic principiũ*. Innuitur ijs verbis diſtingui neceſſitatẽ, quæ cõuenit primo mouẽti, a ne...

 ceſſitate

cessitate accepta secundum violentiam: coniungi autem cum ea, qua, vt aliquid bene fi... citur necessarium: hac enim etiam additione primum mouens, primum existens ... pium, est simpliciter necessarium, vt & non possit aliter se habere, & simul per ipsum ...

D.Tho. ne & pulchre. his enim modis dici necessarium in lib. 5. explicatum est. At D. Tho. ac...

Alex. accõmodatum primę causę, vt sine qua non bene. Alexander autẽ explicat ex tali necessi... cœlũ & naturam. Ac si, si interrogemur quare prima causa est necessaria, sit dicẽdum, ... bene sine ipsa. Verũ, cum antea expositũ sit, quòd primũ mouẽs non potest aliter se habere, ... est ex necessitate ens: adiectum est postea, quòd quatenus necessitas, καλῶς, idest, pulchre ... ideo cõstitutum est, quòd est principium mouens vt pulchrũ; quod tamen dicitur simpliciter neces sariũ, vt nullam admittat mutationẽ: & est primum etiã simplex necessariũ, quando cœlum ... mutationem. Sed & principia scientiarũ, quæ videntur esse simpliciter necessaria, oportet vt a ... percipiantur; vnde modo sunt, modo non sunt in mente humana. Atq; ideo nõ recte videtur ... Mercatus correxisse locũ; vt pro aduerbio, καλῶς, legeretur, ἁπλῶς, quando vtraq; cõditio conu... primo mouenti; vt & sit simpliciter ens, atq; necessariũ, & item pulchre necessariũ, cum sit causa fi... lis omniũ: & ita est principiũ sub hac ratione, quatenus est ens necessariũ, includẽs in hac ... te pulchrũ & bonũ. Ex quo patet, considerari substantiã immobilem, quatenus est principiũ. Vnde etiam infertur conclusio, quòd *a tali principio pendet cœlum & natura*. Nominauit autẽ primo ... lũ, vti illud primũ, quod habet præcipuam essentiam, cũ sit primum, quod subijcitur immediate pri mo mouenti, quod maxime viget in cœlo: non quòd cœlũ non sit etiam sub natura, cũ habeat ... principiũ motus: sed per naturã & alia omnia inferiora cœlo significata sunt, tanquam sub ... magis generali cõprehensa. Quomodo autẽ pendeat hæc omnia a primo mouente, postea ... cum hoc interim debeat esse perspicuum, quòd nisi esset hoc primũ principiũ, nihil esset, & ... forent corruptibilia. Quòd autẽ attinet ad necessitatẽ, qua ens necessarium dicitur esse primum mouens, intelligimus distingui hanc necessitatẽ & a violẽtia, quoniã non posset esse cum ... etiã ab ea necessitate, quæ dicitur sine qua non bene aliquid fieret: quoniã non est hæc ... cessitas. at necessitas primi principij, est simpliciter necessitas, cum hac adiectione tamen ipsius boni atq; pulchri. Item ab ea, quæ pertinet ad demonstrationem: quoniam & si non ... habere quæ demonstrantur; attamen non sunt principia scientiarum simpliciter ... per sint actu: sicuti est prima causa, quę etiam adiunctum habet, vti diximus, illud quod est pulchre se habens, ita vt moueat hæc necessitas immutabilis, mouens sub ratione causæ finalis.

Expenditur iuxta varias sententias hoc enunciatum, quomodo primum mouens moueat sub ratione amati, seu desiderati. Cap. VIII.



Alex. Lexander circa hoc enunciatum, quòd primũ mouens moueat sub ratione amati & desiderati, ait ita se rem habere, quòd cœlum mouetur, vt assequatur quod non habet ... & quoniã prima causa est infinita, hãc numquã assequitur: & propterea perpetuo mouetur. Circa quod dictũ animaduertimus, aliter quoq; posse probari, quòd cœlũ perpetuo moueatur, absq; quòd supponatur, quòd primũ mouens sit causa infinita, quod non esse ... sententia Arist. nonnulli supponunt: nẽpe hũc in modũ argumentando. Cœlũ mouetur ob amatũ primũ mouens: atqui, quod amatum est, dum amatum est, semper mouet: semper autem est amatum ipsum primum mouens, vt quod semper idem manet, sequitur igitur quòd cœlum semper mouebitur.

Themist. Themistius autẽ cõparat legem ipsi primæ causæ: quoniam etiã lex est principiũ administrationis, & causa vt fiat gubernatio recta. Verũ lex non est substantia, sed actio substãtiæ, quæ ... nec manet nisi per tempus determinatum: sed lex est pulchra, per se eligibilis, & causa gubernationis. sic inquit, prima causa est principium per se eligibile. Deus est vigor, lex, causa, norma, & ordo huius mundi, vt ab ipso pendeat tota gubernatio. Et cum operatio, quæ ab intellectu ... sapientia, & operatio intellectus sit substãtia, sapientia erit substãtia, a qua rectitudo omniũ pro... quæ omnia appetunt, vt eam imitẽtur. In quibus tamen est varietas, vt quidpiam propius accedat, aliud longius: quemadmodum etiam in ciuitate, vbi aliqui ciues propius accedunt ad perfectionem, alij vero absunt magis. Hæc & alia huiusmodi afferuntur a Themistio, quæ videntur pertinere ad explicandum, quomodo sit mundus bene ordinatus: non autem per hęc explicatur, quomodo moueatur cœlum, vel fiat ista gubernatio, quam supponit comparando eam legi.

Alens. Alensis quęrens quomodo secundum Aristotelem prima intelligentia moueat sicut amatum & desideratum, inquit primo: quòd Aristoteles imaginabatur cœlum animatum, vt ipsi coniuncta sit intelligentia, a qua moueatur; & quòd hæc moueat vt assimilet se primæ intelligentiæ: & hoc agit explicando ad actum formas de materia, in qua sunt in potentia mediante motu cœli, & eandem habent esse in prima intelligentia: & hoc ponit ex sententia Aristotelis: de quo tamen non apparet vbi hoc dictum sit. Secundo supponit ex eiusdem Aristotelis sententia, quòd quanto magis res est in actu, eo magis assimilatur primæ intelligentiæ, quę est purus actus: & hoc fit per explicationem formarum e materia. Nam sic mouendo est magis in actu, quàm si non moueret, explicatioquę est nobilis actus: & in motu cœli est virtus mouens vt efficiens. adest etiam intelligentia prima, quæ mouet vt finis, cui se intendit assimilare secunda intelligentia. Tertio addit secundum

Ariſtotelem (vt ipſe ſupponit) quòd cum finis ſemper ſit nobilior eo quod eſt ad finem, non eſſe hunc finē, vt explicet formas;ſed vt ſit ſic in actu:& exiſtendo in actu, magis aſſi- primæ intelligentiæ, quę eſt purus actus. Quarto dicit etiā ex ſententia Ariſtotelis, quòd, vt omniū ſeruorum ſunt reſpectu domini, adeo quòd operationes ſeruorum ſunt vt aſſequā- tionē domini, quæ intentio ſic mouet ſeruos vt amatum & deſideratum;ſic omnia agentia mouentur, vt aſſequantur aliquo modo eſſe diuinum;cuius eſſe, omnia quæ ſunt, partici- unt:quoniā omne ens eſt deriuatum a primo: & ſic mouet omnia agentia ſub ratione amati rati. Subiungit autem, quòd aliter de iſtis motionibus cœlorum dicerent Theologi. Verum nunciata, quę aſcribit Alenſis Ariſtoteli, non apparent ab ipſo explicata: qui ſolum dixit quòd mouens mouet vt amatum & deſideratum: neq; apparet alicubi, quòd Ariſtoteles ſuppoſue- moueri ab intelligentia aſſiſtente, tanquam cœlum ſit animatum anima intellectiua:ſed ſo it in lib. de Cœlo quòd cœlum eſt animatū: vti illud, quod a ſe moueatur: nō tamē vt ha- m: vnde neq; apparet dicendū eſſe, quòd habeat intellectum. Verū & hæc quoq; quæ ad- ab Alenſi, potius ſpectant ad ordinem vniuerſi, de quo infra propria erit Ariſtotelis cō- quàm vt aperiant, quomodo primū mouens vt amatum & deſideratum moueat, vt cœ- inde pendeat. Accedit quòd iuxta has explicationes allatas ab Alenſi non videtur pro- ,quomodo primū mouens moueat vt amatum & deſideratum. Sed quomodo intelli- ans cœlū, ipſum moueat: dū mouendo cœlū, educit & explicat formas ad actū ex ma- tet exponere, quomodo primū mouens mouet vt amatū, quod proprie nō præſtat Alē Mercatus ex propoſito quęrit, quomodo cœlū moueatur ſub ratione amati; de hoc dubi- ca quòd ſic denotatur finis, qui non continet vim motricē: at cœlum mouetur, & verſa immobilis ſubſtantia eſt cauſa, tanquā finis, ipſius motus primi cœli, non apparet vnde motus. Et ſi dicere voluerimus (vt cenſuit Alexander) adeſſe in cœlo animam, quæ amo- immobilis ſubſtantiæ commota, ad cęleſte corpus, in quo eſt, mouēdum impellatur; adeo m ab anima, velut a cauſa efficiente, a ſubſtantia autem immobili, vt a fine, ac re expeten ur: tū inquit nulla erit illa demonſtratio, qua enixus eſt Ariſtoteles probare in lib. 8. Phyſ. cipit vt manifeſtū, quòd ſubſtantia immobilis non ſit in magnitudine; quoniam motus ſie aneus: id enim nullū incommodum eſſet (inquit Vico Mercatus) ſi duntaxat vt finis, ſa effectrix moueret. Secundo de hac anima cœleſti nullibi (ait) Ariſtotelem meminiſſe: i cœlum animatum, id ad ſubſtantiam immobilem referendum eſt, quæ cœli quodam- nima. Tertio inquit, Ariſtoteles conſtituit tot ſubſtantias, quot orbes: quod non videre- rium, ſi ab ea vt a fine, & re expetenda motio penderet; cum illa omnium ſit finis.

einde Vico Mercatus opinionem Auerrois, quam & in diſputationibus contra Algaze- Auerr.
hoc lib protulit: nēpe, id quod ab ipſa ſubſtantia immobili, vt a re expetenda & fine mo- ario cœlum non eſſe, ſed ipſammet immobilē ſubſtantiam, ſeu proprium eius appetitū :quorum altero, nempe mente, cum naturā ſuam perfectiſſimam apprehendat, intelli- tionem ſuam perpetuitate motus contineri: altero, nempe appetitu, eandem ardentiſſi- proſequitur, atque ad cœleſte corpus mouet perpetuo;& circa eandem impellitur: ſicuti inambulat ob ſanitatē cōſeruandam, cuius perfectionē nouit;& non alio modo ipſam cō- poſſe intelligit, quàm per ambulationē. Ad quæ deinde ſubiungit Auerroes, alium finē etiā ſe, quo cœlū a ſubſtantia illa mouetur: nempe generationē, & conſeruationem rerum cadu deo vt hæc ſit eius ſentētia, quòd ſubſtantia immobilis & finis motus rationē habeat, & etiā cientis: & quòd nulla anima diuerſa ſit, quæ a ſubſtantia illa, vt a re expetenda moueatur. bus a materia ſeiunctis abſurdum eſſe ait, quòd ſimul & finis & efficiens ſtent: quandoqui is, & efficientis rationes ob materiam tantum inter ſe diuerſæ ſunt: quæ ſi in rebus inſint a liberatis, eidem rei poſſunt conuenire. Quemadmodum inquit, balneum, quod cogitatio- bis conceptum, vt efficiens cauſa mouet: quod autem re vera balneum eſt, motionis eſt fi- Quòd ſi eſſet ſine materia, vel ſeiunctum a materia animo cogitetur, ſic eiuſdem motus res eadē ciens, & finis erit. At contra opinionem hanc Auerrois inſtat Vico Mercatus: quoniam nulli- Ariſtoteles, ſubſtantiam immobilem ſe mouere: ſed a ſe ipſo cœlum moueri: ipſam autem mobilem perpetuo. Item vt res quæ amatur, non poteſt moueri, ſicuti balnei forma, & ſi ab- materia poneretur, non propterea hominis corpus efficienter moueret: in quo oportet vt quid, quod moueat virtute interna exiſtente: vt patet ex declaratis in lib. 3. de An. circa modū animalis. ſiquidē tria ibi docuit Ariſtoteles eſſe in motu animaliū: vnum quod mouet, & illud diſtributū, tū illud, quod eſt omnino immobile, quæ eſt res expetēda, tum id quod mouet, & quòd eſt appetitus cū imaginatione, aut mēte, quę a re amabili & expetenda mouetur, & ad ipſam proſequendā moueat; & tertiū illud, quo veluti inſtrumento ad motū efficiēdū ap- titur. Tandē Vico Mercatus proponit pro explicatione huius arduæ quæſtionis, quòd poſſit eſſe expetendum, & ſe ipſum ciere: vt anima excitata a ſui pulchritudine ſe amet, & intelli- ſeruationis ſui partem in corpore eſſe, hinc impelli ad illud: impelli autem ab amore, quo quitur: atque ita etiam euenire poſſe de prima cauſa immobili, quæ ſua pulchritudine exci- ueat cœlum, in cuius motu ſuam perfectionem ex magna parte conſiſtere intelligat: neque

tamen propterea, inquit, non erit immobilis: quoniam solum negat Aristoteles motum [illegible]
ipsa. Ad hæc subiungit, cum eam substantiam immobilem ait Aristoteles, mouere vt id [illegible]
tur, non propterea inficiatur, quin & efficienter moueat: sed modũ tradit, quo ad m[illegible]
pellitur, vt hinc cœlũ primũ moueatur efficienter quod alios orbes vna conuertit. Hæc V[illegible]
catus. Qui hanc sententiam videtur desumpsisse ex paraphrasi Marc. Anton. Fl[illegible] in [illegible]
brum edita. is enim, tanquam hanc reputans sententiam Peripateticorum inquit, quòd [illegible]
imago pulchri concepta in anima & mente, est effectrix, vnde mouentur inferiora, quo[illegible]
varietatibus materię, erit etiam finis. Ad hæc subiungit (quod non habet Vico Mercatus) q[illegible]
riores mentes ex amore sui producunt æternitatem motus, in qua perfectio ipsarum continetur [illegible]
quòd ob charitatem erga fragilia sibi commissa, non solũ curant, sed etiam procreant varia in [illegible]
Auerr. inferiora: quemadmodum mens architecti grauida plurimis rerũ ideis, vtilia ædificia struit. [illegible]
quidem sententia videtur emanasse ex opinione Auerrois, si recte perpendantur, quæ iuxta eius sen-
tentiam dicta sunt antea. Qui etiam supponit tres modos, secundum quos formæ sint in primo mo-
tore: tum sicut esse formarum in mente artificis: tum secundum esse instrumentale in cœlo, quo me-
diante producuntur: tum secundum esse in materia. Nobis autem videtur magnum esse discrimen
inter exemplum allatum a Vico Mercato de ipso animali, cuius anima sui pulchritudine exc[illegible]ta,
intelligens conseruationis sui partem in corpore esse, hinc impellatur ad ipsum corpus. Nam in a[illegible]
mali anima est informans ipsum corpus, quod non potest dici de cœlo, respectu primi immobilis.
Addamus, quòd de prima causa non est dicendum, quòd egeat cœlo, sicuti anima animalis indiget
corpore. Accedit quòd dicit Aristoteles, quòd ipsa mouet vt intelligibile: ergo cœlũ, cũ moueat [illegible]
prima causa, vt est intelligibilis, sic videretur debere habere animam intellectiuam, qua perci[illegible]
intelligibile. Perpẽdendum itaq; maxime videtur, quomodo cœlum efficienter ab immobili [illegible]
tia mouetur: num pulsu? an tractu? aut quonam alio modo? quod cum dici non possit, [illegible]
videtur concedendum, quòd cœlum efficienter ab intelligentia moueatur. Sed asseren[illegible]
sua natura circulo cieatur; quemadmodũ & elementa ex insita natura aut sursum, aut deo[illegible]
uentur ad propriam quodq; sedem. Vnde relinquitur dicendum, quòd cœlum, iuxta senten[illegible] Ari-
stotelis mundum ingenitum constituentis, id tantum habeat a causa prima, vt in suo n[illegible]
duret, & perpetuet: quod & efficitur in cœlo ob insitum appetitum sese assimilãdi primo p[illegible]
quòd immobile, æternum, & necessarium ens, idem semper manet primum, & op[illegible]
Alex. le. Quod & Alexander insinuauit in lib. 2. quæst. Natur. cap. 19. vbi hęc habet. Quod, quam[illegible]
di corpus ingenitum est & incorruptibile, semperque secundum sui naturam & animam ordinatum, & [illegible]
motu primi Dei imitationis desiderio motum, hoc nihil eget. loquens de prouidentia, quam cœ[illegible] non
contingere cõtendit, de quo erit postea propria nostra disputatio. Sed & Alexander tribuit cœlo an[illegible]
mam inexistentem, quæ, vt intelligens pulchritudinem primæ substantiæ, causet vt cœlũ æmul[illegible]
perpetuitatem ipsius. At nos sat esse censemus insitum in cœlo appetitum naturalem, ad hoc vt per-
petuo optet cieri, quod sibi contingit, vt dictum est, ob perpetuitatem primæ substantiæ. Siquidem
(vt dicitur in lib. 7. Eth. in tractatu de voluptate cap. 13.) inest rebus omnibus quiddam diuinum,
vt bonum sectentur, & se ipsas conseruent in esse, quod tamen non putant, neque dicunt tanquam
cognoscentes; sed vt directæ ab intelligentia non errante: quippe in hoc inclinant vt suum conser-
uent esse. Et hoc est, quod protulit Aristoteles hoc in loco, quòd prima substãtia immobilis, & sem-
piterna, & ens necessarium existens, mouet sub ratione causę finalis, vt amatum & desideratũ. Quod
si dictum est, quòd mouet vt appetibile & intelligibile: hęc (vt antea animaduertimus) adducta sunt
pro exemplo ad manifestandum, quomodo prima substantia immobilis existẽs, non mota, m[illegible]
non quòd, quæ mouentur ab ea sub ratione amati, omnia necessario illam debeant intellig[illegible]. Vn-
de non necesse, vt cœlum sit præditum anima intellectiua; de quo erit postea propria disputatio.
Idcirco cõcludendum, primam substantiã omnino esse immobilem, vt nullo pacto de ea cõtin[illegible]
dicere, quòd moueatur, neque motu locali, neque vllo alio motu, quo excitetur, & impellatur, vt
cœlum moueatur. Vnde nullus efficiendi modus in ipsa denotari potest: neque explicari, qua [illegible]
aut quo modo cœlum moueat: quoniam non pulsu, non tractu, aut alia huius generis motione [illegible]
potest, aut cogitari quòd ipsum moueat. Quæ instantia pariter obsistit omnibus alijs substan[illegible]s ab-
stractis, quæ supponantur præsidere orbibus, ne dicamus illas mouere efficienter cœlos: quia non
pulsu, non tractu; nõ alio ve nobis noto mouendi genere dici potest, quòd ipsos moueãt. Hinc iuxta
hãc considerandi rationẽ videtur asserendum, ex placitis & ex philosophia Aristotelis, id tantum h[illegible]
beri, quomodo cœlũ & natura perpetuentur, & cõseruentur in proprijs operibus a prima substãtia
sub ratione causæ finalis. Et sane neq; aliud quidpiam, quo ad efficiẽtiã, videtur adduci ab eo philo
sopho potuisse, qui ex nihilo nihil fieri, & mundũ æternũ & ingenitũ supposuerit: nisi hanc solã or
dinis conseruationẽ, in quo consistit hoc vniuersũ. Quomodo autẽ cœlũ, & res omnes huius vniuer
si obtinuerint vt essent, id nequaquã talis philosophus potuit explicare. Quod diserte pronũciatur
ab his, qui omnia a Deo creata supponunt. Dicunt enim, quòd Deus fecit cœlũ & terrã, & omnia ex
nihilo: quia, vt omnipotens verbo suo creauit omnia, quoniã dixit, & facta sunt. Quòd si quis dubita
ret, quomodo Deus nulla re indigens debuit producere mundũ. Ad hoc dicendum, vt dicunt sacri
theologi, quòd non est creatus mundus a Deo, quoniam ipse vlla re egeret. Sed vt ob eximiam suam
boni-

largiretur esse aliis extra se, cum bonum eo magis sit bonum, quo magis est diffusum: & nitus auctor & factor omnium, a creaturis propalaretur, & eius gloria magnificaretur.

Quomodo dicatur primum mouens ens necessarium. Cap. IX.

Vm autem dictum sit ab Aristotele, quòd prima causa est ens necessariũ, hinc videretur dicendum, quòd ex necessitate cœlum ab ipsa moueretur: & ita non voluntaté libera motor moueret cœlum, sed omnia ageret ex necessitate. Cui difficultati occurrentes, dicimus dictum esse ab Aristotele, quòd primum mouens est ens necessarium ad hunc sensum, quo nulli subiacet mutationi: & ita manet ens necessariũ, quatenus est immutabile: & hac ratione amatum, & vt causa finalis mouet secundum philosophum, ita semper se habet: vnde & cœlum mouetur perpetuo, vt, quo fieri magis potest, præstãtiam essendi primæ causæ quærat. cum præsertim mundus æternus supponatur, a quo statu mutari non possit iuxta eius philosophiã. sed non propterea cõcedendum, quòd prima causa suã non habeat liberã voluntatem. At secundum veram theologiam, cum mundus fuerit creatus a Deo, non dicendum, quòd ex necessitate fuerit creatus, quasi quòd coactus sit Deus ad mundi creationem: sed, bonitate, volũtarie mundũ creauit: sicuti & semper agit omnia, quæ suæ sunt placita volũtati.

De primo motore, num moueat cœlum in ratione tantum causæ finalis, an etiam efficientis. Cap. X.

Si Aristoteles hoc loco statuit, primam causam, seu primum motorem (quem immobilem dari ex pluribus suppositionibus deduxit) mouere vt amatum & desideratum, & ita sub ratione causę finalis: attamen nõ defuerũt, qui ex eius placitis eumdem etiam tueantur cõtra causam effectiuam motuum: quod præsertim ex varijs ipsius dictis colligere nituntur, quæ afferemus; vt ijs ipsis dissolutis, illustrior atq; certior appareat quæ fuerit circa hoc proAristotelis opinio. In primis itaque adducitur enunciatum illud desumptum ex 3. cap. lib. 1. Gen. & Corrupt. vbi duplex causa assignatur, tum materialis, tum ea vnde principium motus; subiungit Aristoteles, aliam esse immobilem, cuius perscrutatio pertinet ad primam philosophiam, aliam vero semper mobilem, quã supponit esse ipsum cœlum. ex quibus verbis patet, primum motorem, vt causam motricem & efficientem expresse denotari. Idem confirmant ex lib. 2. cap. 2. vbi dicitur; quòd causæ effectiuæ, seu mouentes in duplici sunt differentia, vt quædã physicæ considerationis, propterea quòd ita mouent vt non moueantur, quale est primum mouens: quædam vero ita mouent vt moueantur, & hæ sunt physicæ considerationis. Adhuc in ... rum probat Aristoteles, quòd in mouentibus & motis non est procedere ad infinitum: ueniẽdum ad aliquem motorem primum immobilem. Præterea in hoc lib. cap. 6. infert si primum principium motiuum & effectiuum fuerit, non autem operans, non erit mo... circo statuebat, primum mouens non esse potentia; sed versari in perpetua actione: alioquin non esset æternus, vt supponitur. Quæ omnia huius philosophi enunciata insinuare videntur ... um motorem mouere in genere causæ efficiẽtis ipsum cœlum, & medio cœlo omnes alias huius mundi inferioris. Addunt vero nonnulli ad idem persuadendum hanc etiam rationem, quam tanti faciunt vt asserant eam dissolui non posse. Etenim inquiunt, constituit Aristoteles lib. 8. Physic. impartibilitatem primi motoris hac argumentatione. Nam si in magnitudine ... ur, aut esset in magnitudine infinita, & hæc non datur: aut finita, quod esse non potest: siqui ... us aut erit finita, aut infinita: si finita, motus non æternus: si infinita motus erit in non tempore: deducitur pluribus verbis in 8. Physic. Vnde infertur, quòd virtus, quæ est causa motus æterni impartibilis, & omni carens magnitudine. Atqui hæc, inquiunt, respicere causam mouentem efficientem; non vt finalem. quoniam dicunt, nõ sequeretur deductio. quòd motus fieret in tempore, si mouens tantum vt causa finalis, & non vt efficiens concurreret. Verum, quæ adducunt, non obstare censemus, quo minus ex placitis Aristotelis tueamur, primum motorem solum mouere sub ratione causæ finalis, & non efficientis, Vnde ad argumentationes factas ex aduerpondentes: in primis dicimus ad postremam: quòd probatio illa desumpta ex lib. 8. Physic. etiam sub compendio in hoc lib. est repetita, non habet vim, neque exercetur ab Aristotele sub considerandi ratione, nisi in quantum supponit virtutem in magnitudine, quæ moueat in magnitudine existens; quæ certe, aut pellendo, aut trahendo, aut alio quopiam mouendi genere moueat. Quare, cum primũ moués immobile sit ab omni materia seiunctũ, huiusmodi demõstratio ipsi aptatur, cũ nõ sit in magnitudine; neq; aliquid aut pellendo, aut trahẽdo moueat. Quòd autẽ primum mouens moueat tẽpore infinito, partim ex ea patet ostẽsione, qua probatur, non posse dici quòd sit factus tanquã prius non esset, sed æternus est: partim ex eo, quòd necesse est motũ æternũ ab æterno motore pendere: adeo quòd, quatenus mouens est ens necessarium, immutabile, & semper operans, hinc & motus vt sit æternus oportet. Ad alia vero dicta ex Aristotele desumpta, occurrendum est, dicendo, nullibi statui ab ipso, quonam modo primum mouens moueat, nisi in hoc lib. cap. 7. dum docuit, quòd mouet vt amatum & desideratum, & ita sub ratione causæ finalis. vbi

etiam finem bifariam distribuit, tum in id, quod est cuius causa, tum in illud, cui ... que ipsum primum mouens mouere, vt cuius causa, vt quid optimum & desideratum ... imitari studeant. Vnde, si vt efficiens mouet, eatenus efficiens est, quatenus efficit vt omnia ... tur, existens omnibus causa vt summum bonum, & summum ens, ob quod omnia mouentur ... assimilentur, & non alio modo. Hinc omnes adductæ auctoritates dissoluuntur, vt ... modo id insinuent, quòd primum mouens sit principium, vnde omnis motus pendet ... dimus. Sed istud tamen ita esse principium motus asserimus, quatenus mouet vt amatum & ... ratum. Proinde quòd primũ mouens moueat, vt homo mouet lapidẽ; aut sit ita efficiens ... est sanitatis effector, aut fabricator domus; id maxime stultum, & erroneum esse ... illa mente, quæ est penitus immobilis, & ab omni materia seiuncta. Vnde æterno ... & ingenito, vt supponit Aristoteles, censemus non posse dici, quomodo Deus sit ... Alex. moués, nisi sub ratione finis optimi & desiderati. Et hanc sententiá expresse sequutus est Alexander in 1. cap. lib. 1. Quæst. Natur. qui, si aliquando asseruit causam in cœlestibus esse efficientem ... dum motum, vti & animal mouetur ab anima, id intellexit de orbibus cœlestibus; quibus ... inesse animam censuit. ob quam (vt animalia mouentur ob inexistentem animam) ita quoq; ... cientur (secundum ipsum) ob ipsis inexistẽtem animam. Qua in re aduertendũ, omnia ... cta moueri passiue: sed esse tamen hoc discrimen, quòd naturalia inanimata mouẽtur ex se, sed non a se, vt initium motus non sit ab ipsis: sicuti est in animalibus, quę ex se mouentur, & etiam a se ipsis, quatenus ob virtutem motricem intrinsecam animę inexistentem mouentur: in quo tamen ... anima excitatur ab aliqua re amabili, quæ sit ipsi facta propinqua, ad quam assequẽdam ... pus per instrumenta ad motum peragendum constituta. Neque vero contendum ... quòd sicuti intellectus in homine est causa multarum motionum quæ in corpore homin... existens causa ob bonum aliquod ab ipso præconceptum, vnde impellitur homo ad illud ... dum, ita quoque prima causa inexistens cœlo ipsum moueat. Est enim inter hæc magnum ... men. Primo, quoniam in nobis intellectus, & ipsa ratio mouet ob finem boni consequendi ... reat, quod non dicendum de Deo Opt. Max. in quo viget summa rerum omnium perfectio ... la cadit indigentia boni, quod habeat expetere. vnde Aristoteles lib. 14. apud nos 12 ... prehendit illos, qui ab ipso vno, tanquam ipso bono existente, pendere volebant ... simum principium, quod est absque dubio ex sese sufficientissimũ, & nulla indiget ... fectione, quod de nostro intellectu non est asserendum. Deinde dicimus animam ... inexistere corpori, vt saltem, tanquam instrumento, egeat spiritu, quo suas edit oper... cet non informet corpus, vt anima sensitiua aut vegetatiua: spiritus autem realem obtinet ... quo cieatur, vnde & connexione partium corporearum, simul aliæ partes corporeæ mouentur, & totum corpus motu sensibili & reali: quæ de prima intelligẽtia nullius instrumenti indige... cogitare quidem fas est. Vnde relinquitur, vt ipsa sit solum causa mouens, quoniam ipsius exi... quæ est perfectissima, est causa vt alia moueantur ad ipsam, quo magis possint, imitandam.

Quæstio de cœli natura, quę formam illi præbeat, num sit animatum; & qua nam anima, vel quibus animæ virtutibus sit præditum. Cap. XI.



DE corpore cœlesti variæ sunt motæ quæstiones, tum penes ipsius corporis naturam, tum penes formam, quæ ei præbeat quiditatem, vnde motu circulari cieatur, vti videmus ipsum circũferri. Verum, quòd atinet ad corporis cœlestis naturam secundum eius proprias dimensiones, nunc missam faciemus illam quæstionẽ, quam, inter omnes Aristotelis expositores, Auerr. præcipue tractauit Auerroes in lib. quem confecit de substantia orbis, censens corpus ... ste esse substantiam actu indiuiduam, citra compositionem existentem. etenim hæc pertinet ad librum de Cœlo, vti propria ibi examinanda, est dimittenda. Nunc vero breuibus percurram ... aliam quęstionẽ, vtrum sit cœli aliqua forma, quę illi esse prębeat, per quam moueatur; & quæ ... hæc sit statuenda ex Aristotelis sententia: num inanimis forma, an potius animata, vt & cœlum animatum sit dicendum. Et si animatum est, num sit ita animatum, vt omnibus facultatibus, quibus aliquid viuere dicitur (& sunt vegetatio, secundum locum mutatio, sensatio, appetitus, & intellectus) sit pręditum; an non omnibus, sed quibusdam. At primo quidem nullus fere eius fuit sententiæ, vt cœlum protsus inanimatum esse dixerit: quemadmodum etiam nemo inuentus est, qui cœlo attribuerit vegetandi facultatem, cui, augẽdi & decrescendi cõsequitur mutatio. Quidam vero sensitiuam virtutem, & appetitiuam, & intellectiuam, & simul motiuam inesse cœlo censuerunt. At magis probatorum & melioris notæ philosophorum, veluti Alexandri, Simplicij Auerrois, & Auicennæ, fuit opinio, quòd cœlum viueret per animam appetentem, motiuam, atque intellectiuam, non autem sentientem. Qui autem Cœlo & sensum attribuere, ad hanc ipsorum sententiam statuendã, hęc intulerunt argumenta. In primis enim illud accipiunt vt manifestũ ex placitis Aristotelis, quòd cœlum sit animal: siquidem in lib. 2. de Cœlo cap. 2. hæc habet. *Cum autem a nobis sit antea definitum, tales potentias ijs inesse, quæ principium motus habent, & cœlum sit animatum, atque principium habeat motus, patet ipsi superum inferumque & dextrum atque sinistrum inesse.* Item, eodem

...12. *sic ait. Sed & nos de ipsis, ut de corporibus ac unitatibus ordinem quidem habentibus, ...is autem penitus cogitamus. oportet autem ipsa viuentia esse existimare, atque actionem ha-* ... quibus apparet supponi ab Aristotele, non solum quòd cœlum sit animatum, verum quòd sit animal, ex eo quòd obtineat primum illud, quo animal distinguitur a planta: vt ...um superum & inferum in motu obtineat, vt planta; verum etiam dextrum & sinistrum, ... & retro, quibus modis mouetur animal. Hoc itaque iacto fundamento, qui cœlo sensum ...tuentur, subinnuunt hanc argumentationem. Omne quod est animal, oportet vt habeat sen-... quemadmodū docuit, & statuit Aristoteles in lib. 2. de Anim. cap. 1. inquiens: *animal autem ...sum primo.* & huius quidem enunciati ibidem reddens rationem, hæc subiunxit. *nam & ea ...cientur motu, nec mutant locū, sensum autem habent, non solum viuere dicimus, verum etiam ani-...cupare solemus.* Quod etiam confirmauit in lib. 3. de Ani. cap. 12. dum dixit. *animal autem ...d sensum habere.* propterea inferunt ex huiusmodi argumentatione quòd cœlum, quòd sup...e esse animal, erit præditum virtute sensitiua. Quod etiam ex hac alia eiusdem philosophi ...a confirmāt: vt qui dixerit in lib. 3. de Ani. cap. 12. *impossibile esse, quòd corpus habens animā & ...mentē, non habeat etiā sensum.* idq; tam ad corpus generabile, quàm ad ingenerabile com-...di statuit. Addunt & hanc aliam rationem desumptam ex initio lib. 1. Meteor. quòd *necesse ...hunc inferiorem superioribus lationibus esse cōtiguum, ut inde omnis uirtus gubernetur.* vnde ...cantur. Si cœlum gubernat hęc inferiora, vtique oportet vt eadem cognoscat, hæc autem ...singularia, quę non nisi sensu percipiuntur: quare cœlum gubernans hæc inferiora, ad hoc vt ...at, necessario virtute sentiendi erit præditum. Veruntamen hęc opinio vt erronea pluri-...probatur ex partibus: sed hac præcipua instantia. Quoniam, si cœlum præditum esset sen-... vt sentiret, oporteret quòd species sensibilium ad ipsum deferrentur, vt fit in sensatione ...ium. consequenter haberet organa, quibus has species sensibiles susciperet. Etenim hunc ...dum deducebat Aristoteles in lib. 2. de Cœlo cap. 8. quòd astra non possunt dici gradientia, ...m instrumentum progrediendi illis natura tradidisset, quod tamen ipsis inesse non appa-... Ita propemodum dicimus, quòd si cœlum præditum esset virtute sentiendi, organa haberet, ...bus munus sentiendi posset obire. quæ tamen non habet. Quòd vero attinet ad enunciata Aristo ...adducta ex aduerso, id, tuentibus oppositam sententiam, concedimus: nempe cœlum esse ani-... significauit Aristoteles in lib. 2. de Cœlo loco ante citato. Verum dicimus cœlum in tantum ...imal, inquantum præditum est virtute sese mouendi secundum locum. siquidem sufficit hāc ...esse, vt in animalis naturam statuantur. etenim hoc constituit Aristoteles in lib. 2. de Ani. ...um dixit. *cum multifariam uiuere dicatur, etiam si unum tantum istorum insit, uiuere illud dici-...inest, vt intellectus, sensus, motus loco, ac status, & insuper motio nutrimento accommodata, & ...decretio ue.* Quapropter, cum insit cœlo virtus motiua secundum dextrum & sinistrum, an-...tro, quibus distinguitur motus localis in animalibus, ipsum hac ratione animal esse dice-... Quòd vero dictum sit, quòd animal est primo per sensum, id profecto de his generabilibus est ...gendum. quandoquidem non omne animal id habet, vt moueatur de loco ad locum; omne ... animal necessario hoc obtinebit, vt sit sentiens, quemadmodum loco citato explicauit Ari-... In lib. autē. 2. de Cœlo, supponitur primū illud, vnde animal denotetur, esse sursum & deor-...ibus differentijs etiam plantę limitantur, vt ideo & ipsę sint viuentes, propterea quòd & sur-... deorsum crescunt: & ob id præclarius esse obtinent illis sensibilibus, quæ solo simplici motu ...licientur, aut sursum, aut deorsum, iuxta elementorum propriam naturam, aut ipsorum prę-...um, quod obtineāt in mistis. Ad illam vero auctoritatem lib. 3. de Ani. quod etiam ingene-... corpus debeat habere sensum, dicendum est, quòd verba illa (per quæ Plutarcus censuit Ari- Plutar. ...lem tribuisse cœlo sensum) sunt referenda, vt habet Simplicius in loci illius expositione ex sen- Simpl. ...a quoque Alexandri, ad antecedentia: in quibus dictum erat, quòd corpus simplex non potest Alex. ... cum sensu: sicuti etiam ingenerabile corpus simplex non est cū sensu. Sed & Simplicius ibidem ...fert prędicta verba apposita fuisse ab alio. Atqui (vt nobis videtur) quæ eodem loco subiunguntur, ...ius id videntur præseferre, quòd corpus ingenerabile non debet habere sensum: vt omnino ver-...ba illa, ad corpus mobile generabile habente animam & mentem discernentem, sint referenda: idq; vt tollatur difficultas, qua censeri potuisset ab aliquo, quòd huiusmodi corpus deberet carere sensu: ideo vt dicatur in oppositum ab Aristotele, non conuenire, vt careat sensu, quoniam non esset me-lius, neque ob corpus, neque ob animam, vt sensu careret. Non ob animam, quoniam non melius intelligeret, magis ue; cum egeat sensu subministrante formas. neq; ob corpus; quoniam non magis corpus persisteret sine sensu, cum sensus adiuuet ipsum ad sustentationem. Vnde & infertur ibi ...c conclusio: *nullum igitur, uti diximus, non immobile corpus habet animam absque sensu.* & ita Sim-...cius ibi explicauit. Ad illam vero ratiocinationem inductam ex lib. Meterol. dicimus, non infe-...dum ex ea, quòd cœlum, tanqum cognoscens, regat hæc inferiora, propterea quòd sint illi con-...gua: sed inde insinuari ordinem vniuersi, in quo res singulę etiam inanimatę suas obeunt ope-rationes: licet non sint cognoscentes, verum directę ab intelligentia non errante: e quorum numero præcipuum, & maximi momenti ordinē obtinēt corpora cœlestia, vt explicatur infra in tractatu de ordine, seu bono vniuersi. Hinc etiam impugnatur & deuincitur, vt erronea, opinio Auicennę, qui Auicen. statuit

statuit in cœlo esse phantasiam: quandoquidem, cum phantasia ad sensum pertineat, i... per ante deducta non possit esse sensus; vtique neque phantasia sensum concernens in ... se poterit.

Auerr. Consequenter examinanda est Auerrois ac reliquorum opinio, qui supponunt cœlum ... ditum anima dante illi esse, & hanc esse animam intellectiuam separatam a materia, qu... tribuere cœlo esse, licet ipsum non informet. Quę suppositio ex horum proprio placito ... autem ex placitis Aristotelis: sicuti neque vllo adminiculo eorum, quæ apparent, innixa ... titur autem & hanc manifestam instantiam, vt docendum sit ab ipsis, quod non faciun... anima hæc intellectiua, dans esse cœlo secundum horum opinionem, efficiat in ips... motum ... lem, quo cietur. Siquidem, cum supponatur extrinseca a corpore cœlesti, motu... factus in cœlo ... violentus, & consequenter cum defatigatione motoris: quod opponebat etiam Platoni Arist... in lib. 2. de Cœlo cap. 1. Pręterea. cum ab Aristotele statutum sit, in cœlo esse dextrũ & sinistrum, ... quam distinctas partes ipsius corporis cœlestis, secundum quas fit in animalibus. & ita in cœlo ... tus localis: idcirco inferendum est, inesse igitur in cœlo animã hanc, nempe virtutem sese mouen... di motu circulari: adeo vt hæc virtus sit sibi intrinseca: ac propterea non indiget anima extrinseca, Alex. quæ ipsum efficienter moueat. Et hæc quoque fuit Alexandri sententia: qui censuit animam ine... cœlo, & ei prębere esse, tanquam actum a cœlo inseparabilem: adeo vt hæc sit eius natura, per quam moueatur, & sit animal. Verumtamen non consentimus in hoc cum Alexandro, quòd cœlo in... stens anima sit cognoscens & intelligens, vt ipse est opinatus. nusquam enim id dictum appar... ab Aristotele. Ac sat est, uti diximus in præcedentibus, quòd cœlum naturali impetu sibi insito, ... ducitur ad imitandam primi entis sempiternam existentiam, perpetuo motu circulari ... E... quoque consonum est veritati, cui innitimur ex fide reuelata; vt dicamus, cęlum sua naturali v... te, quam obtinuit in primordio suæ creationis (quæ virtus censenda est anima per ea quæ d... sunt antea) sese mouere ad nutum tamen diuinæ voluntatis: a qua obtinuit vt esset, ob qua... a motu habeat aliquando cessare. Numquid autem intelligentiæ orbibus præsideãt tanquam ... ta in naui; de primo quidem motore id minime dicendum: vt qui tum per se, tum per ac... mobilis supponatur ab Aristotele: nauta autem ad motum nauis saltem per accidens mo... De alijs autem intelligentijs id forte concedi posset ex doctrina Aristotelis, quòd moueant ... dens ad motum orbium, si tanquam nauta in naui, præsidere orbibus cęlestibus ... quod Themist. Themistius asserit. Qui vero supponunt intelligẽtias, tanquã formas, orbibus præb... ipsas esse cœli, sed alio modo quàm sint formæ in hisce sensibilibus compositis inexistẽtes ... neque philosophiæ Aristotelicæ conueniant, neque sacræ theologię: idcirco, vt rerum nouarum ... proprium voluntatis placitum inuentores, dimittantur, ne lis de verbis incassum a nobis agitur.

Num corpora cœlestia in ratione substantię dependent a Deo secundum causam efficientem. Cap. XII.



Simpl. QVoniam autem sunt, qui etiam tuentur iuxta philosophiam Aristotelis, corpora cœlestia in ratione substantiæ dependere a Deo secũdum causam efficientem, horum fundamẽta p... currentes, quàm sint inualida, iam ostendamus. Etenim Simplicius tanquam huius opinio nis antesignanus in lib 8. Phys. eam corroborare cõtendit varijs innixus argumentis. Inter quæ in primis affert id, quod Aristoteles protulit de æuo in lib. 1. de Cœlo cap 9. inquiẽs, æuum di... ctum esse a semper existendo, quod immortale & diuinum est; ex quo deinde intulit, communicari tum esse, tum viuere, his quidem clarius, illis vero obscurius: ex quo infert Simplicius hoc argu... tum. Sicuti res habent vt bene sint a causa finali; ita quoq; vt sint, & viuant, habent a causa ef... Affert secundo sentẽtiam Aristotelis ex lib. 1. huius philosophiæ cap. 3. vbi commendat Anaxa... ram constituentem, quòd præter materialem causam, sicuti in animalibus intellectus est causa ... mens separata est causa mundi & vniuersi ordinis. Atqui (infert Simplicius) intellectus in ani... bus est causa effectiua; ergo & Deus respectu vniuersi erit efficiens. Tertio in lib. 2. Phys. cap 3. Aristoteles improbat eorum opinionem, qui mundum asserebant casu constare: subiungens, ... tius dicendum esse, quòd intellectus sit causa mundi, ex quo sumitur argumentum, quòd ... Deum esse causam effectiuam mundi: quando & casus constituebatur a quibusdam alijs causa ... ciens. Quarto ad hoc idem probandum hanc struit Simplicius ratiocinationem. Nam inquit, ... si cœlum in ratione substantiæ haberet causam sui efficientem, sequeretur quòd motus es... nobilior quàm substantia, vtpote, quoniam motus cœli habeat esse a forma separata, quæ est nobi... omnibus formis. vnde si cœlum non haberet hanc eandem causam eius substantię effectiua... substantia minus nobilis videretur esse quàm motus, qui est accidens substantiæ. Quinto cœlu est finitæ magnitudinis: igitur, si respiciamus ad intrinseca principia, habet non solum virtutem motiuam finitam, vt declaratum est in lib. 8. Phys. quòd omne finitum habet potentiam finitam; verum etiam habet finitam eam potentiam, quæ est constitutiua ipsius substantiæ: ex quo sequitur, quod neque potest moueri ab interno principio per infinitum tempus: neque per se ex interno principio potest per infinitum tempus subsistere.: igitur cœlum habet a forma separata a materia, vt æterno tempore duret. hoc autem est dicere, quòd primum mouens est causa effectiua, & productiua cœli.

Hæc

...ficius. Addunt nonnulli alij ex Latinis & has alias probationes ad eandem ſententiam ...dam Ac primo dictũ illud proferunt Ariſtotelis ex lib. 2. cap. 1. huius philoſophiæ: quòd ... ſemper entium ſunt maxime veriſſima. Atqui hæc ſecundum cauſam efficientem ſuppo- ... propterea quòd, vt ibi dicitur, *vnumquodque maxime eſt, ſecundum quod alijs ineſt vniuocatio, ... ũum quod eſt cauſa alijs vt ſint calida*: at hæc inſinuãt cauſam efficientem: ergo & de pri- ... idem aſſerendum reſpectu omnium entium. quare ab ipſa & cœlum, & alia effectiue pen- Addunt & ex lib 5. huius philoſophiæ pronunciatum illud in cap. de Neceſſario; quòd ali- ... neceſſaria, quorum eſt cauſa, & alia quorum non eſt cauſa: at cœleſtia corpora, cum ſint ...terna, ſic neceſſaria ſunt; intelligentiæ quoque ſunt neceſſariæ, at hæ non habent cauſam: alia ...neceſſaria, quæ ſunt cœleſtia, habebunt cauſam ſui effectiuam. Præterea hunc in modum ar- ...antur. Si cœlo repugnaret vt fieret, aut, quatenus eſt ſubſtantia, id ſibi repugnaret, aut quate ... æternum. nõ poteſt dici primũ: alioquin omni ſubſtantiæ repugnaret vt fieret, quod eſt ma ... falſum. neque etiã dici poteſt ſecundum: quoniam multa ſunt æterna, quæ habent cauſam ...entem, vt motus cœli, & ſucceſſiua rerum generatio. Adhuc inquiunt, quod derelictum ſuę ... nõ eſſet amplius, opus eſt vt habeat cauſam ſui eſſe extrinſecam: atqui corpus cœleſte dere- ... naturę, ideſt, ſecreta ab ipſo intelligentia, non erit: igitur depẽdet ab ipſa, vt a cauſa, non ... materiali, non formali, ergo ab efficiente, cum non poſſit eſſe vt finis ob rationes inductas ...Addunt & hoc aliud argumentum, quòd abſtracta debẽt eſſe cauſa altiori modo quàm ...ui natura eſt effectrix cauſa cum motu; idcirco erit alia cauſa nobilior, effectiua ſine mo- ...modum & Sol lucidiſſimus & æternus exiſtens, eſt cauſa radiorum, licet ſint ſempiterni. ...inquiunt, etſi ſupponatur impreſſio facta veſtigij in puluere ab æterno, attamen non tol ...itas, quin pes ſit cauſa veſtigij. & ita concludunt cœlum habere cauſam ſui efficientẽ: non ...am volunt eſſe cum motu, ſed ſine motu per ſimplicem emanationem. Ex aduerſo autem ...ander, & ipſemet Ariſtoteles; qui nunquam inſinuauit cœleſtia a cauſa efficiente pendere. Alex. ...quòd, ſicuti ad hoc vt mouens ſit oportet vt ſit, quid motum, ita quoque oportet, quòd ſi ...eſt, vt ſit etiam quod factum eſt: at cœlum ſecundum Ariſtotelem eſt ingenitum, ergo non ... cauſam efficientem ſuæ ſubſtantiæ.

...iones autem adductæ in oppoſitam ſententiam facile diſſolui poſſunt. Nam, quòd attinet ad ... ex lib. de Cœlo deſumptũ circa ipſum ęuũ, dicimus illud pronunciatum, quòd ſit commu ..., & eſſe, & viuere nõnullis clarius, quibuſdã vero obſcurius, ad hęc generabilia pertinere iux ... quæ tradita ſunt in lib. de Gener. quomodo aliqua breuiori tempore, aliqua vero diuturniori ..., & viuant. Quòd autem commendauerit Ariſtoteles Anaxagoram conſtituentem, præter ... materialem, mentem etiam cauſam huius mundi, & vniuerſi ordinis; hinc propterea non ...cendum, quòd Ariſtoteles conſtituerit Deum eſſe cauſam effectiuam, cum ſat ſit ſuppone- ... ſit in genere cauſæ finalis omnium cauſa: ſicuti in eius loci explicatione latius animad- ...us. Quin & hoc aſſerere debemus, per intellectũ cauſam exiſtentẽ in homine colligi, quòd ſit ... ſub ratione cauſę finalis, quatenus ob bonũ conceptum in mẽte, ob hanc rationẽ finis aſſequẽ- ...tur homo; quare non efficienter mouet intellectus, ſed ſub ratione finis. Verum eſt hoc di- ..., quòd in nobis intellectus excitatur a finis cognitione, vt obtineatur a nobis id boni, quo ca ... At non ita Deus, qui omnem in ſe habet perfectionem: vnde non excitatur ad aliquam per- ...em obtinẽdam, qua careat. Et hoc abſurdi obiicit Ariſtot. in calce huius libri dogmati Ana- ..., qui conſtitueret Deum mouentẽ ob bonum extrinſecum, quo careret. Hac eadem reſpon ... ſatis ad tertium argumentum deſumptum ex lib. 2. Phyſ. nempe, ſat eſſe, quòd intellectus ... ſit cauſa vniuerſi ſub ratione cauſæ finalis ex placitis Ariſtotelis. Ad quartam Simplicij ra- ... occurrendum eſt, dicendo, potius oppoſitum arguendum eſſe, quòd, quoniam motus eſt ...bilior quàm ſubſtantia, ideo debet habere cauſam ſui efficientem, non autem ſubſtantia, quæ ... poteſt eſſe. Verũtamen iam antea neque motum cœli, iuxta placita Ariſtotelis, oſtendimus pen ... cauſa prima ſecundum efficientiam, ſed ſub ratione tantum cauſæ finalis. Denique ad poſte- ... Simplicij argumentationem, ita occurrimus dicendo: quòd etſi cœlum finitum magnitudine ... nõ habet ab intrinſeco potẽtiam infinitam, qua poſit infinito tempore moueri, & ita neq; ... ſubſiſtere: attamen, ob exiſtentiam primi entis immobilis ſemper ex neceſſitate manentis, ... cœlum (quod ſuapte natura aptum eſt moueri circulo, ob impreſſum ſibi appetitum imitandi ...tatem primæ cauſę nunquam deficienter mouente ſub ratione amati & deſiderati) nunquam ... appetitu priuetur, quin ita perpetuo tempore feratur, manens ſecundum placita Ariſtotelis in- ...ptibile; vt, quod non habet materiam obnoxiam corruptioni.

Rationes vero Latinorum etiam diluuntur. Illa prior ex lib. 2. huius philoſophiæ: ſi dixerimus, ... pronunciatum. *maxime eſſe tale illud, ſecundum quod alijs ineſt vniuocatio.* poſſe intelligi in quo- ... genere cauſæ. Ad ſecundam vero argumentationem ex lib. 5. inductam circa tractatum de Neceſſario, dicendum, non apparere quòd ibi ſupponat Ariſtoteles, quòd cœlum habeat cauſam efficientem ſuæ ſubſtantiæ: Et ideo dicimus ſat eſſe, quòd ab aliqua cauſa dependeat ſub ratione cauſæ finalis. Ad tertium argumentum reſpondetur, quòd cœli motus ſucceſſiue eſt æternus: at eius ſubſtantia ſimul eſt: vnde non eſt par ratio. ſed & iam conſtituimus, neque motum cœli pendere, vt

dere, vt sit æternus, a causa vt efficiente : sed a causa, vt mouente sub ratione finis. Ad quartum ar- gumentum, quòd abstracta non essent altioris gradus quàm corpora cœlestia, dicendum, quòd cor- pora cœlestia sunt cum potentia ad motum, & subiecto inhærent, & ideo sunt inferiora [illegible] ipsis abstractis, quæ penitus sunt abiuncta a materia, & a potentia. Ad quintum argume[illegible] rimus dicendo, vtique verum esse, quòd substracta intelligentia & prima causa, cœlum [illegible] quod ideo concedimus ab ea pendere, verum non secundum causam efficientem iuxta pl[illegible] A- ristotelis, sed secundum causam finalem, sub ratione amati & desiderati: quod, vt numquam d[illegible] potest, cum sit ens necessarium, vt antea constitutum est; ita quoq; in cœlo appetit[illegible] se mou[illegible] numquam potest deesse. vnde, ex hac suppositione, semper moueretur existens incorruptibil[illegible] & ca- rens materia, quæ sit obnoxia corruptioni secundum huius philosophi placita. Denique ad illa[illegible] sup- positionem de vestigio pedis ab æterno in puluerem impresso, dicendum est: quòd non causa effi- ciens, sed potius formalis esset huiusmodi impressio pedis: sicuti & de luce in radijs solis idem est asserendum. Accedit quòd in suppositione ipsius vestigij supponitur motus quidam a pede [illegible] prouenienis, qui procul a causa immobili abesse debet. Quare ex Aristotelis sententia cõcludẽdum, nil aliud haberi, nisi quòd cœlum & natura pendet a Deo, principio immobili, sub ratione causæ fi- nalis: idque consequenter ad eiusdẽ philosophi sententiam, quòd mundus sit ingenerabilis, quç est innixa huic suppositioni, quòd ex nihilo nihil fiat. quam suppositionem si inficiamur, vt conuenit iuxta fidei nostræ certissimam veritatem, ita fiet, vt omnia eius fundamenta quo ad hanc proba[illegible]tio- nem ruant, & eius opinio omnino tollatur de mundi & motus æternitate.

Num Deus cœlum moueat ex necessitate, vt non possit etiam ipsum non mouere. Cap. XIII.

EX eo quod intulit Aristoteles de primo Motore, quod sit ens necessarium, & consequenter principium absolute necessarium, a quo pẽdet cœlum : hinc quæstio non omittenda ab- oritur; num, iuxta huius philosophi principia, Deus sit tale necessarium principium, vt [illegible] ex necessitate moueat cœlũ; nõ quidẽ coacte, aut alterius finis gratia, quàm sui ip[illegible], sed quia ex sua necessitate essẽdi ita moueat, vt etiã nõ possit nõ mouere, sed necessario semper mo[illegible]. Sunt igitur, qui censent ex sententia Aristotelis dicendum esse, quòd Deus ita libere mouet cœl[illegible], vt illud etiam possit non mouere, & ita motum intermittere. Et ad id suadendum diuersa [illegible] ar- gumenta. Inter quæ præcipue hoc maximi ponderis censetur inductum a D. Thoma. C[illegible] quit B[illegible] doctor) mouet semetipsum, mouetur ab intrinseco, igitur se ipsum potest sistere : nam quæ mouentur intrinsece, & se ipsa mouent, vt faciunt animata, sistere se possunt. Vnde in lib. 8. Physic. inferebat Aristoteles, elementa non moueri a se ipsis; alioquin etiam sistere se possent, qu[illegible] non contingit. Ex quo inferendum, quòd quæ se ipsa mouent, se ipsa quoque sistere valent. Qua- re, si cœlum est huiusmodi, vt possit se sistere a motu, quem a semetipso facit: sequitur etiam, quòd motor cœli ita ipsum mouet, vt etiam possit ipsum non mouere, atque ita motũ intermittere. Ad- dunt hoc confirmari ex verbis Aristotelis; vt qui dixerit necessarium primi principij esse secundum bene esse, non simpliciter, sed gratia finis ad eius assequutionem. Atqui talis necessitas re[illegible]cenda est ad agens operans per voluntatem liberam. vnde inferendum, quòd is motor libere mouet. Ter- tio in lib. 9. huius philosophiæ, penes hoc distinguitur potentia rationalis ab irrationali, quod ir- rationalis potentia ad vnum tantum est idonea, vtputa ignis potest tantum calefacere, non etiam frigefascere: rationalis vero potentia valet cõtraria efficere; vt ars medica & sanitatẽ producere po- test, & ægritudinem. Quare, cum Deus secundum intellectum & voluntatem agat, erit potentia [illegible] ua rationalis, & consequenter & mouere, & non mouere poterit cœlum. Quarto adiungunt, quòd nisi concedatur primum motorem mouere secundum liberam voluntatem, sequeretur quòd motus necessario fieret in instanti: quod perinde est ac dicere, quod motus non esset motus. Etenim primus motor, sicuti est immaterialis (vt probat infra Aristoteles) ita quoque statuendum est quod sit virtutis infinitæ; & consequenter, quòd operans secundum naturalem suam virtutem, non possit in tempore mouere: quando ipsum mouere ex necessitate supponatur; & virtus infinita ad tempus non limitatur in sua actione, vt deducitur in lib. 8. Phys. Quare primus motor moueret in instanti; & ita motus non esset. In oppositum, ex placitis Aristotelis ostensum est, cœlũ æternum esse, & idem ingenerabile & incorruptibile: quare ad hanc suppositionem, quòd motor cœlum moueat non ne- cessario, sequitur motùm non fore æternum, & ingenerabilem, & incorruptibilem. At hoc non solũ falsum, & sed etiã est impossibile: igitur non mouebit cœlum motor nisi ex necessitate: & non cum ea libertate, vt etiam cessare possit a mouendo cœlum. Præterea primus motor mouet cœlum intel- ligendo, & appetendo, nõn quidem motum, sed semetipsum, vt est appetibile & intelligibile, vt sit ip- se sibi finis. vnde hæc intellectio & appetitio non est accidens: sed idem est secundum suam substan- tiam res intellecta, potentia intelligens, & intellectio: igitur necesse est, vt effectus semper vniformi- ter se habeat. sed Dei effectus est motio cœli. quare hçc erit simpliciter necessaria, vt non possit desi- cere; & ita motor absoluta necessitate cœlum mouebit. Ad argumenta autem in oppositum addu- cta, ad primum respondet Albertus Magnus, quòd anima cœli & horum inferiorum æquiuoce dici- tur, vt non sit hæc admittenda illatio. cœlum est animatum ab intrinseco mouẽte: ergo potest se ip- sum

Al. Mag.

...sed dici etiam potest, quòd non omne quod habet internum principium motus, potest sistere: nam cor mouetur ab anima,& motus palpitationis est proprius cordis: & tamen ...test se ipsum sistere. vnde dicimus, ad hoc vt possit se sistere quod mouetur ab intrinseco, ...& ab ipsa anima moueatur per modum animæ: at cor non per appetitũ & cognitionem ...sed per sequelam naturalem. Sic,& si cœlum appetendo & intelligendo moueat semetip- ...tamen non proprie & vere dicitur moueri per modum animę,per appetitum & intellectum. ...gandum, vllam inesse cognitionem cœlo vt moueatur; sed hoc habere in sua natura, ita ta- ...animatum,vt deductum est in propria quæstione: habens autem ab interna natura vt cir- ...moueatur,ob appetitum imitandi summũ ens,perpetuo mouebitur: sicuti & perpetuus inerit ...appetitus summi boni. Ad secundum dicendũ, quòd si est necessitas secundum bene; non pro- ...tollitur,quin sit & absoluta necessitas, licet includatur in hac necessitate ipsum bene,& cu- ...cœlum moueatur: vnde & necessario cœlum bene mouetur. Ad tertium dicendum, quòd ...diuina neque est irrationalis, tanquam carens intellectione: neq; rationalis, vt vtatur con- ...irrationalis intelligitur ad hunc sensum, quatenus determinata est ad vnam partem, vt se ...gentia irrationalia. rationalis vero dicitur, quatenus agit per appetitum & intellectũ, non ...vsu consilij. Ad postremum argumentum occurrimus dicendo, quòd primus motor, & ...intelligentiæ agunt in non tẽpore, quod est mensura motus passiue in ipso mobili con- ...corporeum. Aut dicendum, quòd non habet locum inducta ratio: quoniã non est mo- ...gnitudine cum sua virtute; vt conuenit deductioni factæ ab Aristotele in 8. Phys. quemad- ...infra latius explicabitur: neque etiam mouent efficienter, vt conclusum est antea. Itaq; con- ...est, quòd sicuti primus motor, & primum principium est ens necessarium ad hunc sen- ...quatenus scilicet ab hoc esse nullatenus potest mutari; ita quoque necessarius est etiam mo- ...stante enim causa necessaria, oportet vt & effectus sit necessarius. Verumtamen non pro- ...tollitur, quin sua ex libera voluntate ita velit primus motor, vt cœlum perpetuo moueatur ...tur; supposita semper (iuxta placita Aristotelis æternitate mundi ingeniti: cum deinde, sup- ...creatione secundum fidei veritatem, & si Deus sit necessarium ens, quatenus est immutabi- ...enim Deus, qui de seipso dixit. *Ego Deus & non mutor*) attamen quoniam omnia ex nihilo ..., idcirco, quemadmodum cœlum cœpit esse extra Deum cum antea non esset; sic & moueri ...& ita desinere a motu potest, & non moueri ad nutum creatoris.

...tur status vitæ, qua fruitur prima causa, quæque qualis sit describitur: & simul reyciendo errorem ...ferentium bonum & optimum non inesse principio, concluditur, substantiam immobilem, impartibilem quoq; esse, & inalterabilem, & omnino impassibilem. Cap. XIIII.

...lagogi autem, ipsa scilicet degentia cum oblectamento & statu vitæ beatæ, quam ducit primum principium, est vt optimum illud, seu ad instar, & ad similitudinem illius vitæ iucundæ, qua fruimur nos homines breui tamen tempore dum speculamur. At illud primum principium est ita se semper habens, nempe semper degens in suis ipsius in- ...tione: cum nobis tale genus degendi adesse semper non possit, ob permistam nostri intelle- ...corpore naturam: & ob varias multasque alias occurrẽtes difficultates, quibus opprimi- ...& impedimur. Iure autem degit perpetuo cum huiusmodi intelligendi oblectamento illud ...principium: quandoquidem eius actus & operatio, in qua semper se intelligendo versa- ...sit sibi vndequaque idem, est ipsamet voluptas. Consistit autem absque dubio in operatio- ...ptas: vt propterea sensus, vigilia, intellectio, quibus omnibus contexitur quidam actus, sint ...iucundissimæ: vt propter has ipsas etiam spes vna cum memoria nobis sit iucunda. Vnde, qui ...per in actu intelligendi versatur Deus, semper etiam optima fruitur degentia: non nos, qui per ...huiusmodi versamur operatione. Intellectio autem illa, quæ est secundum se, & non refer- ...ad aliud, est ipsius optimi secundum se: quod sane existit in nobis, dum intellectus se ipsum in- ...git, vt in actu est: id enim est optimum, quod nobis contingat. Intellectio autem est maximę ...iusmodi, quæ est maxime secundum se, & maxime optimi, qualis est, quę est in Deo: qui se ipsum ...ime intelligit optimum, & maxime secundum se intelligit; cum sit idem intelligens, & intelligi- ... Intellectus autem noster intelligit se ipsum per assumptionem intelligibilis, ipsius scilicet phan ...tasmatis, ope intellectus agentis transmutati, & denudati a materia. Ita enim succedit, vt intellectus ...se ipsum intelligat: nempe, quoniam attingẽs obiectũ, fit simul intelligens & intelligibile. nõ ...nisi actu existens potest sese intelligere: atq; ita simul idem redditur intelligibile & intelligẽs. ...noster intellectus est idipsum, quod est susceptiuũ rei intelligibilis, & substantiæ: videlicet es- ...formalis, quam habens & obtinens, & ita factus singula, deinde operari per se ipsum, & se ip- ...intelligere valet. Hinc inferendum est, quòd illud primum principium, de quo est noster hic ...prævalet, & magis præstat in ea diuinitate, quam videtur habere noster intellectus: cum ip- ...sit semper actu, & secundum se maxime optimum: pariterque eius contemplatio sit quid opti- ...& iucundissimum. Vnde si Deus ita se habet bene, vt nos aliquando nos bene habemus: ip- ...quidem est quid semper admirabile, vt qui semper actu sit intelligens. Quòd si & melius se ha-

bet quàm

bet quàm nos, adhuc erit quid admirabilius, quàm nos sumus. Procul dubio autem meliori modo se habet quàm nos circa actum speculandi. Sed & vita quoq; ipsi adest: siquidem actus intellectus vita est. ipse autem est actus, cum nullam admittat potentiam: vnde eius actus vita erit: & actus idem ipsius secundum se existens actus, vita optima & æterna est. Dicimus auté Deū esse animal æternum, optimum: quare vita, & æuum æternum, & continuum illi inerit, hoc ipsum enim est Deus.

· Quicunque autem (vt Pythagorei & Pseusippus) censent optimum & pulcherrimum non in principio, ex hoc argumentantes: quoniam quæ causa sunt tum plantarum, tum animalium principia cum sint, in his non pulchrum, non perfectum inest, sed in alijs, quæ ex ipsis constituuntur, non enim semen obtinet illud bonum & pulchrum, quod inest plantis ex semine propagatis: hi facile impugnari possunt: si dixerimus id, quod est verissimum. Nempe semen prius procedere ex alijs perfectis rebus prius existentibus: ita quidem, vt semen non sit absolute primū principium: sed præcedit quid aliud, a quo fluit semen: ex quo deinde aliæ plantæ, aut animalia generentur. Vnde patet, quòd principio ipsum bonū & pulchrum inerit. Ex his igitur manifestum est, quòd datur substantia quędam æterna, & immobilis, & separabilis a sensibilibus. Ostensum vero est etiam, quòd non contingit huiusmodi substantiam habere vllam magnitudinem; sed ipsa quidem est impartibilis, & indiuisibilis. Et id quidem ob hanc potissimum rationem; quoniam (vt apparet) primum principiū mouet tempore infinito; & nil finitum habet potentiam infinitam. Et cum necesse sit, vt omnis magnitudo sit aut finita, aut infinita, & infinitam non dari magnitudinem in lib. præcedenti sit ostensum, finita autem magnitudo non potest mouere tempore infinito: hinc patet, quòd prima substantia est sine vlla magnitudine. Cui conclusioni, hæc alia subducenda est, quòd hæc eadem substantia est impassibilis, & inalterabilis. Nam, quòd alij omnes motus sint posteriores a motu locali, ex iam habitis fuit explicatum, & assignatum etiam cur ita se res habeat: vnde, cum motus localis per supra deducta non possit inesse primæ substantiæ, patet etiam consequenter, quòd multo minus alia motione aut passione, ipsa laborabit.

TEXTVS.

DEgentia vero[a], qualis nobis pauco tempore, optima illi est. siquidē ita semper illud est[b]. nobis vero profecto id impossibile est: quoniam & delectatio actus huius[c] est. Et ob hoc vigilatio, sensus, intellectio maxime delectabile est, spes autē, ac memoria propter hæc. Ipsa vero intellectio, secundum se eius est, quod secundum se optimum est. & quæ maxime est, eius quod maxime est. seipsam vero intellectus intelligit assumptione[e] intelligibilis. intelligibilis namque fit attingens & intelligens, ita vt idem intellectus & intelligibile sit. susceptiuum enim intelligibilis et substantiæ intellectus est, operatur autem habens. Quare istud magis, quàm illud est id diuinum[f], quod intellectus videtur habere, & speculatio optimum, & maxime delectabile est. Si igitur ita bene se habet Deus semper, vt nos aliquando, admirabile est. quòd si magis, adhuc admirabilius est. at ita se habet. Cæterum, vita quoque profecto inexistit. siquidem intellectus operatio vita[g] est. ille vero est actus. actus vero per se illius vita optima, & perpetua est. Dicimus itaq; Deum, sempiternum, optimumque[h] viuens esse. Quare vita, & æuum continuum, & æternum Deo inest. hoc enim est Deus. ¶ Quicunque vero (vt Pythagoriti[i] & Pseusippus) putant optimum & pulcherrimum non esse in principio, eo quòd plantarum quoque ac animalium principia causæ quidem sunt, bonum vero & perfectum in his esse, quę ex his sunt, non recte putant. semen namque ex alijs prioribus perfectis est. neque semen primum est, sed quod perfectum est. veluti hominem dicere quispiam possit priorem semine esse, non illum, qui eo generatur, sed alium, ex quo ipsum semen est. ¶ Quòd itaque est quædam æterna, immobilisque substantia[k], & a sensibilibus separata, constat ex dictis. Ostensum autem est quòd nec vllam magnitudinem possibile est hanc[l] substantiam habere, verum impartibilis, indiuisibilisque est. nam infinito tempore mouet. nihil vero finitū infinitam potētiam habet. cum vero omnis magnitudo aut infinita, aut finita sit, finitam quidem propter hoc non haberet magnitudinem: infinitam uero, quoniam omnino nulla est infinita magnitudo. At uero & quòd impassibilis, & inalterabilis est[m]. omnes namque reliqui motus posteriores eo sunt, qui secundum locum est. Et quidem hæc propter quid hoc se habeant modo, dilucida sunt.

ADNOTATIONES.

DEgentia uero[a]. grecè διαγωγὴ qua voce vsus est sępius Aristoteles in Polit. pręsertim, vbi facit sermonem de musica in ciuitate introducenda, denotans hinc statum vitæ, seu actum ipsum viuendi cum oblectamento: Quam degentiam supponens esse in Deo, qualis nā sit, ex his quæ sunt in nobis, manifestat: tum circa hoc, tum circa actum intelligendi. Nam in Deo esse (quæ sunt præclara apud nos licet longe altiori gradu) iure merito arguit: quando nihil de ipso secundum suam propriam substātiam attingere, aut dicere valeamus. Aliter autē sciendum est exponi præsentem contextum a D. Thoma, & ab Alensi, quàm a græcis expositoribus: iuxta quorum interpretationem nostram conteximus paraphrasim: comparantes scilicet ea quæ sunt in nobis, ad primum principium: cum hi alij accommodent hæc dicta ad primam intelligentiam mouentem cœlum: vt de hac ipsa interpretentur, quòd fruitur optimo statu intelligendi, cum attingit

D. Tho.
Alens.

primum

principium, ipsum supremum omnium motorem. Deinde vero subinnuunt de primo quòd præclarius apud ipsum se res habeat, quàm apud intelligentiam primam, quę mo-. Quorum interpretatio quàm sit verbis Aristotelis consona, iudicent qui ipsa perpende- *quidem ita semper illud est.* De primo principio ait, quòd semper fruitur statu, & actu iucun- intelligendi; cum sit semper intelligens in intelligendo se ipsum; adeo vt sit idem intelligens, & bile, & etiam intellectio, vt dicitur infra. Hoc etiam dictum fuit in lib. 3. de Ani. vbi de intellectu agente: de quo dicitur, quòd non modo intelligit, modo non intelligit: nobis, qui non possumus semper intelligere. Cuius rei hanc affert rationem The- quoniam scilicet nos varijs constamus potentijs; & intellectus noster vt plurimum an- implicitus est corpori: vnde non potest semper in sapientia versari. Addamus, quòd pluri- detinetur officijs; & obtinet animam habentem ita coniunctas atque connexas varias vt, dum in actu sentiendi versatur, tunc non intelligat. Vnde illud vulgatum: *intenti ad sub oculis deferuntur, non videmus.* Idque quoniam (vt dicitur in lib. 1. de Ani.) homo est entit, intelligit, & alia munia præstat: non ipsa anima; sed potentijs quidem medijs animæ atur. Dicit autem Themistius, quòd homo, cum intellectus in ipso est sine impedi- & paulisper se ipsum intelligit, gaudium ita immensum consequitur, vt explicari nequeat. Mercatus ait, idcirco breuissimo tempore hominem frui hoc statu; quoniam longissimo acquisitio, & citissime amittitur. Alexander autem alio modo id intellexit. Inquit d cum intellectus noster, qui facultate est intelligibilia, ex extrema doctrina, ac opti- di ratione fit actu intelligibilia; tunc agimus vitam optimam, beatissimamque omni iucundiorem; quæ non potest explicari verbis: quæ tamen (inquit) non cognoscitur his, quibus hæc fœlicitas contingit. Vnde argui posse videtur Alexander, & reprehen- idea protulerit, quæ nesciret: neque sciri posse asserit nisi ab his, quibus contigerit hu- di fœlicitas. Vnde temere eam supponit; ac præsertim si hoc intelligendum est quo ad Dei onem, quam nemo consequi, vt se habet, potest in hac vita: quemadmodum de hoc certi secundum fidei nostræ dogmata. [c] *Quoniam & delectatio actus huius est.* Affert causam, qua- impossibile, vt nos perpetuo actu intelligendi fruamur, & ipsa optima degentia. Nam actus vitæ iucundæ, inquit Aristoteles, est voluptas. Ac si diceret: non est voluptas potentia de- sed ipsemet actus. Vnde sine actu intelligendi, existere non potest optima degentia, quæ ab actu intelligendi. Atque ideo non potentes nos semper intelligere, non possumus etiam petua hac degentia; vti Deus, cuius substantia est actus. Patet autem in actu consistere volu- : quando vigilia, sensus, & intellectio sunt res iucundissimæ; & propter has, etiam spes, oria: & non ob aliud quidem, quàm quoniam circa quosdam actus sunt. De qua re est ser- que in lib. 7. Eth. vnde & fœlicitas explicatur, quòd est operatio secundum virtutem in vita ; quod non accidit sine cognitione. Apposita est autem hoc loco, *vigilia*, pro vita com- vt est ad somnum contra distincta. [d] *Ipsa vero intellectio secundum se eius est, quòd secundum se est.* Vico Mercatus supponit intellectionem secundum se esse in homine: quoniam in rem quodam modo, quam intelligit: attamen non per se in comparatione intellectionis Dei: quoniam est per se optimi; tum quoniam maxime per se, cum pendeat ex sui ipsius intelli- & non ex aliarum formarum intellectione, vt noster intellectus. Alexander vero consti- intellectionem per se ipsius intellectus, qui actu, qui differt ab eo qui est potentia. Forte me- dictum hoc Aristotelis interpretaremur, applicando ad ea, quæ idem etiam scripta reliquit 10. Eth. vbi habet: quòd intellectio suscepta circa res agendas, non est per se, si referatur , quæ est ob ipsam met speculationem, & sic ipsius causa. quod etiam explicatum est su- lib. 1. cap. 2. Vnde dicimus, quòd intellectio secundum se, est optimi secundum se: idest quæ optima est secundum se: vtputa substantiam percipere, & non accidens; vel formam materia. nam intellectio secundum materiam non inerit secundum se. Illa vero intel- est maxime secundum se, quæ erit maxime optimi secundum se: vt est intellectio Dei cir- ipsum. Sed forte dici etiam posset, quòd intellectus noster, intelligens se, habet secundum intellectionem optimi secundum se, quo ad nostram naturam intelligendi. Alexander au- it, quòd optimum est noster intellectus in actu suo modo: vnde sic intellectio præstan- quo ad nos. Vult autem quòd sit actu optimum intellectus noster, non ex susceptio- formatum sine materia: sed, cum primum intellectum, quoad fieri potest, intelligens, quodam modo fit: per se autem maxime erit intellectio ipsius optimi se intelligentis: quo- per se idem intelligens, se ipsum intelligit. Themistius autem inquit maxime secun- esse Dei intellectionem: quoniam est ipse met intelligens, & intelligibile, totus si- non egens alio, neque obiecto, neque mediatore, neque tempore, vt noster eget phantas- , quæ diuisa sunt. Vnde noster intellectus multa cognoscit distincto tempore; aliqua prius, posterius; & priora non percipit in alia perceptione: eget tempore: eget intellectu agen- quo multa separentur, & fiant vniuersalia, si debet intelligere. Item, si idem intellectus intelligibili est cum vna specie, non in vna intellectione est omnia intelligibilia; vti . Quòd autem Dei sit optima intellectio patet (inquit Themistius, quoniam Deus

Themist. Themist Vic.Mer. Alex. Vic.Mer. Alex. Alex. Themist.

omnium est causa, fons, origo, vnde rei optimæ est sua intellectio. Addamus nos quòd est maxime per se: quoniam, non alio obiecto, sed se ipso se intelligens, optimum optime per se intell[...] * *Se ipsum vero intellectus intelligit assumptione intelligibilis*. Quod græce habetur [illegible] antiqua translatio vertit, *transumptionem*, & satis commode. Nam est sermo de nostro in[tell]ectu, qui non potest esse intelligibilis, nisi fiat e potentia in actu: hoc autem fit per assumptionem intelligibilis: vnde oportet vt phantasma transmutetur, dum separatur a materia ab in[tel]lectu agente. Quòd autem ita se res habeat, patet ex his quæ subiunguntur. *intelligibilis namque fit attingens, & intelligens, ita vt idem intellectus & intelligibile sit*. Quod est dicere, quòd, dum intellectus attingit speciem rei intelligibilis, fit ipse met intelligibilis, dum fit illa species: & pariter fit intelligens, dum illam, ex potentia quam habet intelligendi, actu percipit. Ex quo sequitur, vt postea se ipsum possit intelligere, & alia opera intelligendi obire, vt subiungitur. *Susceptiuum enim intelligibilis, & substantiæ intellectus est, operatur autem habens*. Vnde notandum per hanc dictionem, *Susceptiuum*, significari intellectus potentiam: & dicitur, *Susceptiuum intelligibilis*: quoniam, quod suscipit, est species intelligibilis: & adiunctum est, *& substantiæ*: quoniam formarum, & essentiæ rerum intellectus est susceptiuus: vnde & ipse redditur intelligibilis, vt forma formarum. Et hoc est, quod dicitur in lib. 3. de Ani. quòd est intelle-
D. Tho. ctus locus formarum, sed potentia, antequam sit factus singula. Et vt ait D. Thomas, intellectus est intelligens ipsum quod quid est, quod est obiectum intellectus. Cum vero subiungitur: *operatur autem habens id*: ijs significatur, quòd noster intellectus, postquam est consequutus formas, factus singula, vt dicitur in lib. 3. de Ani. deinde operatur: nempe & potens est se ipsum postea intelligere; nec non connectere specierum conceptarum vnam cum altera, & ratiocinari: vt dicitur in eodem lib. de Ani.

Quòd autem attinet ad animam rationalem, seu ad mentem nostram; ex fide nobis constat, eam creari, & immitti singulam cuiusque a Deo in corpus conceptum: immitti autem, vt principem formam humanæ naturæ, ita quidem, vt ad eius, & spirituum substantiam, in quibus residet in corpore nostro, tanquam nauta in naui, aliæ facultates vegetandi, nutriendi, & sentiendi limitentur: vt ita ex his omnibus vna exurgat anima varijs prædita potentijs inter quas principatum habet intellectus in spiritibus consistens, etiam ex sententia Aristotelis qui non sit addictus organo, vt aliæ potentiæ animæ. Quæ (vt habetur in lib. 2. de Generat. Anim. cap. 3.) educuntur ex actu generationis: ita quidem, vt oculus huiusmodi construatur, qui tempore congruo obiectum sibi propositum percipiat, illud perspiciendo. At intellectus, potentia existens ad intelligendum, pro intellectione fungenda, opus habet, vt prius fiat ipsa intelligibilia: quod euenit, postquam phantasmata ab intellectu agente illustrata fuerint, & a materia separata, ita vt ex potentia fiant actu intelligibilia: & tunc intellectus fit attigens, & intelligens formas; vt postea intelligere & se ipsum, & alia possit. Et quamuis sit potentia intelligibilia; supponendum est tamen (vt dicit Aristoteles in lib. 1. de Ani. cap. 5.) quòd est substantia quædam innascens, non producta ex generatione, vt sensitiua, aut vegetatiua, sed deforis adueniens: vt traditur ab eodem in lib. 2. de Gener. Animal. loco ante citato. Quæ intellectus substantia existens in corpore humano, temporis quodam interuallo ad eam peruenit perfectionem, vt fiat intelligens, & opera intellectionis possit obire, eo modo vt dictum est. Vnde anima intellectiua humana non est ad hunc sensum in magnitudine, quoniam non innascitur vna cum magnitudine (sicuti sensitiua omnis, ipsa etiam phãtastica) quum deforis adueniat. erit autem in magnitudine, quum peruenta in corpore, et præsideat in spiritibus, qui respondent elemento stellatum: vt habetur in lib. 2. de Gen. Anim. cap. 3. Verum, quomodo deforis adueniat anima intellectiua non est assequutus Aristot. quod nobis ex fide innotuit, in ipsam scilicet creari a Deo, & immitti in corpus iã ex generatione formatum: vnde & a Deo spiraculum vitæ æternæ & immortalis accipit. Cum autem ex fide certi simus, mentem nostram esse immortalem: attamen in separatione animæ a corpore, quomodo se habeant illæ aliæ facultates animæ, sentiendi, & mouendi secundum locum, cum & hæ virtutes supponantur existere in corpore post eius resurrectionem, num interim, dum manet separata anima a corpore, vt inhæreant animæ intellectiuæ, aut quomodo ei vniantur post resurrectionem; id quidem, vt quam arcanum, incognitum est nobis: cum tamen certi simus, quæ dicta sunt, prouentura ex Dei potentia secundum eius diuinam sapientiam post corporum nostrorum resurrectionem; cum in ipsis anima, & mouendi, & sentiendi officio sit functura.

Alex. Alex. autem comm. 26. habet. Quòd habitus intellectus generatur ex vniuersalis comprehensione, & ex eo quòd formas a materia seiungere potest: & quòd huiusmodi habitus ingeneratur in intellectu per transitum a continenti habitu erga sensibilia; vt hinc ceu visum quẽdam intellectus accipiat ab ipsis accommodatum ad vniuersalis contemplationẽ; quo principio intelligentia, sententiaq; nuncupatur. vbi vero coaluit, ac varium & multiplex effectum est prorsus, vt id queat sine materiali veluti fundamento efficere; intellectus iam nomine censetur. siquidem, cũ talis in habitu obactus continentes efficitur, vt reliquũ per se operari queat; tunc, qui habitus nuncupatur, efficietur intellectus similis homini docto, seu scienti: qui medius est inter eum, qui potentia sciens est, & cũ qui per scientiam operatur. Cum autem intellectus in habitu fungitur officio, fit actu intellectus, vt nil sit

ad, quàm forma quæ intelligitur: hinc inquit, fit intellectus in habitu, qui potest a se forpore intelligibilium: potest etiam se ipsum intelligere, quoniam est id, quod intelligit: & gens per se, ac proprie ipsam formam; ex accidenti autem se ipsum: propterea quòd accicum intelligit, fiat id quòd intelligit. Quòd autem attinet ad dictum Alexãdri, quòd ingene initio huiusmodi habitus in intellectu per trãsitum a continenti habitu erga sensibilia, & ceu quendam intellectus ab ipsis accipiat; hinc insinuare videtur ipsius intellectus naturalem ductionem quo ad hoc; quatenus fiat ex potentia intelligens actu intellectus; quod fit ex phanibus collustratis ab intellectu agente, vt discedant, seu discedat ab ipsis materia, & apparent non amplius vt sensibilia, sed denudata a conditionibus materiæ: adeo quòd, sicuti in fit impressio rei sensibilis non in materia existentis, sed quodam modo diuerso secunquandam aliam magis spiritualem naturam; ita quoque hæc eadem species sensibilis dea conditionibus illis crassioribus, quibus detinetur in sensu, efficitur obiectum intellemulto magis spirituale existens, quàm esset in sensu: quod attingens intellectus, fit & ipse inbilis, & simul intelligens formam intelligibilem, in qua factus, seu formatus est. Quòd dicat Alexander, quòd in habitu intellectus queat facere munia sua sine fundamento materiali, id videtur non consonum doctrinæ Aristotelis: qui vult quòd noster intelleid hoc vt speculetur, egeat semper phantasmatibus: quod in hac vita etiam ex fide concere omnibus hominibus supponitur, vt sub aliquo spectro sensibili, Dei apparitiones comhendant: nisi quis rapiatur, vt fuit Beatus Paulus, ad Dei visionem. Illud vero, quod etiam hoc loco Alexander, quòd, vt sensus actu, est actu sensibile, sic intellectus actu forma intelligibilis; aduersantem videtur habere Themistium, qui ait, quòd sensus non idem quod sensibile, quando imprimitur eius species, substantia autem manet extra. rum pro Alexandro dici potest, quòd, vt est actu sensibile, sic accipitur vt est actu percea sensu; & hac ratione idem videretur sensus actu, & actu sensibile, in quod fit sensus, pe ipsa operatio: quemadmodum & intellectus fit actu ipsa species intelligibilis quo ad actum intellectionis.

Quare illud magis quàm illud est id diuinum, quod intellectus videtur habere. Hoc ait, quòd id, quod diuinum videtur habere noster intellectus, vt se ipsum intelligat; multo magis præstans est in Deo, cuius contemplatio iucundissima, & optima est, vt deductum est antea. Et nobis res admirabilis est noster intellectus, proculdubio multo admirabilior est Dei intelle- qui se ipsum optimum optime intelligit. Et quamuis nesciamus, neque valeamus Dei proessentiam explicare; attamen, secundum nostrum captum, imaginari & quadam compaone aliquid pronunciare possumus de diuinitate intellectus diuini, ei, iuxta nostram intelligentiam, attribuendo omnem illam excellentiam, atque præstantiam, quam super omnia possumus cogitare. Quòd vero intelligere sit quidpiam admirabile, perspicuum esse debet: quanhaud dubium est, quòd actus intelligendi longe prestet actui sentiendi, & vegetandi, & se ipmouendi secundum locum; & tanto magis præstat operationibus earum rerum, quæ caanima, quæ antecellit inanimata. Etenim intellectus excellentia, eminensque eius præhinc spectanda, & admiranda est: vt qui in rerum omnium essentias transformetur, & in ipsum reflectens, se ipsum intelligat, & cum factus iam fuerit singula, nullo egeat extrinseco adiumento ad intelligendum. Quæ cum in Deo eminentissimo modo supra omnem nostram æstimationem vigeant, facile nobis persuadent, quòd inter omnia optima, & summe admirabilis Dei intellectio: vt ideo ipsum maxime admirari, & venerari, & colere cum omni pietate debeamus. Vnde hoc loco ait Themistius, quòd Deus est intelligens, & intelligibile, & eius intelle- Themist. actus eius. Quod etiam dicitur infra ab Aristotele, ita quòd cũ in actu intellectus est, simul intellectus & intelligibile. Ab eo manant omnia: vestit omnia, non vltima tantũ superficie, vti se corpora tangunt; sed quomodo quæ contemperantur; quorum vnius totum alterius totum tan- Et non est vt sensus, qui non idem est quod sensibile; cum intellectus sit solum quod intelligibile. at intellectus ad intelligibilia vniuersaliter se habet, quæ per se insunt ei; immo ipse fert omnes formas; nec vlla substantia foris remaner, quæ misceatur materiæ. omnia simul intelligit: diuisum est prius & posterius; vti nos; quoniam in instanti intelligit: non dirimitur a sensibus, ab accidentibus, vti noster intellectus: & omnia, vt sunt, per esse intelligit, non transferens se ad vt noster intellectus: sed vt posuit omnia in esse; ita omnia apud ipsum sunt; vnde omnia necessario intelligit. Item intelligit omnia quæ sunt, non in eo quòd declinant ab eius natura: vel sunt ipoperationes extraneæ: immo ipse eas producit, & ipsa sunt quod ipse. Nam Deus, lex, ratio, & cau titudinis omnium, & eorum ordo. Sed lex est viua, se ipsam intelligens; vt si animata esset lex gi, & cognosceret administrationem, cuius ipsa est auctor, & in se ipsa intelligeret reges, duces, qua cum adnexa esset hæc cognitio funiculo inæstimabili. Ex dictis hoc loco a The- videretur inferri posse, quòd Deus cognoscat singularia; cum dicat Themistius, quòd Deus cognoscit omnia, vt sunt per esse ipsorum. Verum dicendum est, dici quoque a Themistio, quòd intelligit Deus omnia in se ipso, & quòd nulla substantia foris remanet: & ita per omnia penetrat, vt cognoscat omnia se ipsum cognoscendo. Sed de hoc infra explicatius dicetur.

tur. sed & in ijs Themistij enunciatis, clare colligitur, ipsum Platonis doctrinam esse sequutum, quum a Deo omnia producta iuxta modum efficientem constituat. [a] *Siquidem intellectus operatio vita est.* Ponit quòd insit vita ipsi intellectui. Et absque dubio, cum ipsum viuere [illegible] praeclarius quàm non viuere, iure intellectui, qui est res præstantissima, conuenit vita [illegible]

Alens. quę propriè in actu sita est: intelligere autem in actu consistit. Nam, vt ait Alensis, [illegible] tribuere vitam his, quibus inest principium motus in ipsis: sicuti habent plantæ, & animalia [illegible] men non habent liberam agendi facultatem, sed limitatam ab impressa forma sensibili, [illegible] tu. in homine autem est libertas, quæ ob vsum rationis potest eligere, & non eligere. [illegible] est summus actus per se existens, vt cum libertate optimam vitam agat. [b] *Dicimus itaq; Deum sempiternum, optimumq; uiuens esse.*

Alex. His definiri ait Alexáder Deum. Alij vero id adductũ aiunt ob [illegible] omnium sententiam; vt hinc palam fieret, quòd Deo inest vita. Verum vt cunq; sit, Aristoteles [illegible] profert. *Deum sempiternum optimumq; uiuens esse:* subiũgens postea: *quare uita & æuum continuum & æternum Deo inest; hoc enim est Deus.* Ex ijs videretur dicendum, quòd Deus describatur, cum tamen sit incircumscriptibilis. Verum dicendum est, quæ apud nos censentur preclarissima, hæc assignari præstãtissimo modo primæ omnium causæ: tametsi nihil, quod ad eius essentiam propriè pertineat, a nobis enunciari possit: cum egredi ex conceptionibus harum rerum nostratium nobis [illegible] rum nequeamus: quas, vt nobis licet, in Dei explicanda intellectione adhibemus, eminẽtissimo modo ipsi attribuentes, quę iuxta nostram existimationem sunt præcipua. Vnde Deũ ens nominamus, qua voce etiam sensibilia hæc appellamus: sed limitamus hanc deinde nominationem, vt dicamus ipsum esse ens actu, & actum purum, vt sit propriè ens: sicuti & entis omnis est origo, fons, & causa, vti dixit de se Deus Moysi. *Ego sum qui sum.* Quare & hunc in modum dicimus Dei vitam esse, ipsam nempe esse cõtinuo æuo & ęterno contentũ. Quemadmodũ & D. Paulus scribẽs Romanis, D[illegible] nam potentiam & diuinitatem nominauit. Vnde supponendum est semper, quæ de Deo pr[illegible] mus, etsi pręclarissima de his, quę sunt apud nos in ęstimatione, illi tribuamus, attamen [illegible] propriam essentiam explicandam non pertinere: sed omnia, quãtumuis pręclarissima, lon[illegible] ab eius diuinitate atq; pręstantia. De æuo autẽ agitur in 1. lib. de Cœlo: Et distinguitur hunc in [illegible] dum; vt sempiternitas in Deo cõtineat totũ tempus simul acceptum, in quo simul, [illegible] Dei substantia, virtus, & actio tota est absq; vlla successione. Cœlestium vero corporum [illegible] tas totum tempus comprehendit, cum semper fuerint, & sint futura secundum Ari[illegible] rum virtus, & actio, motioq; non tota simul, sed in quodam fluxu consistit. Res autem [illegible] nent secundum Aristotelem æuum suum: quod & non porprie est æuum; sed propri[illegible] & [illegible]

Auerr. quatenus continet horum caducorum durationem, quę tanta, aut tanta est huius, vel illius rei. Auerroes habet hoc loco, quòd de Deo propositiones non possunt formari sicut denominat[illegible] secundum potentiam: sed illę tantum, vbi prædicatum & subiectum sunt idem omnino in re, & in esse: & secundum intellectus nostri cõsiderationem sunt duo, licet extra intellectum non sint [illegible] tum subiectum, tum prædicatum de Deo: quę intellectus percipit vt differentia secundum [illegible] tionem, quam pręseferunt ad alia aliqua, in quibus subiectum & pręaicatum diuiso modo se hab[illegible]. Idem adnotat, quòd propositio formata in diuinis: veluti, Deus est vita; prædicatum, & subiectum non sunt nomina synonima; vt dicant idem omnibus modis: neque tamen differũt vt concretum & abstractum: sicuti cum dicitur album, intelligitur quicquid in albedine, & quid plus; & quædã compositio formæ connotatur. At in Deo nulla cadit compositio.

Themist. Themistius quoq; ait, quòd non habemus quid dicamus de Deo, nisi quòd est vita, & continuum æuum æternum. [i] *Quicunque uero ut Pythagorici.* De hoc quòd aliqui censerent principio non inesse bonum, etiam in lib. 14. ap[illegible] 12. cap. 5. actum est [k] *Quòd itaq; est quędam æterna immobilisq; substantia.* Colligit ex dictis conclusionem, quòd datur substantia æterna, immobilis, & separata a rebus sensibilibus, quod iam su[illegible] fuerat ostendendum. Et hinc colligunt nonnulli, munus esse huius philosophię, probare hanc partẽ subiecti, quæ est substantia immobilis. Quod dicimus actum esse, partim ex proprijs principijs hic constitutis, & partim ex alijs desumptis ex physicis. Verum non concedendum, id esse probatum per demonstrationem a priori: sed tantummodo per deductionem ad impossibile; ita tamen, vt primus philosophus, acceptis a naturali scientia, quæ est sibi subalterna, nonnullis quæ ibi pate[illegible] sunt, magis exacte deinde, & iuxta terminos proprios, & congruos huic scientiæ, hanc de immobili substantia constituerit demonstrationem. [l] *Ostensum autem est, quòd nec ullam magnitudinem possibile est hanc substantiam habere.* Deducit primum mouens carere omni magnitudine, ita vt sit indiuisibile, & impartibile, quod supponit iam ostensum. Et innuitur (secundum commu[illegible] expositionem) demonstratio habita in lib. 8. Physicorum. Vbi in primis ostenditur, quod finitum non potest mouere tempore infinito hac ratione. Quoniam assumpta vna parte mobilis, quod moueatur ab aliquo mouente, hęc in minori tempore moueretur quàm totum mobile. Accipiendo autem duplicatam partem dicti mobilis, pluri tempore ab eodem mouente moueretur. Adhuc vero sumendo aliud duplicatum ipsius mobilis, adeo vt totum accipiatur, sequitur (iuxta dictam propositionem) ipsum totum mobile moueri pluri quidem tempore, non tamen infinito; cum tempus finitum additum finito, non nisi finitum euadat. Vnde dici non potest, quod finitum moueat infinito tempore. Sed neque contingere, vt in magnitudine finita sit virtus infini-

ibidem demonstratur hac ostensione ducente ad hoc inconueniens : quoniam sequeretur, quòd non esset tempus vllum, in quo moueret huiusmodi virtus : vnde neque motus esset, qui semper fit in tempore. Nam, quatenus infinita virtus supponitur, vtique hæc plus posset in mobilem, quàm quæcunq; alia virtus finita. Verumtamen, si assignetur tempus, in quo virtus infinita moueat; accipiatur autem virtus aliqua finita, quæ moueat in aliquo tempore, pluri tamen quàm sit illud, in quo moueat virtus infinita, contingit quòd duplicata virtus in minori tempore absoluet motum: & iterum duplicata in minori adhuc tempore. consequenter per additionem virtutis ad virtutem fiet, vt tandem deueniatur ad illud idem tempus, in quo constitutum erat, quòd virtus infinita moueret; in quo tempore etiam virtus finita motum absolueret. Atqui dicere, quòd virtute finita, vt & ab infinita æquali tempore motus absoluatur, est maximum inconueniens, cum finiti ad infinitum nulla sit proportio. Vnde concludẽdum, quòd virtus infinita non potest esse in magnitudine finita: alioquin nullum esset tempus assignare, in quo moueret: & ita virtus infinita non moueret. Ad hæc in eodem 8. Physic. probatur, quòd non potest esse in infinita magnitudine virtus finita: quoniam assignando magnitudini finitæ aliquam virtutem, hæc duplicata maiorem virtutem etiam obtineret. Et cum a magnitudine infinita semper demi possit magnitudo, tandem eueniet, vt crescat virtus in magnitudine finita, quæ erit æqualis virtuti existenti in magnitudine infinita. Quare cum non possit finitum mouere tempore infinito, & non possit esse virtus infinita in magnitudine finita, neque virtus finita in magnitudine infinita; sequitur concludi debere, cum primum mouens moueat tempore infinito, vt patet per antea ostensa; non debeat igitur habere magnitudine: sed omnino erit impartibile, & indiuisibile. Et hæc quidem ex lib. 8. Physi. sunt desumpta. Verum possumus etiam interpretari, ex prehabitis in hac philosophia manifestum esse debere hanc conclusionem, quòd mouens est indiuisibile, & impartibile. siquidẽ ostensum est in lib. præcedenti, non dari infinitum in magnitudine (ex quo etiam apparet, quomodo illa speculatio deseruiat huic tractationi) & consequenter patet, quòd primum mouens non potest habere magnitudinem infinitam, cum hæc esse non possit. Patet etiam quòd nõ potest habere magnitudinem finitam ob hoc, quod dicit Aristoteles hoc loco: quoniam nullũ finitum habet potentiam infinitam: idq; hinc perspicuum esse debet; quando implicat contrarietatem, dicere idẽ simul finitũ & infinitum esse. Probatum est autem, quòd primum mouens mouet tempore infinito; ex quo sequitur, quòd ad hunc motum temporis infiniti potẽtiam habeat infinitam, & possit motum causare infinito tempore. Alioqui, nisi haberet huiusmodi potentiam mouendi infinito tempore, motus non conseruaretur æternus, vt supponitur. Vico Mercatus hoc loco affert difficultatẽ circa infinitatem primæ causæ. Nam, cũ dupliciter accipi possit hęc infinitas: aut in vigore, adeo quòd omnẽ virtutem superet, & quoq; tẽpore, & momento possit efficere quemcunq; motum: aut in duratione, vt possit perpetuo mouere; adsunt (inquit) vtrinq; difficultates. Primo circa primum modũ: quoniã deberet mouere in instanti. Præterea in cœlo hoc idem, ait, apparere per eius durationem. Circa vero secundum modum opponitur, quòd etiã in cœlo idem reperiatur, vt perpetuo moueatur. Itẽ, quoniam nõ habeat locũ ratio, quòd non debeat mouere in tẽpore: immo, si perpetuo duratura est motio, debet mouere in tẽpore. Auerroes censet animam esse in cœlo, & animã virtutis finitæ mouere. Aduersus quem illud pugnat, cur prima substantia non in instanti. Itẽ in anima mouente cũ virtute finita, cessatio de motu, quia non in instãti. D. Tho. ait, nullã magnitudinem posse recipere effectũ, qui respondeat facultati, quæ in magnitudine non est. & vult Deũ mouere non naturaliter, sed ex voluntate, quæ limitat suam operationẽ. In oppositũ vero instat VicoMercatus: quoniã virtus sine magnitudine, vt non impedita, magis valebit. Et ideo ipse perdifficilẽ iudicat hanc quæstionẽ: quomodo ponatur dissimilitudo in uirtute uigoris & durationis. An ita dicendũ est? quòd probationes antea inductæ ex lib. 8. Physic. procedũt circa suppositã magnitudinẽ, cui insit virtus apta ad mouẽdũ. At non easdem dicimus locũ habere penes substantiam carentem magnitudine, de qua sat erit dicere, quòd non est limitata eius virtus ad aliquẽ effectum. Magnitudo autẽ corporis cœlestis obstat, & repugnat, vt fiat in ipsa motus in instanti secundũ ordinẽ naturalem. Et cum constet ex suppositione sempiterni motus, quòd primũ mouens mouet tẽpore infinito; hinc est arguendum, secundum Aristotelem, quòd habeat potentiam infinitã, quoniã mouere possit tempore infinito. Non autẽ concedendum secundũ eius placita, quòd sit potentia in ipso mouente infiniti vigoris; idest actu infinite potens: siquidem in lib. præcedenti statuit, non dari infinitũ actu: vnde ita intelligendũ, quòd est potentia infinita in primo mouente; quoniã potest causare, vt motus perpetuus, & ita infinito & indesinenti tẽpore in cœlo fiat, & perseueret. Quòd autẽ ait D. Tho. quòd prima causa est infinita negatione, vt non limitetur ad aliquem determinatum effectum: optime (secundũ veritatem) ad infinitatem etiam vigoris accommodari potest. Quòd autem pertinet ad dubitationem de cęlo, quòd moueatur tempore infinito; non propterea inferendum, quòd habeat virtutem infinitam: quoniam a se non habet, sed a causa extrinseca ipsum mouente. Aut aptius etiam dici potest; quòd cœlum habet potentiam, vt possit moueri tempore infinito, sicuti de facto mouetur secundum placita Aristotelis. Etenim nisi maneret perpetua prima causa mouens sub ratione boni atque finis, non esset perpetuus motus in cœlo. Auerroes habet hoc loco impossibile esse, vt aliquid sit possibile in sua substantia, & per aliud sit necessarium in esse: quoniam impossibile, vt idem sit possibile in

Vic. Mer.

Auerr.

D. Tho.

D. Tho.

Auerr.

esse ex sua substantia, & recipiat ex alio necessarium esse: motus autem, inquit, possib[illegible] necessarius ex alio sit, & quòd possibilis sit ex se. Cuius enunciati hanc causam assign[illegible] scilicet motus habet esse ab alio; nempe a motore. Et hæc quidem Auerrois [illegible] de consentanea rationi. Siquidem substantia per se stat, iam existens. vnde, si statuatur [illegible] sit possibilis, repugnabit dicere, quòd sit necessaria: at motus, cum consistat in fieri, [illegible] fieri potest, ita etiam aut contingenter, aut necessario esse potest: contingens, si causa [illegible] tingente: necessarius autem, si a causa sit, quæ necessarium & immutabilem illum [illegible] *At vero & quòd impassibilis & immaterialis est.* Concludit quòd prima immobilis substantia [illegible] etiam omnino impassibilis, & inalterabilis. Quod quidem patet ex ante deductis, vbi constitutum [illegible] est, motum localem antecedere omnibus alijs motibus. Vnde, cum patefactum sit, quòd motor primus non potest moueri motu circulari, qui est primus omnium motuum: consequenter erit liber, immunis ab omnibus alijs mutationibus, quæ sine motu locali existere non possunt. Vnde concluditur, quòd impassibilis & inalterabilis, & omnino immutabilis sit ipsa immobilis substantia.

Patefit dari præter primam, alias quoque substantias seiunctas a materia, quæ præsident lationibus orbium cœlestium ad numerum lationum: item non esse mundum alium præter vnum. Cap. XV.



VTrum autem statuendum sit vnam tantum esse substantiam, qualem iam descripsimus, an plures, & si plures, quot nam sint numero; non est hæc speculatio silentio obuoluenda. Circa quam tamen quęstioné id asserere possumus, nihil ex aliorum placitis traditũ esse aperte de multitudine harum substãtiarum. Etenim idearũ fautores, constituentes ideas esse numeros, de numeris ita tractãt, vt modo eos tanquam infinitos supponant; modo ad denarium numerũ redigant. De denario autem numero cur sit statuendus, nil accurrata demonstratione tradunt. Nobis auté ex antea suppositis, & determinatis, hęc quæstio explicanda est. Ac primo quidem ex ante habitis illud constat, quòd principium, & id quod est primum inter entia, est immobile secundum se, & secundum accidens, mouens auté, & producens primum, & ęternum, & vnum motũ. Et quoniã necesse est, quod mouetur, ab aliquo moueri, & mouens immobile esse secundũ se, & motum æternum ab æterno motore cieri; & vnũ motum produci ab vno motore (videmus autem præter lationé simplicé vniuersi, quam dicimus cieri a prima & immobili substantia, adesse & alias quoq; lationes ęternas planetarum, siquidé corpus orbiculatum sempiternum est, ac numquam quiescens, pro vt in physicis contemplationibus est ostensum) hinc deducitur, necesse esse, vt motus cuiusq; errãtis stellę cieatur a substantia secundũ se immobili & ęterna. Etenim, cũ natura stellarũ errantiũ sit quædam substantia æterna, oportet & mouens æternũ esse, & prius ipso mobili: & quod prius est, substantia vt idé sit, etiã necesse est: vnde sequitur, necessariũ esse, vt sint substantię ad numerũ motionum stellarum errantium, æternæ, & immobiles secundũ se, & sine magnitudine existentes ob candem iam ante assignatam causam circa omnium primã motricem substantiã. Quòd igitur sint huiusmodi substantię, & harum vna sit prima, alia secunda, & ita deinceps iuxta ordinem respondentem lationibus astrorum, perspicuũ est. Quòd vero attinet ad numerum lationum stellarum vagantiũ, petenda est hæc cognitio ab ea scientia, quæ inter mathematicas scientias præcipuũ obtinet in philosophia locũ; ab ipsa scilicet astrologia, vti ea, quæ sola inter mathematicas disciplinas de substantia sensibili æterna habet speculationé; quod non facit arithmetica, neq; geometria, quæ solum considerant accidétia. Quòd autem plures sint vagantium stellarũ lationes, perspicuum est vel his, qui mediocriter hanc attigerint scientiam astrologicam. siquidem pluribus quàm vna lationibus quodque astrum vagans fertur. Nunc autem quot sint numero, pro hac intelligentia afferemus ea, quæ nonnulli mathematici tradunt, eo consilio id agentes, vt mente nostra certum aliqué numerũ harum substantiarũ complectamur. Cętera vero, partim quidem nos inquirere decet, partim ab his qui quærunt sciscitari, quid præter ea quę nunc dicta fuerint, ipsis videantur qui hæc tractant: & diligere quidem vtrosq; , illis vero adhęrere, qui certiores attulerint sententias. Eudoxus igitur, & Calippus suorũ temporum celebres astrologi, ad tuendos planetarũ varios aspectus atq; motiones, supposuerunt plures orbes; horũ aliquos deferentes astra: alteros vero eadem reuoluentes. Et quidem Eudoxus ætate prior, sex & viginti orbes delatores planetarum constituebat in hunc numerum. Soli tres orbes, & lunæ totidem assignabat, iuxta triplicem qua cientur motionem: tũ ab oriente versus occidenté; tum ab occidéte versus orienté; tum secundũ latitudinem in obliquatione a meridie in septemtrionem. Reliquis vero quinq; planetis, Saturno, Ioui, Marti, Mercurio, & Veneri, singulis quattuor orbes adscribebat: adijciens, præter tres orbes triplex prędictum genus motionis deferentes, & alium orbem tertium in ordine, qui proprios polos per media animalia in centris astrorum obtineret; vt ita ab Eudoxo vniuersi orbes deferentes planetas, sex & viginti numero concluderentur. Calippus autem ijs adiunxit septem & alios orbes: binos Soli, & binos Lunæ; Mercurio vero vnum: Marti vnum: & Veneri vnum. Vnde orbes planetarum delatores trium & triginta numero conclusit. Cum autem ex communi horum astrologorum sententia adijcerentur etiam cuique planetarum orbes reuoluentes vno minus deferentibus: videlicet Saturni tres: Iouis tres; Martis quattuor; Solis quattuor; Veneris quattuor; (Lunæ siquidem lationes non oportet fieri per reuoluen-

orbes, quum in infinitum ordinate feratur) ſic planetarum ſphæræ 22. reuoluentes ...bantur: quibus adiunctæ aliæ deferentes 33. omnes euaderent 55. Quòd ſi ab ipſis po...antur, tum a Sole, tum a Luna motiones additæ per Calippum; ſic orbes omnes rema... ſeptem & quadraginta. Quamobrem, ſi ad numerum orbium & motionum in illis facta... numerus ſubſtantiarum abſtractarum mouentium eſt ſtatuendus: erunt omnes huiuſmodi ...e 47. ſingulæ ſingulis dictis orbibus ac lationibus præſidentes: atque ita conſequenter con...dum, principia totidem eſſe numero, tum immobilia reſpectu ſubſtantiarum abſtractarum, ...ſenſibilia, ipſos ſcilicet orbes, in quibus prædictæ lationes abſoluuntur. Quòd ſi deinde ...poſſibile vllam eſſe lationem, quæ ad alicuius aſtri lationem non pertingat: & de omni præ...tura atque ſubſtantia impaſſibili & per ſe exiſtente id exiſtimare oportet, quòd optimum ...finem, qui conſequenter eſt exoptandus, & ob ipſum aliquid eſt mouendum; ſequitur, ...lla alia erit natura præter dictas: vt omnino ſubſtantiarum abſtractarũ numerus in aſſigna...tarum lationum numero ad aſtra pertingentium concludatur. Etenim, ſi aliquæ aliæ, præ...tas eſſent ſubſtantiæ; hæ nimirum vt habentes optimum finem, motum cierent: quoniam ...t ipſius lationis, vt ipſarum optimum finem orbes media latione imitentur. At impoſſi...eſſe lationes præter aſſignatas; quod rationabiliter colligitur ex his quæ feruntur. Etenim, ...ipſius lati cauſa eſt deferens, & omnis latio ad aliquod latum pertinet, iam nulla latio ...ius cauſa: neque etiam ob aliam lationem, ſed ob aſtra. Nam ſi erit latio ob lationem; & ...ebit eſſe ob aliam, & ſic in infinitum: quod cum eſſe non poſſit, ideo concludendũ, quòd ...o erit ob aliam lationem: ſed omnis lationis finis erit aliquod diuinorum corporum, quæ ...n cœlo. vnum quodque autem corpus cœleſte ſuum requirit motorem: vnde iuxta nume...rarum, erit quoque numerus ſubſtantiarum abſtractarum.

...d vero vnum ſit cœlum, hinc poterit eſſe manifeſtum. Nam ſi ſunt plures cœli, vti ſunt plu...mines, erit vnum ſpecie principium circa quodque cœlum; plura vero numero principia in ...ibus cœlis. Atqui quæ plura ſunt numero, habent materiam: ſiquidem multorum vna eſt ...o, vt puta hominis in vniuerſali. Socrates autem eſt vnus numero de illis multis contentis ...communi definitione, differens vero in materia a ſingulis alijs hominibus. At primũ quod ...rat eſſe, non habet materiam: ſiquidem eſt actus: vnum igitur erit & numero, & definitione ...m mouens immobile exiſtens: quare vnum etiam erit tantum id, quod ſemper & continue ...ur ab ipſo: vnde vnum tantum erit cœlum. Tradita ſunt autem & hæc ab antiquioribus, & re...oſteris: nempe quòd ſint tales ſubſtantiæ Dij: & quòd diuinum vniuerſam cõtinet naturam: ...illis multa ſint tradita fabuloſe ad perſuadendam multitudinem, ad vſum legum inducen... & ad rerum vtilium obſeruationem. dum ſcilicet faciunt homines Deos, eoſdemque etiam ...t ſub alijs quoque ſpeciebus animalium; & ſimilia fingunt: a quibus ſi hæc conficta ſeiungan... accipiatur illud primum, & præcipuum, quod intelligere voluerunt videlicet, quòd dij eſſent ... ſubſtantiæ: utique ab illis id diuinum enunciatum videretur. Et ſane veriſimili coniectura ...oteſt, quòd ſæpe cum inuenta ſit vnaquæque ars, & philoſophia (ſicuti poſſibile eſt ad captum ...num) rurſuſque perierit; horum quoque opiniones, veluti quaſdam reliquias, fuiſſe vſque mo...uatas. Paterna itaque opinio, & quæ a primis proceſſit, penes hoc ſolum eſt nobis manife... quòd cenſuerunt Deos primas eſſe ſubſtantias.

T E X T V S.

Vtrum autem vna ſit ponenda talis ſubſtãtia an plures, & quot, non oportet nos latere, ſed meminiſſe quoque aliorum ſententias, quot de pluralitate nihil, quod dictu perſpicuum ſit, dixerunt. De ideis namque opinio nullam accommodatam conſiderationem habet. Numeros namque dicunt ideas eſſe: de numeris uero quandoque, ut de infinitis aiunt, quandoque tanquam uſq; ad de... determinatis, qua uero de cauſa tanta numerorũ pluralitas ſit, nihil cum diligentia demonſtratiua ... ¶ Nobis uero ex præſuppoſitis atque determinatis [a] *dicendum eſt. Principium enim ac primum ..., tum per ſe, tum per accidens immobile eſt: mouens autem primo, ſempiterno, & uno motu. Cum ue... mouetur, neceſſe ſit ab aliquo moueri, primũq; mouens immobile per ſe eſſe, ac motu æterno ab æter... moueri, & unum ab uno, uidemuſque præter ſimplicem lationem totius, quam dicimus primam ſubſtan... & immobilem mouere; cæteras etiam lationes, quæ errantium ſunt, ſempiternas eſſe (ſempiternum ... et irrequieſcibile circulare corpus eſt, monſtratum autem eſt de his in Phyſicis) neceſſe eſt harum ... lationum unamquamque a per ſe immobili, et æterna ſubſtantia moueri. nam et ſtellarum natura ... ſubſtantia quædam exiſtens, et quod mouet perpetuum, et prius eſt moto. et quod prius ſubſtan... ſubſtantia ſit neceſſe eſt. Conſtat itaque neceſſe eſſe tot ſubſtantias eſſe natura perpetuas, & per ...obiles, ac abſque magnitudine, ob cauſam prius dictam. ¶ Quòd igitur ſubſtantiæ ſunt, & harũ quæ prima. quæue ſecunda, ſecundum eum ordinem, quem & lationes ſiderum habent, patet. Pluralitatem lationum ex peculiariſſima Philoſophia* [b] *Mathematicarum ſcientiarum, videlicet ex Aſtrologia, con...dum eſt. hæc enim de ſubſtantia ſenſibili quidem, at ſempiterna ſpeculatur. cæteræ vero de nulla ſubſtantia, veluti quæ circa numeros, atque quæ circa Geometriam. Et quidem quòd plures ſint*

eorum,

eorum, quæ feruntur lationes, manifestum etiam est his, [c] qui parum attigerunt. pluribus enim quam vna errantium astrorum vnumquodque fertur.§ Quot vero hæ sint, nunc quidem nos ea, quæ quidam mathematicorum aiunt, intelligendi gratia dicimus, vt aliquam determinatam mente pluralitatem per ipsam. [d] Deinceps quædam quidem nos ipsos quærere decet, quædam autem a quærentibus sciscitari, si quid ea, quæ nunc dicta sunt, his videatur, qui circa hæc versantur, diligere quidem vtrosque, adhærere potioribus. Eudoxus igitur Solis, & Lunæ vtriusque lationem in tribus posuit sphæris esse. quarum primam quidem [e] eam esse, quæ non errantium stellarum. Secundam vero secundum id, quod per medium Zodiacum. tertiam porro secundum eũ, qui in latitudine Zodiaci obliquatur. in maiori autem latitudine obliquari eum, secundum quem Luna fertur, quàm secundum quem Sol. Errantium vero stellarum vnius cuiusque in quattuor sphæris, quarum primam quidem & secundam eandem illis esse. etenim quæ non errantium est, eam illa esse, quæ omnes fert. at eam, quæ sub ipsa ordinata est, ac quæ secundum Zodiacum lationem habet, communem omnibus esse. Tertiæ vero omnium polos in eo, quod per medium Zodiacum esse. quartæ autem lationem, secũdum eum, qui obliquatus ad medium eius est, esse vero tertiæ sphærę polos aliarum quidẽ proprios, Veneris autem & Mercurij eosdem. At Calippus situm quidem sphærarum eumdem Eudoxo ponebat, hoc est distantiarum ordinem. pluralitatem autem stellæ quidem Iouis ac Saturni eandem illi attribuebat, Soli vero & lunæ duas adhuc putabat sphæras addendas esse, si quis eorũ quæ sensibiliter apparẽt, causas assignare debeat. cæteris uero errantium unicuique unam. necesse uero esse, si debent omnes simul positæ quæ apparent reddere, secundum unamquamque errantium alteras sphæras una pauciores esse, quæ reuoluant, & ad idem positione semper primam eius astri sphæram, quod inferius ordinatum est, constituant. hoc enim modo solum contingit errantium lationem omnia facere. Cum igitur in quibus ipsa quidem feruntur sphæris, hæ quidem octo, hæ uero uigintiquinque sint, horum sane illas solas non oportet reuolui, in quibus fertur, quod infime ordinatum est. quæ quidem duarum primarum sphæras reuoluunt, sex erunt. quæ uero posteriorum quattuor sexdecim. cunctarum uero numerus, tum earum, quæ ferunt, tum quæ reuoluunt eas, quinquagintaquinque. [f] quòd si lunæ & soli non addat aliquis, quos diximus motus, omnes sphæræ erunt septẽ & quadraginta. pluralitas itaque sphærarum tanta sit. [g] Quare substantias quoque & principia tum immobilia tum sensibilia, tot rationabiliter arbitrandum est esse. quod enim necessarium est, relinquatur potentioribus dicendum. Quòd si nullam lationem possibile est esse, quæ non ordinetur ad lationẽ stellæ, [h] omnem item naturam, omnemque substantiam impassibilem & per se arbitrari oportet optimum sortitam finẽ esse, nulla profecto præter has alia natura erit, sed hunc necesse est numerum substantiarum esse. si etenim aliæ sunt. vtique mouebunt, cum lationis finis sint. sed esse alias lationes præter dictas impossibile est. hoc autem ex his, quæ feruntur, rationabile est accipere. si enim omne quod fert eius gratia, quod fertur suapte natura est, omnisque latio alicuius, quod fertur est: nulla latio sui gratia erit profecto, nec alterius lationis, verum stellarum causa. [i] si namque latio lationis causa erit, illam quoque oportebit aliarum gratia esse. quare cum non sit processus in infinitum, finis omnis lationis erit diuinorum corporũ aliquod, quæ in cælo feruntur. Quòd autem cælum sit vnum manifestũ est. si enim plures sint cæli, vt homines, principium uniuscuiusq; erit specie vnum, numero multa. [k] at quæcunque multa numero, materiã habent. Vna etenim & eadẽ multorum ratio est, veluti hominis, Socrates vero unus. [l] ipsum vero quid erat esse primum non habet materiam, cum actus sit. vnum ergo tum ratione, tum numero primum mouens immobile ens est. & id igitur, quod semper continuoque mouetur. unum ergo tantum cælum est. Tradita autem sunt quædam a maioribus nostris, & admodum antiquis, ac in fabulæ figura posterioribus relicta, quòd hi Dij sunt, vniuersamq; naturam diuinum continet. [m] cætera uero fabulose ad multitudinis persuasionem & ad legum, ac eius quæ conferat opportunitatem, iam allata sunt. hominiformes namque, ac aliorum animalium nonnullis similes eos dicunt, ac alia consequentia, et similia his, quæ dicta sunt. quorum si quis ipsum solum primum separando accipiat, quòd Deos arbitrabantur primas substantias esse, diuine profecto dictum putabit: et (vt verisimile est) sæpius quaque arte et philosophia, [n] quo ad possibile fuit, inuenta corruptaque rursus, has illorum opiniones, quasi quasdam reliquias, nunc usque saluatas esse. Paterna itaque ac priorum opinio in tantum nobis manifesta sit.

ADNOTATIONES.



Obis uerò ex præsuppositis atque determinatis. [a] Aut intelligit, quòd quæ supposuit, etiam determinauit & approbauit: aut aliqua fuerunt supposita; alia vero demonstrata. Inter hæc hoc primum: quòd deductum fuit, dari primum principium omnium immobile secundum se, & secundum accidens. Secundo hoc aliud etiam deductum est: quòd hoc primum principium mouet vnum primum & æternum motum. Tertio, quòd omne quod mouetur ab aliquo mouetur: quod suppositum fuit in lib. præcedenti, & etiam explicatum est in lib. 7. Quarto, quòd æternus motus ab æterno motore procedit, quod supra deductum est. Quinto, quòd vnus motus ab vno fiat; de quo habitus est sermo in physicis, & ibi confirmatum est hoc principium. Sexto, quòd lationes astrorum vagantium sunt ęternæ: quod ostẽsum est in lib. de cælo; dum ostensum est ibi corpus orbiculatum æternum esse, & non quiescens. Septimo, quòd mouens est prius ipso mobili, quod & ex physicis, & ex superioribus sermonibus etiam desumptum est, & patefactum. Octauo, quòd substantia sit prius quàm accidentia: quod in his libris, & in huius initio deductũ est.

Acci-

autem, *prius*, hoc loco, dum dicitur, *quòd mouens aſtra ſit prius quàm aſtra*, non ſecundum um & aſtra ſint æterna: ſed accipitur prius ſecundum eam prioritatem, quæ concernit aliuram priorem, a qua non conuertitur ſubſiſtēdi conſequentia: quoniam ipſa ſublata, alia & non e contra. & ita eſt prioritas, qua denotatur aliquid pendere ab alio, vt ſine ipſo eſſe quemadmodum non mouerētur aſtra, niſi adeſſet quod mouet ea. Ad hæc ſupponit etiā s et apparentibus, quòd pluribus lationibus ferantur planetæ. & ex his multis deinde par poſitis, & partim oſtenſis, conſtituitur hoc loco demonſtratio, quòd ſubſtantiæ immobiles quodam numero, cauſæ lationum, quæ fiunt in planetis. Et eſt demonſtratio pertinens ad pri philoſophum, ad quem ſpectat tractare de ſubſtātia immobili. Aduertendum autem dici ab de primo principio, quòd eſt immobile ſecundum ſe, & ſecundum accidens. non autem de alijs motoribus ſtellarum errantium: ſed ſolum quòd ſunt immobiles ſecundum ſe, dicit, quòd etiam ſecundum accidens ſint immobiles: forte, quia apud Ariſtotelem non certum, quin aliæ a prima intelligentiæ eſſent motores inſidentes orbibus, tanquam nautæ. vnde ita nil prohiberet per accidens ipſas moueri ad motum orbium, quemadmodum & naui mouetur per accidens ad motū nauis: quod & Themiſtius in ſua paraphraſi in huius latione ſupponit. [b] *Ex peculiariſſima philoſophia mathematicarum ſcientiarum*. Sermo eſt de gia, de qua græce dicitur, ἐκ τῆς οἰκειοτάτης, quod apud Alexandrū & Themiſtium & Philopo eſt tranſlatum: *quæ eſt familiariſſima philoſophiæ*: quaſi id innuatur, quòd aſtrologia ſit famie coniuncta cum hac philoſophia, cum & illa, vti & hæc, tractet de ſubſtantia. Verū huic intioni illud obſtat, quòd in lib. præcedenti, & in lib. 6. mathematicæ ſcientię omnes in vnam s partibus, philoſophiæ contēplatiuæ cōſtitutę ſunt. Accedit quòd & dictio græca οἰκειοτάτης, eſt illi alteri φιλοσοφίας: vt hinc manifeſte appareat, quòd nō eſt cōparatio aſtrologiæ ad phiam, cui dicatur prope accedere ex quadam ſimilitudine: ſed ipſa aſtrologia dicitur eſſe talis ſophia, nempe præcipua inter mathematicas. Vnde Beſſario vertit; *peculiariſſima*. & D. Tho. & Alenſis explicant, quòd ſit propria philoſophia, & præcipua inter mathematicas. & id qui, quoniam ipſa ſola ediſſerit de ſubſtātia cœli: aliæ vero ſcientię mathematicæ tractant de accibus. ſubſtantiam autem præſtare accidentibus, in ſermonibus præcedentibus patefactum eſt: ideo aſtrologia inter diſciplinas mathematicas, præcipua ſcientia cenſenda eſt. [c] *Manifeſtum etiam his qui parum attigerunt*. Ait cuique, qui ſit vel mediocriter verſatus in ſcientia aſtrologiæ, cuum eſſe, quòd plures ſint lationes ſphærarum. Et (vt adnotauit Auerroes) tribus modis git circa hęc deprehenſionem haberi. ſiquidem aliquæ lationes patent vulgo per ſenſum: aliper inſtrumenta deprehenduntur: aliquæ deinde per rationem. Auicenna autem (vt refert hoc D. Thomas) cenſuit primum mobile non immediate moueri a primo principio, ſed a prima gentia cauſata. Nam cum primum principium ſit ſimplex, hinc exiſtimauit, quòd ex ipſo non cauſari niſi vnum, ipſa prima intelligentia, in qua cadit aliqua potentiæ & actus pluralitas, tenus acquirit eſſe a primo principio. nam ad ipſum comparatur, a quo depēdet ſecundū ſuum ſicut potētia ad actum: & ſic prima intelligentia poteſt cauſare plura immediate. nam vt intelli ſe, prout habet aliquid de potentia, cauſat ſubſtantiam orbis, quam mouet: & pro vt intelligit ſe, in actu etiam ab alio, cauſat animam ſui orbis: vt autem intelligit ſuum principium, cauſat ligentiam ſequentem, quæ mouet inferiorem orbem. Inſtat autem contra hæc D. Thomas ſes doctrinam Auerrois: quoniam eſſe cauſatur in his ſecundum eſſe intelligibile: vnde, vt plura int intelligi ab vno, ſic plura poſſunt cauſari. Idem aduertit conueniens eſſe, vt primus motus corporalium, a quo alij omnes dependent, habeat pro cauſa primam aliquam immaterialē; connexio ſit ſenſibilium & intelligibilium. quod manifeſte ſupponit Ariſtoteles: qui & initio cap. primā lationem memorans, ait: *quam dicimus primam ſubſtantiam & immobilem mouere*. & hoc dicere poſſumus penes adducta ab Auicenna, quòd ſunt ſententię enunciatæ ab ipſo ad tum: & non habent vllius experientiæ probationem, quam afferat. [d] *Vt aliquam determinatam te pluralitatem percipiamus*. Non illud curat, aut intendit hoc loco Ariſtoteles, vt conſtet nobis ſolute de certo numero ſubſtantiarum immobilium: ſed id tantum, vt pateat, quòd numerus ipum reſpondere habet numero lationum in ſphæris exiſtentium, ſint in numero quotcunque. Et aduertit, ſtudio quodam opus eſſe pro conſequenda vera circa hoc notitia, quot ſint numero ones orbibus inexiſtentes: & quòd ab ijs, quæ ſunt manifeſta penes harum rerum cognitionem, ius ad alia progrediamur. ſiquidem temporis circulo multa inueniuntur, quę prius ignorabanquemadmodum præcipue contigit circa obſeruationem aſtrorum, & orbium cæleſtium. Vnconcludit in fine huius diſputationis, quòd *neceſſarium*, ideſt id, quod re vera determinate ſe haet circa huiuſmodi obſeruationem, relinquendum eſt his, & eorum ſtudio, qui exactius apti ſunt determinare. [e] *Quarum primam quidem eam eſſe, quæ non errantium ſtellarum: ſecundam vero ſedum id*. Supponit Ariſtoteles, eſſe ordinem in ſubſtantijs immobilibus, vt ſit in ipſis & prima, ſecunda, & ita deinceps: quemadmodum & orbium, & motuum in ipſis factorum, vnus pri, & alius ſecundus eſt, & ita deinceps. Non videtur autem quòd ſermo ſit de præſtantia or, vt vnus ſtatuatur prior, quia alteri dignitate præcedat. De quo tamen poteſt eſſe dubitatio: quoniam ſubſtantia mouens ſphæram Solis, videretur præcedere alijs ſuperioribus ſubſtantijs; ſicuti

Themiſt.

D. Tho.
Alenſ.

Auerr.
Auicen.

D. Tho.

ficuti sol alios planetas magnitudine superat, & diriguntur iuxta motum solis. Sed & in opp[illegible]
illud dici potest, quòd superius cœlum, vt continens est, ita præstet inferiori orbi sub se cont[illegible]
qui vt pars ad totum, refertur ad superius cœlũ. Idcirco supponendum videtur, quòd sup[illegible]
ra sit altioris & vniuersalioris virtutis, quàm inferior: & quòd diuturniores operetur eff[illegible]
Ptolom. sit propinquior primæ causæ. Vnde secundum Ptolomeum, effectus Saturni aptãtur ad [illegible]
ra loca & tempora. Iouis autem ad annos. Martis, Solis, Veneris, Mercurij ad menses. Lu[illegible]
Themist. dies. Themistius quoque ait, iuxta ordinem orbium, substantias quoque motrices habere in[illegible]
comparationem, vt non solum ordine, verum etiam essentia atque substãtia differant: [illegible]
inferiores, inquit, minus nobiles sunt: & ideo inter ipsas est gradus primus, & secundus. *Quod si Lu-*
næ & soli non addat aliquis quos dicimus motus, omnes sphæræ erunt septem & quadraginta. Miratur Ale-
Alex. xander, quomodo dixerit hoc loco Aristoteles, quòd si demantur additæ motiones Soli & Lunæ
omnes sphæræ erunt 47. Nam, inquit Alexander, si duæ Solis, duæque Lunæ, quas Calippus adie-
rat, auferantur: præterea, & aliæ duæ reuoluentes a Sole: sic tantum sex erunt, quæ auferentur: qua-
si ex quinquaginta & quinque desumpserimus, quadraginta & nouem manebunt. Vnde varia exco-
gitauit Alexander pro tuẽdo hoc Aristotelis enunciato. Aut, quòd & Lunæ duæ reuoluentes sphæræ
sint adiectæ; aut quòd quattuor illas retrouersantes, quas Soli adiecit, ab eo demendas [illegible]
nis deferentibus, quas & Soli & Lunæ Calippus adiecerat: Vnde ita octo demerẽtur: quibus sublatis
ex 55. manerent 47. Aut magis, vt etiam Sosigeni placuit, dicendum est, inquit Alexander, quòd li-
Philop. brariorum culpa commissum est, vt 47. loco 49. scriptum sit. Philoponus autem ita videtur inter-
pretari ablationem faciendam circa sphæras, quas Calippus addiderat. nam inquit, Calippus adi-
ciebat tribus Solis deferentibus, etiam alias duas: & tribus Lunæ, alias duas sphæras deferentes. ita-
que & aliç vtrique animalium duæ adiectæ sunt reuoluentes. vnde, si quis auferat hanc omnem ad-
ditionem harum 8. sphærarum, remanebunt 47. sphæræ. Verum huius rei veritas discutienda ipsis
astrologis relinquenda est: cum præsertim Aristoteles nullum orbem supra sphęram stellarum fixa-
rum supponat, quum tamen a posterioribus & aliç superiores sphæræ sint excogitatæ, ad [illegible]
cœli aspectus, atque astrorum motus. Illudque constat, vt antea animaduertimus, non esse hoc loco
Aristotelis illud studium, vt certum orbium nomen statuere velit: sed illud tantum accipere, plures
esse orbes, & orbium plures lationes: quibus deinde plures etiam mouentes substantias [illegible]
les ad orbium numerum & lationum eorumdem esse debere, decernit. *Quare substantias [illegible] &*
principia, tum immobilia, tum sensibilia tot rationabiliter arbitrandum est esse. Varia est hoc loco [illegible]
contextus penes illam particulam *sensibilia*, cum antiqua lectio habeat, *insensibilia*, vt etiam habe-
tur apud Themistium: & hanc sequitur Alensis in sua expositione: sed impressi codices græci con-
stanter legunt καὶ τὰς αἰσθητάς: idest sensibiles. & videtur admodum consona lectio ad precedentia,
cum ita græce legatur. ὥστε καὶ τὰς οὐσίας, καὶ τὰς ἀρχὰς τὰς ἀκινήτους, καὶ τὰς αἰσθητάς. vnde appa-
ret, plura & diuersa principia significari: nempe & immobilia, quibus abstractæ substantię denotan-
tur; & sensibilia, quibus orbes cœlorum significantur. Neque vero obscurum est, quòd & ipsi orbes,
& astra, seu planetæ, quæ sunt res sensibiles, sint principia respectu huius inferioris mundi, qui obno-
xius est generationi & corruptioni. Vnde dicitur in lib. 1. Meter. *necesse esse mundum hunc inferiorem*
superioribus lationibus esse contiguum, vt inde omnis virtus gubernetur. quare erunt & orbes, & ipso-
rum astra principia horum inferiorum: licet postea & ipsi orbes pendeant a principijs substantia-
rum immobilium, & a prima substantia, quæ est omnium principium, a quo (iam dictum est supra)
Alex. quòd pendet cœlum & natura. Dubitat autem hoc loco Alexander, num efficientia sphærarum (sic
enim vocat earum principia) sint animæ earum, an principia ab omni corporis cognatione libera-
ta. Et censet alia quędam esse principia superiora animabus; vt qui non velit Deos esse animam.
Et quoniam obijci sibi poterat, quòd sine operatione & motu degerent; ideo ait, moueri sphæras &
ab anima, & a substantijs separatis: sicuti etiam prima sphæra mouetur & a sua anima, & etiam a
prima causa vt a fine. Supponit autem inesse naturam & habilitatem ipsis corporibus, vt sic moueã-
tur, atque moueri possint: & ab anima habent actum transeundi, ad quem per naturam sunt procli-
ues. Idem ait, quòd inerrantis sphæræ anima non est causa inferiori motus: sed id a primo motore
habet, vt, sicut cœlum a primo motore, sic vagæ stellç a suis motoribus cieantur: quos dicit accipere
suam bonitatem & perfectionem a primo motore, ita quidem, vt qui ei est proximior, magis etiam
compleatur. prima autem causa habet omnes perfectiones, quæ redundant ad alias substantias, quę
deinde conuertuntur ad primam, & inde recipiunt quæque suam perfectionem. sed quæ dicun-
Themist. tur relatæ ad proprios orbes, ab ipsis vt optimæ desiderantur. Themistius item hęc habet: quòd cum
plura principia motuum esse non possint, vt in naturalibus fuit deductum in lib. 8 hinc oportet
statuere, principalissimam esse naturã quandam primam, stabilemque in omnibus sphæris. quæ
quidem dilectio est eo modo, quo lex vna in ciuitatum gubernatione, aut rex vnus est. hoc autẽ fit,
cum tota societas mouetur vt imitetur legem illam, cum dilectio adest; hoc est, cum per administra-
tionem, cui obsequuntur, regem, eiusque imperium amant. inuenimus enim & in administratione,
quæ est apud nos, rem dilectã, principium vnũ in omnibus esse. Alij autẽ sunt potestatis administri:
alij serui: alij inter vtrosque: alij milites: & inter hos varietas quoque adest. & ita variæ sunt opera-
tiones, & vitæ motus quoque diuersi, & quandoque contrarij: ad vnum tamen omnes conspirant,
ad ex-

...tionem præceptorum regis. & hoc est vnum amabile magnitudinem non habens; cum il... comparatum, multiplex est. At primum est idem omnibus. impossibile enim esset ab omni... derari, nisi formæ propriæ cuiuslibet, ac propriæ operationes ab eo penderent. hæc ex The... quæ proprie pertinent ad bonum ordinis vniuersi, de quo infra erit sermo. [h] *Omnem item ... omnemque substantiam impassibilem, & per se arbitrari oportet optimum sortitam finem esse.* Est ... do de substantia, quæ non pendet a corpore, quæ impassibilis supponitur, & quòd consequuta ... optimum finem secundum se, qui consistit in functione intelligendi, de quo supra fuit sermo. sed ... huiusmodi substantiæ abstractæ supponuntur singulę fines esse, ob quos astrorum vagantiū fiunt lationes secundum varios orbes, quibus præsident ipsæ substantiæ: idque, quatenus in eum finem astra in lationibus sint intenta, vt imitentur optimum, & æternitatem suorum motorū: vt dictum est de primo mobili relato ad primum mouens: siue astra sint cum anima, siue absque anima. Nam & Alexander dicit hoc loco, sphęras expetere primas substantias. Sed cū dicatur, quòd sphæræ sunt Alex. finis lationum; dubitat Vico Mercatus. quoniam sic erunt duo fines: alter sphęra: alter immobilis Vic.Mer. substantia. Et respondet, quòd duplex est, quoniam postremus est ob immobilitatem substantię. sed dici etiam potest ad hanc difficultatem, quòd latio est ob perfectionem astrorum: quoniam hinc ipsis contingat perfectio. Non ita autem sphæræ, neque latio sunt finis, vt primum immobile; sed ... ille est optimus finis, ad quem sphærę per motum inducūtur ad imitandam eius æternitatē, ... plentes suum desiderium. [i] *Si namque latio lationis.* si latio, inquit, fieret ob lationem, infinitus ... progressus. quoniam illa latio, ob quam esset alia latio, esset & ipsa quoque ob aliam lationem; ... non sit maior ratio de vna quàm de alia; & sic infinita abitio. [k] *At quęcunque multa numero, ma... habent.* Huius enunciati hæc est ratio: nam quiditas est vna vnius rei: neque potest diuelli, sed ... est vt sit in quaque re, cuius est quiditas. vnde, si plura sint, quibus eadem forma sit communi... necesse est vt diuidantur inter se ob materiam: alioquin non essent plura, cum tantum sit vna ... communis: quare oportet vt quæ plura numero sint eiusdem naturæ, habeant materiam. Vnde idem esset de principijs mundi, si plures essent mundi: singulus enim mundus esset cum suo primo mouente: & ita, quatenus plures essent, distinguerentur ob materiæ diuersitatem: quod est impossibile, vt innuitur per ea quæ subiunguntur. [l] *Ipsum uero quid erat esse primo non habet materiam, ... actus sit.* id quidem est perspicuum: quoniam primum mouens, vt declaratum est antea, est purus actus: vnde nihil habet admistum, vt possit illi aliquid potentiæ inesse, quæ opponitur actui. Et ... eodem respondet dicto superius cap. 4. quòd *erat primo actu principium omnium.* Sed diceret aliquis, est quod quid ipsum primum, vt dicitur hoc loco: & intelligitur, & mente concipitur Deus, ... per quiditatem habeatur definitio; idcirco videretur quòd Deus posset definiri. Ad hoc dicendum est, prædictis verbis significari naturam & essentiam rei, ita vt & Deus sit quod quid, & primū: non propterea tamen sequitur, cum sit simplex actus, vt possit proprie definiri. Aduertendum autem de alijs substantijs etiam secundum doctrinam Aristotelis, non posse dici quòd sint primum actus, vt in toto sint sine potentia, cum habeant esse participatum respectu primæ causę: vt saltē quo ad intellectionem deficiant ab ipsa prima, cum omnimodam, & perfectissimam, & simplicissimam non obtineant intellectionem, sicuti habet prima causa. [m] *Cætera vero fabulose ad multitudinis persuasionem.* Ait Alexander, quòd Dij, de quibus hic est sermo, fuerunt suppositi, vt inducerentur homi- Alex. nes ad præclara opera. Aristoteles autem inquit, ob legum obseruationem: vt fertur de Numa Pompilio. Verum B. Paulus scribens Romanis, huius rei veritatem detexit; dicens, homines ob ingratitudinem, & peccata perpetrata in Deum, inductos esse, Dei permissu, ad cultum falsorum Deorum. Non tamen inficiandum, quin sapientia carnalis potuerit etiam aliqua comminisci circa Deorum cultum ad hoc, vt aliqui aliorum dominium obtinerent. [n] *Quo ad possibile fuit.* Hoc habet: quod artes inuentę fuerunt, & philosophia pariter adinuenta secundum captum & possibilitatem humanam. Quod enunciatum habitum est quoque supra huic quasi simile lib. 1. cap. 2. dū dictum est, quòd *scire omnia conuenit sapienti, quatenus contingit sciri a nobis.* Alij interpretantur, quòd potuerit euenire generatio & corruptio scientiarum. D. autem Thomas notat, quòd Aristoteles coactus fuit ita dicere, vt saluaret mundi æternitatem; cum tamen constaret a certo tempore cœptum fuisse ab hominibus philosophari, & inueniri artes.

Quæstio, num absque substantiarum abstractarum multitudine, solo supposito primo motore immobili, orbium inferiorum lationes possint subsistere. Cap. XVI.

CVm autem Aristoteles, præter primum immobilem motorem, plures quoque alias esse substantias immobiles statuerit, quę singulæ singulis orbibus præsidentes illas moueant, huic potissimo innixus fundamento, quoniam lationis cuiusque orbis debet esse vnus motor, substantia existens immaterialis, & optimum sortita finem, ob quem singulus quisque orbis ad eius æternitatem imitandam perpetuo moueatur: idcirco, quod nobis in mentem venit dubitandi aduersum hanc positionem, in medium afferemus, veritatis, at non certe contradicendi studio huic tanto philosopho, quem omnis ætas semper est venerata. At illud quidem in primis citra omnē controuersiam concedendum censemus Aristoteli: si, post primum inerrantis sphærę orbem

primo motori immediate subiectum, dederimus aliam aliquam substantiam immob
alio posteriori orbi præsidere, & causam eius lationis existere; confitendum etiam esse, iuxta or
& lationum numerum, parem his quoque numerum substantiarũ abstractarum orbes n.o
esse debere: pro vt Aristoteles in sua demonstratione deduxit, vt de hoc minime sit d
Quemadmodum etiam, si plures substantiæ abstractę ex eius philosophia essent suppone
quoque concedendum assentiremus, ne ociosæ degerẽt, eas orbibus singulis statui debere pr
tes: quemadmodũ & primus motor lationis primi orbis causa existens supponitur. Et ratioci
quidẽ Aristotelis argumento a simili innixa videtur. Quoniam, vt primus orbis a primo mo
mobili in propria motione depẽdet, ita posteriores orbes in suis lationibus par est vt dep de sin
guli a proprio motore immobili: vnde deducitur tot esse substãtias abstractas post primã, quot sunt
orbes, seu orbium lationes. Verum, cum ex orbium & lationum eorumdem multitudine subst ias
alias, præter primam, ad numerum orbium & lationum esse induxerit, & non nisi ex hac plurium or
biam & lationum suppositione pluralitatem substantiarum abstractarum probari censuerit.
in dubio vertimus, num possit non esse necessarium, vt præter primum mouens (sine quo nihil eu
tium profecto esset) alij motores supponantur: qui post primum orbem, præsint singuli alijs inferio
ribus orbibus ad hoc; vt inferiorum orbium lationes existant, quę alioquin, absque hisce pluribu
substantijs quæ eis pręsideant, non subsisterent. Etenim ordinem orbium cœlestium, & suorũ latio
num perennitatem, solo supposito primo omnium motore absque alijs abstractis præsidentibus
substantijs, iuxta Aristotelis quoque placita tueri nos posse hunc in modum crederemus. Statuen
tes enim id, quod in præcedentibus sermonibus conclusum est ex sententia Aristotelis; nempe pri
mum motorem sub ratione causæ finalis, vt amatum & desideratum mouere, non autem effi n
ter, tanquam quòd aut pulsu, aut tractu, aut alio simili modo cœlum cieat (quod pariter dice de
inferioribus substantijs, si lationum posteriorum orbium essent causę) atque simul huic suppositio
ni adnectentes hanc aliam; quòd cœlum (quod antea ex Alexandri & Themistij quoque sententia
constitutum est) sua ex natura hanc obtinet habilitatem, vt circulo cieatur, quemadmodum & ele
menta, terra, aqua, aer, & ignis, ex propria natura habent ad proprios motus inclinationes, & cœlum
insuper non ita esse animatum, vt anima intelligente sit præditum, sed sine propria *eius cog one,*
vt animatum quidem ratione virtutis motricis intrinsecæ moueri, idcirco autem perpetuo me e
ri ob insitum sibi a natura appetitum sese conseruandi, vt hinc impellatur ad perp les mo
uendum, vt imitetur optimum & perfectissimum immutabileque esse ipsius primi entis, ra one
ne (tanquam super omnia amabilis) omnia mouentis, primo autem primum inerrantis sphæræ or
bem immediate illi suppositum, & post ipsum, alia omnia. Quid ni igitur ita dixerimus solum pri
mum motorem sufficere ad omnium orbium lationes, & huius vniuersi ordinem conseruandum?
adeo quòd sufficiens sit primus orbis, qui immediate mouetur a primo motore, ad alias omnes la
tiones aliorum orbium perpetuas efficiendas: quandó & singulis alijs orbibus hanc inesse tum na
turam, vt circulo suapte virtute cieantur supponendum est, tum insitum quoque appetitum eiusdem
inesse perpetuo sese conseruandi: quod & singulis alijs rebus inesse, ex sententia Aristotelis per ea
quæ tradidit in lib. 7. Eth. agens de voluptate, in superioribus sermonibus constitutum est. Quod si
Alex. ex aduerso dicatur, vnicuique lationi vnum motorem præesse debere, a quo latio quæq; proueniat,
Ad id est facile occurrere: si dixerimus, primum orbem sua volutatione omnes alios orbes impelle
re, & secum trahere: vt hinc ex volutatione primi orbis lationes circulares omnes aliæ perpetuæ per
seuerent, quæ singulis orbibus, vt circulo cieantur, naturaliter insunt. Aut etiam dicere possumus,
orbem secundum suppositum primo, ab ipso primo orbe sub ratione amati moueri, vt illius
tum imitari optet: & similiter tertium orbem moueri a secundo; & quartum a tertio: & ita de alijs
omnibus usque ad orbem Lunæ deueniendo: a qua deinde, vna cum vniuerso cœlo mundus infe
rior mouetur, vt ita in perpetua generatione versetur mundus hic inferior. Et hæc quidem consen
tanea quoque esse dictis Aristotelis asserere possumus. siquidem ipse supra cap. 6. hæc habet. *Quod
si futura est generatio & corruptio, aliud operans aliter & aliter esse oportet: necesse est igitur.* &c. Ex
quibus apparet, innui in orbibus ordinem lationum ex superioribus in inferiores obtineri ex pro
prijs motibus, vt non sit opus alijs principijs abstractis a materia, excepto primo mouente immobi
li, a quo omnia dependent, vt dictum est antea. Idem cap. 6. inquit, *mouet itaq; vt quod amatur: quod
mouetur autem cætera mouet*: per illud quod mouet, intelligens primum motorem immobilem. per
illud vero quod mouetur, intelligens primum orbem, a quo consequenter alia mouētur. Item in fi
ne eiusdem capitis hanc induxit cõclusionem. *A tali ergo principio cœlum, & natura dependet.* vt om
nino, per hæc omnia enunciata dicendum sit, ex solo supposito primo motore, absque alijs abstra
ctis substantijs, ex Aristotelis sententia, sustineri posse orbium, & lationum omnium inuicem conne
Vic. Mer. xionem, atque perennitatem. Hinc Vico Mercatus in quæstione de causa primo mouente cuius sen
tentiam in superioribus retulimus, dubitans quòd non a prima causa, vt a fine & re expetenda mo
tio possit prodire, tanquam ab hac veritate coactus quam insinuamus, ita inferebat. alioquin mini
me necessarium fore, vt sint tot substantię immobiles, quot sunt orbes, qui conuertantur, cum mo
tionis omnis cœlestis, immo vero rerum omnium primus motor sit finis. Et hæc quidem enuncia
uimus ad suppositionem Aristotelis censentis mundum ingenitum esse, & ab hoc ordine, in quo
eum con-

...ſpicimus, numquam immutandũ: quem tamen, ex tutiſſimis fidei noſtræ dogmatibus dici ... mutandum: adeo vt ſit futurum nouum cœlum, & noua terra ab omni mutatione atque ... bera, & in æternum immutabiliter duratura. Quemadmodum neque hoc loco de Angelicis ... bus diſſerere nobis fuit propoſitum: quorum conſtat nobis ex ſactis eloquijs, nouem eſſe ordi... in quoq; ordine innumerabilem prope nobis incognitum numerum Angelorum contineri. ...d ſi ſecundum veram theologiam nobis de his diſſerendum eſſet, per ea quę ſunt nobis diuini... reuelata, facile circa prædicta problemata veritas decerni poſſet. ſiquidē in primis dicerent ſa... Theologi, cœlos a Deo creatos eam obtinuiſſe naturam, vt circulo cieantur; ita tamen, vt ad Dei voluntatem atq; nutum, & cieri hac conuerſione, & ab ea etiam ceſſare habeant: ſicuti tandem deſinent moueri. Nec non ſubſtantiarum a corpore ſolutarũ multas myriades ab eodem opifice Deo creatas adeſſe; quæ omnes ſunt Dei adminiſtratorij ſpiritus, ad diuerſa munia deſtinati. Sed & Ariſtotelem rationabiliter cenſere poſſumus, hanc ſubſtantiarum abſtractarum, iuxta orbium & lationum numerum, ideo inuexiſſe multitudinem, ob famoſam opinionem apud omnes nationes diuulgatam, quòd eſſent plures Dij. quod inſinuauit in fine cap. 8. inquiens, hanc de Dijs multis fuiſſe vetuſtam opinionē. Quo circa & eas aſcribendas iudicauit, quæ orbibus pręſiderent, ne terioſæ circa ...mũdi ordinē degerent: cum tamen eādē ordinis rationē in hoc vniuerſo iuxta eiuſdē philoſo... placita, ex ſolo primo motore immobili pendere, atque ſubſiſtere, vt docuimus, poſſit decerni.

...tio expedita de indiuiduorum cuiuſque ſpeciei multitudine, vnde nam pendeat, num a materia, an a forma, vel potius ab vtraque. *Cap. XVII.*

EX his quæ hoc loco deduxit Ariſtoteles ad inſinuandũ, quòd non ſit niſi vnus mundus: inquiens, quòd ſi eſſent plures mundi, plura quoq; eſſent numero prima principia, ſeu primi motores, a quibus ſingulis quiſq; penderet mundus: & conſequenter hi motores numero plures exiſtentes, ſpecie autē inuicem conuenientes, quatenus differentes numero, eatenus materiā haberent: quod abſonũ eſt aſſerere de primo motore. vt qui careat omni potentia, quæ admiſta eſt materię, exiſtens actus purus; vt oſtenſum eſt ſupra. Ex his inquā, ſuborta eſt dubitatio, ſeu mauis opinio, in quā plurimi ſubſcripſerũt ex Latinis interpretibus: & inter hos, tāquam anteſignani, D. Tho. & Scotus: quòd, vnde inuicē diſtinguātur indiuidua, ſit fons, & origo ipſa materia: quā tamen aliter & aliter ſupponunt, & interpretantur. Etenim D. Tho. intelligit materiā, quæ eſt altera pars compoſiti, & ex qua primo inexiſtente res ſunt & fiunt, eſſe cauſam indiuiduationis, ſeu diſtinctionis inter ... eiuſdem ſpeciei indiuidua. Scotus autem non huiuſmodi materiam, quæ eſt pars compoſiti; ... eam quæ pertinet ad formam totius, & eſt quiditas materiam & formam complectens ipſius compoſiti, vult eſſe cauſam indiuiduationis, & hanc ipſam nominauit hecheitatē, quā ſupponit eſſe proprietatem, & differentiam indiuidualem, quæ contrahit quiditatem, quæ ſua natura eſt communicabilis ad eſſe (vt ipſe loquitur) indiuiduale & incommutabile: ſupponens, & conſentiens cum D. Thoma in hoc, quòd rerum naturalium quiditas non ſolum ex forma conſtet, verum etiam ex materia. Atqui aduerſus hanc ſuppoſitionem, quòd & materia ad rerum naturalium quiditatem attineat, ſtant ea, quæ iuxta ſententiam quoq; Auerrois, ad mentem ipſius Ariſtotelis ſupra in lib. 7. & 8. adducta fuerunt: quibus perſpicuum factum eſt, materiam nequaquā ad rei quiditatem pertinere, tanquā ſit pars quiditatis: ſed ſolũ in definitionibus adhiberi, vti vehiculũ deferēs ipſam formam, & rei quiditatē, quę proprie ſtat ab ipſa ſola forma. Suppoſitio autē Scoti illā ſuā concernēs hecheitatem (pace tanti viri dixerim) nequaquā ſubſiſtere mihi poſſe videtur. ſiquidem, dum eam ſtatuit totius quiditatis eſſe materiam, neq; ſine quiditate totius exiſtentem; non iam amplius materiam tantũ decernit, verũ etiam & formā ſimul coniunctā cũ materia inſinuat eſſe cauſam indiuiduationis. Quòd ſi ita pronunciaſſet & intellexiſſet; nempe indiuiduũ ab indiuiduo eiuſdē ſpeciei diſtinguι ob materiā & formam, quas quodq; indiuiduum obtinet diuerſas a forma & materia alterius indiuidui, id, quod eſt ex ſententia Ariſtotelis, & ipſi veritati conſonum, ſtatuiſſet. Nam hoc ſenſiſſe Ariſtotelem aperte teſtantur, quæ ipſe ſcripta reliquit ſupra in calce cap. 8. lib. 7. dum ita habet. *Tota vero iam talis ſpecies in his carnibus & oſſibus Callias, & Socrates, & diuerſa quidem propter materiam (diuerſa etenim) idem autem ſpecies: indiuiſibilis namque ſpecies eſt.* Ex ijs enim verbis. *Tota vero iam talis ſpecies in his carnibus et oſſibus Callias, et Socrates.* clare innuitur ſpecies, ſiue forma materiæ coniuncta, conſtitutiua ipſius indiuidui. quam formam in indiuiduis ſubiungit eſſe diuerſam ob materiam, quæ in ipſis eſt diuerſa. alioquin enim ipſa forma, a materia exiſtens ſeiuncta, ſeu ſeiunctim conſiderata, eſt indiuiſſibilis, & vna, & eadem in omnibus eiuſdem ſpeciei indiuiduis. Et hic quidem locus inſignis admodum eſt, inter omnia enunciata ab Ariſtotele, & ad perſuadendum apprime potens, quòd diſtinctionis, inter indiuidua plura eiuſdem ſpeciei exiſtentia, ſit fons, origo, & radix ipſa materia ad indiuiduam conſtitutionem concurrens. Cui etiam & ille alius addi poteſt ex lib. 10. in tractatu de vno. vbi Ariſtoteles definit vnum numero eſſe, quorum materia vna eſt. Verum in oppoſitam ſententiam, quòd a forma diſtinctio omnis rerum proueniat, expreſſa eſt eiuſdem Ariſtotelis ſententia in lib. 13. apud nos 11. cap. 8. dum inquit. *Item nec ab vno hoc ipſæ patientur, nec a dualitate, hoc enim non eſt quale, illa vero quantum quale. nam, vt entia multa ſint hæc natura cauſa eſt*: nempe ipſum quale, quod ad differētiam pertinet, ad ip-

D.Tho. Scot.

ad ipsam, scilicet formam & speciem. Itaq; (vt antea supposuimus) huius quæstionis hanc esse definitionem censemus: vt dicamus, omnino materiam, quæ secum affert potentiam & habitudinem ad aliquid, & consequenter compositionem quandã insinuat, in causa esse sine qua non, vt sint plura eiusdem speciei indiuidua. quandoquidem multa indiuidua non sunt vnum, & idem, sed plura. Quòd si non vnum & idem sunt, vt igitur inter se differant necesse est; quando forma secundum se accepta, eadem est omnium indiuiduorum sub vna specie contentorum: quæ vt sint plura, & ita inuicem distinguantur, originem habent a materia, quæ in ipsis est diuersa. Verum, cum materia diuersa constituatur a forma; neq; possit subsistere sine forma; consequenter cõcludendum est, quòd forma est præcipua pars, seu causa, vnde vere, & actu cõstituitur differentia inter plura eiusdẽ speciei indiuidua, existẽs & ipsa forma in singulis indiuiduis diuersa; quatenus est talis forma in tali & tali diuersa materia cõstituta. Si autem in lib. 5. definitũ est, vnum numero esse, quorum est materia vna: dicimus ibi accipi materiam pro subiecto, in quo plura simul existentia reddantur vnum numero: quoniam vnum numero sit subiectum, in quo sint recepta. Sed & huiusmodi subiectum non erit sine sua propria forma, per quam existit vnum numero. Ex his autem ita determinatis, consectarium hoc deduci posse videtur: quòd si Angeli vnius ordinis supponantur conuenire in vna specie atq; natura, cum sint multi numero, opus esse, vt dicantur inter se distingui, tanquam plura indiuidua, habentia diuersitatem in potentia, quæ aliqualem materiam atq; cõpositionem concernit, qualiscúq; cadere potest in huiusmodi indiuiduorum spiritualium natura: & præsertim cũ dici nequeat, quòd Angeli sint actus puri, quod solum de Deo glorioso asserendum est. Quòd vero attinet ad demonstrationem inductam ab Aristotele, quòd non sint plures mũdi, hæc inde suam vim obtinet: quoniam, si essent plures mundi, vt sunt plures homines numero, oporteret, vt vnicuiq; pręsideret vnum principium mouens, quod esse debere in vniuerso ostẽsum est antea: atque ideo plures essent primi motores in eadem quidem natura primi mouentis, indiuisibilis, inalterabilis, & impassibilis conuenientes; at differentes numero, & ita in materia, quam inesse principio immobili, absurdissimum est dicere, cum actus sit purus, vti patefactum est antea. Quare, vt hoc euitetur inconueiners, oportet supponere, quòd non sunt plures mundi, sed vnus tantum est mundus: & consequenter vnum tantũ primum principium omnia mouens esse; & alias deinde esse substantias abstractas a materia sensibili, singulas singulis orbibus præsidentes, & ad numerum orbium tot etiam numero existentes iuxta placita Aristotelis. Et hæc quidem positio, quòd non sint plures mundi, neque possint esse, supposita æternitate mundi, recte se habet, neque redargui potest. Verumtamen dicimus aliud esse dicere, quòd Deus, iuxta fidei veritatem omnipotens, qui mundum ex nihilo creauit, posset etiam plures & infinitos mundos creare, qui ab eadem immensa sua prouidentia regerentur, qua & regitur vnus iste, qui existit mundus ab ipso creatus.

Dissoluuntur difficultates contingentes circa primum intellectum quo ad eius intellectionem: & simul concluditur, in ipso idem esse intellectum, intellectionem, & intelligibile. Cap. XVIII.

PARAPHRASIS.

Iam vero explicandum est, quæ nam difficultates contingant circa primum intellectũ. Nã omniũ quidem, quæ apparent, videtur esse diuinissimum: quo autem modo se habens talis existat, nõ deest quid dubitare. Nã si dicatur quòd nihil intelligat, in ipso quid erit grauitatis? quid præclari, si se habeat vt somno correptus? Si vero cõcedatur, quòd aliquid intelligat, & huius operationis, videlicet intelligẽdi sit quid aliud principale, vt auctor intellectionis (ex qua suppositione sequitur quòd substantia huius intellectus non sit ipsa intellectio, sed quædã potentia) iã non esset optima substantia, cũ ei insit honorabile ob ipsum intelligere, & huius est quid aliud principale. Adhuc, siue supponatur quòd eius substantia sit intellectus, siue intellectio ipsa; in quæstione cadit, quid nam intelligat. Vel enim se ipsum intelligit; vel quid diuersum. Quòd si quid diuersum, vel idem semper intelligit, vel aliud. Num vero aliquid interest, vel nihil, quòd intelligatur id, quod est pulchrum: an quodcunque? An & absurdum est de nonnullis cogitare? Manifestum igitur, quòd diuinissimum & honorabilissimum intelligit: & non mutatur: in peius enim illius esset mutatio: ac præterea id ipsum quidam esset motus, qui procul esse debet ab ipso immobili. Primum quidem igitur (vt hæ quęstiones discutiantur) si non est intellectus ipsa intellectio, sed potentia; rationi consonũ est suspicari, quòd cum labore continenter opus intelligendi exerceat, vt nobis cõtingit. Deinde patet, quòd erit aliquid aliud honorabilius intellectu: illud ipsũ scilicet, quod intelligitur. Sed enim & intelligere, & intellectio inerit etiã pessimũ intelligenti. Quare hoc fugiendũ: præstat enim magis non conspicere aliqua, quàm illa cõspicere. igitur non erit quid optimũ ipsa intellectio. Vnde dicendũ est, quòd se ipsũ intelligit. Siquidẽ est optimum, & est ipse quidem intellectio, intellectionis, intellectio: vt hæc omnia sint idem. Atqui in oppositum illud est, quòd scientia videtur esse semper alterius; & ita sensus, & opinio, & dianoea: sui autem ipsius non ex proposito: sed extra suum opus, & accessorie. Quare & intellectio ipsius erit alterius, & non sui ipsius.

Addamus

ad hoc: ſi aliud eſt intelligere & intelligi: quærendum, vtri ipſorum ineſt ipſum bene. ſi-n non idem eſt eſſe intellectioni, & ipſi intelligibili: ideſt, non idem eſt intellectio, & intelli-. An in quibuſdam ſcientia eſt id, quod res ipſa? ſicuti in facultatibus effectiuis eſt ſubſtan-eſt ſine materia; & ipſum quod quid erat eſſe reſidens in mente artificis: veluti idea do-em eſt cum ſcientia quæ habeatur de domo. In ſpeculatiuis autem res eſt ipſa definitio, & ctio. Vnde, non exiſtente diuerſo in non habentibus materiam (qualis eſt Deus) ipſo intel-b intelligibili: idem erit in ipſo, intellectus, & intellectio, ipſiuſque intelligibilis intelle-vna erit.

Adhuc vero reſtat dubitatio, num intelligibile ſit compoſitum. ſi enim eſt compoſitum vtiq; -retur circa partes totius ipſe intellectus intelligens compoſitum. An indiuiſibile eſt omne non h-ns materiam, vt eſt intellectus humanus? vnde tanto magis intellectus diuinus. An intelle-humanus obtinet compoſitorum intellectionem in quodam tempore? non enim ſemper ip-m bene in hoc, vel in illo; ideſt, in quadam intellectione: ſed in quadam tota exiſtit optimum: & hoc contingit ipſi intellectui humano, vt non ſimul totum intelligat; vt qui ſit quid aliud a rebus, quas intelligit. Ita autem ſe habet ipſa ſui ipſius intellectio in Deo, vt ſit ipſa ſimul totius intelle-ctio intellectionis in omni æternitate vna, & non ſecundum partes, vt contingit homini ob dictam cauſam.

T E X T V S.

A vero, quæ circa mentem ſunt, quaſdam dubitationes habent. Videtur enim eorum, quæ apparent, quid diuiniſſimum eſſe. Quo vero modo ſe habens, talis erit, difficultates quaſdam habet. [a] ſiue enim nihil intelligat, ſed ita ſe habeat, vt dormiens, quid nam præcellens erit? ſiue intelligat [b], huius vero aliud ſit principale (non enim id quod eſt eius ſubſtantia intellectio erit ſed potentia) profecto non erit optima ſubſtantia. ſiquidem eo quòd intelligit, ei honorabilitas ineſt. Præterea, ſiue mens, ſiue intellectio eius ſubſtantia ſit, quid intelligit? aut enim ipſa ſe ipſam, aut aliquid aliud. quòd ſi aliud, aut idem ſemper, aut aliud. Vtrum autem differt aliquid, an nihil intelligere bonum, vel quodcunque? an vero de quibuſdam ipſam etiam & cogitare abſurdum eſt. Manifeſtum itaque eſt, quòd illud intelligit, quod diuiniſſimũ, honorabiliſſimumq; eſt. [c] neq; mutatur. in deterius namque mutatio fieret, ac motus, quid huiuſmodi, iã eſſet. [d] primo igitur, ſi nõ eſt intellectio, ſed potentia, rationabile eſt laborioſam ei cõtinuationẽ intelligẽdi eſſe. Deinde dilucidũ, quòd aliquid aliud honorabilius eſſet quàm mens, id ſcilicet, quod intelligitur. & intelligere profecto, ac intellectio, & quod peſſimũ intelligenti inerit. [e] Quare fugiendũ hoc eſt. etenim quædã melius eſt nõ videre quàm uidere. alioqui non fuerit quod optimũ intellectio. ſe ipſam ergo intelligit, ſi eſt quidem quod optimum eſt, & eſt intellectio, intellectionis, intellectio. [f] At videtur ſemper alterius eſſe, tũ ſciẽtia, tũ ſenſus, vt opinio, ac cogitatio: ſui vero ipſius præter neceſſitatẽ. Si aliud præterea intelligere aliud intelligi ſit, ſecundũ quod horũ ineſt ei bene eſſe? quandoquidẽ non eſt idẽ intellectioni eſſe & intellecto. [g] An in quibuſdam ſcientia eſt ipſa res: in effectiuis quidem abſq; materia ſubſtantia, & ipſum quod erat eſſe: in ſpeculatiuis vero, ratio, res, & intellectio Cum igitur non ſit diuerſum id, quod intelligitur & intellectus: quæcunque non habent materiam, idem erunt, ac intellectio vna eius quod intelligitur. Item reſtat dubitatio, [h] vtrum compoſitum ſit quod intelligitur: mutaretur etenim in partibus totius. An omne non habens materiam indiuiſibile eſt, quemadmodum humanus intellectus. Aut qui compoſitorum in aliquo tempore ſe habet: nam non bene eſſe habet in hoc, aut in hoc, verum in toto quodam, quod optimum eſt, aliud ab eo exiſtens: ſic autem ipſa ſui ipſius intellectio per totum æternum ſe habet.

A D N O T A T I O N E S.

Siue enim nihil intelligat. [a] Quòd prima cauſa ſit omnium rerum nobiliſsima & diuiniſſima, conſtat ex ante habitis, & quòd illi ineſſe debeat optimum, quod eſt ipſum intelligere, tanquam illa operatio, quæ inter omnia quæ nobis conſtant, eſt præcipua, & præclariſſima ſummam atque perfectam continens beatitudinem. Verum quomodo ſe habeat in hac operatione intellectus diuinus, adſunt nonnullæ difficultates, quę ſunt diſſoluendæ, ex quibus etiam eius eſſentia (quatenus poteſt nobis eſſe cognita) magis fiet manifeſta. Nam aut oportet dicere, quòd intelligat, & in actu intelligendi verſetur; aut non intelligat: ſed ſit tanquam dormiens, quod nullo pacto eſt aſſerendum.

Quòd ſi dicatur, quòd intelligit aliquid; quærendum num ipſius intellectionis ſit aliquid principale, vnde ipſius pendeat intelligere. nam ſi id ſupponatur, ſequetur quòd eius ſubſtantia erit quædam potentia ad intelligendum; & non erit ipſa intellectio, ſeu ipſum intelligere: & ita non erit optima ſubſtantia; quoniam, ob intelligere, optimum ipſi aderit, & hoc eſt quid aliud a potentia, quam habet intellectus ad intelligendum aliud. Hæc igitur quæſtio diſſoluitur per hoc ſuppoſitum: quòd intelligere, ſiue intellectio, & intellectus, & intelligibile ſunt idem in prima cauſa. Altera vero quæſtio eſt. Eſto quòd vel potentia, vel intellectio ſit ſubſtantia ipſius intellectus: quærendum, num ipſa aliud intelligat diuerſum; an ſe ipſam, & ſi aliud diuerſum

diuersum; num semper idem, an aliud, & aliud: adeo quòd non intersit, si quæcunq; etiã vilia [illegible] gat: quod non videtur concedendum, quando etiam non debet admittere mutationẽ [illegible] peius; vti contingeret, si etiam vilia intelligeret. Vnde oportet dicere, quod se ipsum diuinissim[illegible] telligit semper simul totũ, in æternitate vnum: & non, vt contingit homini secundum par[illegible] tem intelligere; idq; quoniam intellectus humanus est quid aliud ab obiecto intelligibili[illegible] idẽ est cum seipso intelligibili: vnde eius actio, seu intellectio idem est cum intelligibili, & [illegible] lectu. [b] *Huius vero aliud sit principale.* Vltima particula grece habetur, κύριον, vt innuatur aliud [illegible] per quod fiat intellectus in actu; sicuti contingit nostro intellectui, qui eget intellectu agente ad hoc vt fiat actu: sicuti etiam requiritur obiectum quod intelligatur. Vnde, si huiusmod. esset int[illegible] diuinus, quòd eius intellectio penderet ab alio tanquam principali, hũc in modum eius [illegible] non esset intelligere, sed quædam potentia: vnde substantia eius intellectus non esset optim[illegible]

Alex. niam non esset purus actus. Alexander autem aliter explicat inquiens: quòd sit aliquid auctor intellectionis: adeo quòd, sicuti in anima nostra non tota anima intelligit, sed per intellectum solum intelligit: ita non tota substantia primi intellectus intelligit, sed per partem eius; & ita per [illegible] tem esset optima, & non per totam substantiam. Quæ explicatio non videtur Aristotelis verbis respondere. [c] *Neque mutatur in deterius.* Vult quòd intellectus diuinus intelligat diuinissi[illegible]um & honorabilissimum: & quòd non mutetur ex hoc statu intelligendi. Quoniam, si aliud int[illegible]lig[illegible]ret, discedendo ab intellectione diuinissimi, in peius caderet. & præterea adesset motus, qui longe abest a prima causa, quæ est penitus immobilis. [d] *Primo igitur, si non est intellectio* R[illegible]peti hoc loco dubitationes antea motas, vt suam statuat sententiam. Ideo inquit in primis: si dicatur quòd potentia sit substantia ipsius intellectus, & non ipsa intellectio: rationabiliter dicendum est, quod continuaret in intelligendo cum labore: sicuti & nos in nostro modo intelligendi facere con[illegible] uimus. Dicit autem *rationabiliter*: quoniam non constat nobis de natura Dei proprie: sed ea de eius essentia proferimus, quæ videntur rationi consentanea. Deinde inquit, esset aliquid honorabilius ipso intellectu: illud scilicet, quod intelligitur, quatenus est in actu. Verba vero quæ sequuntur. *Et intelligere profecto ac intellectio, & quod pessimum intelligenti inerit,* huc tendere videntur, quòd staret simul, vt intellectus intelligeret pessima, si extrinsecus penderet [illegible] intel-

Alex. lectio. Alexander autem censet loco particulæ, *enim*, legi debere, *præterea*; vt sit aliud hoc loco argumentum, quòd non debeat intellectus diuinus habere suum intelligere, quod d[illegible]pendeat ab extrinseco; cum non repugnet, vt extrinseca sint etiam pessima, quæ possint intelli[illegible] Et quoniam in hoc contextu oratio est suspensa, vt absque congrua redditione constare videatur, ideo Bessario particulam hanc addidit, *alioqui*: quæ tamen in græco codice desideratur ita enim ipse habet. *Etenim quadam melius est non videre quàm videre, alioqui non fuerit quod optimum intellectio.* Interpres quoque Alexandri addidit hanc particulam, *si*, ita legens. *quare si id est fugiendum, præstat enim non videre, quàm uidere aliqua, non erit ipsa intellectio optima.* Et hanc lectionem sequutus est Perionius. Sed aduertendum grece haberi in hoc contextu. οὐκ ἂν vnde iudicamus legi forte debuisse, loco huius particulæ οὐκ ἂν, hanc aliam οὐκοῦν: quæ significat *igitur*; vt inferatur: nõ igitur optima foret intellectio, si etiam pessima intelligeret. Vnde sequitur dici debere, quòd intellectus diuinus intelligit se ipsum vt optimum: & quòd in ipso non sit quid aliud: sed sit in ipso idem, *intellectio, intellectionis, intellectio*: quibus vocibus insinuatur, intellectũ, intelligibile, & intelligere vnum & idem esse in Deo. Vsus est autem Aristoteles vocabulo ad actionem pertinente: dicendo, *intellectio, intellectionis, intellectio*; vt ita essentia Dei magis denotaretur per ipsum actum, in quo semper versatur: quemadmodum etiam rerum omnium præstantia sita est in ipso actu, ad quem potentiæ diriguntur. Quod autem dictum est, fore aliquid honorabilius intellectu: id accipiendum quo ad intellectum in potentia existentem: sicuti apud nos honorabilius est quod intelligitur, quàm sola potentia: nempe species intellecta, quàm sola facultas intelligendi. idque, quoniam adest actus in intellectione per speciem, dum intelligitur: & ita intellectus est in actu. Ita igitur etiam contingeret de primo intellectu, si haberet eius substantiam in potentia, & non in ipso actu intelligendi. Quòd autem dictum est, quòd cum labore esset eius intelligere, si potentia esset intellectus: in opppositum videtur dici posse, quòd cœlum continuo motu cieatur: neque tamen cum

Alens. labore, & pœna hoc facit. Huic instantiæ respondet Alensis, idcirco laborare nos in intelligendo; quoniam quod intelligitur, est contra naturam: id nempe, quod ab extrinseco prouenit, vt contingit nobis. Verum dicendum videtur, prolatum esse de intellectu diuino, quòd continuaret cum labore in intelligendo, si eius substantia esset potentia: quoniam & in nobis functio intelligendi idcirco existit laboriosa; propterea quòd intellectum cum potentia obtinemus: qui tamen non habet contra naturam vt intelligat; vt videtur innuere Alensis: licet non possit longo tempore continuare in ipso actu intelligendi: vt late explicauit Aristoteles in Polit. vbi de vitæ contemplatiuæ & actiuę discrimine edisserit. & ideo non videtur ad propositum mota dubitatio de continuo motu cœli; cum solum ex experientia nostri intellectus laborantis in sua intellectione, assertum sit ab Aristotele, quòd etiã primus intellectus, si eius substantia cõsisteret in potentia, sicuti & noster intellectus, non continuaret sine labore in actu intelligendi. At cœlum non est potentia absolute ad motum, cum sit semper in actu motũ: licet a loco ad locũ moueatur in se ipso. Accedit

quòd

...rium non habet ſenſum, vt laborem percipere poſſit. [e] *Quare fugiendum hoc*. prius dixerat: *... de quibuſdam ipſam etiam & cogitare abſurdum eſt?* hoc autem loco ita habet. *quare fu-
...dum hoc; etenim quædam melius eſt non videre, quàm videre*. Quæ duo enunciata apud nos
...parent vera, quòd ſit melius nobis aliqua non videre, quàm videre: & ſimiliter quòd ſit peius
...diam cogitare, quam illa non cogitare. At in Deo dubia eſſe videntur. Ac illud quidem pri-
mo ...ere debemus, non haberi in his dictis enunciatum ab Ariſtotele illud, quod nonnulli ſup-
ponunt: nempe, quòd Deus non intelligat omnia: quoniam alioqui vileſceret nonnulla intelli-
gendo: ſed id tantum ab ipſo pronunciatum eſt in genere, quòd melius eſt quædam non videre,
vt puta turpia facta: ſicuti & fœtorem percipere peius eſt, quàm non percipere. Alexander au- Alex.
tem & Philoponus ex his dictis collegerunt, quòd intelligere mala, non conuenit Deo. Nam ſi Philop.
hominibus malæ cogitationes corruptelam animæ & fœlicitatis inducunt, & patet quòd pœ-
ni...r eos, qui cogitarunt mala: multo magis igitur, inquiunt, in æterno & optimo animali in-
decens eſt quid tale ſupponere. Sed & magis in generali inquiri ſolet, num Deus cognoſcat,
quæ ſunt extra ſe, ipſa ſingularia: quod problema ſeorſum diſputatione propria tractabimus.
Themiſtius autem videtur ſupponere, quòd Deus intelligat omnia: cum dicat, quod inſinuat ſe Themiſt.
per omnia vt omnium eſt cauſa, cognoſcit ergo ſingularia. Idem dicit, quòd Deus poteſt intelligere
multa, immo omnia entia mundi ſubito. Auerroes autem in oppoſitum inquit, quòd per Ariſtotelē Auerr.
declaratum eſt, quòd nihil extra ſe Deus intelligit: ergo non multa. item dictum eſt, quòd intelle-
ctus, intelligens, & intellectum ſunt idem omnino in eo. Ratio autem Themiſtij, quòd Deus omnia
cognoſcat, quoniam eſt omnium principium, debet ergo cognoſcere ea, quorum eſt principium
(quoniam cognitio vnius relatiuorum pendet ex cognitione alterius) ita impugnatur ab Auerroe.
Quoniā Deus, inquit, ſe cognoſcit cognitione abſoluta, non relatiua: ergo nō intelligit ſe eſſe princi
pium, neq; principiatū. At contra, ſi Deus ignoraret ſe eſſe principium, ita ignorans eſſet: quod non
dicendum. Ad hoc quidam dixerunt, quòd Deus ſcit ſe eſſe principiū, vt cauſat hæc, vt cauſa vniuer
ſalis, non particularis: & ita ſcit ſcientia vniuerſali, non particulari. Auerroes vero hac facta ſuppoſi
tione, quòd Deus eſt ens per eſſentiā, alia autem ſunt entia participando Deū, ideo eſſe Dei eſt cauſa
omnium reliquorū. Et quoniam in Deo ſcientia, & eſſe ſunt idem; hinc primo dicit Auerroes, quòd
Deus ſcit omnia pro quāto eſt omnia; ſicuti calor eſt omnia calida. Secundo, ſcit omnia ſciētia, quę
eſt cauſa rerū. nam ſcit omnia per ſcientiam. ſed ſcientia eſt ſua eſſentia, & eſſentia cauſa rerū, ergo
ſcientia ſua eſt cauſa rerū. Tertio inquit Auerroes, Deus nō ignorat aliqua, quoniā aliquo modo ſcit
illa ſciendo ens, ideſt ſe, qui eſt totū ens. Et ita videtur Auerroes cōcedere, quòd Deus ſcit omnia, nō
quidē per ſe, ſed ſciendo ſe. Ad hæc deinde Auerroes ait. ſcientia Dei, & noſtra dicuntur æquiuoce.
nam ſua eſt cauſa; noſtra eſt cauſata ab ipſis rebus: ſcientia Dei eſt entis ſimpliter dicti, & tale ens eſt
cauſa noſtræ ſcientiæ. Nam ait, quod Dei ſcientia neque eſt vniuerſalis, quoniam ſcire in vniuer-
ſali eſt ſcire particularia in potentia: neque particularia ſcit in particulari; quoniam particularia
ſunt infinita; & infinita non conueniunt in aliqua ſcientia: vnde concludit, quòd neque ſcit ſcien-
tia noſtra, neque ignorat ſcientia noſtra: & ita æquiuoce ſcientia Dei & noſtra dicitur. Verum-
tamen opinio Themiſtij vera videtur, quòd Deus omnia cognoſcit, vt eſt principiū omnium: & ideo
omnia intelligit; non tamen relatiue (licet hoc dici poſſit a nobis ſecundum noſtrum modum intel-
ligendi) ſed intelligit in ſe omnia, cum omnium ſit cauſa, fons, origo, vt ita in Deo omnia ſint per-
fectiſſimo modo, vt in cauſa totius eſſe rerum. Modus autem cognoſcendi hæc, cuiuſmodi ſit in
Deo, nobis eſt incognitum, & imperſcrutabile. [f] *At videtur ſemper alterius eſſe tum ſcientia, tum
ſenſus, & opinio, ac mens: ſui vero ipſius præter neceſſitatem*. Alexander cenſet hoc loco moue- Alex.
ri dubitationem, quòd non ſit intellectio optima primæ cauſæ: quoniam non ſit ſui ipſius,
ſed alterius: idque ex ſimilitudine ſcientiæ, ſenſus, opinionis, & dianoeæ. Cui dubitationi vult hanc
aliam ſubiungi; videlicet, num aliud ſit intelligere, & aliud intelligi: & in priori dubitatione ſolui
poſteriorem, dum dicitur: quòd in quibuſdam eſt idem ſciētia & res. Et interpretatur, quòd in par-
ergo, ideſt ex accidenti ſit ſui ipſius ſcientia, & ſenſus, & alia prędicta: vt puta, quādo medicina conſi-
derat quòd ſit talis ars, ita eſt ſui ipſius per accidens; ſemper autem eſt ipſius ſanitatis. Themiſt. vero Themiſt.
ita explicat, quòd ſcientia eſt alterius, nempe ipſius ſcibilis: non autē exponit, quomodo in parergo
ſit ſui ipſius. Auerroes ait, quòd intellectus noſter per accidens intelligit ſe; & ita ſenſus: quoniā ac- Auerr.
cidit intellectæ rei, vt ſit forma rei, & ſit forma intellectus. D. Thomas habet, quòd per accidens eſt, D. Tho.
vt ſenſus ſentiat ſe ſentire; vel homo intelligat ſe intelligere aliquod intelligibile. & ait, quòd ſcien-
tia eſt obiecti, ita vt ſcientia & ſcibile ſit idem ſecundum quod quid erat eſſe: eſt autem in ac-
ceſſorio ſui ipſius, præter ſcilicet opus ſcientiæ: vt dum conſideratur, quòd ſit ſcientia: ſicuti
etiam ita explicari ab Alexandro prius animaduertimus.

Qui præterea ait, quòd ex accidenti intellectus ſe ipsū intelligit, quatenus accidit ei, vt dū intelli-
git, fiat id quod intelligit. hęc enim habet comm. 26. Nobis autē non videtur is eſſe ſenſus verborū
Ariſtotelis: qui hæc omnia ſimul poſuit: nempe, ſcientiam, opinionem, dianoeam, & præterea ſen-
ſum: de quo tamen non eſt dicendum, quòd ita ſit ſui ipſius, quatenus explicetur quid ſit ... pſius ad
enim ad ſenſum hoc munus pertinet. Ideo dicimus hæc omnia in acceſſorio eſſe ... & ſimiliter
hunc modum; quoniam ſcientia eſt ſcientiæ, quatenus in ſe conſideratur ſcien...

opinio, & dianoea; quæ accipitur, vel pro virtute animæ discurrente, & ita distinguetur ab opi-
nione, quæ est sine discursu, vt est quædam existimatio: aut accipitur pro ipsa mente & intellectu. In
his omnibus igitur fieri potest reflexio super has operationes, vt scientia sciat quod scitur: opinio
quod quis opinetur: & mens quod intelligitur. quemadmodũ etiam sensus ad hunc modũ
ipsius in accessorio; dum sentit se sentire. Et ideo dubitatio mota, quæ videtur huc tendere, quod
non esset verum id, quod conclusum est antea de primo intellectu, quod eius intellectio, sit intelle-
ctionis intellectio; quando & scientia, opinio, mens, & sensus sunt alterius, in accessorio autem
Alex. ipsius; dissoluitur per hæc sequentia. [g] *An in quibusdam scientia est ipsa res*. Alexander ait
esse sub dubitatione ob ipsa composita, in quibus non idem est scientia & res: sed accipiendũ pro
forma, & quod quid erat esse, quod est sine materia, in effectiuo idem est talis res, & scientia: in con-
templatiuis autem ratio, & quod quid erat esse idem pro re & intellectione. Propterea ad dubita-
tiones motas, tum ad eam, quòd scientia sit sui ipsius in accessorio, & semper alterius, tum ad eam, quod
aliud est intelligere, & aliud intelligi, secundum quod nam horum inerit bene & optimum: respon
dendum est, quòd in effectiuis scientia est ipsa res: nempe substantia sine materia; idest ipsum quod
quid erat esse: vnde sequitur, quòd omnino erit scientia eiusdem, si sit sui ipsius In contemplati-
uis autem patet, quòd res est ipsa definitio, & intellectio; vt sit idem & quod de re habetur in defi-
nitione, & res ipsa, & similiter intellectio. Ex quo subiungitur, quòd non existente alia re ipso intelli-
gibili, & intellectu in non habentibus materiã, vt est substantia immobilis prima omniũ causa; sequi
tur quòd idẽ erit intellectio, & intellectũ: & quòd vna erit intellectio, adeo quòd sui ipsius simplici-
ter erit intellectio. Et cum non distinguatur intelligi ab intelligere in ipsa; ideo inerit ipsi optimum
secundum idem, quatenus intelligit se ipsam, vt non sit aliud intelligere ipsius & intelligi. Et ita con
clusio iam antea deducta, quæ videbatur pati difficultatem, ob instantiam adductam de scientia,
opinione, & alijs prædictis, restat confirmata: quòd omnino in primo intellectu sit idem intellectio,
intellectum, & intellectus. [h] *Vtrum compositum sit quod intelligitur*. Ait reliquam esse hanc dubita-
tionem: num, quod intelligitur a prima causa, sit compositum: sic enim videretur mutari in intelle-
ctione modo vnius, modo alterius partis ipsius compositi; vt contingit apud nostrum intellectum.
Aens. Nonnulli autem hunc locum ita interpretati sunt: quęri scilicet, num Deus per modum compositi-
uum intelligat, vti nos facimus, cum prædicatum subiecto coniungimus. Circa quod ait Alensis,
Alex. quòd Deus intelligit composita intuitiue, simplicissimoque actu, vti etiam materialia intelligit mo-
do immateriali. Quod dictum non videntur pręseferre verba Aristotelis. Alexander autem ita inter-
pretatur, quòd intellectus humanus, vt mens est cõpositorum, idest, inquit ipse, hominum qui sunt
compositi; ita & intelligit. Et verba illa. *Vtrum in toto quodam quod optimũ est*. exponit Alexãder, quod
intellectus humanus in instãti habet speciẽ, nempe beatitudinẽ in cõtemplatione primi intellectus;
cum primus intellectus sit vt humani intellectus forma; sic in indiuiduo momẽto cõplectitur intel
lectus humanus contactũ primi intellectus. Quæ interprætatio satis obscura, & ad placitum allata
videtur; neque verbis Aristotelis innixa. Nobis autem pro solutione difficultatis videtur hoc dici ab
Aristotele: quòd in non habẽtibus materiam, vti est intellectus humanus, est quid indiuisibile, vt est
intellectus humanus. Vnde si indiuisibilitas adest, iam non habebit locum mutatio ab intellectio-
ne vniuspartis in aliam partem apud primũ intellectum, cũ sit indiuisibile illud, quod ab ipso in-
telligitur, nempe ipsemet intellectus. Verum de intellectu humano est alia ratio. Nam, quoniam
est aliud a rebus, quas intelligit, ideo oportet vt secundum species intelligat: & sic non semper in
hoc conceptu, vel in illo speciei situm est optimum ipsius intellectionis: sed erit optimum in toto
quodam: idest in totius rei cognitione, in qua plures partes oportet intelligere. Vt si principia en-
tium intelligi debeant, quæ plura sunt, in horum intellectione erit mutatio, non quo ad vnum in-
telligibile, sed quo ad plura intelligibilia, quæ oportet intelligere pro rerum cognitione. In his igi-
tur multis speciebus erit mutatio intellectionis in nostro intellectu, ab vna in aliam, & aliam pro-
grediente. Quòd si intellectus noster idem esset absolute cum intelligibili, vti est Deus; nullã om-
nino pateretur mutationem. Deus autem in toto simul intelligit se ipsum; ita vt eius intellectio sit in
ęternitate tota simul, & vna, vt nulla in ipso diuisio cadat. Intellectus autẽ noster, & si non habet ma
teriam (& hac ratione sit indiuisibilis, vt dicitur in contextu explicato) attamen non absolute ita est
indiuisibilis, quin plura & diuersa habeat cõcipere. vnde fit, vt in ipso alia sit intellectio vnius rei, &
alia alterius rei; non solum ratione, sed & re ipsa: & quòd in ipso quæq; intellectio relata ad poten-
tiam intelligẽdi, sit etiam quid aliud: quoniã hic actus sit; ibi vero potentia. Et hoc contingit nobis,
quoniã intellectio est quid aliud a rebus ipsis compositis, & ab ipso intelligibili: quatenus scilicet
Themist. substãtia intellectus, est potentia; ipsa vero intellecta sunt actu, vnde in ipsis diuersitas resultat. The-
mistius habet, quòd, sicut anima currentis simul mouere potest multa membra, & simul totum cor-
pus; certe intellectus primus, a quo nullus locus in vniuerso vacuus est, & qui totum mundum
mouere potest, etiam intelligit omnia; cum sit admirabilius plura simul mouere. & mul-
titudo diuitiarum virtutis diuinæ non sit neganda. Quæ verba a Diui Pauli sententijs non dis-
sonant, dum dixit de Deo, quòd est *Deus in omnibus, & omnia implet, vt qui omnia in om-
nibus adimpletur*. Addit Themistius: quòd, sicuti oculus sine motu apprehendit colores; sic in-
telligit, multo magis diuinus intellectus intelligibilem mundum sine labore, & tempore. & sic The

mistius

... ſimili,& per comparationem deducit hanc ratiocinationem. Vt intellectus noſter magis ... corpus poteſt apprehendere,& velocius mouetur,& citius operatur quàm corpus: ita putan... eſt promptiorem eſſe intellectum diuinum intelligibilia intelligentem. Item ſic argumen... debemus, inquit idem auctor. vt hoc corpus eſt ſplendidius hoc corpore, ſic hic intellectus hoc intellectu.

Expedita de Dei & aliarum intelligentiarum cognitione diſputatio penes ea, quæ externa ſunt ab ipſarum eſſentia. Cap. XIX.



Ex his quæ in hoc loco recenſuit Ariſtoteles de primi principij, ideſt Dei Opt.Max.intellectu, variæ agitari ſolent ab interpretibus quęſtiones: quas in hanc vnam, tanquam potiſſimam,& caput omnium concludemus, examinantes, num Deus cognoſcat alia quæ ſunt extra ſe, eo conſilio, vt detegamus, quid nam ſecundum doctrinam & placita Ariſtotelis de hoc ſit ſentiendum. Hinc enim, ſi viam nacti erimus, qua huic quæſtioni fiat ſatis, ſimul etiam apparebit, quomodo ſit dicendum, quòd Deus cognoſcat quæ ſunt extra ſe, ſuppoſito quòd hæc ipſa cognoſcat: nec non etiam nobis illuceſcet, quid de cognitione aliarum ſubſtãtiarum abſtractarum ſit ſtatuendum. In primis igitur ad inſinuandum, quòd Deus non cognoſcit alia a ſe, adduci poſſunt hęc argumenta. Primo quidem (vt deduxit Ariſtoteles in dubitationibus allatis circa intellectũ primi principij) ſi Deus intelligeret alia a ſe, ſequeretur quòd ad ea ſe haberet in potentia, a quibus conſequenter tanquam nobilioribus quàm ſit ipſe, reciperet perfectionem: nec non & laborem in intelligendo pati diceretur, qualem & nos in nobis ipſis experimur, eo quòd intellectum in potentia obtineamus, qui aliunde eſt perficiẽdus, cuius etiam operationem diuturno tempore non abſq; labore exercemus. Præterea ex eiſdem dubitationibus deductum eſt, quòd ſi intellectus diuinus alia a ſe intelligeret, dum alia intelligeret, non ſe ipſum intelligeret,& ita a ſui intelligentia, ad aliorum intelligentiam pertranſiens, mutationem pateretur, adeo vt & ad viliora deflectens, in peius mutaretur. quod de Deo minime dicendum eſt, cum ſit perfectiſſimum ens, quo nihil eſt præſtantius, cum ſumma fœlicitate degens, atque ita ſine labore intelligens,& omnino immutabile exiſtẽs. Tertio, ſi Deus alia a ſe intelligeret, quemadmodum hæc poſſunt eſſe compoſita, & ita multa, ita quoque ſequeretur, quòd intellectus diuinus in multas partes diuideretur, vnde nec ſimul omnia intelligeret: quemadmodum & noſtro intellectui contingit, qui compoſita non niſi tempore diuerſoque diuiſo intelligit. at Deus eſt actus purus,& ſimplex ſubſtantia, cuius intellectio non diuiditur in partes, alioquin & ipſe partibilis eſſet, ſed ſimul tota conſiſtit, cum ſit idem intelligens & eius intellectio. Quarto, cum Dei eſſentia ſit huiuſmodi, quòd eius intellectio, intellectus, & intelligibile ſint idem, ideo ſi alia a ſe intelligeret, ſequeretur quòd quæ ſunt extra ipſum, eſſent idem cum ipſo: vnde, quæ dicuntur eſſe extra Deum, non eſſent extra Deum, ſed idem eſſent cum Deo. Quinto ut ſcriptum reliquit Ariſtoteles in lib.10.Eth. Deus nullam habet aliam actionem præter cõtemplationem: ex quo ſequitur, non eſſe dicendum, quòd Deus cognoſcat hæc inferiora: alioquin etiam eſſet dicendum, quòd hæc gubernaret: conſequenter aliam haberet actionem pręter contemplationem, nempe regimen harum rerum inferiorum, & productionem earum ad extra. Accedit, quòd ſi Deus cognoſcit ea quæ ſunt extra ipſum, igitur non ſolum æterna, verum etiam generabilia & corruptibilia quæ ſunt extra ipſum, cognoſceret. at hoc eſt inconueniens tum ex parte Dei cognoſcentis, tum ex parte rei cognitæ. At primo quidem patet abſurdum in reſpectu Dei, ſi dicatur quòd generabilia cognoſcat; quandoquidem, cum hęc ſint mutationi obnoxia, & variabilia, ſi cognoſcerentur a Deo, vtique & Dei cognitio variabilis redderetur, tanquam alia exiſtens, dum cognoſcit Socratem naſciturum, alia, dum ipſum iam naſci cognoſcat,& alia, dum eũdem poſtea natum cognouerit. Deinde ex parte rei cognitę, ſi a Deo cognoſci dicantur hæc caduca, ſequeretur hoc abſurdum, quòd quæ ſciri non poſſunt (ſiquidem caduca, quatenus varia ſunt & infinita, ſub certã ſcientiam cadere non poſſunt) attamen ſcirentur, & quidem ſcientia neceſſaria, vt quæ cognita eſſent a Deo, cuius ſcientia eſt neceſſaria, inuariabilis,& immutabilis. Neque vero dicendum, quòd Deus hęc corruptibilia non cognoſcat ſecundum proprias & diſtinctas rationes; ſed tantum in vniuerſali. Nam ex oppoſito dicendum eſt, hanc igitur fore confuſam cognitionem, & ita diminutam, & imperfectam, quæ nequaquam Deo eſt tribuenda. Hæc igitur omnia ſuadere videntur, quòd Deus, iuxta placita & doctrinam Ariſtotelis, non cognoſcat ea, quæ ſunt extra ſe. Verum ex aduerſo ſunt eiuſdẽ philoſophi enunciata, quibus videtur aſſerendum, eam fuiſſe ipſius ſententiam, quòd Deus & alia a ſe cognoſcat. Etenim in lib.1.de Ani.cap 5.aduerſus Empedoclem aſſerẽtem, quòd anima eſſet compoſita ex elementis & principijs rerum omnium, ipſa nempe lite & concordia, ad hoc vt omnia poſſet cognoſcere, negantem autem in Deo eſſe diſcordiam, deduxit Ariſtoteles, Deum igitur fore inſipientiſſimũ, vt qui non haberet in ſe ipſo diſcordiam, ſed ea carens, eorum quoque ſcientia careret, quæ conſtant ex diſcordia: quod etiam protulit Ariſtoteles ſupra lib.3.cap.4. aduerſus hoc idẽ ... lib. ... Empedoclis: hinc inferens, quòd Deus eſſet infœliciſſimus: pro eo, quod illatũ eſt loco ... conſtant 3.de Ani. quòd eſſet inſipientiſſimus, quia ignorans eſſet harum noſtratium rerum ... ab Ariſtotele, ſecundum Empedoclem ex lite & amicitia. Hinc deducitur conſtitui vt abſur... quòd

quòd Deus omnia non cognoscat. Præterea supra in lib. 1. cap. 2. statuit inter dotes sapientis, hanc quoque esse, vt debeat omnia cognoscere in quantum licet: vbi etiam subiunxit, quòd hum[illegible] scientia est potius diuina, quàm humana possessio: & quòd ideo maxime est diuina, tum quia [illegible] Deus maxime, aut solus habet, tum quia rerum est diuinarum. ex quo colligitur, proprium esse D[illegible] omnia cognoscere iuxta placita Aristotelis. Idem in lib. 10. Eth. cap. 8. dixit eos, qui mente op[illegible]tur, & eam excolunt, vt amicissimos Dijs immortalibus esse: quoniam, si Dij curam habent rerum humanarum (vt existimatur) rationi sane fuerit cõsentaneum ipsos eo gaudere, quod est optimum maximeque sibi cognatum; vt sunt, qui vitæ contemplatiuę sunt dediti. ex quo deducitur, quòd D[illegible] harum rerum inferiorum curam habens, debet necessario illa etiam cognoscere. Idem etiam confirmatur, tum ex illa alia Aristotelis sententia in lib. 2. Reth. vbi dicit, Deum maxime auxiliari i[illegible]s, qui iniuria afficiuntur: tum ex illa quoque alia habita in lib. 2. de Gener. & Corrupt. cap. 10. dum assignat ibi causam finalem perpetuitatis circa generationem inquiens: quòd Deus per generationem perpetuam implet totum, & perficit. ex quibus sequitur, quòd Deus hæc præcognoscere debeat quæ & ab ipso fiunt. Hæc igitur omnia suadent Aristotelem eius fuisse sententiæ, quòd Deus & alia a se ipso cognoscat. Quamobrem, cum in vtramque oppositam sententiam non desint argumenta, quibus vtraque comprobetur: reliquum est, vt quænam harum magis ad ueritatem accedat discutiamus, in quantum Deus nobis concesserit statuere de hac perdifficili quæstione. In primis igitur censemus argumenta, quæ desumpta sunt ex dubitationibus in hoc tractatu motis ab Aristotele circa intellectum diuinum, non esse talia, vt ex illis simpliciter sit asserendũ ex eius sententia, quòd Deus nullo pacto alia a se non cognoscat: sed id quidem concedimus colligi ex prædictis dubitationibus, quòd Deus alia a se non cognoscat seorsum a se: & quòd intellectus diuinus non eo modo se habet ad intelligibilia, sicuti se habet noster intellectus: qui a rebus externis perficitur, dum fit actu intelligens, cum prius esset in potentia ad ea intelligenda. vnde etiam prouenit, vt in functione intelligendi laboremus, & quòd alia, post alia, vt non quid vnum, sed vt multa existentia, in diuerso etiam tempore partitim intelligamus. quæ omnia longe absunt a Deo, qui se solum, suam nimirum essentiam intuetur, & intelligit, vt totum simul & vnum existens, & immobile: adeo vt eius intellectio, intellectus, & intelligibile, sit vnum & idem. Quare prędictæ dubitationes non inferunt, quòd Deus nullo pacto cognoscat alia a se: sed quòd non cognoscat alia a se, tanquam discedens a sui cognitione, ad aliarum rerum notitiam permeet: quod quidem in Deo mutationem inferret, & eam huiusmodi, vt a cognitione suę essentiæ, quæ est omnium nobilissima & præstantissima, ad viliora deflecteret, & ita subiret mutationem in peius. Iccirco relinquitur perpendẽdum, num aliquis modus a nobis cogitari possit, quo Deum alia a se cognoscere tueamur, & simul euitemus absurda, quæ in oppositum adduci videntur. Hinc enim patebit etiam via ad soluendas eas ratiocinationes, quæ factę sunt ex aduerso; tum quo ad hoc, quòd eius actio in sola contemplatione sit posita: tum quo ad hoc aliud, quòd hęc generabilia sciri a Deo non possint. De modo igitur, quo Deus cognoscat alia a se, num immediate, an sine medio, & num eius cognitio sit confusa, an distincta, siue vniuersalis, aut particularis, & num perfecta, an imperfecta: disputant latini expositores, & inter se de his digladiantur; cum velint aliqui immediate cognosci a Deo alia a se cognitione intuitiua, non abstractiua; appellantes cognitionem abstractiuam, eam, cum per speciem abstractam ab obiecto res cognoscitur, veluti si oculus speciem coloris recipiat, qua mediante colorem videat: intuitiuam vero, si potentia cognoscens immediate in obiectum absque media specie feratur, vt si oculus sine vllo medio colorem intueretur. Alij vero tuentur oppositam sententiam, quòd Deus cognoscat alia a se medio obiecto, quod constituunt esse ipsam essentiam diuinam, in qua species rerum omnium inesse supponunt: quibus omnia alia a se, & non se ipsum solum cognoscat. Verum, quemadmodum dixit Auerroes, quòd non solum est difficile, verum etiam impossibile explicare qualis sit Dei cognitio circa ea quæ sunt extra se, num vniuersalis, an particularis, num cõfusa, an distincta, nisi ab eo qui habeat intellectum diuinum: ita quoque asserendum censeremus penes modum, quo Deus alia a se cognoscat, ipsum quidem nobis esse inexplicabilem. sicuti etiam nobis est incognitus & inexplicabilis modus, quo se ipsum cognoscit: iuxta quem, quando Dei intellectio est simplicissima, & idem existens cum intellectu & intelligibili, ideo cognoscens Deus alia a se, simul etiam omnia alia, se cognoscendo, ita cognosceret, vt eius intellectio sit in ęternum vna & eadem penes omnia; tametsi nobis sit incognitum, & imperscrutabile, num aliquo medio, an sine medio, & se ipsum, & alia a se intelligat. Verum, cum sit Deus rerum omnium causa, dicendum in hac ipsa omnia relucere, adeo vt perfectissime cognoscat quæ sunt extra se, vt se habent in se ipso, & in causa: ita quidem vt ea, non vt quid extra Deum existentia conspiciat. alioquin a sui cognitione in aliam mutaretur, quod antea explosum vt maximum inconueniens, de Deo minime asserendum est. Et hæc quidem explicandi ratio de Dei cognitione fuit Themistij, quã etiam sequutus est D. Thomas: quãquam Auerroes eam nixus sit impugnare, obijcens Themistio, quòd Deus, si cognosceret alia cognoscendo se vt causam, sic non absolute cognosceret: sed relatiue, vt refertur ad causata, illa cognosceret. & iccirco ipse dixit (alio excogitato modo dicendi) quòd Deus cognoscit alia, quoniam cognoscit suum esse, quod eminenter omnia continet. Vnde inquit, sicuti qui cognoscit calorem per essentiam, cognosceret omnia calida, in quantum omnia calida participatione caloris talia dicuntur: ita Deus cognoscens suum

Auerr.

D. Tho. Them.

[illegible] esse, omnia participātia esse cognoscit secundum opinionē Auerrois: Nobis autē magis pro[illegible] modus dicendi, quem sequutus est Themistius: quòd Deus existens omnium causa, omnia co[gnos]cat in se, vt est causa, in qua relucent omnia. Et ad instantiam ex aduerso allatam ab Auerroe, [illegible] occurrimus dicēdo; non intelligere Themistium, quòd Deus cognoscat omnia, quasi in se ip[s]o reflectat hanc esse suam cognitionem, quòd sit omnium causa, sed quòd omnia cognoscit in se, quia re vera est omnium causa: nostrum autem est munus explicare, quòd Deus cognoscat alia om[n]ia. quia est omnium causa: adeo vt nos hunc in modum, respectum & relationem percipiamus, [q]uam habet Deus ad res ipsas: vnde & ratiocinamur, quòd Deus debet omnia cognoscere, quæ sunt extra [se,] quoniam causa existens omniū, quæ pendent a causa, debet omnium esse cognitor. Modus [a]u[tem] dicendi Auerrois non videtur ita distinctè & intime explicare Dei cognitionē, dū dicit, quòd co[gnos]cendo suum esse, cognoscat etiam omnia quæ ipsius esse sunt participantia. etenim modus iste dicendi non ita attingit explicationem cognitionis diuinæ, vti ille Themistij, quòd est causa omniū, in qua omnia relucent. Sed & alium modum dicendi attulit Auerroes, quòd, cum ordo vniuersi re[pe]riatur, & in partibus vniuersi inuicem ordinatis, & in primo principio, ordo autem in eo, quod est causa ordinis, præstantius reperitur: idcirco infert, quòd Deus continens in se ordinem vniuersi intra omnes gradus rerum, scit & cognoscit rerum varios gradus, qui sunt in vniuerso, & ita omnia cognoscit. At dubiū relinquitur, quoniam, si Deus est causa rerum omniū, & ideo omnia cognoscit: cur igitur ita fit, quòd eadem causa communis existens rebus omnibus, in ipsis tamen hæc varietas reperiatur, vt alia sint incorruptibilia, alia vero corruptibilia? & ita variabilia, quorum etiam propte[r]ea non apparet, quomodo a Deo cognoscantur, cum eius intellectio sit immutabilis. Dicendum, hanc eandem dubitationem motam fuisse ab Aristotele in lib. 11. apud nos 13. cap. 2. solutam autem in hoc lib. cap. 6. vbi penes ea, quæ sunt extra Deū, dictum est, varietatem motuum circa obliquum Zodiacum esse in causa, cur generatio & corruptio rerum perpetua fiat in hęc inferiora. Quo tamen non obstante, dicimus Dei cognitionem penes hæc mutabilia esse stabilem, cum sit stabilis eius essentia, in qua semper relucet, & subsistit (vt in causa) ordo vniuersi positus in rebus extra ipsum, vt hinc rerum varietas continua resultet: cuius tamen facti in Deo permanet ordo immutabilis, in cuius cognitione, ea quæ fiunt extra se, vt in causa, ab ipso cognoscuntur. Siquis autem percontetur, vnde nam euenerit, quòd Aristoteles huius problematis, quod attinet ad Dei cognitionem penes ea quæ sunt extra se, nullam alicubi sententiam propriam statuerit: id quidem inde euenisse putaremus, quòd id sibi ignotum esset, ac maxime ab hac difficultate vexaretur, quòd mundum æternum supponeret: neque, quomodo hęc inferiora gubernarentur per Dei prouidentiam, sibi posset esse perspicuum: vnde & difficultates circa hoc problema contingentes de Dei prouidentia, perpendendæ erunt, num Deus ex sententia Aristotelis ita sit causa, vt hæc gubernet sua prouidentia. Nobis autem ex fide reuelatū est, omnia a Deo gubernari; vt nihil sine eius potētia atque præsentia fiat, atque subsistat in hoc mundo, quem ipse creauit & regit. Vnde & eadem fide id quoque certo nobis innotuit, omnia cognita esse diuinæ sapientiæ, & aperta oculis Dei, vt & cogitationes nostras omnes perspiciat, & nihil omnino sit ipsi absconditum. quemadmodum etiam certi sumus, quòd Dei notitia distincta atque perfecta est: quamuis, quomodo se habeat non sit cognitum, nisi Deo, qui eam obtinet: qui tamen est vbique, & in omnibus: vt (quemadmodum dixit B. Paulus in Areopago ipsis Atheniensibus) in ipso viuamus, moueamur, & simus. & hæc quidem quo ad Dei cognitionem, quatenus nobis licuit, disseruisse sit satis.

Quòd vero attinet ad cognitionem aliarum substantiarum, quæ etiam a materia sunt abstractæ, & posteriores a prima, ab Aristotele id traditum habemus in hoc lib. cap. 8. quòd hæ aliæ, præter primam, sunt etiam sortitæ optimum finem, hunc nempe, quòd degant cum intellectione actu existente: vnde eas semper intelligere supponendum est. Cum autem ex eiusdem philosophi placitis, huiusmodi substantię singulæ præsint orbibus, & hac ratione velimus dicere, quòd causa sunt horū inferiorum, vtique asserendum esset, quòd per essentiam propriam cognoscentes se met ipsas, vt causa sunt, quòd & hæc extra ipsas existentia cognoscerent eo modo, quo & de Deo primo omniū principio determinatum est. Si autem in dubio poneretur, quòd aliæ substantiæ a prima non sint causæ huius vniuersi, nisi ex parte & parte, iuxta munus proprium cuiusque, quo præsident orbibus, nō autem in vniuersali ad omnia, vt est primus motor: hac ratione nobis videretur difficile esse, tueri quòd omnia cognoscerent in se ipsis, vt in causa, nisi ratione eorū, quæ in parte ab hac, vel illa substantia penderent. At secundum nostræ fidei reuelationem, Angeli cum fuerint creati, vt in ipsis inexistentes formę rerum concreatę sint, hinc ipsi huius ordinis vniuersi rationem per species concreatas intelligunt: quando ipsis non necesse est, vt nobis, ex speciebus rerum materiæ coniunctarū abstractas formas constituere, ex quibus deinde intelligant, vt nos per abstractationē sensibilium specierum, ex rebus ad nos peruenientium lumine intellectus agentis, virtute nostra intellectiua potentia existente, ad actum intelligendi deducimur Dei autem notitia non percipitur ab Angelis, nisi quatenus a Deo illis communicatur; non autem communicatione absoluta essentiæ, quam [illegible]can creatura vmquam comprehendet: sed secūdum Dei beneplacitum largientis virtutem, & [illegible]otelis, si te fulgore suæ deitatis, quibusdam clarius, quibusdam vero obscurius. In via autem [illegible]uam appetere posteriores substantiæ a prima, student se assimilari primæ causæ, vtique & eius [illegible] sunt

sunt supponendæ. Quomodo autem ad hanc notitiam possint peruenire, non potest nobis esse perspicuum. quibus tamen cognitum est, quomodo nos ex hac mundi fabrica aliqualem Dei notitiam percipiamus, per ea quæ facta sunt, manuducti ad Dei inuisibilia quoquomodo intelligēda, in ordine cognoscendi, haud dubium esse debet, quòd ex mundi operibus Angeli longe præclarius, quàm nos, & copiosius Dei essentiam sua intellectione complecti & assequi possunt.

De bono, & optimo vniuersi. *Cap.* X X.

P A R A P H R A S I S.

Considerandum autem est & hoc ipsum, vtro nam modo natura vniuersi obtineat bonum & optimum: num ipsum teneat tanquam aliquid separatum, & per se existens, an sui ordine positum habet bonum: an vtroque modo, vt de exercitu quoque contingit. Nam & in ordine suum bene esse obtinet exercitus; & Imperator quoq; eiusdem magis etiam est bonū. Non enim Imperator est ob ordinem exercitus, vt per ordinem subsistat, & bene se habeat: sed contra, ordo exercitus subsistit, & bene se habet ob præstantem bonitatem Imperatoris, a cuius prudentia pendet bonitas ordinis in exercitu. Ita igitur & in vniuersi natura se res habet. Omnia autem, tametsi non similiter, quodam modo tamen inuicem ordinata sunt: tum natantia, tum volucres, tum plantæ. Et nequaquam pensandum est, quòd ita se habeant entia, vt alterum ad alterū nullatenus referatur. quādoquidem omnia ad vnum sunt coordinata, ita tamen diuersa inter se, perinde ac in domo reperitur hęc diuersitas, vt in ea ipsis liberis minime liceat quodcunque absque regula facere, sed omnia, aut plurima sunt ordinata, quæ agant: mancipijs autem, & bestijs modicum est illud, quod ipsis sit ordinatum vt agant in domus commune bonum: multum autem est illud quod vtcunque, atque temere faciant absque vlla ad commune domus bonum relatione. Siquidē rerum cuiusque naturæ eiusmodi est principium, videlicet, vt sit pręscripta omnibus necessitas conueniendi in secretionem atque constitutionem vniuersi: & alia ita sunt, vt ea communicent omnia in vniuersi complemento.

T E X T V S.

Perscrutandum autem etiam hoc, [a] quonam modo natura vniuersi habeat ipsum bonum, & ipsum optimum: vtrum separatum quiddam, & ipsum, an per se, an ipso ordine, an vtroque modo, quemadmodum exercitus. etenim bene esse eius in ordine, & dux ipse est, ac magis ipse. non enim ipse propter ordinem, uerum ordo propter ipsum est. cuncta autem eo ordinata quodam modo sunt, uerum non similiter, & natantia, & volatilia, & plantæ. nec ita se habent, ut sit ullum alteri ad alterum, sed sunt ad quippiam: ad unum namque coordinata sunt omnia. uerum quemadmodum in domo liberis quidem minime licet quodcunque facere, sed ea omnia, aut plurima quæ ordinata sunt: mancipijs uero & bestijs parum, quod ad commune conferat; sed ut plurimum quodcunque contingit (tale namque principium cuiusque eorum natura est) dico autem pariformiter quòd necesse est omnia, in discrimen uenire, & alia ita sunt, quibus omnia communicant ad uniuersum.

A D N O T A T I O N E S.



D.Tho. Alens. *Vonam [a] modo natura vniuersi habeat ipsum bonum.* D. Thomas & Alensis censent hoc loco agi, quomodo primum principium sit appetibilè, quoniam bonum sit: sed non videtur hoc quæri, neq; dissolui: & antea statutum est, quòd primum principium est cuius causa, & mouens vt amatum & desideratum. Vic.Mer. Vico Mercatus ait hic explicari, quomodo Deus regat vniuersum. Verum neque hoc videtur explicari: sed id quidem, quomodo bonum insit vniuerso, adeo vt patefiat, non solum ad bonum vniuersi pertinere primam causam, vti præcipuum bonum: verum etiam in ipsa met vniuersi ordinatione bonū inesse. & propterea Aristoteles duas has attulit dictiones *bonum, & optimum*, vt per *bonum*, denotaret bonum inexistens in interno ordine vniuersi: per *optimum* autem significaret optimum ipsius primi principij. Alex. Alexander vero ait, agi de hoc vniuerso sensibili, vt quæratur, num habeat bonum & optimum a causa, quę per se subsistat, existens substantia per se: an sit in ordine vniuersi. Et vult concludi, quòd vtroque modo insit bonum vniuerso, tum ob pulchritudinem primi principij; tum etiam ob ipsum ordinem vniuersi. Cum autem quæstio manifestissime pertineat ad vniuersum: ideo non videtur assentiendum ijs, qui dixerūt agi de bono cuiusque rei. vnde distinctio illa vulgata emanauit, quòd in quaque re sit bonum ipsius ordinis, & bonum primi principij: quod & si verum sit, attamen propria est consideratio respectu totius vniuersi, & non ob res particulares. [b] *Non enim ipse propter ordinem, verum ordo propter ipsum est.* Id habet,, quod Imperator non obtinet bonum, & suum bonum esse ab ordine exercitus, tanquam inde constituatur, & existat Imperator: sed ipse est optimum, a quo ordo exercitus obtinet

suum

bonum eſſe: adeo vt propter præſtantiam imperatoris, conſtituatur exercitus in ordinis boni- in vniuerſo, eſt in rebus ipſis ordo eiuſmodi, vt explicetur (ſecundum interpretationem D. Thomæ & Alenſis) in hoc mundo ſenſibili id, quod eſt in mente primi principij. Aut poteſt etiam interpretatio, quòd partes omnes conueniunt ad conſtitutionẽ vniuerſi; cuius ordo eſt bonum ius; & imitā[illegible] itatem primi principij, quatenus omnia appetunt æternitatem, & illam conſe qui intenta [illegible] ex præſcripta rebus omnibus natura, in qua eſſe & conſeruari appetunt. ſiquidem, (vt dicitur in lib. 7. Eth. cap. 13.) omnia habent a natura inſitum quid diuinum, quod ſequantur, & appetunt ad ipſarum conſeruationem. In ipſo autem vniuerſo, præter hoc bonum inſitum ob ordinem exiſtentem in omnibus eius partibus, adeſt & optimum, quod obtinet prima cauſa, quæ præeſt vniuerſo, & a qua pendet bonum vniuerſi, ſine qua non eſſet. Et ita explicatur bonum vniuerſi ſub ratione cauſæ finalis, tum intrinſeca iuxta inſitam eius ordinis bonitatem, tum extrinſeca, quæ pertinet ad primum principium, quo optimum redditur ipſum vniuerſum: quatenus, ſi eſt principium vniuerſi, & eſt optimum, reddit etiam vniuerſum optimum, vt cauſa ipſi aſſiſtens; præter bonitatem, quæ ineſt vniuerſo ob ordinem ipſi inſitum, & a primo principio dependentem. [c] *Cuncta autem coordinata quodam modo ſunt, verum non ſimiliter & natantia & volatilia & plantæ.* Supponit in vniuerſo omnia aliquo modo eſſe ordinata, & modum coordinationis explicabit paulo poſt: ita autem ordinata, vt conueniant aliqualiter, & in idem conſpirent, non ſimiliter autem omnia: quoniam aliqua in ſuo eſſe in paucis actis ſunt ordinata: aliqua vero alia in plurimis. Vbi aduertendum, verba illa, *verum non ſimiliter*, per parentheſim eſſe legenda, vt non coniungantur ſequentibus, nempe his: *& natantia & volatilia & plantæ*, tanquam de his ſolum protulerit Ariſtoteles, quòd ſimiliter non ſint coordinata, cum in genere id dictum ſit. Vnde clarior orationis contextus redderetur hunc in modũ ordinatus. *Cuncta autem coordinata quodam modo ſunt, & natantia, & volatilia, & plantæ, verum non ſimiliter.* Cum autem ponat Ariſtoteles natantia, volatilia, & plantas inter ordinata, quæ tamen non ſunt inter ſe coniuncta, vt ſunt elementa inter ſe ordine diſtributa, & cœli ſupra elementa, idcirco ſentiendum eſt, hęc multo magis eſſe ordinata. Dicunt autem hoc loco. D. Thomas & Alenſis, quòd vna pars in aliam ordinata eſt. Veluti plantæ ſunt propter animalia: animalia vero propter hominem: homo propter bonitatem: vel, vt aliqui alij dicunt, propter corpora cœleſtia. Verum circa hoc dictum dubitari poteſt: tum, quoniam hæc non concernunt proprie totius vniuerſi bonitatem, de qua hic agitur: tum, quoniam vndequaque non videntur res inuicem reſpondere, vt altera in alteram dirigatur. Nam quomodo animalia dicentur eſſe ordinata in plantas, vt dicunt de plantis propter animalia? Auerroes autem inquit, omnia ordinari ad participationem primi entis. Quod etſi ve[illegible] eſt, attamen non propterea explicatur, quomodo ſe habeat contentio vniuerſi, in qua eiuſdem bonitas ſita eſt. [d] *Nec ita ſe habent vt ſit vllum alteri ad alterum, ſed ſunt ad quidpiam.* Beſſario, & interpres Alexandri affirmatiue legunt: *vt ſit vllum alteri ad alterum.* Cum tamen græce negatiue legatur hunc in modum ὥστε μὴ εἶναι θατέρῳ πρὸς θάτερον μηδέν. ideſt. *vt non alterũ ad alterum ſe habeat quidpiam.* Circa quę Alẽſis habet, quòd ordinata ſunt omnia: vt plantæ propter animalia; & hæc propter homines: hi propter beatitudinem: & omnia ad vnum principium primum. Idem ponit [illegible]: bonum partis, vt plantæ bonum: ordinis bonũ, vt quòd planta ordinetur ad bonum [illegible]: & bonum primi principij, quod eſt ſuper totum ordinem. At Ariſtoteles videtur aſſigna[illegible] quomodo alterum ad alterum ſe habeat ſub ratione boni concernentis hanc vel illam partem [illegible] ſub ratione boni, quod pertinet ad totum vniuerſum, in quod omnes partes conueniunt, & ſimul conſpirant: & ita altera ad alteram in hoc ordine vniuerſi habet relationem: ſicut inuicem omnes partes in hoc habent conuenientiam. Themiſtius inquit, a rebus conferri vtilitatem pro vniuerſo: in quantum ex corruptione alia generantur, quatenus pullulant, nutriuntur, augentur: & quòd omnium generatio eſt ob vnam cauſam, quoniam omnia appetunt hoc modo eſſe, vt nunc exiſtunt: & ita, quod vere eſt, deſiderant; & hoc vnum imitãtur: nec vllum eorum quæ ſunt, in plura diuidi vellet: nec exeri ab eo quod eſt ad contrarium: vt id quodque, quod ex multis generatur, quærat vnum, & ad vnum accedat. & quoniam Ariſtoteles dicit, nõ omnia ſimiliter ordinata eſſe, vt in exemplo domus: ideo ſubiungit Themiſtius, quòd ſerpens moueat, quòd aſellus calce petat, hæc nullo ordine, nulla cõtingunt norma. Et quoniam in exemplo aſſignato de domo dicitur, quòd liberi concurrũt ad bonum commune domus proprijs actibus, & parum temere agunt: at ſerui parum in commune bonum agunt, plurimũ vero temere: hinc dicũt aliqui, quæ fiunt caſu in mundo, hæc non eſſe ordinata. Aliqui, inter quos Sueſſanus, aiunt quòd Deus valde participat optimum: item ſubſtantię ſeparatæ, vt quæ ſint propinquæ primæ cauſæ: res vero generabiles multum de bono ordinis participant, & parum de bono optimo, vt quę longius diſtent a primo principio. At Alexãder affert interpretationem ſui præceptoris ſentientis, quòd ſermo ſit de caducis, quòd habent commune, vt inuicem generentur ex elementis concreta, & ex his elementa: & ita ad ſecretionem veniãt, ideſt alterum ex altero fiat. Verba vero illa. *& alia ita ſunt, quibus omnia communicant.* ita intelligebantur ab eodem ſuo præceptore, quòd non ſolum habeant comm[illegible] quòd, ad explendum vniuerſum, alterum ex altero generatur: ſed etiam colores, figuras, [illegible] autem habent, quæ etiam pertinent ad naturam vniuerſi, cum ſine his eſſe non poſſit. [illegible] duntaxat: aut primo ait, quòd omnibus aliquid eſt commune, vel ſubiectum & figura: vel ſubi[illegible]

D. Tho. Alenſ.

D. Tho. Alenſ.

Auerr.

Alenſ.

Themiſt.

Sueſſ.

Alex.

neque

neque subiectum vel figura, sed color duntaxat: sicuti immortalia & diuina cor[illegible] caducis penes splendorem habent communicantiam; quamquam spl[illegible]ndor non [illegible] vtrilo[illegible] similis. Idem exponit, quòd veniant ad secretionem, idest, constitutionem vniuers[illegible] concurrant tum natiua, tum cœlestia ad segregandum, idest constituendum [illegible]uersum, [illegible] dum modum dicendi Anaxagoræ, qui sic aiebat: intellectus, discernend[illegible] [illegible] partes [illegible] militudines, vniuersum constituit. Illa vero verba, *& alia ita sunt, quibus omnia com[illegible]ant.* expo[illegible] Alexander exemplo ciuitatis: in qua omnibus aliquid est commune: sic alia inter [illegible]: communi[illegible] tem habent, & mutua ope iuuantur ad explendum vniuersum: quemadmodum in [illegible]us ce[illegible] tione quidam ædificant, alij lutum suggerunt: sunt qui dolent, atque poliant materiã: & om[illegible]

D.Tho. ad ædium vniuersitatem conficiunt. D. Thomas applicat prædicta verba ad primam causam, [illegible] corpora cœlestia, quòd habeant plurimũ de bono ordine: & particulam illã, *in discrimen*, seu *secretionem venire*, ita explicat, quòd omnia habent operationes discretas: & quòd secundum substant[illegible] inuicem discernuntur. Nobis autem maxime perpendendum hoc loco videtur exemplum allatum de domo: in qua dicitur, quòd liberi munus agunt suum in bonum commune domus: & aliquid etiam agunt extra hoc bonum commune. serui autem parum agunt in bonum commune, & extra bonum huiusmodi, plurima agunt temere. His enim insinuatur ordo, qui est in partibus vniuer[illegible], vt sint aliqua, quæ in constitutione ordinis vniuersi multum conferant: alia vero parum. quemadmodum in his caducis, multa contingunt circa plantas & animalia præter naturam rerum: vnde [illegible]iusmodi nil conferunt ad ordinem vniuersi. & inter hæc caduca, multum conferunt elementa, cum ex ipsis omnia hæc inferiora constituantur. Cœlestia autem corpora adhuc maxime conf[illegible]unt ad constitutionem vniuersi: vt dicendum sit, in omnibus insitum esse hoc a natura, vt conueniãt ad secretionem; idest, ad constitutionem vniuersi: tum cœlestia corpora, tum elementa, tum mista anim[illegible], & inanimata secundum quasque rerum species: quæ in hoc mundo perpetuantur per continuam generationem & corruptionem. omnia enim, in quantum seruant ordinem naturæ cuique rei præscriptum, sic in constitutionem, & conseruationem ordinis & boni, quod est in vniuerso, conueniũ[illegible]: & ita bonum obtinent in natura vniuersi. cui & optimum primi principij accedit, licet extrinsec[illegible] sit a natura vniuersi; cum ad ipsum referatur ordo vniuersi, tanquam ad illud, a quo dependet. Sed & illud animaduerti potest, quòd altera pars alteri confert pro constitutione vniuersi *Veluti plan*[illegible] ornant terram: terra illis subministrat alimentum: animalia his pascuntur: eadem excrementis terram fecundam reddunt: sed præcipue ad vniuersi constitutionem conferunt omnia, quoniam o[illegible]nia inuicem generantur: vt hinc mutuo etiam conseruentur. Quã[illegible]iam, vt dictum est antea, in hoc potissimum dicuntur omnia conuenire ad constitutionem vniu[illegible] quatenus sunt partes ipsius, & secundum ordinem cuiquæ naturæ præscriptum agũnt, seu operantur quæ cuique naturæ rerum conueniunt. Illa vero verba, *& alia ita sunt, quibus omnia communicant ad vniuersum complendũ.* præcipue intelligenda censemus de cœlestibus, a quibus pendet hic mundus inferior, vt ipsa conueniant in hoc, vt sint participata ab omnibus caducis ad complendum vniuersum: idest, ad constitutionem vniuersi, vt ita se habeat in ordine, in quo const[illegible]tum cernitur. Vnde illud, *ad complendum vniuersum*, refertur tum ad omnia, de quib[illegible] *[illegible]unt plurim[illegible]* quòd necesse est quod conueniant ad secretionem & constitutionem vniuersi; tum etia[illegible] *quodcunque* [illegible], quæ sunt huiusmodi, vt his communicent omnia. & sunt corpora cœlestia: extra quæ *[illegible]ecesse est* [illegible]en vt partes vniuer[illegible]) sunt substantię separatæ, orbibus cœlestibus insidentes: quarum ei[illegible] multo magis dici potest communicari ab omnibus, cum ab ipsis dependeant motus cœlestes: & ab his deinde in hæc inferiora rerum continuata conseruatio.

Auerr. Auerroes autem hoc loco animaduertit, colligi ex verbis Aristotelis, quòd Deus habet solicitudinem, nempe prouidentiam rerum: quatenus ordinat, & causat omnia: sed non habet, inquit, curã particularem: subiungens ipse, quòd non esset causa ordinis, nisi cognoscat ordinata. & hinc propterea dixisse aliquos, quòd Deus scit omnia & particularia, & vniuersalia: & hoc, quoniam sapiens nõ habet prętermittere aliquid sine solicitudine. Iidem dicunt, quòd omnes actiones Dei sunt iustæ, & per consequens non facit malum, quoniam malum non est ens. Refert etiam Epicureorum opinionem, qui nolebant quòd Deus hęc creet, quoniam hic multa mala sunt, quæ sapiens habet dimittere; & ita nolebant, quòd haberet de his vllam solicitudinem. Contra quos arguit Auerroes, propterea quòd si hæc essent sine solicitudine, a casu essent, & ex necessitate materiæ. Hinc Pythagorei videntes multa mala in rerum natura, & multa bona, inducti sunt ponere duos Deos: quorum vnus, bona, alter mala creet. Aduersus quos instat Auerroes, quoniã mala nõ sunt nisi secundũ quid, adeo vt, quæ mala sunt, respectu vnius sint bona, & mala respectu alterius, & ita nõ simpliciter mala sunt. Cũ autẽ Aristoteles constituerit primũ principiũ, a quo pendet cœlũ & natura sub ratione causę finalis, & ipsum constituerit esse ens necessarium, vt non possit aliter se habere: hinc videretur dicendũ, quòd prouidentia, quæ dici potest (secundum placita Aristotelis) esse a prima causa circa hoc vniuersum, sit etiam necessaria, ad hoc vt se habeant res in vniuerso: sicuti ordinatę videntur in ipsa natura rerum: quam quòd Deus cognoscat non est dubitandum, etiam secundum Aristotelem. Et quoniam recte videntur entia ordinata, sic a Dei prouidentia pẽdere dici possunt: quamuis ex ipso Aristotele non habeatur, quòd Deus sit causa efficiens vniuersi, quod supponit æternum. Dictum vero